



12864



25
22

~~Adsum.~~

D. e Lemos de Ro. o Valderrama. Medicus et
practicus pp. professoris




de

FRIIDERICI HOFFMANNI CONSILIARII MEDICI

Et Professoris Regii, nec non Com. Palat. Cæsar.

OPUSCULA PHYSICA VARIA, *T U M* DE AQUIS MINERALIBUS, DENIQUE DIÆTETICA.

Ad systema in medicina Rationali traditum exacta, & in hac postrema
editione recognita, emendata, & aucta.



VENETIIS, MDCCXLV.

Ex TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.

SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIO.

CONSPECTUS HUJUS VOLUMINIS.

Opuscula Physica varii argumenti.

I.	Demonstraciones physico-curioſae , experimentis & observationibus mechanicis ac chymicis illustratae.	pag. 58
II	Observationes barometrico-meteorologicae & epidemicæ , atque de ventorum natura & viribus.	1
III.	De salinis Halensibus commentatio , in qua plures simul physicæ quæſtiones , de fontium ſalforum origine , ipſiusque ſalis differentiis , p reparatione & utilitate illuſtrantur.	101
IV.	De Methodo compendiosa , plantarum vires , & virtutes in medendo indagandi.	251
V.	De Temporibus anni in ſalubribus.	413
VI. †	De fiderum in corpora humana inſluxu medico .	425
VII.	De fato physico & medico , ejusque rationali explicatione .	81
VIII.	De annorum climactericorum rationali & medica explicatione .	438
IX.	De Diaboli potentia in corpora , per physicas rationes demonstrata .	121
X.	De temperamento , fundamento morum & morborum in gentibus .	447
XI.	De rationis inſtructæ excellentia in rebus divinis & humanis .	460
XII.	De ratione ſana , univerſæ medicina p rafide .	465
XIII.	De atheo convincingo ex artificiofiffima corporis ſtructura .	238

Opuscula de aquis mineralibus earumque ſalutari virtute.

I.	De elementis aquarum mineralium recte dijudicandis & examinandis .	259
II.	Scrutinium physico-medicum principiorum & virtutum in p rincipiis medicatis Germaniæ fontibus .	276
III.	De convenientia elementorum ac virium in thermis & acidulis .	296
IV.	Observationes & cautelæ circa thermarum & acidularum uſum & abuſum .	311
V.	Disquisitio physico-medica de thermis Carolinis , earum caloris cauſa , elemen- tis , viribus , utilitate & uſu .	329
VI.	Examen chymico-medicum fontis Sedlicensis amari in Bohemia noviter a nobis de- teciti , nec non ſalis ex eodem parati .	359
VII.	De fontis mariati Laueſtadiensis a nobis detecti viribus & uſu .	376
VIII.	De aqua medicina univerſali .	386
IX.	De balneorum ex aqua dulci p rafiantissimo in affectibus internis uſu .	398
X.	Observationes de acidulis , thermis & aliis fontibus ſalubribus , ad imitationem naturalium per artificium parandis .	409
XI.	De eximia virtute ſalis Carolinarum . Extat inter Medico-Præctica	
XII.	De connubio aquarum mineralium cum lacte longe ſaluberrimo . Extat inter Me- dico Præctica .	
XIII. †	De fontis Spadani & Schwalbencensis convenientia .	482
XIV.*	De fontis Selterani virtute & p rafantia .	492

Opu-

Opuscula diætetica, in quibus agitur

I.	<i>De medico sui ipsius.</i>	500
II.	<i>De methodo acquirendi vitam longam.</i>	514
III.	<i>De animo sanitatis & morborum fabro.</i>	530
IV.	<i>De magno vene sektionis ad vitam sanam & longam remedio.</i>	541
V.	<i>De diætetica sacra scripture medicina. Extat inter Opuscula Medica varii argumenti.</i>	541
VI.	<i>De prolonganda litteratorum vita per regulas diæteticas. Extat inter opusc. Medicæ varii argumenti.</i>	541
VII.	<i>De valetudine senum tuenda. Extat inter opuscula Medica varii argum.</i>	541
VIII.	<i>De militum valetudine tuenda in castris.</i>	552
IX.	<i>De præmatura morte & morbis præcavendis.</i>	565
X.	<i>De septem legibus sanitatis. Extat inter opuscula Medica varii argumenti.</i>	565
XI.	<i>De peregrinationibus sanitatis causa insituendis.</i>	602
XII.	<i>De inedia magnorum morborum remedio.</i>	615
XIII.	<i>De medicina simplicissima & optima, motu, inedia, & aquæ potu. Extat inter opuscula Medico-Præctica.</i>	615
XIV.	<i>De vini Rhenani præstantia.</i>	625
XV.	<i>De excellente natura, virtute & usu vini Hungarici. Extat inter Medicæ varii argum.</i>	625
XVI.	<i>De remediiorum domesticorum præstantia.</i>	650
XVII.	<i>De pane grossiori Westphalorum, vulgo Bonpournickel.</i>	248

NB. Dissertationes asterisco * designatae, nunc primum in lucem prodeunt; quibus vero hoc signum † præfixum est, nondum in unum volumen redactæ fuerunt.

OBSERVATIONES

BAROMETRICO - METEOROLOGICÆ ET EPIDEMICÆ

Halenſes Anni MDCC. Præmissæ ſunt curioſæ Physicæ meditationes circa Ventorum cauſas, Vires & operationes in corpora Humana ac Barometron, &c. &c.

Viro illiſtri & Excellentiſſimo Dn. GODFRIDO GUILIELMO LEIBNITIO, Potentissimi Electoris Hannoverano-Brunſvicensis Consiliario Intimo, Regiæ Pruſſicæ Societatis Scientiarum Directori Polyhistori conſummatiſſimo.

Fridericus Hoffmannus.

VIR ILLUSTRIS ATQUE EXCELLENTIſſIME.

Concedas quæſo, in conspectum Tuum prodire has meas lucubrations barometrico-meteorologicas, quas ei, cuius instinctu jam in publicam lucem emittuntur, hoc eſt Tibi, potiſſimum exhibendas consecrandasque censui. Cœpi jam dudum velle, ut mirifico Tuо favori, uti par eſt, respondere, Tuamque mihi perspectam benevolentiam publico gratianimi documento testari poſſem. Tu enim, VIR ILLUSTRIS, ſupra mea merita, multis modis me meosque tenues labores ornasti, ſepiſſimeque tum litteris Tuis cultiſſimis, tum gra- tiſſimo, quo nuper perfrui hicebat, ac- ceſſu, ſingularem & prolixam in me Tuam voluntatem declarasti, prefertim, dum me in ſocietatem Scientiarum, a potentiſſimo noſtro Rege conditam, cum paucis aliis receptum ſignificares. Hujus itaque ſocietatis cum primus ſit meus qualiſcunque hic labor, Tibi, VIR ILLUSTRIS, ſummo & exquiſiſimo rerum phyſicarum estimatori, & Directori hu- juſ collegii digniſſimo, iſum nuncupare, pietas exigebat. Evidem non Tuę utilitatis cauſa meis cogitatis opus eſt, quippe ſupervacaneum duco ſoli lucem

fenerare, ſive ejus ingenium, cuius ſtu- pendam vim in omni ſolidarum Scientiarum genere diu admiratus veneratusque orbis eſt, in phyſicis & curiosis eruditus: ſed potius quis exiſtimabas, poſſe hoc laboris aliis quodammodo prodeſſe, non potui quin eundem cum curiosis communi- care, Tuoque ac ceterorum, ſi, qui Tui exiſtant æquales, exactiori judicio atque cenzuræ limatiſſimæ ſubmitterem. Perspectum Tibi eſt, VIR ILLUSTRIS, quam ſit arduum negotium, ventorum ortum ac indolem leſcitari, tempeſta- tum ac morborum primas cauſas inda- gere, planetarumque ac ſiderum trajectio- nes & operationes querere ac invenire, & ex hiſce omnibus futurum aliquid va- tici- nari. Ignorce igitur, ſi non cuncta a me tractata Tuis votis repondeant, perpendeſque, non tam ad eruditos haec mea, quam erudiendos tendere. Uri enim ſolemne mihi eſt, hos ad nobilliſ- mas ſcientias iſtituere, ſic ab illis diſcre- re, quoties majora ſpirant, nihil neque renuo, nec erubesco. Fateor majoris momenti rerum accessionibus, nec non nitidiore filio potuisse adcurari ſingula- verum & temporis ratio, & alia non poſt- habenda negotia, exactiorem curam &

meditationes exquisitiores turbarunt. Neque mihi unquam propositum est, ingenium & acumen ostentare, sed utilitati publicæ tantum litare, idque si aliqua ex parte consequutus ero, satis grandem operæ fructum videor latus. Spectat hoc illud, quod elegans rerum rusticarum scriptor COLUMELLA scribit, *Boni venatoris esse, in magna sylva quam plurimas feras capere, nec cuiusdam culpa fuisse, si non omnes ceperit.*

Ceterum VIR ILLUSTRIS, pro summo Tuo & exactissimo iudicio, atque inuisita humanitate, quæ forsitan in hoc opere deficiunt & desiderari possunt, imposterum emendanda & supplenda, quæquaꝝ magno usui futura & inquirenda adhuc sunt, ut mihi significare velis, enixe contendo. Interim vale pulcherrime, & missis meis favere, publicaque rei, quod facis egregie, prodeesse, non quam desiste!

P RÆFATI O.

Sapienter divus HIPPOCRATES, libro de natura hominis pronunciat: *Morbi oriuntur tum a virtus ratione, tum a spiritu, cujus in spiratione vivimus.* Non immerito a veneranda antiquitate aer occultus vita cibus, spirituum pabulum, anima ore hausta, & auctor omnium, quæ corpori accidunt, habitus est. Probe enim per spiciebant, in aere maximam vim esse, vitram & integratatem actionum vitalium conservandi, & contra, totam conqnam humani corporis pervertendi, si virgolus esset & a sibi debita temperie desicerit. Testantur id morbi, qui populariter grassantur, & maximam mortalium partem inficiunt ac interficiunt, quorum origo a nulla alia causa, quam communis, ipsoque aere a peritioribus dicitur ac derivatur, quum experientia addoceat, ab intemperantia & vicissitudine chronicas & obliniatæ indolis affectiones magis, ac tas autem, & quæ sub certis temporibus nascuntur & rursus abscent, ab aeris tempestatibus propullulare. Quum autem aer, cujus usura perpetuo ad

sanguinis spiritus ascentiam, calorem, & circulationem summe est necessaria, murum in modum alteretur, & rarissime similis naturæ conspiciatur sed pro tempore statum ortu, diversam naturam, indolem & vires acquirat, inde maxima solertia a Medicis hujus mutationis & tempestatum causæ querenda ac indagandæ sunt. Jam vero per diurnam experientiam constituit, ventos esse, qui tempestates temporumque conversiones, aeris immutaciones, & hinc dependentem fecunditatem in vegetabilibus, in animalibus lubricitatem, unice sere ingenerant atque suscitavit. Verissime hinc ARGOLUS lib. 11. scribit: *Quotidiana experientia innotescit, temporum ac aeris mutations, etiam si habeant alias occultas causas oriri ex ventis, quum ex eorum afflatis diversitate optime conspiciamus serenitates, pluvias, nebulas, nives, nubila aliquæ circa aerem contingentia.* Quocirca optimâ ratione sapientillimi veterum, & inter eos magnus HIPPOCRATES, sedulo inculcavit, ut qui Medicinam in certo loco facere velint, non modo ejus loci naturam ac siuum, virtus rationem, sed præcipue ventorum & anni temporum vicissitudines, differentias & morbosas affectiones inde resultantes, accurate & sollicite annotent, ut deinde simili impendente anni temporumque constitutione, commoda atque incommoda certis individuis, magno ipsorum emolumento, præcipere ac prænunciare possimus. Profecto vehementer esset optandum, ut sapientissimum hoc veterum institutum postera actas rectius esset persequuta; ita non morborum accuratarum historiarum, quæ fundamentum totius rationalis medendi me hodi ponunt, defectu laboramus, non minimo certe nostræ artis medicæ dedecore ac detrimento. Quocirca & hisce temporibus plurimorum præstantium virorum ardenter sum fuit votum & desiderium, ut omnes, qui praxim exercent, qui ingenio ac peritia valent, & qui vis in suo loco magna attentione & iudicio ventorum, qui tempestatum subsequentium ac morborum præcipue causæ sunt, ortus singulis diebus, immo horis, nota-

notarent, consignarent, simul adjicendo fidelem morborum grassantium narrationem. Ita utique futurum esset, ut magna laude ac gloria artis nostrae incrementa in majus meliusque proferri queant. Primum jam magno cum applauso id laboris suscepit praeditissimus Italus, RAMAZZINUS, qui natus exhibuit constitutionis epidemicae Matinensis specimen, hujusque exemplum laudatissimo conatu jam sequi incipiunt in Germania nonnulli eximii viri. Ego quoque per aliquot annos idem egi, & singulis diebus, non modo aeris nostri Halensis statum, sed & mercurii in barometro, & spiritus vini in thermometro mutationes, variaeque motiones diligenter notavi, & in diario consignavi, una cum grassantibus morbis, illorum indole ac sanationis modo, privatum meum in usum, quo in negotiis eximiam mihi opem praestantes hac in urbe viri & Medici periti tolerant, cum impossibile sit, ut unus cuncta circa epidemicas affectiones observet. Quum autem Illustris Vir O^r de solidis scientiis undique promovendis multis meritis splendidissimus, LEIBNITIUS, humanius me plures litteris monuit & excitavit, ut in lucem boni publici caussa ea ipsa ederem; hinc magni hujus viri dicto obtemperatus, hoc in praesentia anni specimen superioris exhibeo. Et si Deus vitam ac vires ulterius concederit, subsequentibus annis similes observationes continuabo. Constitui autem semper curiosa quedam physica, quae ad rem hanc pertinere videntur, praemittere. Aggressus in praesentia sum materiam praefantissimam de ventorum viribus in corpora humana & argentum vivum: ubi perplexas istas caucas motuum mercurii in barometro pro viribus enodare suscepit, eamque sententiam, quam superiori anno in dissertatione extemporalis labore publice proposui, jam evidentiorem reddidi, ex eodem fundamento; in quo singulari fato uno ferme tempore, quum neuter alterius praecliverit meditationes, in quo gaudeo, incidit honoratissimus meus Collega, diverso tamen paululum tractationis modo. In posterum etiam hisce ephemera-

ridibus adspectus adjungam planetarum, ut horum mutua invicem collatione facta, appareat, an sidera praeter solem & lunam in tempestibus concitandis potentiam quamdam habeant, quam plane negare non auserim, utrum communem astrologorum methodum veritati minus respondere probe sciam. Ceterum candide Lector vale, & benigna mente lucubrations has accipe.

C A P U T I.

*De Ventorum generatione, ortu
ac caussis.*

Ventum aeris sensibilem ac progressivum motum esse, vel ex eo satis liquescit, quod artificalem ventum, motum aeri introducendo, sive per flagella sive flabella manualia facilis negotio excitare possumus. Quinimmo non dubandum est, quod ventus illi aeris motus, vel ad sensum parer, dum se penumero motus vehementia, quam venti suppeditant. & uestes deiciuntur, ac radicibus evelluntur, & adficia infirmiora subvertuntur, itemque oceanus horrendis fluctibus concutitur. Quidam autem in aere fluido, motus ejusmodi vehementer suscitetur, qui ventum efficiat, res certe implicita multis difficultatibus & subtilioris indaginis est. Qua de re antequam nostram exponamus sententiam, utile erit praemittere quedam circa aeris indolem ac proprietates noscendas, quod deinde eo felicius in inquirendis ventorum caussis progredi queamus.

Videtur autem tota illa atmosphera, quae nos ambit, commode considerari & resolvi posse in tria quasi principia. Primum est æther, fluidum universalissimum, tenuissimum, mobilissimum, omnia corpora pervadens, illorumque vacua spatiola occupans. Huic tenuissimo ac primo catholicæ fluido, omnis motus & progressivi & intestini, nec non illius, qui tam ex gravitate, quam elasticitate provenit, in omnibus corporibus, ipsoque aere nostro atmospherico, caussam affinare atque adscribere recentiores Philo-

Sophi assolent. Alterum principium sunt congeries numerosissima, indefinitae naturæ, ut videtur, rigidæ, solidæ, flexibiliæ, corporeculorum, quæ ita videntur comparata, ut comprimi, sive in arctius juxta se spatiū, expresso quasi aethere, redigantur; nec non cessante compressionis actu, ab aetheriis nisu ac pressione rursus dilatari, expandi, atque in amplius spatium deduci possint, prout nempe resistentia ambientium corporum id minus impedit. Et hujus indolis corpora vocantur peculiari nomine elastica, & aerem nostrum potissimum ingrediuntur.

Tertium principium est humidum, sive aqua, quæ beneficio ac interventu aethericis & principii elasticis resoluta in tenuissimas atomos, vapores constituit, qui propter subtilitatem, tam elasticis, quam aethereis partibus atmosphæra nostræ intimius intermixti sunt, & ab hisce sustinentur, adeo ut aer nunquam fere sine vaporibus existat: unde etiam atmosphæra nomen enatum est. Non hic negandum, praeter aquas, etiam terreas, tenuissimas, salino-sulphureas diversissimæ naturæ exhalationes in aere contineri, quod ex diversa natura, effectibus aeris, fulgore, tonitru, usu & salubritate innotescit clarissime. Nihilominus particularia tantum hæc sunt effluvia; universalia autem & ubique præsentia sunt aquæ: ut pote aqua majorem globi nostri partem constituit, ut magis aqua terram, quam terra oceanum complecti videatur. Accedit & illud, quod aqua ejus naturæ sit, ut accedente motu intestino calido, in partibus innumerabiles tenuissimas revolvi, disjungi & expandi possit, ut quasi humiditatem depositisse & insiccum vaporem converti videatur, quemadmodum id curioso spectaculo æolipilæ exemplo apparet, ubi aqua calore sufficiente resoluta, in ventum frigidum, vividissime ignem excitantem, resolvitur. Hæc sunt præcipua aeris atmosphærici, quo corpora ambiuntur, quo fruuntur, essentiam constituentia principia.

Repetendum autem hic ex physicis est, atmospharam nostram duabus maxime affectionibus & effectibus gaudere, qui

sunt motus gravitatis & elasticitatis. Aetrem corpus grave esse, hoc est, premere & motum habere deorsum, sive versus terræ centrum evidenter confirmatur variis & famosissimis experimentis. Ita ad sensum id patet, dum vasa aere repleta in balance accuratissime examinata, plus ponderant, quam si aer ex ipsis fuerit evacuat. Vid. Acta Soc. Regia Gallorum p. 394. Deinceps manifesta aeris superincumbentis gravitas sentiri potest, quando ex magno spatio aeris certa portio demittitur atque extrahitur: tunc enim aer incumbens versus illud spatium, in quo nullus vel paucus est inclusus, adeoque pauca resistentia, pressionem ac motum vehementem ac sensibilem exserit. Ita folium latera diduci nequeunt, si accuratissime omnia foramina cum fissuris fuerint clausa, hemisphæria tenea arctissime coherent, si aer ex ipsis evanescatur, neque dimoveri possunt, nisi atmosphæra incumbens, pondere alterius corporis proportionato, superficie hemisphæriorum, & ipsa contra pressura auferatur. Ab eadem aeris pressura & gravitate illud dependet, quod vitra angulosa, vel planitie gaudentia, facilime exhausto aere, magno impetu ac fragore distrumpantur, & in particulas innumeras tenuissimas dissiliant. Quæ autem sphærica figura donata vitra sunt, a disruptionis hoc periculo plane sunt immunia. Sed ut ratio certissima dictorum effectuum appareat, & quod nulla alia sit horum phænomenorum origo, quam aeris externi pressura & gravitas, id ipsum ex curiosis sequentibus experimentis clarum fit: nempe notatu dignum est, in campana, ex qua aer fuit exhaustus, folles posse diduci, hemisphæria decidere, vitræ non amplius orificio claudi, nec corio antlia coherere planum, nec quadratum rumpi, vel siphone distracto, aquam in se recipere, quæcunque tamen, si fuerit aeris accessus, contingant, quemadmodum id curiosis hanc in finem fabrefactis instrumentis oculis auditorum meorum per multos annos objeci.

Postremo clarissime & exquisite ipsius aeris pondus monstrat atque determinat:

est famigeratissimus Torricelli tubus, qui ad XXIX. vel etiam ultra, pollices, sive Germanice, *Doll*, mercurium in liquido aere suspensum tenet: ita ut ratione stationis sua variet, prout nempe locus est altus, vel demissus situs, aer siccus, compressus, dilatatus aut humidus est. Quæ omnia tam clara ac evidenter sunt, ut nulla dubitatio possit amplius habere locum, nisi quis inania figura & conceptus inextricabiles admittere velit, & præfracte illa, quæ clara, perspicua & sufficienter comprobata sunt, negare. Altera proprietas aeris nostri atmospherici est elasticitas: dicuntur autem elasticæ corpora, quæ comprimi possunt, & cefante compressione, in pristinum statum ac locum se recipiant, & idem spatiū, quod antea, occupant. Hujus generis est quoque aer noster, qui comprimi & in aëtius spatiū, æthere quasi expresso, cogi ac coartari potest: ubi compressione, per alia corpora facta, desinente, æther mobilissimus perpetuo nisu corporis hujus superficie inhærens, vehementissima vi potos permeat, & in pristinum locum, imo in maximum spatiū, nisi id alterius corporis resistentia impedit, ipsum explicat atque expandit. Hec etheris actio expansiva in aere, & elasticitas, similes ferme effectus producit ratione efficacie ac motus, quam ejus gravitas, ita ut vis elasticæ aeris respondeat ponderi & gravitati naturali. Sic mercurius in tubulum perpanci aeris inclusi elatere, re moto aere externo, per antlam intrudi potest, ut ad pollices 28. & ultra suspensus bēreat. Nec rurum experimentum amplius est, dum modicus aer vesicę inclusus in vacuo non modo vesicam mirifice expandit, sed una magnum pondus attollit. Plura experimenta collecta videri possunt in *demonstrationibus meis Physico-Mechanico-Curiosis*. Et hec aeris elasticitas causa est mirabilis pulveris pyrei, auti fulminantis, lacrymarum vitri, machine Papiniane, fontium artificialium aliorumque curiosorum instrumentorum effectus.

Denique hoc maxime circa aerem ejusque motum meretur attendi, scilicet quo usque & quādiu aeris fluidum consti-

tuentes partes equabili unione proportione nec non equali elasticitate sunt, adeoque in equilibrium constitutæ, nullum fieri motum, quia, cum ubique equalis vis pressionis & motus sit, & equalis resistentia, motus fieri progressivus nequit, quoniam omnis motus localis causa ex destructo equilibrium sive ex inequalitye corporum juxta se positionum peti recte debet. Quocunque itaque inequalitys sit aeris status, dum fortiter comprimitur in una regione, in altera expanditur, & sic levior redditur, non potest non inde inequalitys pressio, sive motus progressivus protinus subsequi. Quocunque igitur ipsum aerem vel nimium in una parte rarefacit, in altera parte intense comprimit, hoc inequalitym sicut efficit, proportionem ludit & consequenter inequalitym resistentiam & pressionem partium aeris fluidarum excitando ventum producit. Placet jam hanc hypothesis staticam quodammodo clariorem reddere experimentis. Ex vitro quando evacuat aer crassior, mediante antlia exercitio, tunc epistomio aperto aer exterioris in hoc ipsum magna vi irrumpit, & vel aquam vel etiam ipsum argentum vivum ponderosissimum cum magno impetu intrudit. In phialam, ex qua mediante igne aer interior expulsus fuit, Mercurio vel aquæ immixtam, ascendit aqua vel Mercurius sua sponte ad notabilem altitudinem: unde jam perspicua est ratio, quare aer per inspirationem descendat in thoracem, ubi partim aer rarefactus est propter calorem sanguinis, partim etiam dilatatio costarum amplius spatiū efficit. Quocirca quocunque aeri & præsertim coacto rarefactionem inducit, illud ipsum & ventum protinus produce re potest. Vide nus id clarissime in igne, qui semper comitem habet ventum, unde quotidiana testatur experientia, omnis incendi comitem esse vehementem ventum, qui denum ab ipso incendio suscitatur, quum cuncta antea fuerint tranquilla. Elegans in hanc rem est locus in historia ventor. *Verulamii p.462.* traditur, temporibus, quum esset Gasconia Anglica dictio, exhibuit esse Regi libellum supplicem, per subditos suos Burdegallie

O' confinium , petendo , ut prohiberetur incensio erice in agris Sussexie O' Hamptoniae , quia gigneret ventum circa finem Aprilis , vineis suis exitiabilem . Quin imo res in vulgus nota est , quod in locis clausis , fornicatis , hypocaustris , quando tempore frigido intus accenditur ignis , aer per foramen angustum in conclave sepe cum magno impetu intret , atque ventum efficiat . Ignis enim motu ætheris celerrimo & vehementissimo intelstino aerem anteriorem propellit , rarefacit , expandit , sicque re vera spatium levius minusque resistens efficit , in quod propria gravitate a tergo aer gravior incidit , sicque motum , qui ventus est , suscitat .

Quod itaque attinet ad ventorum productionem ac ortum , vero videtur valde simile , quod ventus nihil aliud sit , quam vapor motus , ubi principium materiale vapores constituant aquei , formam autem dat ipse motus . Quemadmodum autem vapor ex calore & humido agnoscit natales suos , ita etiam in macrocosmo ex eadem profuit origine . Etenim vastissimum illud fidus sol , quod cuncta terræ spatia implet , calore suo actuosisimo in mare & aquas agendo innumeralium exhalationum copiam & agmen attollit & in aeris fluidum adducit : a quibus postea inæqualis pressio , pulsio atmosphæræ efficitur . Quocirca non sine ratione a Philosophis sol ventorum princeps causa statuitur . Nec non plurimi ex recentioribus motus principium in ventis , sive quod impulsum faciat , in accessione vaporum supervenientium , apte collocarunt , utpote experientia testatur , ortum ac patriam esse ibi ventorum , ubi magna aquarum copia reperitur , & densi vapores exsurgunt , unde etiam videmus procellas & impetus ventorum in mare & crebriores esse , & magis pertinaces , quam in terram : imo & compertum est experientia , quod circa ingentes fluvios plerumque spiret lenis ventus . Quod autem aqua , calore in vapores resoluta , in ventum converti possit , validum & impetuosum , id evidenterissime experimentum æolipilæ famosum demonstrat .

Quis itaque est , quin luculenter videat , nubes in aere suspensas , quæ nil nisi vapores aquei arctius collecti & coagmentati sunt , ventorum materiam præbere commode posse , idque maxime si sol radiis suis vividissimis in illas agit , ipsasque rursus in vapores explicat , qui per angustias delati , vel ad montes repercuti , crescente impulsu , majorem potentiam adquirunt . Vulgaris hinc est observatio , nubes densas ventis præcedere & ventos etiam nubes procreare , vapores undique compellendo , qui deinde vel in imbres , aqua jus suum repetente , vel in ventos denuo solvuntur . Perspicuum exinde est , quare vernis mensibus & autumnalibus impetuosisimæ procellæ suboriri soleant , rarius æstate vel hieme , nisi haec tepida & autumnæ similis sit , utpote autumno & vere vapores in atmophæra inferiori potissimum hærent , nec nimis diffunduntur , sicuti fit ab æstivo calore , unde mox abeunt in nubes , mox in ventos vel imbres , mox cœlum obscurum & nubilum fit , mox rursus perspicuum & serenum . At non tantum nubes dissolutæ ventos formant , sed nives quoque copiosissimæ in altissimorum montium jugis hærentes , sive aqua conglaciata in locis polo ærtico vicinis , solis actione solutæ atque liquatæ , ventos creant , eosque satis frigidos ac validos . Ita solutio nivium circa mare glaciale diebus canicularibus in Italia & Græcia excitat gravissimos aquilones , docente id *Verulamio in Historia ventorum p. 474.* Et solutio nivium per solem altiorem mense Aprilis , vel etiam quandoque sub principio Maii , in montibus præcelsis Moraviae , Bohemiae , Misniae , nivetectis , ventos producit in nostris regionibus valde frigidos , ab oriente spirantes , qui non leve detrimentum hortis adferre solent .

Datur etiam præter has dictas alia ventorum causa , quando videlicet una grandior & adstrictior nubes super alteram æque densam , celeri cadit vel ruit impetu : sic enim compressus & inter angustias has excussus aer instantissime ventos , quandoq; tonitru comitatas producit , qui in vorticisum motum cineres in focis , &

in plateis pulverem circummagere solent.

At vero quemadmodum vapores & venti, qui ex mari tanquam constanti somite oriuntur, statos, constantes & universales multis regionibus familiares, ventos proferunt, ita qui ex particularibus somitibus, nubibus, nivibus, vel stagnan-tibus aquis generantur, magis particulares, & certæ provinciæ proprii sunt.

Ulterius res maximæ difficultatis, & non ita facile expedienda obscuritatis adhuc venit inquirenda, unde scilicet eveniat, ut hoc vel illo die hic vel ille ventus oriatur, unus alterum excipiat, & cur ex. gr. certa anni æstate aquilonares & occidentales largissime spirent venti, fructuum maturitati obseruentes, hieme autem australes, calidi, teporem, ingratum squalorem & insalubritatem adferentes.

Fateor hujus rei caussas genuinas & ad hunc usque diem torqueare ac fatigare nobilissima virorum ingenia, & rem indagatu perdifficilem esse. Quemadmodum autem solemnis ac vulgaris mos est, ut si certi phænomeni atque effectus cau-sas in naturalibus, non statim penetrare valemus & abstrusa illæ atque occultæ videntur, mox confugiamus ad supernaturalia cœlum & sidera, in quibus revera magnum ignorantiarum asylum multi adhuc ponunt & querunt, ita etiam circa præ-sens negotium passim id contingere, lo-quitur experientia. Sed quam perperam & qua ratione id fiat, docent infasta astrologorum judicia & præsagia, quæ nunquam ferme, nisi casu & per accidens, eventibus respondent. Et quamvis novam quamdam methodum se invenisse nonnulli glorientur etiam ex Anglia, qua predicere ventorum ortus & tempestatum vicissitudines futuras prolixissime & certo promittunt; nihilominus & ea via multoties me fecellit, qui adspectus planitarum cum observationibus aliquot annorum circa tempestates diligenter contuli, & rarius veritatem inveni. Re-clamat etiam hisce moliminiibus ipsa ratio: quis enim conabitur concipere Jovem vel Saturnum cum luna talem adspe-ctum habente, in hoc vel illo mari, in hac vel illa plaga, elevare ac movere ad

hunc illumine locum vapores, & quum tempestates & motus mercurii in barometro, & ventorum fatus, quandoque intra unius diei vel noctis spatium plus saepe quinque vicibus varient, neque iidem observentur in omnibus regionibus aeris status, quum experientia doceat, in una regione continuos per aliquot dies esse imbres, in altera autem cœlum pulchre conspici serenum: quis genuinas allegabit caussas specialissimorum horum esse. Etiam? Non equidem negaverim, maximas sensui nec non rationi manifestas operationes in sublunaria habere solem, qui merito cor & anima universi, omnia calore fovens ac vivificans appellari debet. Neque luna quæ sub vortice terræ continetur, & nobis proxima est, tam corpore suo vasto, quam elastica luce ab influxu & effectu in globum nostrum terraqueum, excludenda venit, utpote non modo maris æstus ac motus, id confirmare videatur, sed etiam docet a longissimo tempore experientia, quod circa præci-pias lunæ quadras, conjunctionem nempe & oppositionem cum sole, sive novilu-nium & plenilunium, quædam mirum ta-men variantes mutationes, in aere & in barometro contingent, nec non circa agriculturam & plantarum vegetationem hoc tempore plura non spernenda obser-ventur. Quæ cunctæ lunæ, circa totius terræ ambitum intra vigintiquatuor horas se moventi, variasque in aere com-pressions, rarefactiones caussanti, merito adscribuntur, ut ut non certo deter-minari ac definiri queant.

Brevibus illud planum ac perspicuum est circa ventorum negotium, quod compres-sio atque expansio aeris, & exinde resultans ejus inæqualis gravitas & pres-sio, princeps causa ventorum sit, materiam autem & somitem horum submini-strent exhalationes & in primis aqueæ, directionem vero illorum efficiant fortui-tinubium concursus, aliorumque vento-rum, montium & angustiarum occursus, solis & lunæ positio, unde pro diversis anni temporibus, locorum natura ac situ, innumeris modis variant venti.

C A P U T II.

De Ventorum Natura, Specialibus Proprietatibus ac Viribus.

Universali sic praemissa, quantum ratione ac ingenio assequi licet, ventorum, quoad ortum suum notitia; res iam magis poscere videtur, ut ad eujusvis venti specialem indolem, vim ac efficaciam, animum atque curam nostram advertamus. Primum autem noti sunt quatuor isti cardinales, quorum quivis a certo mundi angulo spirat, & ab ortu dicitur subsolanus, a meridie auster, ab occasu zephyrus, a septentrione septentrio.

Inter binos autem cardinales unus adhuc positus est, ita qui est intra eurum & austrum locatus, dicitur euro-notus, Sud-Ost, inter austrum & zephyrum, zephyro-notus, Sud-West, inter zephyrum & boream, zephyroboreas, Nord-West, & inter boream & eurum, euro-boreas, Nord-Ost.

Quia autem sol non eodem loco oritur & occidit, sed alius est ortus & occasus equinoctialis, quibus subsolanus & favonius spirant, alius solstitialis & hibernus, quatuor adhuc ventos adiunxerunt, spirantes a quatuor punctis interfectionis, tropicorum & horizontis, seu a punctis ortus & occasus, solis aestivi atque hiberni. Illum enim, qui stat ab ortu aestivo, appellarunt cæciam, qui ab hiberno, vulturnum, sive eurum, eum, qui venit ab occasu aestivo, eorum: qui ab occasu hiberno, africum. His addiderunt posteriores adhuc alios quatuor, qui spirant a polis zodiaci, punctisque oppositis, seu a lateribus polarum, circulisque polaribus, seu punctis in horizonte, ab iis notatis, ita ut quilibet ventus cardinalis duos collaterales habeat, appellaruntque eum, qui est inter septentrionem & ortum aestuum, boream; qui est inter septentrionem & occasum aestuum, thraesciam sive circum; eum vero, qui sit inter austrum & occasum hibernum, libonotum, qui inter austrum & ortum

brumalem, phœniciam. Atque hic vulgarissimus ventorum apud autores numerus est. Plura vide in PLIN. Hist. N. l. 2. c. 46.

De proprietatibus autem & viribus ejusvis venti seorsim dicturus ex propriis multorum annorum observationibus sum. Primo omnium autem supponere debo, nullum ventum per se singulari & specifica qualitate ac virtute pollere, nisi que a loci, unde oritur, natura, nec non mediis, per quod transit, indole derivanda sit. Hinc prope notavit KIRCHERUS in Mundo subterraneo pag. 233. Ventum exspirantem ex montibus niveo-cooptisis, sive ad septentrionem, sive ad austrum, orientem vel occidentem ortum suum habeant, semper esse frigidum, & contra humidum eum, qui paludes terrasque, stagnantibus aquis perfusas transeat, ac semper calidum ac siccum, qui per arenosa deserta aëstu solis adusta spiret.

Quod itaque ad septentrionales, illorumque naturam attinet, spirant hi ipsi ex terris gelo constrictissimis, a sole remotis & mare glaciale, partim montes altissimos, glacie nivibusque tectos, pervadunt. Et quem sub caelo gelidissimo aer valde constrictus, condensatus ac compressus sit, nullum dubium est, quin hi venti a radiorum solarium ex meridionalibus locis reflexione obliqua ad polos in frigidis istis terris excitati tecum ferant, & in nostram atmospharam adducant aerem non modo valde condensatum & compressum, sed & ipsas rigidas glacierculas, quasi pruinolas, frigidissimas: qua de causa & ventus notabile frigus adferre fere semper solet, adeo, ut si per aliquot dies continuus sit, intolerabile, aestate vero valde sensibile frigus evadat. Quid autem frigus aliud est, quam aer valde compressus, cuius particulae juxta se inquiete hærent, & rectilineo motu corpora stringunt. Siccus hic ventus observatur, nam conspicimus hoc spirante plateas squalore obfessas antea, mox humido quasi omni absunto exsiccati & purificari, simul & ipse aer exuit omnem humiditatem, cœlum fit perspicuum, sere-

serenum, siccum, nebulæ, nubes, va-
vores condensati dispelluntur, evane-
scunt: quorum ratio hæc esse videtur, quod
aer compressus & condensatus, hisce ven-
tis adductus in nostram atmospharam
calidorem, insita sua vi elastica mirifice
se expandat, & ipsa hac expansione pro-
pellat, dimoveat corpora & vapores
obstantes, illasque evehat, & sic grati-
fissima serenitas restituatur. Ab hac virtute
elastica expansiva aeris septentrionalis,
alii quoque effectus in animantibus, vege-
tabilibus & corporibus morbosis, inferius
recensendi, derivandi merito sunt.

Australis ventus ex percalidis & arenos-
is Africa locis venit, zonamque torri-
dam, nec non mare mediterraneum per-
currit: hiac ab omni retro tempore calidus
& humidus animadversus fuit, utpote
hieme frigus temperat, nivem solvit, ad
pluvias atque nives disponit, aerem den-
sum, humidum, cœlum crassum & nu-
bilum reddit, omniaque humiditate
& squalore ingratu compleat. Etenim
quemadmodum ex septentrione qui pro-
venit aer constrictus, ad elasticitatem di-
spositus, gravis & motu vividus est, ita
vera vix ex locis calidioribus nec non
humidioribus oriens, valde ræfactus,
expansus adeoque levis existit, unde in at-
mosphara frigidiori vapores ab ipso indu-
sti non modo statim condensantur, non
secus, ac videmus in marmore gelido, in
hypocaustum calidum adducto, adhære-
re humoris forma vapores, verum etiam
levitatem sua & nimia rarefactione occasio-
nem dat, ut vapores in aere antea libere
suspensi, jam in rarefacto isto aere colli-
gantur & ad se invicem proximi accedant, sive in nebulas, nubes, vel plu-
vias tandem, vel hieme nives condensentur. Et probe hoc loco etiam notandum est, quod austus per se sit motu lenis-
simus, lentissimus, & circa terram maxi-
me serpat, unde vapores ex alto expan-
si sese dimittunt ac descendunt ad atmos-
pharam inferiorem, septentrionales au-
tem magis quasi ex alto ruunt, & majori
motus efficacia, & nisi sese dilatandi in-
structi sunt: hinc humiditates magis sur-
sum arripiunt & evehant, quam ex-

pansione sua humidum in minimas partes
dividunt, quas postea ceu specie leviores
fusollunt, sicut videmus in solutionibus
metallorum &c. unde rectissime dicuntur
aerem purgare, serenare.

Orientales venti ex terris exsiccatis &
sole æstivo adustis proveniunt, & per va-
stissima Asia spatha ad nos acedunt, &
si quam humiditatem habent, ibi depo-
nunt. Hinc per se calidi & siccii sunt, &
aestate quoque media æstum intensem an-
xium inferre solent, & pluvias quandoque,
qua ad aliquot dies perseverare
solent. Perquam autem notatu dignum est, quod in medio veris in nostris
regionibus, annua observatione id do-
cente, plerumque intensem frigus adfe-
runt: quod, ut supra dictum, evenit,
quæ nives in Bohemia, Misnia, &
Variscorum montibus altissimis iacentes,
altiori sole facto, colligunt & frigidas
istas partes in nostrum aerem aduehant.
Quantum autem frigus immittat atmo-
sphæræ nix vel glacies soluta, præclaro
experimento inde demonstrari potest,
quod spiritus vini rectificatus nivi adfus-
tantum gelu efficiat, ut liquor aqueus in
propinquum mox in glaciem convertatur.
Venti hi hieme flantes plerumque seren-
um exserunt effectum, eamdemque
ferme efficaciam habent, quam aquilo-
naires, quia eadem similique ratione ae-
rem condensatum & frigidum ex monti-
bus vicinis adserunt.

Aestate vero effectus plane contrarius
est: æstus enim intenditur, sive multi
vapores ab aliis ventis antea adducti in
aere hærent, a levi & rarefacta talismo-
di aura per facile colliguntur, ac dige-
runtur in nubes, vel pluvias, quod nos
vel aliquoties notavimus. Memorabile
enim, quod hi venti plerumque sint con-
stantes, nec ventos procellosos tumultuantes comites habeant, sed ut pluri-
mum tranquillum amoenum & sedatum
cœlum exhibeant.

Occidentales ex oceano Atlantico pro-
ficentes uberrimam vaporum aquoso-
rum copiam ad nostras terras adducunt,
qui magnas nubes ibi, sive aer noster
antea fuerit frigidus, sive calidus, for-

mare solent: unde imbres largas ereant & frigus humidum inferunt. Curiosum autem est, nullum ventum magis impetuosum, validum & violentum esse, quam hunc ipsum, maxime omnium autem si iunctus fuerit cum boreali & australi: hinc *Nordwest* & *Sudwest* ordinarie sunt procellosi, qui in mari maxima naufragia & detrimenta excitare solent, & ratio in promptu est: humidum enim quod custodiunt occidentales, expansivo e latere borealium vel calore australium valide resolutum in ventum sat fortem mutatur.

Quemadmodum autem quis ex cardinalibus sua specifica indole gaudet: ita si duo hi venti miscantur, & ex plaga inter duos cardinales intermedia exspiret ventus, neutram quoque naturam induit, & mutuantur exinde singularew efficaciam. Placet autem h.l.brevibus stramineque subiecte observationes, quas fecimus circa cuiusvis venti effectus per singulos ferme anni menses diversos. Et quod primum attinet ad aquilonem sive *Nord-Nord-Ost*, hic ipse ex nostris observationibus brumalibus mensibus illustrum diei serenitatem, noctemque fideream cum gelu maximo efflare solet, adeo, ut quo maior solet adesse serenitas, eo vehementius quoque sit frigus, quod etiam ad interiora conclave penetrat.

Notabile est de hoc vento hieme sur gente, quod pluries in principio cœlum nebulosum reddat, id quod exinde videatur provenire, partim quod vapores omnes ex alto præcipitet & deorsum urgeat, partim etiam quod proper rimiam compressionem in superiori regione liberam vaporum, & humorum elevationem & adscensionem impedit, cum tamen successive mox serenitatem adducat gratissimam.

Mense Martio diem ventus pluvias & nebulas zephyri & austri genetrices, opportunitissime dissipat & cum serenitate frigus adspirat. In Aprili & Maii exordio noctes serenas, sed glaciales, plantis valde infensas, ingenerat, quo tempore etiam pluvias crassas & minaces nubes circumquaque pulsare assolet. Maii æsum admodum cohabet, & ita foecundi-

tati atque hortorum fertilitati obsecuuntur. Per totam æstatem gratissime æstum levat, quandoque autem tonitrua adfert. Autumno frigus serenum, claras noctes, in fine glaciales, mane pruinosum infert, & in principio quandoque crassum, imbricolum, ninguidum, nebulosum aerem facit, quem tamen mox ipse, vel etiam eurus subsequens, abigere solet.

Euro boreas *Nord-Ost*, item cæcias *Ost Nord-Ost*, fere easdem vires possident, quam dictus aquilo, modo quod secundum nostras observationes remissius faciant frigus, & interdum etiam cæcias nivem producat, noctemque nubibus obscureret.

Circius *Nord Nord West*, hiemali tempore frigus ingens, siccum, illustre, rigidum & nive vacuum facit, crassam quandoque in principio nebulam efflante & tristi cœlo succedente. Tempore verno mane nebulosum, dies algidos, nec pluvia vacuos inducit & persæpe gratissimus esse solet, nimium æstum temperando. In autumno frigidior, pluviosus, nec non nebulosus animadversus est.

Corus *West Nord-West*, in nostris terris frequentissimus, mensibus hiemalibus vehemens & aliosus est, & sèpius densam ac largam nivem, pluviasque largas spargit, grandinemque efflat. Et si ullus, sâne hic nubes in cœlo propellere ac fugare solet, atque impetuositatem exercere. Martio densam ac raram pluviam per totam diem aliquoties visus est nobis effundere, non sine grandine vel nive intermixta. Sub Aprili mane glacie facit, non destitutis nubeculis, solem & calorem impedientibus, quæ etiam cœlum nocte occultant, & grandinem, itum pluviolas ac mane nebulas, sâsit. Aestum in Maio levat, solique frequenter objectat nubes, & ingenerat maxime hujus mensis auroræ rorem copiosum cum nebula, circa vesperam quandoque pluvias densas cum grandine, ac vento fuscitat, noctemque nubilam ac atram parit. Aestivis mensibus frigore iucundus est, præterea pluviosus, nubilaque agens ac hinc inde distrahens, interdum nubes involvit horribiles, quas

sequuntur imbres atque tonitrua.

In autumno tempestatem idemtidem grandinosam, pluviosam, glacialem etiam præstat ceteris mensibus, maiori tamen algoris gradu.

Similes & ferme eosdem effectus cum coro obtinet zephyro boreas, qui idemtidem furibundus, in mari procellosus, aliosus, existit, nubesque excitare, multiplicare & hinc inde agitare solet.

Zephyrus, cuius potentia ac vis in nostris his regionibus manifesta est, brumali tempore ut plurimum sævus, aliosus est, & validissime fiat. Si leviter spirat, serenitatem facit, ut plurimum tamen cœlum caliginosum, nubilum pluviosum producit, spurcamque & inconstantem tempestatem profert.

Martii dies nubilos pluviosas vento impetuoso stipatas, diu perseverantes quandoque facit, subinde magnas & tristes nubes cumulando, si diu durat, tunc præter modum crescere solent aquæ: maxime si austus & phænicias præcesserunt, qui atmosphærā valde levem efficiunt.

Aprilī mense flocculos nivales, subtilē pluviam & egregium algorem infert, & nubes superiores & inferiores agit, quarum has velocius, illas segnius rotat: interdum etiam hoc tempore grandinosus est. Majo, Junio, Iulio, Augusto grandes nubes, quas anxius æstus & pluviae densæ subsequi solent, inducit, calorem quoque cohabet: tempore autem autunnali ut plurimum furibundus est, cuius furorem imber tandem compescit.

Novembri & Decembri pluvias diutinas cumulat, nivemque mollem nec sat siccum.

Quod ad africum attinet, West Sud-West, ille & frequentius in nostris terris regnat, & Januario mense nonnunquam inquietus, turpem squalorem & pluvias auget, finemque serenitati præcedenti imponit, nec non circa meridiem nubila producit, usitate autem remissum frigus infert & gelu non ita strictum producit; nonnunquam pluviosus & nivosus est, si perseverat, glaciem solvit. In Februario serenitateq[ue] instabilem parit, pluviam

nivemque copiosam sub solano, aquilone, vulturno vel euro præcedente, producit, sicque perseverat, fulgura cum tonitru proferre solet, sicuti factum anno XCIV. & Mersburgi nuperrime idibus Februari CICCI.

Martio serenitatem gignit inconstans, nubilumque & pluvium cœlum, in primis antecedente zephyro. Aprili pluviam quandoque fundit, interdum etiam nubila distrahendo, solem facit liberiorem.

Majo nubes densas, diuturnos imbres emittentes, producere solet, fulmine & tonitru non raro comitatas. Junio estum quasi suffocantem cum nubilis grandibus parit & pluvias quoque cumulat a zephyro primum adductas: id quod etiam Iulie & Augusto mense notatur. Septembribus & Octobris dies nebulis solet obducere, interdum minus & serenus existere, præsertim quando ex frigida & secca plaga venti præcesserint. Novembri pluviam vel nivem raram cum tempore efflat. Decembri vel humidam densam nivem spargit, cœlum triste efficiendo, veleandem cum pluvia dissolvit, inferendo tempore ingentemque squalorem. Eadem pene conditione cum africo, esse solet libonetus & zephyro-notus, tantum quod non tam permagna humiditate infesti sint.

De austro sive noto, qui dicitur ~~æstus~~ ~~æstus~~, nempe a nebulis & humiditate, quomodo ad anni tempora se habeat, brevi etiam dicendum est. Et hic ipse brumalibus mensibus frigus emollit, glaciem vel nivem solvendo, & asperginem nivalens interdum addendo. Ceterum tempore gratum aeri & tranquillum statum ingenerat. Vere amoenum, calidum, subnubilum tamen cœlum efficit, nec caret pluvialis. Aestivos dies calidos, serenos, amoenos, non tamen semper nubibus vacuos profert. In autumno rufus cœlum facit nubilosum, succedente pluvia, saepius etiam æstum uvis gratissimum ingenerat.

Subsolanus & eurus, ut dictum est, brumali tempore serenissimus & gelidisimus esse solet, & priores veris dies glaciales & mane pruinatum adhuc reddit,

Ce.

Ceterum dies aestivos, si spirat, ardentissimos, noctes claras, sub mitissimo aere progignit. In Septembri pruinias, noctesque serenas & aliosas efficere solet.

Octobri idemtide serenus, sive diurnus glaciem, praesertim matutino tempore, adfert. Novembri autem jam gelu siccum & durum spirat.

Et haec sunt principia a nobis aliquot abhinc annis notatae & consignatae ventorum qualitates & vires in nostris his locis, pro diversis anni temporibus multum inter se discrepantes.

C A P U T III.

Observationes speciales circa ventos ac illorum efficaciam tradit.

PArticularis quasdam a nobis met no-tatas observationes, diligenter de ventis habitas, placet jam cum benevolo lectore candide communicare: ex quibus forsitan cum tempore uberiori observationum accessu regulae tandem construi possunt, quae magnam utilitatem ad predicendas & dignoscendas tempestates, ut opinor, possunt fereneri.

I. Observatum fuit, quod frigidi & secchi diurniores hieme, gelu strictius & intolerabilius efficiant: & calidi venti, si diutius perseverant aestate, ut austri, libonotus, pheenicias, tanto ardentiorem aestum producant. Autumnò autem zephyrus, africus, & zephyro-notus, diutius spirantes, aquas mirum augent. Quando autem verno tempore, & quidem Martio vel Aprili, dicti hi venti per longum tempus constantes sunt, & largas proferunt pluvias; certum pene indicium est, Junio mense aquarum diluvium hisce in terris fieri: cuius rei abstrusæ alias, haec videtur ratio subesse, quod tunc temporis, quo dicti hi venti apud nos pluviarum copiam emittunt, in montibus præcelsis vicinis, Misnia, Bænia, Variscorum, largissimas nives sub celo frigidissimo dimittant, quæ calore aestivo celeriter dilutæ, noxia ista aquarum diluvia nostris in terris gignunt.

II. Venti pro diverso locorum situ ac

conditione variam naturam ac vim acquirunt. Fundatur haec differentia maxime in locorum altitudine & situ illorum declivi. Ita in editissimis montibus, ubi aer valde rarus est, africus, zephyrus, corus, hieme nives, aestate pluvias copiosissime, idque magno cum frigore proferunt, cum in declivioribus locis vel tenuis tantum aspergo adsit, ac celum nubilum, sicuti in Hercyniæ montibus id saepenumero vidi. Ita etiam urbes, quæ montibus altissimis circa septentrionem septem funt, frequentius experiuntur pluvias, quam quæ liberam habent planitem, quia ex australi plaga spirantes venti, nubes circa montes agunt & ibi colligunt, & propter frigus montanum, facile in pluvias colliquant. Memorabile enim est, quod hi loci, qui proxime adiacent excelsis montibus, ut apud nos Bructero, Hercyniæ sylvæ, frigidorem persentiant auram, quam qui longius ab eis remoti sunt. Merentur hoc transferri, quæ habet WAGNERUS in *historia naturali Helvetia Sect. i. artic. 3.* sequentibus verbis. Tempestas in Alpibus sub eodem celo variat, quippe si circa mensem Augustum iter per eos insituas, uno die quatuor anni partes, aestate, autumnum, ver, hiemem, videre ac ingredilicebit. In supremis enim Alpium verticibus cum perpetuae sint nives, hiemem esse dixeris: in locis depressioribus, ubi pascua viridiania ac amoenas aspectu violas, flores tussilaginis, herbas paralias pullulantes videbis: ibique est vernum tempus. Infra haec loca arbores, pira pomaque proferentes, sed quæ fero maturescunt, offendes, atque hic autumnus quasi suam habet sedem. Ad radices tandem montium, eorumque in convallis, ubi radiorum solis major est reflexio, frumenta varii generis colligi conspicies, astativumque calorem senties. Ita porro quando locus a parte urbis ingens existat, venti ab ea parte spirantes, frigiditatem inducent, quamvis natura sua tales non sint: sic Geneva frigus summum sentitur, quod partim frigidissimis vicinis montibus, partim etiam Lemanio lacui adscribendum est. Præterea cu-

riosum est, quod certis locis ab urbibus fremebundæ procellæ, fulmina ac tonitrua valde frequentia ac familiaria sint, cum in alio vicino loco Jupiter placidus sit, ac tranquilla omnia. Videtur id adscribi posse locorum situi. Hinc novi loca Mülhusæ, Eisfeldæ. & apud nos in pago Erleben, Numburgi, quod tonitrua ibi frequentia sint, quia in declivi sita sunt, ut grandinosæ minaces nubes ibi, nec non in magna Thuringia silva hærent, concurrent, & mutuo conficitur fulmen, tonitru. & turbinem excutiant, Hæc cunctæ cum sint particularia, ventis, qua talibus, proprie hi effectus adscribi non possunt, sed sicut quisvis locus ac distritus peculiarem suum habet situm, propriasque exhalationes, ita etiam ventis per hec additur specifica vis ac proprietas.

III. Constanter eorum, qui maria frequentant, est observatio, quod caurus sive corus, quia κυριος perturbo dicitur, & zephyro-boreas furibundi ac impetuosisimi sint, inque naufragiis ac procellis efficiendis frequentissimi, præfertim autuminali tempore; ex adverso africus & zephyronotus sub hieme tepida & vere, similes horrendos impetus in mare exercere solent: quo spectat illud VIRGILII:

Una eurus notusque ruunt, creberque procellis Africus. Prærerea etiam corus ætate ut plurimum grandines, tonitrua ac fulmina in aere fabricare solent. Africus autem cum tonitru affert imbre... Causa cur procellas gignant, hæc subministrari potest, quod sive humidi & una elastici, sive principium materiale, videlicet humores, & motum expansivam, quod maxime valet de coro, recondant. Et res sic videtur concipienda. Quando nubes aliqua extrinsecus compressa adest, quæ in sibi medio continet multum, elasticæ valde compressi aeris, qui mora impatiens, exitum dum quarrit, varie inter nubis sinum compingitur, deflectitur, contorquetur, & impetu crescente, in eam nubis partem prorumpit, qua infirmior est. Et quia tamen nubes haud facile excutitur, sit, ut, quandam ejus portionem secum abripiat & convehat. Eaque & causa cernitur quedam nubis quasi co-

lamna deorsum vergens ac procidens, que in mare impacta, ipsam vi summa comoveat, quo nomine intelligitur procella, quæ sèpius quoque fulgor ac tonitru comitem habet, si plures exhalationes sulphureæ commixtæ fuerint. Confer. PLIN. Hist. nat. p. 404.

IV. Idem venti, scilicet africus, zephyro-boreas, & corus sunt illi, qui nubes maxime cœlo pulsare, fugare, easque congregare & cumulare solent. Unde sèpissime vel pluvias dispeliunt & dissipant, vel compellunt & adserunt. Ubique tamen notabilis hæc cernitur differentia, quod quæ coro adducuntur pluviae, longe crassioris ac rudioris naturæ sint; longe subtilioris autem ac tenerioris, quæ africus advehit: unde post has longe major terræ fecunditas plantarum arborumque augmentum advertitur, quam post illas. Inde etiam nix a coro decidit longe asperior & stabilior, ast. a frico rarior ac subtilior.

V. Perquam notatum dignum est, quod venti de indole ac natura sua propria quodammodo deflectant, si contraria præcesserint, & in atmosphæra diu hæserint. Ita sèpissim vidimus, ventos alias serenos, septentrionales, adduxisse pluvias nubilumque cœlum, quod tunc temporis maxime fit, quando diu regnabunt australes, africus & zephyronotus sine pluviis. Ita etiam aenotavimus, si africus subsequatur aquilonem, non modo nivem hieme sed & fulgura cum tonitru, rariustamen, orta esse. Et porro zephyrus præcedens sine pluviis, succedente euro, qui alias terenus est, pluvias largissimas effudit. Quod etiam quandoque valet, si austrum vel phæniciam carentem imbris, presso sequatur pede occidentalis. Quæ cunctæ ex eo proficiuntur, quod frigidæ venti vapores calidos & humidos in unum colligere ac densare apti sunt; calidi autem humiditatem in aere dispersam proper levitatem suam coire in guttulas efficiunt, quamobrem quum aer subito sit tepidor, vel etiam gelidior, pluvia futura ut plurimum denatur. Ex dictis consequitur, quod mirandum amplius non sit, quare

Ventus ex certa plaga spirans, non statim prima die suam exserat efficaciam, sed secunda demum vel tertia. Quos circa si quis de ventorum effectibus iudicium recte formare, & saturorum præ sagium exhibere velit, ille non modo eos ventos, qui jam spirant, sed & precedentem diligenter animadvertere & peculiariter debet. Nam in principio ventus, v. g. frigidus, ad atmosphera[m] accedens calidam, quasi commixtione facta, neutrā nanciscitur virtutem & non statim in limine illam, quam in sinu suo sovet, sed demum successu temporis exserit.

VI. Firma ac stabilis est quoque h[ec] observatio, quod venti flantes ex septentrionali plaga, si tendant ad orientem, semper constantiores afferant tempestates, v. gr. serenitatem constantem, frigus diuturnum, cœlum amoenum & placidum: quando vero ex septentrione mox vergunt ad occidentem, tunc brevi tempestas ista antecedens inverti atque mutari solet. Hinc in hieme serenitates, mox regelatio cum nubilo, vela etiam nivo[n]o cœlo, subsequitur. Ratio autem horum in promptu est, quod orientales & septentrionales, ratione indolis ac naturæ suæ, valde congeneres atque affines sint: secus fit, si septentrionale[m] subsequatur occidentalis, vel mox australis; ubi ex diversa horum dissimilitudine & contraria natura, contrarius quoque effetus fuerat necesse est.

VII. Certa quoque illa observatio est, quod eurus & subsolanus venti sint valde constantes, uti jam dudum id notavit PLINIUS, hist. nat. l. 11. c. 48. p. 203. his verbis: *Ab ortu flantes diuturniores sunt ab oceano flantibus: unde quæcumque tempestas subsolana solet evenire, hæc diutius etiam perseverat. Quare vidimus pluvias euri socios continuasse tamdiu, donec hic adspiraverit. Aquilo hiberno tempore satis etiam constans est, & gelu protrahit longum in tempus, præfertim si frequentes cum euro vicissitudines habeat. Vbi observavimus, si diu h[ic] venti spiraverint, & strictissimum gelu induixerint, utut ex opposita parte calidi quandoque flaverint, remissius tunc qui-*

dem gelu factum, sed mox rursus intensem, ut pote venti hi, si atmosphera est frigore constrictissima, de efficacia sua in nostro aere multum remittunt, nisi diutius in uno tenore persistant, duramente glaciem dissolvant. Corus autem & zephyro-boreas admodum sunt tumultuantes in mare. Accedit etiam illud, quod aquilonares & orientales venti magis sint universales, & in dissipatis regionibus similes ferme producant tempestates, quod ipsum de austro & zephyro pluviosis non in universum dicere licet: ut pote saepius videmus, præfertim vernis temporibus, in cerra urbe pluvias, tonitrua, quæ dimidio, milliaris abhinc plane non conspicuntur, tantum quod cœlum nubilum & ultra modum frigidum, pluvias in vicinia delapsas solemnitate designant.

VIII. Teneri & illud meretur, quod sepeniteno bini venti percipientur, quorum unus terram adflat, & nubes inferiores pellit, alter superiores. Commodo autem illud indagari potest, si respiciamus ad motus vexillarum sive bractearum, item ex fumorum e camino evolutorum, inclinationes, nec non nubium in cœlo motu atque propulsione. Hinc nonnnquam observavi, quod bractæ etiam accuratissime inclinent in alium locum, in contrarium autem ferantur nubes. Notavit id quoque VERULAMIUS, dum inquit Hist. Vent. p. 451. *auster flat quandoque integer & solitarius, at borea, cæcia & coro flantibus, sepe contrarii & alii diversi venti simul spirant.*

C A P U T IV.

De Mirabili Potentia Ventorum in argenteum vivum tubo torricelliano inclusum observationes aperit.

Devolvimus jam ad phenomenon mirabile, quod est argenti vivi in tubo Torricelliano (sic dicto ab inventore) inclusi, motus sive ascensus & descensus, prout varius ventus exoritur certaque regionem perflat. Antea vero, quam in genuinas hujus admirandi effectus causas penitus inquiramus, ere fo-

re iudico, ut clarior & illustrior sententia nostra fiat, præmittere observationes nostras barometricas, quas ab aliquo anno singulis diebus notavimus, ex quibus postea collatis & consideratis, abditas multas circa hoc negotium causas erueret, facillimum, ut arbitror, erit.

I. Constat & certa est observatio, quod ventis calorem & levitatem adspicitibus, cajus generis sunt euro-notus, phænicias, austor, libonotus, zephyro-notus, africus, mercurius in barometro ordinario fiat humilior, & ad aliquot gradus fere dimittat.

II. Perpetua ferme est regula, quod dominantibus ventis siccis, frigidis, clasticis, ex quorum censu sunt septentrio, aquilo, euroboreas, coecias, zephyro-boreas, mercurius ex loco depressori elevatur notabiliter in altum, & quidem ea lege, ut adscensio ab hisce ventis mercurii celeriter fiat, & versa vice, a calidis & levibus, supra nominatis, celerrimus quoque descensus: in universum autem verum est, quod magis repentinus sit descensus mercurii, lerior autem & nunquam tam celer adscensus.

III. Quo magis cœlum perspicuum & liquide serenum, paucis nubibus obvolutum deprehenditur, spatium mercurii vivi in alto est, quod tamen plus observatur, si post nubila tristia & pluvias serenitas gratissima superveniat, tunc enim altiorem locum petere solet.

IV. Annoratum quoque frequenter fuit, quod mensibus hiamalibus plerumque elevatior sit mercurius, quam reliquis anni, ut frigus adeo intensem non regnet, neque tamen semper gelu vehementissimo respondet mercurii ascensio: sed anno XCIIIX, ubi hieme acerrimum gelu regnabat, mercurius tamen humilius valde erat.

V. Res quoque certæ experientiae est, si cœlum serenum mox turbidum fiat, nubibus concurrentibus, & ad pluviam vel nivem disponatur, quod tunc, his etiam jam præsentibus, mercurius ex sublimiori loco descendat ad humiliorum: ubi tamen, pluvialis cessantibus, & quando cœlum rursus coepit serenari, mox ad

altiora fere recipit.

VI. Sæpumero tamen observavimus, quod cœlo existente nebuloso ac nubilo, immo nivoso ac pluvioso, tempore præsertim autumnali, argentum vivum in sublimi loco positum fuerit, regnante uplurimum zephyro, vel zephyro-boreo, aut coro.

VII. Zephyrus pluviosus plerumque demittit mercurium: si autem præcesserit corus vel aquilo, & maxime si pluvius vacuus fuerit, saepius ad magnam altitudinem ipsum attollit, adeo ut zephyrus medio se habeat loco, argentum vivum nonnunquam attollendo, nonnunquam etiam deprimendo.

VIII. Subsolanus, eurus & euro-notus, cum temperati venti sint & constantes etiam; non nimium attollunt, nec mercurium deficiunt, etiam quandoque sub frigore acerrimo hiemali, nisi humiditas in aere simul adsit, sed medio loco se habent, & constantem etiam situm faciunt.

IX. Observatum quoque crebrius fuit, quod, quando diu perseverant venti sereni, ut sunt septentrionales & orientales, præsertim hieme, tunc mercurium elevent, & quidem paulatim, temper ad majorem gradum, postea autem etiam ipsum successive rursus demittant, iisdem ventis præsentibus & eadem tempestate permanente.

X. Diligenter quoque tenendum est, non ubi locorum mercurii eandem esse stationem, ut ut idem in aere dominentur venti, sed ut loci situs erectior vel depressior est, aut is in libera planicie, aut montibus circumseptus est, aut inter fluvios jacet, variisque exhalationibus obnoxius: ita diversas non modo tempestatum vicissitudines, sed & mercurii stationes experitur, quæ partiales & provinciales tamen sunt.

XI. Vix die integro argentum in eodem gradu persistit, sine aliqua elevacione aut depressione, per diuidum saltrem gradum: sed haec tamen modica mutatio nullam peculiarem portendit varietatem in tempestibus.

XII. Præcipue a nobis notatum fuit, quod

quod pro diversa structura & compositione tuborum vitreorum, variet etiam gradus in ascensu & descensu mercurii. Ita in cadendo celerior mercurius est, si vitrum est capacius; tardior autem in ascendendo, & contra in angustioribus & gracilioribus tubis celerius ascendit, & difficilius cadit. Quinimum barometrum impositum vitro, ad cuius officium aer libere potest accedere, longe expeditius pressuram aeris sentiendo, ad mutationes aeris dignoscendas multo aptius & accommodius est, quam ubi vitrum, cui iaharet tubus, est clausum.

XIII. Recte fuit notatum a Societate regia Parisiensi, barometri altitudines majores esse de nocte quam de die. *Vid. Histor. fol. 220.*

XIV. Maximopere observandum est, ventos variam stationem mercurii in barometro efficere, prout varia indolis venti praecesserunt. Quocirca qui curiosus vult praedicere tempestates futuras, ille non modo ventos praesentes, sed & praecedentes, considerare debet, alias indicium fallax erit. Eam ob causam etiam sit, ut venti non eandem naturam servent in attollendo vel deprimenti mercurio, si atmosphera particulis, a diversa natura ventis attatis, adhuc est onusta, quae subsequentia ventorum vires vel augent, vel imminuant. Hinc sumpcule notavimus, zephyrum attollere mercurium, antecedente diu aquilone brumali, zephyro-borea, vel zephyro noto aut cauro. Item africus nonnumquam, quamvis rarius & tantum in principio, altiorum mercurii statum facit, praecedente cauro, borea, zephyro-borea.

XV. Præterea cum a ventis, qui sine ullo dubio in progignendis tempestatibus maximam potentiam habent, mercurii motus in barometro mutationes subinde experiat; non sine ratione prudentiores judicarunt, ex motu mercurii in hoc tubo, tempestates futuras & imminentes praedici posse, maximo cum commodo, tam agriculturae, quam navigationis aliarumque humanarum operationum, adeo ut haec præfigia longe multumque

astrologorum judiciis, quæ ex siderum contemplatione hauriuntur, preferenda sint. Nullum enim dubium est, & quotidianum experimentum ostendit, quod sepiissime mutatio mercurii in barometro præcipiat tempestates, ita ut quando adhuc cœlum serenum est, mercurius celeriter demissus, certo prædicat pluvias, vel in ipsa urbe, vel in vicinia urbis. Non tamen semper, ut probe notat LANA Magisterio naturæ & artis Tom. 11. l. 2. p. 283, eodem modo: aliquando enim duobus vel tribus diebus ante futuram pluviam argentum sensim deprimitur, nonnumquam vero paucis ante pluviam horis sic tota depressio brevi tempore. In primo casu pluvia diutius perseverat, nec ex improviso advenit, aut cum magno impetu, idque ut plurimum accidit hieme: at vero in secundo casu pluviae vel grandines repente ingruunt cum impetu, ac brevi cessant, quod plerumque contingit extivo tempore. Verum non universalis regula est, quod in omnibus plaviis depresso debeat esse mercurius, sed pulchre & verissime scribit idem LANA l.c. Observavimus non semel notabiles in aere mutationes & novas pluvias, cum tamen in barometro argentum eandem altitudinem constanter servaret, ut vix illa in eo depresso animadverteretur; vix tamen unquam pluvias contigisse meminimus, tunc temporis, quando argentum maximam suam altitudinem servabat. In hieme sepiissime notari ventis diu regnantibus levibus, & mox superveniente aquilone, mercurium in barometro altum obtinuisse locum, inque thermometro ad aliquot gradus fluidum adscendisse, cum tamen nullum adhuc frigus extrinsecus perciperetur, sed demum 12. horis post, interea praedicere illud commode potuimus.

XVI. Mirabile illud est, quod ventus, licet sit impetuissimus ac furibundus, non altiorum tamen faciat mercurium; immo potius contrarium experti sumus, quod venti, excepto boreali & cauro, si vehementes fuerint, descensum moveant hydrargyri antequam eo loco percipiatur, ubi barometrum constitit. Hinc que-

Quæstio perutilis oritur: annon procellæ prævideri barometro possint? Pulchra sunt quæ illustris LEIBNITIUS hac de re proxime ad me perscripsit: Notaverat GUERIKIUS, barometro prævideri posse procellas, itaque sëpe optaveram suaferamque, ut experimentum sumeretur in mare. Nunc tandem accepi etiam longinqua navigatione sumtum esse, & compertum, ad 12. circiter horas extendi prophetiam: quod tempus satis est, ut navis a scopolis aut syrtibus recedens, aperto se credit mari, si portum attingere tam subito non potest, & ut præpararet se contra vim tempestatis. Videatur probabile, cum cōrū vel zephyroboreas plerumque impetuissimæ istas turbines, quibus naves & maria summa vi circumaguntur & concutiuntur, progniant, quod ipsis spirantibus, si mercurius successive se incipiat attollere, ultra modum prælagium, mea sententia, fiat procellosæ tempestatis: cum alias si pluvia impendet, a coro mercurius plerumque detrudatur.

XVII. Cum admiratione nuper legi ex relationibus publicis, Londini quemdam curiosum degere virum, qui ex barometro, singulis quatuordecim diebus præsignificare statum aeris promittat, affirmetque ex quinque vicibus vix semel contingere errorem: quæ res si ita foret, certe inventio esset utilissima. At vereor, ne auctor æquo ditor sit pollicendo, ut pote fateor, qui per aliquot annos jam tractavi barometron, talia me mihi persuadere non posse, cum notum sit, sëpe unicā die, ventos & tempestates vel quatuor aut quinque vicibus mutari, & mercurii situm tunc quoque fieri diversum. Quis vero hæc prævidere vult expositu mercurii, præcedentibus diebus? Cum autem una vera & firma experientia centum conquistissimis ratiociniis prævaleat; hinc etiam in optatis foret, ut auctor boni publici caussa hanc præclarissimam inventionem publicæ luci sisteret.

C A P U T V.

Cauſas motuum mercurii in barometro tradit.

H Isce itaque observationibus & phænomenis præmissis, operæ jam erit pretium, horum genuinas & veras cauſas paullo accuratius scrutari atque in eas inquirere. Et quamvis hucusque & clarissimæ viris ratio, cur mercurius in tubo vitreo suspensus hæreat, evidentissime fuita drecta, quod scilicet a pondere superincumbentis aeris id fiat: nihilominus ex ipso fundamento difficultissime, nullaque cohærentia ducere ac derivare potuerunt, quæ sit vera hujus effectus cauſa, quod nempe cœlo sereno & pluviis dimissis, sique aere leviori redditio, mercurius in elatiorem locum se recipiat, & contra nubilo & pluvioso aere impendente, adeoque pondere in atmosphera aucto, mercurius descendat. Fatigavit, ut notum est, hujus negotiis explicatio adhuc celeberimos quoque viros, adeo ut in utramque partem publice hæc invicem multumque ac copiose disputata sint: cum autem hæc nostri instituti ratio non sit, confutandis aliorum sententiis immorari, vel tempus controversiis impendere, hinc tantum hoc loco nostram expromemus sententiam, & quid nobis hæc in cauſa diu verosimile viuum fuerit, & jam dudum dissentibus dictum, meliori tamen iam ordine ac ratione, expomemus.

Certum autem est & indubitata veritatis, mercurium suspensum hæret in tubo viginti aliquot pollicum (Germanice *Boll*) altitudine, propter æquale pondus aeris, qui mercurio incumbit, ipsumque in vacuum spatiū tubi in altum urget, vel demissius servat, prout nempe istud pondus vel augetur vel minuitur.

Quocirca quando barometer includitur vitro & superincumbens aer evanescatur ministerio antiz pneumatice: tunc repente argentum vivum ad fundum B usque

usque descendit, nec rursus ascendit, nisi vel aer, aperto epistomio, intromittatur, vel per fissuras tenuissimas in antlia non curate satis elaborata, pedentem intus se recipiat. Ulterius quoque evidentiam hujus causae adstruit positio barometri in aquam: tunc enim observavimus, quod quo altior sit columna aquae, eo altiorem quoque fieri situm argenti vivi in tubo, quoniam ab aqua pondere cylindri aerei pressio augetur.

Jam autem argumentatur: cum ab aeris gravitate mercurius ascenderit, hinc aerem multis vaporibus aqueis invicem collectis onustum, sicuti sit quando pluvia instat, tunc esse graviorem, seu plus ponderis habere; leviorem autem, quando destitutus est hisce vaporibus & cœlum serenum: nihilo fecius mercurium sub tali ponderosiori aere humiliorem conspicit; altiorem sub sereno. At vero, ut haec inter se conciliemus, & fundatum barometri stabiliamus; paucis discordum est: primum quod aer qui superincubit mercurio, ipsumque sursum in tubo detinet, duplo modo debeat considerari, vel respectu gravitatis suæ specificæ, quæ ex mole & quantitate materiæ haurienda, vel respectu ipsius motionis & virtutis elasticæ. Etenim ex staticis & mechanicis notum est, quod celeritas motus, semper compenset pondus vel molem materiæ, sive rem minoris molis celerrime motam, majori potentia motrice instructam esse, quam corpus majoris materiæ & molis in tardiori motu positum. Deinceps ex mechanicis compertum est, elasticitatem corporum tanta pollere efficacia, & idem præstare posse, quam illorum gravitatem, quemadmodum in horologiis aliisque machinis id perspicue liquet. Ita etiam aer, summa elastica vi instructus, eodem effectus præstare potest, quam alia gravissima corpora. Sic paucis aeris elatere mercurius in vacuo attolli potest in altum: in thermometris expansus paucus aer magnam aquæ quantitatem suppositam deprimit. Aer calore expansus in instrumento Papiniano, summa vi brevi tempore emollit ossa, & magno cum

impetu & adstantium periculo quandoque ipsam machinam, nisi probe elaborata sit, disrumpit, sicuti meo periculo id semel expertus sum. Nitrum sal aereum est elasticum, in quo multæ particulæ aereæ concentratae sunt, quando haec ipsæ a principio sulphureo phlogisto expanduntur, prodigiosus sequitur effectus, teste pulvere pyro.

Suppositis hisce, dicimus: mercurium in barometro, in cuius supra regione vacuus ab aere locus est, detineri in alto, non tantum ab aeris gravitate specifica & pondere, sed simul etiam a vi ejus pressoria elastica. Unde semper mihi placuit pulchra hujus phænomeni explicatio, quam tradit LANA in Magisterio naturæ & artis Tom. II. lib. VI. dum ait: Tantum est pondus argenti in tubo nostro, quantum est pondus prementis aeris exteriori, & consequenter virium elasticarum, quibus aer exterior compressus, dum conatur se dilatare, sursum propellit argentum in tubo, in cuius supra parte nullus est aer, qui deorsum urgeat vi elastica ac pressione ipsum argentum. Utpote in locum vacuum semper ipse aer non modo pondere suo magna vi ac nisu premit, sed & ratione virtutis elasticæ sese dilatare atque expandere circa vacuum locum conatur.

Cum itaque aer fluidum sit valde subtile & grave, quod mox instar spongiæ comprimi & rursus expandi potest, ipsaque haec expansio non sine motu & impulsu efficacia fiat, facile exinde concipiatur, aerem præter gravitatem suam, etiam elastica & expansiva virtute premere ac impellere omne fluidum, sive aqua sit, sive mercurius, ad locum, præsertim leviorum & minoris resistentiarum. Tanta virtute elastica pressoria præter ejus gravitatem, quæ ex mole fluit, gaudet aer, maxime flantibus ventis septentrionalibus, qui, ut supra notatum est aereas partes constrictas & condensatas, afferunt, quæ in nostra atmosphera calidore solutæ atque dilatatae, egregiam expansionem, quæ nunquam sine compressione ac impulsu aeris vicini fieri potest, aquirit. Ab hac elastica expansio-

ne, pendet quoque serenitatis caussa, quam ordinario hi venti afferre solent. Dum enim vapores elastica hac vi subtilissime dividuntur, & in minutissimas atomos resolvuntur, quæ cum specie leviores sint ipso aere, sursum in superiore regionem ascendunt, & sic liquida serenitas evadit, qua existente, argentum vivum in barometro ut plurimum est in superiori loco, quia ubi serenitas, ibi etiam plerumque aeris expansio major fit.

Quod autem venti septentrionales singulari virtute pressiva agant in hæc inferiora, & præsertim in fluida, luculentissime quoque appareat in thermometris aperiatis. Notum enim est, quod ventis frigidis septentrionalibus spirantibus, liquidum in superiore phialæ regionem ascendet, non eam ob caussam, quod, uti nonnulli existimant, frigus immediate in aerem inclusum capiti phialæ agat, sed potius quod premendo liquorē sursum cogat, & si hac compressione, aerem condensent & in arctius spatium cogat. Unde notamus, quod liquor in thermometro aperto, ubi caput phialæ superius est, ferme eodem cum barometro munere fungatur, ita, ut si in hoc argentum vivum ascendet, etiam in illo id fiat, & versa vice.

Ut autem ad questionem illam maximi momenti dissolvendam accedamus, quare nempe aere pluvioso vel nebuloso existente, ubi accessu vaporum & aquæ, sine dubio pondus atmosphæræ accrescit & mercurius humiliore locum servat, quam si aer fuerit pluviis liberatus; breviter dicimus: quod quidem tunc temporis aeris gravitas major & pondus, ratione molis, utique gravius sit. Cum autem, ut superius demonstratum est, non tantum a pondere & mole aeris, sed maxime a motu & nisu expansivo particularum aerearum, dependat mercurii in barometro elevatio, nec non liquoris in thermometro ascensio, inde liquido sequitur, quod, si vis ista expansiva elastica in atmosphera minor sit & cesseret, sicuti sit sub ventis austrinis, aere leviore vel tepidiore reddito, accumulatis multis vaporibus aere que tenuissimo calido inducto, pressio etiam atmosphæræ in corpora inferiora & in primis mercurium,

languidior ac debilior fiat, quamvis materiale pondus majus tunc videatur, quam sub aere sereno & elastico, hinc mercurius propria gravitate sua sese recipit ad inferiora.

Ponimus itaque genuinam caussam ascensionis & descensionis mercurii in tubo Torricelliano, maxime in vivido isto & expansivo particularum aerearum & vaporosarum motu ad terram; qui quoniam pro diversa ventorum ad nostrum aerem accessione, variaque illorum sibi invicem succedentium, nec non pro loci situ, auctior, vel imbecillior est: hinc mutatio motus in mercurio ab ea caussa originem suam dicit. At vero in superioribus dictum est, quod nonnunquam aere nebuloso, nubilo, immo pluvioso existente, nec non flantibus ventis zephyro, vel zephyro-borea, mercurius in alto loco conspi ciatur, quod etiam accidit saepissime circa auroram, solis ortum, nec non de nocte, ubi ut plurimum solet esse excelsior mercurius, quam circa tempus meridianum, cum tamen aer ob solis præsentiam tunc temporis magis sit expansus, constrictus autem & condensatus tempore vespertino vel nocturno. Ex quibus colligere aliquis apte posset, vapores in aere coacervatos pondus aeris non debilitare. Ad ea autem reponimus: quod non universale sit aerem virtute elastica esse desitutum, si vapores sint in unum congregati, illud tantum pro vero judicamus, quod, si nimia humiditas in aere congeratur, & sub ventis calidioribus, aer levis & nimis dissolutus ad nostram accedit atmosphera, vis elastica, sive cohatus ac nitus ex compresso arcto ne loco se in ampliore dilatandi, minor fiat atque languidior.

Quocirca utique elasticitas cum vaporibus congregatis locum habere potest, ut vapores congregati saepius testentur de vi elastica cessante. Ex hisce fuit ratio, quare zephyrus & corus, qui venti humidi, simul tamen elastici sunt, mercurium in alto teneant, item cur zephyrus valde humidus, quando nempe atmosphera, præcedentibus borealibus, elasticis particulis admodum onusta est, nonnunquam in excelsiore locum urgeat hy-

drargyrum. Unde patet, si aer ponderosus est & gravis, nec simul elasticitate defraudatur, quod tunc vehementissime premat & comprimat non modo mercurium, sed & alia corpora, quam si elasticitas sola, vel pondus aeris materiale, sibi relictum, adsit.

Nunc clarissime intelligitur, quare post pluvias, accidente rursus serenitate, nec non si ccelo nubilo, pluvioso ac nivoso, venti succedant septentrionales vel orientales, tunc argentum vivum sublimiora petat. Notari autem meretur, quod non sit universale, post desinentem pluviam, vel nivem, mercurium altiora petere: nam saepius observavimus, australia attulisse pluvias cum descensu mercurii, & imbræ cessasse cum quadam serenitate secuta, auctro vero permanente, nihilominus in eodem gradu subsistebat mercurius, immo demissior fiebat, quoniam tunc temporis atmosphæra & elaterie & humiditatis notabili pondere distuebatur. Diversa autem longe res est, si imbricosa tempora, mox excipiat serenitas, a ventis elasticis, quales maxime sunt septentrionales puri, vel cum orientibus mixti, caussata.

Deinceps ex nostra proposita sententia valde perspicua ratio fit, quam ob rem ad ventorum septentrionalium & orientalium afflatum, diu perseverantem, diebus hiemalibus, mercurius prius successive eleverur, postea rursus sensim ex altiori gradu se demittat, & quidem ea de causa, quod venti hi, si diu durent, nimium humiditates dissipent, & hiemali tempore sub acerrimo frigore, nullos plane vapores elevent. Probe autem tendum est, elasticitatem, qua species motus est, in humido, tamen ratione quantitatis proportionato, exercere maximam vim ac potentiam pressoriam. Nam quemadmodum solus aer inclusus & calore expansus, non tantam efficaciam habet in vento efficiendo & impetu exercendo, quam si quedam aquæ portio coniuncta fuerit: ita etiam debilior elater est aeris, si plane humiditate vaporosa caret; & ex adverso, nimia humiditas & exsuderans elateris efficaciam quoque cohibet

ac impedit. Sicut enim ad motum promte conficiendum proportio debet esse inter movens, five vires motrices, & materiam mobilem: ita etiam hoc in negotio maxime id ipsum valet.

Mutatio status mercurii in barometro admodum variat, & intra diei & noctis spatium, saepe per octo vices mutatur, quamvis tantum ad dimidium gradum, quoniam in atmosphæra nostra rarissime semper eadem vis premens & similis gravitas atque elasticitas deprehenditur, tum propter ventorum vicissitudines, tura propter solis perpendicularares radios, nec non vapores accedentes, decedentes, expansos vel condensatos diversissimos.

In locis & hypocaustis calidioribus decidit mercurius in barometro deorsum, five ex statione superiori sese ad aliquot gradus demittit, in locis autem frigidioribus ad scensionem affectat. Ex eo tamen non existandum est, mercurii elevationem vel depressionem a calore & frigore dependere: nam nonnulla quam gelidissimo tempore non ita altus est mercurius cum tamen calido etiam sole in satis alto loco conspicatur, quorum ratio hæc esse videtur, quod in hypocausto calefacto, aere facto, leviori & raro, pressio totius cylindri aerei non tantæ efficacia sit, quam in loco frigido, ubi aer identidem compressus superioris columnæ pressionem majori efficacia sustinere, & pressionem in hydrargyrum exercere potest.

Dubium hoc loco moveri posset; quod si aeris expansio causam ministret suspensionis, immo ascensus mercurii in tubo, tempore aëstro & sub sole sereno, ubi aer supra modum expansus est, situs mercurii debeat esse altior in eodem instrumento, quod tamen neutiquam contingit. At vero ad hanc difficultatem diluendam per paucis dicendum est: non expansum aerem, qui levis & rarefactus est, & minoris pressuræ, else causam ascensionis, sed elasticum, id est compresum, qui nititur se expandere, & in pristinum statum restituere. Quemadmodum enim elateres in horologis, si jam diducti atque explicati sunt, nullam

nullam amplius habent motus efficaciam: ita si ex statu compressionis tendunt ad statum expansionis, tunc egregie efficaciam suam motus produnt.

Postremo adhuc dubium quoddam restat, quare videlicet procellosis & impetuosis ventis, cum celeritate ex omnibus plagis locum aliquem pervagantibus, ubi summa aeris vis impulsus ac nifus est, mercurius nos in altissimum evehatur locum? Causa autem videtur facilis esse explicatu: nimirum quod venti hi rarissime perpendiculariter in terram desuper ex aere spirent, sed potius obliqua via perrumpant; cuius natura maxime sunt africus & zephyrus: deinceps est talis ventus tantum aeris commotio, certam partem aerei fluidi afficiens; hinc gravitati & elateri totius columnæ aereæ, quæ utique ad millaria se exten-dit, nihil derogat.

Quandoque autem occidentali violenti boreales junguntur, quales frequen-
tissime in mari sunt illi, qui furiosissimos illos typhones ex alto descendentes faciunt, tunc utique videtur valde probabile, deorsum prémendo ipsos extollere mercurium, quæ tamen res ulteriori examini atque scrutinio commendanda est.

C A P U T VI.

De potentia ventorum in corpora humana, eorumque salubritate & incommodis.

Quum a causis externis, & præcipue catholico isto aeris & ætheris fluido, perennis sanguinis & humorum liber ac æquabilis circulus, & sub hoc necessarium secretionum & excretionum negotium, immo tota vita ac sanitas pendeat, ex superioribus autem fusus demonstratum fuerit, ventos mirifice demutare aeris statum: nemo sane inficijs ibit, ventos magnum ius ac potentiam habere in corpora nostra, ea tam firmando, roborando, quam morbida & imbecilliora reddendo. Ante vero quam hanc rem specialius aliquanto evolvamus, paratile fore duco, gravissimo-

rum, ac præcipue veterum sapientissimorum, testimonia in subsidium vocare, ut quid illi de ventorum noxa atque salubritate senserint, apertius videamus. Deprehendimus autem in eorum clarissimis monumentis, & præsertim magni HIPPOCRATIS, duos hos ventos sibi, e diametro oppositos, & viribus plane sibi contrarios, nempe boream & austrum, fortissimos semper fuisse creditos, qui animantium afficiant corpora. Vide libr. de morbo sacro num. XV. Et in eo ferme unanimes est Medicorum consensio, quod auster ventorum sit insaluberrimus, boreas autem ad conservanda corpora vitamque tuendam aptissimus.

Primo itaque omnium allubescit, effetus quosdam speciales non tantum in animantia, sed etiam in alia corpora, exemplis & auctoritate suffertos, breviter strictimque recensere, & quidem initium faciendo ab austro. Notabile est, austrinis aerem nostrum pervagantibus, præsertim aestivo tempore, quando minantur pluvias, homines anxiø quasi calore premi, largius sudare, respirationem fieri citatiorem, corporisque habitum intumescere. Animalia autem tam terrestria, quam aerea & aquatilia, varias insolitas & extraordianrias motiones, actiones, agitationes, vociferationes, clangores efficiunt, ex quibus etiam vulgus tempestates impendentes præfigre solet: qua de re latius videri meretur VERULAMIUS in *historia ventorum*.

Porro sub statu-aeris austriño, perhumido tepidoque, corporis habitus relaxatur, & densa quæ fuerunt, flaccidunt, cutis spongiosa ac rarior redditur, ad sudorem disponitur, vasa sanguinea intumescent, calceamenta & tibialia æstiora, funes longiores sunt, atque coria molliora & laxiora, uno verbo: pori ab aere denso & humido replentur, rigidæ partes emolliuntur & flaccidores sunt, quod evidentissime videmus in chordis instrumentorum musicorum, quæ si ventis hujusmodi humidis continguntur, ultra modum extenduntur. Arbores, quæ ad plagam australem sitæ sunt, non mode-

longe teneriorem corticem obtinent, sed etiam lignum habent succulentius laxiusque, nec ita compressum ac strictum, ut illud est, quod plax & opposita septentrionali obiicitur. Neque hoc loco transmittendum silentio est, illa edificia, domos, turres, que spectant ad austrum & occidentem, longe celerius ruinam ac detrimentum pati, putredinemque concipere, quam quæ ceteris expositæ sunt. Quinimo curiosum aspectu est, in præaltis nonnullarum urbium turribus, ubi ad quamvis plagam horologium aureis numeris pictū est, has, qua occidenti & austro patent: ex eas post breve temporis spatiū ac quasi deletas esse, cum in ceteris, quæ spectant ad boream & orientem, pulchre adhuc & nitide apparent.

Ceterum austrina aeris constitutione, præsertim sub calore astivo, cadavera facillime in tetricam putrilaginem abeunt, sub autumno vero, immo ipsa hieme, utut non putrilaginem foetidam concipiunt, vappescunt tamen, corrumpuntur, & genuino suo sapore carnis destituantur.

Agriculturæ austriæ præ ceteris opportunitus est. Nullus enim ventus seminantis transplantantibusque aëspicitor est, quam hic ipse, quippe sub calido & humido semen cortex mollescit, intestina motio & turgescencia, ad seminis efficaciam recludendam summe necessaria, tali tempore optime perficiuntur insecta porro his dominantibus & generantur & propagantur libertius, & carniem putredinemque vegetabilia tunc temporis facilius accipiunt.

Præterea adjicienda etiam sunt illa, quæ dicti hi venti operantur in corporibus humanis. Placet autem aurea de his dicta HIPPOCRATIS aliorumque veterum in medium adducere: præcipiūs quidem locus est Aphorism. V. sect. III. dum inquit: *Austri auditum hebetant, illique graves sunt, caliginosi, & tenibrosi, nec non capitum gravitatem, segniciem, seu lentitudinem & corporis laxitatem afferunt.* Quotiescumque itaque austri diu multumque dominatum tenuerit, hujusmodi fere symptomatibus ac morbis

afficiuntur homines. Et libro de humoribus sect. II. pag. 18. scribit: *Austri auditus gravitatem afferunt, oculis caliginem offundunt, capitis gravitatem inducunt, membrorum torporem ac languorem faciunt.* Quin hic invaluerit, ejusmodi in morbis contingunt ulcera madentia, que os præsertim, pudendum, aliasque partes occupant. Et RHAZES lib. III. c. XXV. de ventis & aere: *Ventus autem a polo veniens meridiano, a parte Subel, corpora dissolvit, sensus turbat atque dolorem capitis & oculorum agititudinem facit, epilepsiam quoque ante consueta tempora accelerare facit, febres itidem parit, propter suam putredinem. Gutturi tamē & pectori, & pulmoni exasperationem non tribuit: est etiam plus omnibus ventis agititudinem inferre paratus, & quam maxime si in aestate flaverit, vel in fine veris.* PLINIUS hist. nat. I. 1. cap. 48. p. 201. prodit: *Minus esurire austro spirante creduntur animantia.* Et ARISTOTELES sect. 26. Probl. 46. p. 803. *Cur spirante aquilone avidiores sumus, quam austro? an quod aquila frigidior sit.* Et CELSUS lib. 2. cap. 1. inquit, *Auster corpus efficit hebes, humidum & languidum.* Mirum certe est, quomodo austri præ ceteris ventis paßim apud medicos scriptores, immo apud poetas: male audiat, qui tot probrosis epithetis illum sugillant. HORATIUS l. 2. Satyr. 6. *ventum hunc plumbeum appellat,* quando dicit:

Nec mala me ambitio perdit, nec plumbus austri

Et in eo ferme omnes conveniunt Medici, quod gravitatem corpori aferat. Notavit hoc jam suo tempore GALENUS, qui scribit de Theriaca ad Pij. c. II. *Quendam ex suis sodalibus, in lecto cubantem, solitum divinare, quis ventus spiret, nam quoties gravari sibi caput sentiebat, statim dignoscebat, ventum austrium esse.*

Discussis hisce, progredimur ad effecta ventorum aquilonarium, & eorum, qui siccitatem, frigus, elasticitatem, & compressionem aeri nostro atmosphærico inferre solent: & quemadmodum hi ipsi e dia-

e diametro oppositi sunt austriñis calido-humidis, nec non diversa indeole ac natura gaudent, ita contrarios quoque effectus in animantium aliaque corpora exferere, quivis rerum physicarum paulisper gnarus facilime poterit judicare. Et sicuti austriñi poros relaxant, corpora emolliunt, humores liquant ac fundunt, itemque tonum partium in animalibus laxant, fibrasque illorum flaccidas reddunt, ita hi ipsi poros arctiores in universum omnium corporum efficiunt, illos coartando ac constringendo, partes autem solidas rigidiores, firmiores & solidiores efficiunt, fluida condensant, comprimunt, & tonum in animantibus firmant ac roboran. Uno verbo: ad conservationem, durationem, tam inanimatorum, quam vivorum multum faciunt, illa defendendo ab omni corruptione, putredine & destructione nativæ suæ mixtionis, five principiorum mixtum constituentium unionis. Eandem autem ob caußam dieti hi venti agriculturæ & plantarum vegetationi non adeo accommodati sunt: hinc BODINUS Theatr. naturæ l. 2. p. 180. scribit: flantibus aquilonaribus, nec serere, nec plantere, nec arare licet: Item: sterilitas sequitur frugum, si aquilonares flaverint, sole scorponem percurrente, quoniam saltuaries seminibus imbræ cohidentur, si quidem sub calido & humido, quo vincula seminum optime relaxantur, & vis plastica explicatur, vegetabilium nutritio & augmentum optime procedit, quod rigidi, asperi & frigidi isti venti summopere cohident, poros & comprimendo & constringendo. Et in universum hic notandum, quod agricolaræ periti majora detrimenta & utilitates quoque ab ipsis ventis, quam ab aspectibus lunæ & astrorum petere ac expectare possint: unde tempestatam vicissitudo, varietas ac natura, ventorumque cognitio ipsis debet esse commendissima. Notatu porro dignum est, quod illi agri ac horti, qui aquilonarium flatu libere sunt expositi, acri frigore atque asperis pruinis plus afficiantur, in maximum plantarum, vitium arborumque detrimentum, quam qui

ab ipsis muniti ac septi sunt.

Arbores ipsæ ex illa parte, quæ ad clima septentrionale spectat, longe asperiorem corticem, masco obsitum, lignumque compactius habent, quam ubi australi opposita plaga obiiciuntur.

Ceterum aquilo a venerabili antiquitate semper saluberrimus judicatus est. Vid. PLIN. hist. nat. loc. cit. & ARISTOTELES illas urbes saluberrimas pronunciat, quæ solem orientem versus sitæ sunt, & ventis orientalibus ac borealis expositæ. Et magnus noster HIPPOCRATES lib. de morbo sacro c. 7. p. 483. aquilonem ad sanitatem & corporis conservationem valde commendat, quippe scilicet 3. aphor. 17. hæc habet: Aquilonæ tempestates solida reddunt corpora, tum etiam firma, & ad motum expedita, & bene colorata, auditum acidunt, sed tamen alvos desiccant: quin oculos mordent, & si quis ante dolor in thorace exsisterit, eum acerbiorum reddunt. Et gravissimus auctor CELSUS ita sentit lib. II. c. 1. §. 20. Ex tempestatis aquilo tussim movet, fauces exasperat, ventrem adstringit, urinam suppressit, horrores excitat, item dolorem lateris & pectoris. Sanum tamen corpus spissat, mobilius atque expeditius reddit. Huc quoque pertinet locus RHAZIS qui libro V. de re medica cap. IV. hunc in modum differit. Ab aquilonaribus ventis ille custodiendus est, qui in pectore asperitatem sentit, vel tussim patitur, vel quibus pulmo aut pectus debile est: hic enim si aerem atraxerit frigidum, ad tussim vel ad sanguinem velociter pervenit. VERULAMIUS autem de hoc vento hæc prodidit: Flante borea, magis alacres, sani & avidiores ciborum evadimus.

C A P. VII.

Peculiares observationes medicæ de ventorum noxa atque salubritate aperit.

Generatim sic perspecta ventorum natura dannosa & fructuosa, quam

in corporibus humanis exserunt, placet jam speciatim procedere, & in praxi notatas mihiique occurrentes observationes quādam, ventorum efficaciam designantes, concisa quidem ratione, adducere, uberiorem hujus rei tractationem in aliud adhuc commodius tempus rejicendo.

I. Animadvertis diligenter in praxi mea, quod diu dominantes ex austro & occidente venti, sub aere denso perhumidoque, & mercurio in barometro diu hærente in inferiori statione, in prima ætate, idest infantia, copiosas seri evanescences, tam per nares tussimque, quam alvum excitaverint: quo tempore etiam achores, tinea in capite, stillantes aures, oculorum defluxiones, incrementa maxima cuperunt. Et præterea curiose fuit annotatum, lumbricos in hac ætate magna in abundantia progenitos fuisse: ex quo fonte varii postea generis febres, e putridarum genere, tabes, nec non convulsiva partium corporis affectiones, promaharunt. Hinc non sine ratione lumbrici ad epidemios morbos sunt referendi, cum experientia addoceat, certis annis hos ipsos magis esse infensos & frequentes quam alios.

II. Sub eadem tempestatis constitutione, ii, qui pituitosis referti sunt humoribus, nec non hectici, majorem membrorum lassitudinem viriumque languorem persentiunt, & quibus pedes tumere solent, vel qui inflatos ventres habent, tunc temporis plus quoque affliguntur, quam si fuerit cœlum serenum. Quin immo glandularum eximiū tumores, ut sunt scrophulæ, valde hoc tempore in crescunt, & gravidæ uterum longe inflatiorem & grandiorem, indeque non sine incommodo, gerunt.

III. Qui ulcera manantia habent, nec non ferosas putridas excretiones patientur, cuius generis sunt, albus fluor in foemini, gonorrhæa, sive benigna, sive maligna in viris, alvi creber fluor, & ulcera, sive recentia sive inverata fuerint, scabies humida, pustulae in facie, sub cœlo imbricoso nubilo, diu

perseverante, non ita dolore affliguntur, fortes tamen largiores, quam sub cœlo sereno siccoque, ejiciunt.

IV. Omnes nervorum & capitis imbecillitates atque affectus, qui ex humorum segnitie & obstructione suboriuntur, quorundam referre licet auditus gravitatem, visus hebetudinem, tumores capitis rheumaticos & cedematosos, paralyses, memoria debilitatem, ingenii torporum ac hebetudinem, immo ipsum epilepticum insultum, sub mercurio humiliori, cœlo austriño, plus justo humido, mirum in modum exasperantur, & ultra modum vires accipiunt.

V. Ulterius certissimæ experientiæ est, sub diurna austriña humidaque aeris intemperie, præsertim ventis vacua, magnam ad putridorum morborum generationem proclivitatem fieri, unde frequentius videmus, præcedente paullo longius ejusmodi aeris statu, magno cum agmine prorumpere morbillos, catharrhales, malignas & petechizantes febres purpuratasque, quales per aliquot jam annorum decursum, eandem ob caussam, liberaliter adhuc experti sumus, magnam hominum stragem undique edentes.

VI. Neque hoc silentio præterendum est, dominatum diu habentibus fatibus austriñis, densoque, tepido ac humido cœlo, somnum fieri graviorem, multis anxietatibus & angoribus referunt, inquietum, turbulentum, nec non frequentiorem somni comitem existere, præsertim in dispositis, incubum. Insuper ejusmodi tempore appetitus solet esse imbecillior, nec tanta ventriculi in digerendis ac dissolvendis alimentis vis deprehenditur.

VII. Curiosum illud est, quod qui graviter in quadam parte, præsertim tendinosa ac fibrosa nerveaque, lesi ac fauciati sunt, præsertim in capite & pedibus, ita ut cicatrix vel nodus quidam durus relinquatur, ob fibras vasaque capillaria nervulosque a naturali suo tono ac ordinario situ detortos, quotiescumque tempestas mutari solet, v. g. ex serena in turbidam & contra, experiantur in ejus.

ejusmodi partibus magnas molestias, pruritus, dolores, tractiones, punctiones, adeo ut calendarium quasi perpetuum secum ferant, quo futuras tempestates exacte prænunciare possint. Experimentum hujus rei quotidianum suggereunt clavi pedum, plerumque tempestatum conversionem indicantes. Singularis mihi nuper contigit casus, ubi vir generosus, calculum in vesica gerens, tempestates exacte prædicere poterat, ex acerbitate dolorum, vel illorum levamento in vesica: nam si dolores senviunt magis, indicium est appropinquantium ventorum borealium; si mitigantur, succedunt venti austriani & humidi. Ex quo satis intelligitur, quantam habeat potentiam aer, qui a ventis mutatur, in corpora nostra, illa variis modis alterando & demutando.

VIII. Ex frequenti & attenta observatione confirmatum habeo, quod illi, qui laborant arthritide, podagra, vel alio gravi & diurno morbo, nec non febribus & morbis chronicis, vires non sufficienter recuperare & convalescere queant, quando mercurius in barometro est humilis ac depresso, & humida aeris intemperies diu invalidit: simul ac autem gratissima redire solet serenitas, argenti vivi fitus altior evadit, mox etiam insignis mutatio in ægrotantibus percipitur, necessaria cum transpiratione excretiones, eaque critice, expeditiores fiant, appetitus restituitur, & somnus fit placidior.

IX. Multoties annotavi in præmia, omnis generis dolores, tam cephalalgiam, quam podagram & odontalgiam, fieri acutiores atque graviores, nec non in pleuritide respirationem difficiorem, majoremque in pectori angustiam, si frigidi, siccæ elasticæ venti diu spiraverint, & exquisita ac perfecta se-

renitas observetur. Ex adverso omnes phthisici confirmati, & qui pectori laborant, item qui dolorum senvitia corripiuntur, nec non hectici, hæmoptyci, sub nubilo, pluvioso, humido celo, melius degunt, nec tantam malorum senvitiam experiuntur, quam flantibus borealibus ventis. Qua de re consule superiore locum adductum RHAZIS cap. super fin. Idcirco etiam autumnus phthisicis & ex labo pulmonum laborantibus valde funestus, quoniam sèpe aquilonius est, qualis effato ipsius HIPPOCRATIS secundum lib. 3. §. 14. natura humidioribus opportunus, siccis autem & biliosis valde molestus.

X. Sciendum illud quoque est, sub ventis serenis, elaceret aer conflantibus, & mercurio altiori, appetitum longe fieri erectiorem, alacritatem & vires ingenii omnesque mentis actiones augeri, totumque corpus alacre fieri, digestionem faciliorem & appetitum latgiorem, somnum quoque placidissimum, quod multoties in me aliisque expertus sum. Ex adverso perhumidus idemque & densus diurni aeris status turbat, & ingenium hebes ac desidiosum corpus facit: ideo LANA l. c. observavit, humana corpora, frigidiora & languidiora tunc temporis esse, quando argentum humilius subsedit.

XI. Quandocunque austrinos dies, eosque humidos, subito vehementes boreæ fatus excipiunt, maxime tempore hæmati & verno, multas destillationum pravas & noxias species excitant, præsertim quibus caput, ac signanter fauces, obsidentur: unde coryza, odontalgia, tussis, arthritides, multos ex debilioribus & tenerioribus graviter tunc temporis affligere solent. Sed haec jam circa hoc argumentum sufficiant. Cum Deo alio tempore plura communicabimus.

EPHEMERIS

BAROMETRICO-METEOROLOGICA

ANNI MDCC.

Moniendum est lineam -- numeris adiectam in hac ephemeride significare dimidium gradum.

JANUARIUS.

Dies	Hora	Vent.	[Th.] Bar.	Tempestas.
I	h.8.	S	60	Regelatio
II	S. W.		59	cum pluvia modica
4	--		59	ad hoc
II	--		60	glaciale de nocte frigus
Qu.4	h.8.	W.N.W.	62	Ventus impetuosus cum nive nocte
10	--		62	Serenitas
II	--		64	Ventus modicus
3	h.8.		64	Tranquillum, nocte gelu
I	--		63	Nix densa humida
10	--		63	Regelatio pauca
4	h.8.		62	ad hoc
II	--		62	Pluvia tenuis
II	--		63	Nebula frigida, squalor
5	h.8.	N. W.	63	Tempestas nubil. frigida nebula
12	--		62	Nix solvitur
II	--		63	Tranquillus aer
6	h.8.		63	Cœlum nubibus tectum
10	--		64	ad hoc
7	h.8.		64	Tempus cœnoscum
II	W N W		64	Ventus & frig. modicum
I	W		63	ad hoc
II	--		64	Tranquillum
8	h.8.		63	Nix tenuis, Lipsæ pluvia & nox tota pluviosa
I	--		63	Tempus cœnoscum
9	h.11		62	Ventus cum tristi cœlo
8	--		62	Tempus cœnoscum obscurum
II	N. W.		62	ad hoc
II	--		62	Nebula madens, tranquillum
10	h.8.		62	Tempus cœnoscum caliginosum
N.L.	10	N.N.W.	62	Pluvia tenuis, nebula
I	--		61	Item
4	N. N.W.		61	nebula densa

ventus

Dies	Hora	Vent.	Th.	Bar.	JANUARIUS.		Tempestas:
11	h.5.	N W	62	30-	ventus modicus		
12	h.8.	S W	61	30-	ventus modicus, sordida dies.		
	10		62	30-	ventus modic, nebula humens.		
	4		61	30-	ventus invaluit, nec frig. vacuus		
	12		60	29	ventum impet. corus intermixt. efficit		
13	h.8.	W N W	59	27	tranquillum frigiduscum.		
	10		57	25	ventus validus		
	8		56	24	ventus impetuosoſ, phœbus, pluvia		
	9		51	24	ventus vehemens, pluvia stillans		
	11		59	24	pluvia minuta		
14	h.8.	S. S. W.	59	24	ventus modicus		
	W		57	24	ventus		
	6		55	24	ventum zephyrus efflavit.		
	11		50	23	impetuosoſ cum pluv.		
	11		50	23	ventus nullus, aë frigidus		
15	h.8.	W N W	50	22-	pluvia larga & ventosum		
	11		50	23	ventosum		
	3-		55	23	ventus impetuosoſ etiam Berolini		
	11		57	22-	ventus modicus		
16	h.8.	N W	59	22	ventosum, gelu modicum		
	10-		59	23	phœbus		
	4		60	24	ventosum		
	11		62	25	ventus modicus, nox inferna		
17	h.8.	W	63	26	nocte nix tenuis		
	11	W N W	63	26	nix tenuis		
	2	N W	61	26	nix tenuis, phœbus,		
	4	W S W	61	26	aura frigida		
Qu. 2	11		61	23	frigus duravit plateas		
18	h.8.	S. O.	55	22	ventus impetuosoſ, cum sole latente		
	11	S.	57	22	nix tenuis		
	2	S. W.	56	22	ventus impetuosoſ, cum nive tenui		
	3	S. O.	56	22	nix densa cum vento impet.		
	3-	S S W	57	22	nix nulla		
	11	--	59	21	placid. frigus, Lipsiae nocte nix copiola?		
19	h.8.	S.	58	21	aura lenis cum nubilo ccelo.		
	19	W. S. W.	58	21	sol emieuit, aura mitis, lutosura		
	2	W N W	+9	21	ventus mod, cum pluvia tenui		
	2-	--	+3	21	nix densa cum vento modico		
	5	--	55	21	nix nulla		
	11-	--	56	16-	tranquillum frigidum		
20	h.7.	--	58	19	nox glacialis		
	10-	--	58	19	aura mitis		
21	h.8.	S.	57	19	ventus modicus		
	1	W	56	19	calidum, phœbus		
	11	--	58	19	nebula densa		
22	h.8.	S. S. W.	58	21	subnebulosum, lutulentum		
	1	--	57	20	Phœbus cum calore		
	12	--	57	19	nullum frigus		

lenis-

Dies	Hora	Vent.	Th.	Bar.	JANUARIUS. Tempestas.
23	h.8.	S.O.	55	19	lenissimum frigus
	i.	O.	56	18	serenum frigidiusculum
PL.	ii.	-	56	17	nubilum
24.	h.8.	W N W	56	17	nocte nix tenuis, gelu
	i.	-	57	18	subventosum, subfrigidum
	ii.	-	60	21	tranquilla & frigidiuscula tempestas
25.	h.8.	S.	59	21	similis praeced. diei tempor. constitutio
	io.	-	58	20	nec ventus, nec nix deficiebat
	io.	-	57	18	aura frigida.
26.	h.7.	-	56	15	lenis regelatio.
	io.	W.	56	15	sol emicuit & ventus oriebatur
	2-	N.W.	55	15	pluvia pauca cadebat
	ii.	-	57	17	nubes movebant. cum frig. intentione
27.	h.8.	N.N.W	58	19	similis tempestas
	5.	-	60	22	fenestrae incipiunt gelari.
	io.	-	62	23	gelu increasit
28.	h.	W	62	24	nox gelida omnia rigida fecit.
	12.	W N	62	25	ningit, frigus permanet
	4.	S W	62	25	pergit nix
	ii.	-	63	27	strictum gelu.
29.	h.8.	W.	63	28	nebula visitur.
	io.	S. W.	63	28	sol apparet cum celo fer. auraque frig.
	ii.	W. S W.	63	28	tranquillus, frigidus tamen aer.
30.	h.8.	S.	62	27	apparet gelu remissius
	5.	-	62	26	serenit. tranquilla frigida cum sole.
Qu.4	ii.	-	61	25	idem tempus.
31.	h.8.	W S W	61	24	nocte nix larga, que adhuc durat
	3.	W	61	24	nix liquefacit & sol effulget
	ii.	-	62	27	nix persistat cum glacie modica.

FEBRUARIUS.

1.	h.8.	W.	63	27	Nebula animadvertisit
2.	.	S.	62	27	aliqualis frigor. remis. cum nivis sol.
ii.	-	-	61	26	fenestrae rursus gelu densantur
2.	h.8.	-	62	25	idem gelu contin. cum solis splend.
9.	O.	-	63	25	temperat. aer, nix diffliuit & sol fulget
3.	-	-	61	24	placidus & temperatus status
10.	-	-	61	24	aura asper. & frigid. fit cum ser. nocte.
3.	h.8.	W.S.W.	61	24	serenitas continuat & nix liqueficit
ii.	-	-	60	23	nix liqueficit a solis splendor e.
10.	-	-	57	20	placidus & temperatus aer
4.	h.8.	-	55	17	nivis liquatio ulterior
12	-	-	50	16	splendor solis vagus
ii.	-	-	55	16	gratus tepr.
5.	h.7.	W.S.W.	58	14	mane glaciale
10.	-	-	50	14	serenitas amœna cum sole
	-	-	49	14	aura frigidiuscula Lipsiae densa nix.

FEBRUARIUS.

Tempestas.

Dies	Hora	Vent.	Th.	Bar.	
					FEBRUARIUS.
					Tempestas.
6	h.7	S.	50-	14-	eadem.
	10	..	55-	14-	mane glaciale cum amico sole:
	11	..	56-	15	serenitas grata.
7	h.7	S.W.	56	15,	aura mitis
	1	..	55-	16	lutum gelatum & sol' apparet rufus:
	11	..	57-	16:	ningit per 3. hor. cum frigoris remissione:
8	h.7	..	57-	17	aura frigidior:
	1	W.	57	17-	nox frigore non vacua:
N.L.	11.	..	55-	15-	cœnum gelat. exhibuit splendor solis. vagus:
9	h.7	..	60	20	aura frigida.
	10	..	59-	21	nebulæ.
	11.	..	61	25	novilunium nivem largam producit:
10	h.7	N.W.	62-	26	geli diurnum.
	2	..	62	26	rufus ningit
	11.	..	61	25	serenitas cum temperato calore:
11	h.5	ONO	61-	25	frigoris exaltatio a nocte. serena.
	12	O.	61-	25	serenitas amica.
	11	..	62	25	serena. & calida meridi.
12	h.7	O.N.O.	64	26	frigus resurgit
	12	O.	63	26	nox valde glacialis omnia confrinx.
	10	..	63	26	phœbus.
13	h.5	N.O.	63-	26	ventus paulo validus surgit & nox. nub.
	3	..	62	24	fenestræ gelatae sunt
	11	..	62	23	serenum & siccum frigus aquilo affert
14	h.7	S.O.	62	23	intenditur idem: cœlum latet
	12	..	62	23	geli vehementius & phœbus.
15	h.5	S.S.O.	61	23	remittit.
	11	S.	60	23	nix mane volitabat
	1	W.S.W.	nix largior, quæ tamen paulo post a sole meridi.
Q:2	11	..	60	23	solvitur
16	h.7	S.	59	22	subfrigidum.
	11	..	55	22	serenit. cum placida tempestate
17	h.9	S.W.	55	21	aura temperata.
	11	..	55	22	serenum cœl. cum sole
18	h.7	S.O.	57	21	moderatus aer cum modico vento.
	11	I.S.S.W.	56	21	pergit serenitas
					ventus surgit cum sole raro.
					M A R T I U S.
1	h.7	S. W.	55	22	Serenitas amena & subcalida.
	1	S.	57	22	sudum ac gratum cœl.
5	S.S.O.	55	22	serenitas subfrigidula.	
10	..	55	22	Eadem	
2	h.7	O.	55	22	similis priori dies.
3	h.7	..	55	22	nebula humida.
11	..	57-	21	leve frigus	
4	h.7	O.N.O.	55	20	aer rufus. nebulosus. cum mod. frig.
PL.	10	...	58-	22	tempestas commoda. atque frigida.
5	h.7	..	55	22	tempestas placida
11	N.N.O.	59	23	p. L. nivem humidam addūcit quæ mox solvitur.	
					desinat.

M A R T I U S.

Dies	Hora	Vent.	Th.	Bar.	Tempestas.
------	------	-------	-----	------	------------

	II	--	61	24	desinit nivis solutio a frig. moder.
6	h.7.	--	61	24-	nix cum caelo nubilo
	12	--	60	25	nubibus cœl. obduct.
	11	--	61-	25	frigus sentitur
7	h.7.	--	62	25	nox glacialis fenestras duravit
8	h.7.	--	62	25	frigus pergit
	I	S. O.	61	25	redit sol & frigus temperat
	10-	--	62	25	asperior aura
9	h.7.	--	62	25	serenit. rursus conspicua glacies dif.
	4-	W.S. W.	60	23	aer modice nebulos. cum tenui asperg.
	II	--	61	24	temperata & tranquilla aura
10	h.7.	--	61	24-	diluculum nebulosum
	10	--	60	25	cœlum nebulosum
	10-	--	61	26	aura paulo frigida
11	h.7.	--	61	26	serenitas grata & glacialis
	5-	--	59-	24-	eadem
Q.4	II	--	58-	23	aer aliosus inquietus
12	h.7.	S. O.	57	21	ultima quadra ventum mutat
	5-	S.S.O..	56-	20	frigus montes austr. Varisci effund.
	II	--	58	21	crescit
13	h.7.	N.N.O.	58	23	serenitas cum eodem frigore
	10	--	61	26-	hoc intenditur
14	h.7.	--	61-	27-	nebula rario
	3	O.	59-	27-	frigus remissius cum serenitate
	10-	--	59	27-	nox clara
15	h.7.	--	59-	27-	serenitas egregia
	2	--	57-	26	tempus vernum serenum gratissimum ca-
					lidum
	II-	--	58	25	nitida nox
16	h.7.	--	59	25-	eadem serenitas tranq. cum nullo ferm. frig.
	4	--	56	23-	pergit hæc cum calore
	10-	--	57-	23-	aer evadit frigidusc. nox clara
17	h.6.	--	57-	23-	serenitas pergrata
	10	--	55-	21-	ventus modicus, aliosum tempus
18	h.6.	W N W	57-	22-	simile tempus
	9	--	58-	23-	ventus nubila pulsat
	II	--	60	26	aura frigidula
19	7	W	60	27-	paulisper nebulosum
	5	N	60	27-	aspergo pluviosa
N.L.	II	--	60-	27-	tranquillus aer, ast frigidus
20	h.6.	N N O	60	27-	cœlum nebulosum frigidum
	10	N. N. O.	60	27-	Idem
21	h.6.	--	60	27-	serenitas subfrigida
	10	S. O.	50	25-	frigus exspirat
22	h.7.	N. O.	57-	25-	nebula densa, mane glaciale
	I	S. O.	55-	24	serena calida meridies
	II	--	56	23	tranquillum tempus
23	h.7	N. W.	57	24	nebula rara, quæ mox a sole dissip.

nubes

M A R T I U S.

Dies	Hora	Vent.	Th.	Bar.	Tempestas:
	11	--	56	25-	nubes solem obscur. & pelluntur a ventis
	1	--	57	25-	pluvia tenuis & paucā
	11	--	59	28-	omnia sedata
24	h.7.	W	61	28-	serenit. comitata vento, cui succed. nubila
	2	N. W.	61	29-	serenitas a nubibus turbata
	11	--	63	30-	nox frigida valde glacialis
25	h.6.	--	64	31-	serenitas cum vento
	1	N. N. O.	63	31-	cœlum clarum & ventus surgit impet.
	10-	--	64	31	frigus surgit eximium
26	h.6.	--	64	31	serenitas cum acri frig. succedit vent. mod.
	10	--	64	30	nix rara
	27	h.7.	--	65	frigus intenditur
PL.	10	--	61	28	mane durum gelu
28	h.7.	--	62	28	idem tempus
	10	--	61	27-	serenitas cum vento frigid.
29	h.6.	--	61	27	lenior tempestas
	1	O.	59	26	diluculum perfrigid. & clarum
	10	--	59	25	serenitas non sine vent.
30	h.7.	--	60	25	egregia tempestas, sed glacialis
	10	--	59	25	pergit serenitas per frigida
31	h.6.	--	69	25	eadem
	110	--	59	26	eurus adhuc glacialis & serenus
					clara & tranquilla tempestas

A P R I L I S.

1	h.7.	O	61	27-	Serenitas exquisita non vacua glacie
	11	--	59	21	frigus mitescit, nox fuit clara
2	h.6.	--	60	27-	pulchrum cœlum frigidiusculum
PL.	11	--	59	27	aura lenior, nox serena glacialis
3	h.6.	S.O.	59	27	status serenus & amoenus exceptit matutinam glaciem
	11	--	55	26	Frigus mitescere incip.
4	h.5.	N.W.	51	25	aura ventosa algida
5	h.6.	--	60	27	mane frigidul. seren. cum tenui glacie.
	1	N. O.	57	27	tempus vernum gratissimum
	6	--	57	26	grata serena nox
6	h.6.	O.	57	25	pergit gratum tempus
	1	WSW	57	25	eadem amoenitas calid.
	6	--	50	21	nox calida desideratissima sine stellis
7	h.6.	WNW	57	22	cœlum a nubibus occultatur
	1	W	56	23	Pluvia exoptata cadit
8	h.6.	WNW	57	25	serenitas restituit, non sine glacie
	1	--	56	24	pluvia calida foecunda ruit
9	h.7.	--	56	22	serenitas redit
	6	--	50	19	cœlum nubilum, nec pluviola destitut.
10	h.6.	--	55	18	cœlum latet
					diluculum sine omni frigore vel glacie
					cœlum

Dies	Horal	Vent.	Th.	Bar.	M A R T I U S.	
						Tempeſtas.
Qu.4	6	..	48	18	cœlum sine nubibus, amœnum	
ii	h.7	..	49	18	ſerenitas paululum turbatur	
	rr	..	56	20	ſerenitas cum calore insigni	
	6	..	50	20	perſtat	
			48	19	adhuſ	
12	h.7	..	49	19	ſimile mane priori	
		S	44	17	calor gravior fit nubibus intermixtis	
13	h.6	WNW	48	17	cœlum nubilosum	
	10	S.W.	47	18	hoc ſequitur pluvia	
	6	W	47	17	manet	
14	h.8	S.O.	57	18	ſubnubilum	
		W	44	16	calor increſcit & vent. oritur validus	
	6	..	45	16	ventus mod. pluvia & cœlum triste	
15	h.7	..	45	15	pluvia, & præced. nocte vent. vehem.	
	10	..	47	15	pluvios. cœlum cum vento leni	
		O	47	17	Serenitas grata revertit, cum nocte clara	
16	h.7	WSW	50	17	Dilucul. frigidiusc. & ventus nubes agit	
		W	47	15	Nobil. cœlum ſtellas recond. & Zeph. impet.	
17	h.7	..	49	16	Pluviosum & frigidum mane	
		..	47	16	Ceff. pluv. ſed ſol latet.	
	7	WSW	48	17	ſerenitas accedit & ſol rubens occidit	
18	h.7	N	50	17	pluvia rurſus, eaque frigida	
		WSW	50	17	perfever. & ventus spir.	
NL	6	N.W.	50	17	ceſſat pluv. manet vent. & nubila ſurgunt	
19	h.7		55	19	Novilunium frig. infert	
			19		quod remittit, nubilo perman. cœlo	
	7	N.O.	55	20	ſerenit. mediocris, paulo frigida	
20	h.7	O	56	22	ſerenum primo frigidul. poſt. calid. gratiff.	
		..	50	21	ſubnubilum c. te pore	
	7	..	55	22	veſperi frigoris non expers.	
21	h.6	N	55	21	ſerenitas cœli a' nubibus impedita	
	2	NW	50	20	nubescupiſ. nub. triftia, quæ pluunt.	
	7	O	50	20	cœlum nubil. occultat.	
22	h.7	..	55	20	cum nubilis ſoli colluctandum	
	2	S.O.	49	20	nubilum cœlum	
	7	W	55	20	ſerenitatem comitatur pluvia	
23	h.7	..	55	20	paulo frigida aura, cœlo minus claro	
	2	..	48	20	per vices ſol affulſit	
	4	..	50	19	pluvia larga ſequitur & tonitru	
	7	NW	50	19	ſubſequitur ſerenitas & frigus mediocre	
24	h.7	NW	50	20	clarum frigus	
		SW	50	17	pluvia ſpargitur	
	7	W	50	17	nubes ſtellas tegunt	
25	h.7	WNN	40	17	nubes circumcirca pelluntur	
		W	40	17	id quod continuat	
Qu.1	7	..	45	17	ſerenitas ſequitur	
26	h.7	..	49	17	prima quadra lunæ gratiff. ſeren. infert	
	I	S	46	17	meridies valde calida & pulchra	

nubes

Dies	Hora	Vent.	Th.	Bar.	A P R I L I S.	
						Tempestas:
27	h.7.	W	49	17	nubes solem contristant	
		S	49	17	imbris cadunt	
2		O.	45	15	calor satis eximus	
7	--		46	15	serenum calidum vespere	
28	h.6.	--	47	15	sol affulget serenus	
12		S	49	13	valde calida meridies	
29	h.7.	WSW	49	13	cœlum nubilum	
30	h.8	N. N. W	50	18	cœlum nubilum latens, frigidum.	
					M A J U S.	
1	h.7	N W	31	24	Ventus vehemens nubila pulsat	
1	--		31	24	serenitas cum non levi calore	
5	--		26	23	vesperi percalidum	
2	h.7	N.	36	25	serenitas amœna calida	
12	N.O.		32	24	pergit	
PL.		O.	32	23	adhuc	
7	h.7	--	31	23	idem cœli status clarus & calidus.	
3	h.7	--	27	21	calor continuat	
6	--		21	19	fit gravior	
4	h.7	--	28	19	eadem serenitas, frigidula tamen	
1	--		23	17	meridies summe calid.	
6	--		38	15	permanet	
5	h.6	S.O.	35	16	similis dies	
1		S.O.	22	14	in eodem statu pergit	
6		O.	20	14	serenit. ineipiunt nubes immisceri	
6	h.7	S.	23	15	cœlum rursus serenum cum gravi calore	
1	--		20	14	persistit	
7	--		21	14	adhuc	
7	h.7	--	22	16	mane rursus amœnissimum & calidum	
1		S.	16	15	sol liberior & calidior	
7		S.O.	12	13	gravior calor	
8	h.7	--	18	19	serenitas paululum nubeculis turbatur	
1	--		13	18	idem cœlum	
7		S W	16	13	fit nubilum & caliginosum	
9	h.7	--	21	18	pluvia desideratissima conspicitur	
1		N.W.	23	19	perdurat	
7		N. O.	21	20	pluvia desinit	
10	h.7	O. N. O.	24	21	serenitas mutabilis	
1		O.	26	19	perfectior fit	
Qu. 4			20	17	perfectissima cum nocte clara	
11	h.7		23	18	serenitas integra cum æstu	
1		S.O.	15	17	paululum nubibus interturbatur	
6	--		18	14	calor intenditur	
12	h.7	O.	21	17	cœlum pure serenum ac sudum	
1		S.O.	21	13	paucæ nubes surgunt	
7			22	15	idem cœlum	
13	h.7	O	21	18	serenitas rursus perfecta	
1		S.O.	16	16	nubeculæ intermisca	
7	--		15	14	quæ permanent	
14	h.7	O.	18	18	serenitas exquisita & calida	

Dies	[Hora]	Vent.	Th.	Bar.	M	A	J	U	S.
									Tempestas.
	1	S. O.	28	18	perseverat				
	7	O.	27	13	adhuc				
15	h.7	S. O.	31	12	cœlum nubilum redditur				
	5	W	27	19	pluviosum				
	7	N. W.	22	15	serenitas revertitur				
16	h.7	N.O.	26	17	dies egregia				
	1	W	22	16	nubes accedunt				
	7	S. W.	23	22	& solis liberum fulgorem turbant				
17	h.7	O.	26	17	serenum & sudum c. gravi æstu				
	1	S. O.	22	16	idem				
N.L.	7		21	18	nubila assurgunt				
18	h.7	W.	24	16	novilunium gratam pluviam larg.				
	1	WNW	21	15	cœlum nubibus involut.				
	7	W	23	16	adhuc				
19	h.7	S. W.	25	17	idem adhuc cœlum				
	1	W	22	16	continuat				
	7		26	17	rufus				
20	h.7	S. W.	26	19	mox sol, mox nubila				
	1	S.	20	17	æstus pergravis				
	7	S. W.	22	16	hic continuat				
21	h.7	S	23	17	nubes tonitru-emitt.				
	1	N. W.	21	17	nubes circumpelluntur, non fine sole				
	7	O.	22	17	cœlum fit sudum & clarum				
22	h.7	S.O.	24	18	serenitas modica				
	1	N.O.	19	14	sol & nubila per vices				
	7	S. W.	21	18	nubilum				
23	h.7	W.	24	18	nubila subsequitur pluvia				
	1	N. W.	26	19	continuat pluvia				
	7		29	20	serenitas redit, non tamen absque nubib.				
24	h.7		31	22	nubes cœlo volvunt.				
	1		28	22	serenitas modica				
Q.1	7		31	24	fit pura				
25	h.7		32	25	cœli status serenus				
	1	S.	26	21	calor increscit				
	7	O.	27	20	serenitas permanet				
26	h.7	S	32	19	paululum turbatur				
	1		36	18	adhuc				
	8	W	32	16	cœlum fit nibil. cum pluvia comite				
27	h.7	WNW	21	10	nubes, ventus & pluvia				
	1		22	13	eadem tempestas & cœlum obscurum				
28	h.7	O.	21	19	serenitas grata percalida				
	12		21	15	durat				
	7		22	15	nubes paucæ miscent.				
29	h.7		23	14	serenitas				
	1	N.O.	24	10	permanet				
30	h.7	WSW	23	10	nubilum cœluni				
	12		22	12	permodicus sol				
	7		23	12	pluvia modica delapsa				

calor

M A J U S .

Dies[Hora] Vent. [Th.] Bar. [Tempeſtas.]

3 E	h. 7	O. N. O.	24	13	calor continuat
	12		24	14	tempus calidum subnubilum;
	7		24	15	idem

J U N I U S .

PL.

1		N. N. O.	26	18	Æstus quodammodo mitigatus
2			25	21	serenus & gravior æstu præcedente
3		W N W	26	22	amœna serenitas
4	h. 7		34	17-	nubilum cœlum & paulo frigidulum
	1		29	16	serenitas interpolata
5	h. 7	S. W.	26	15	eadem
	1	O.	20	14	adhuc & satis calida
	1	N. O.	18	13	calor exacerbatur
	7		22	14	idem
6	h. 7	WSW	30	13	nubes cum imbribus
	1		28	12	adhuc durant
	7		36	12	serenitas nubibus interspersis
7	h. 7	N.	33	13	nubes cœlum obscurant
	1	N. W.	33	13	constans
	7		34	15	parum pluit
8	h. 7	W.	40	18	pluvia satis larga
	1		41	19	adhuc durat
Q. 4	7	W N W	39	20	nubilum tempus
9	h. 7		40	19	serenitatem puram reddit ultima quadra.
	1		41	18	serenitas nubibus comitata
	7		42	19	eadem tempeſtas
10	h. 7	N.	41	20	nubes
	1	WNW	41	18	nubes serenitati intermiscentur
	7		42	18	serenitas non sine nubibus
II	h. 7		38	20	eadem
	1		36	19	eadem
	7	N.	33	20	serenitas pura
12	h. 7	W	37	22	eadem
	1		35	20	non sine nubibus seren:
	7	N	35	20	serenitas & nubes
X3	h. 7	N. W.	36	23	serenitas jugunda
	1	N. O.	40	20	meridies eadem
	7	O.	41	19	eurus noctem claram & serenam attulit
14	h. 7		38	22	amœna cœli serenitas constans mane
	1		35	18	meridies valde gravi calore molesta
	7		33	18	vespertinus calor moderatior
15	h. 7		29	20	sol semper fulsit, nec cœlum nub.
	1		28	16-	anxius calor meridianus
	7		36	18	& vesperi & nox ser.
16	h. 7		36	18	paucae nubeculae turbant tot. diei seren.
	1		20	16	æstus gravior increscit
N.L	7		15	13	qui etiam per noctem seſe extend.

		J U N I U S.			
Dies [Hora]	Vent. [Th.]Bar.				Tempestas.
17	h.7		23	18	æstus & serenitas gravissima pergit per totam diem
	1		21	16	
	7	O.	24	18	
18	h.7		29	18	serenitas cum nubeculis mixta
	1		20	44	meridies anxium æstum produxit
	7	S. W.	26	17	nubilum crassum cœlum, sine pluv. cadente
19	h.7		25	18	nubila solem impediebant non sine calore & pluvia cad.
	1		25	16	meridie vacua pluvia
	7	N. W.	29	17	vespera & nox tota densa, cum tenui pluv.
20	h.7		36	17	sol non conspicuus sed aer pluv.
	1		40	17	qui ad vesper. contin.
	7		40	17	pluvia cessat, & frig. percipitur
21	h.7		33	18	serenit. nubibus divulsis hic ventus restit.
	1		30	17	sol liberius ad fulsit
	7		28	16	& calor. non medioc. attulit
22	h.7		29	17	eadem fere
	1		32	17	& similis dies præcedenti
Q. 2	7		40	18	vespera frigid. & nocte vix stella apparuit
23	h.7.		40	17	rursus eadem & cœli & tempestatis constitutio
	1		29	15	
	7		31	16	nox tota nubila
24	h.7.		32	17	tota hac die & nocte sol calidus cum pluvia alter-
	1		31	16	nabat
	7		33	17	
25	h.7.	WSW	32	16	serenit. non sine atris nubibus
	1		32	15	hanc sequebantur tristes pluviae die nocteque
	7		33	14	
26	h.7.		40	16	obiicabantur soli copiosa nubila, absque pluvia ta-
	1		31	17	men
	7		33	17	inferena nox sequuta
27	b.7.	N. W.	37	21	cœlo nubilo ventus surgebat
	1	W	36	20	zephyrus nubes pelleb.
	7	N. W.	37	21	nocte cœlum fere occultabatur
28	b.7.	N. W.	40	21	tota hac die, quandoque sol liberius fulsit, mox
	1		32	19	ventus nub. agens, isti obiicabantur, ut præced. si-
	7		31	18	milis dies & nox fuit
29	h.7.		34	20	
	1		33	20	similis rursus in omnibus præcedenti dies.
	7		34	21	
30	h.7.	W	36	21	nubila hinc inde, sicut in prioribus diebus agitan-
	1		31	19	tur, & noctem etiam inferenam efficiunt
	7	N.O.	33	18	

Dies	Hora	Vent.	Th.	Bar.	J U L I U S .		Tempestas.
1	h.7	N.O.	33	18.	Nubes agitabat argestes, in terra autem cœcias spirabat, & æstus non adeo modicus sentiebatur		
	1		31	18			
2	h.7	N.W.	34	20	nubes grand. æstum videb. levare merid. ab austrœ		
	1	S.	33	18	valde æstuosa facta cœlum recondebatur a nubi-		
	7	S.W.	28	17	bus		
3	h.7		30	16			
	1		28	18			
	7	N.W.	29	17	similis in omnibus dies priori		
4	h.7	N.	32	19			
	1	S.W.	36	22	serenitas exquisita in cœlo		
			38	16	africus nubes obicideb.		
5	h.7	W.	30	17	nocte non prorsus serenæ fuer. stellæ		
	1	S.	33	19	modica pluvia visa fuit		
	7	W.	28	17	solem restit. non tamen sine nubib. austor		
6	h.7	O.	31	18	serenitas melior quam prior nocte		
	1		32	19	tota hac dies & nox fuit clarissima ferme sine nubi-		
			27	17	bus, & cum æstu satis gravi		
	7		26	16			
7	h.7	N.W.	32	19	tota hac die sol calidiss. mox fulsit, mox cessavit,		
	1		26	16	nubibus obiectis		
8	h.7	N.W.	30	16	eurus serenitatem egregiam attulit, quæ per diem		
	1	O.	25	17	& noctem duravit, non sine calore, qui tamen		
	7		26	16	horis antemerid. erat mitior		
9	h.7		22	14			
	1	S.W.	24	15	mane serenum		
		W.	21	13	meridie africus nubes adfer. cum æstu maj.		
10	h.7	N.W.	33	15	zephyrus pluvias desideratiss. sparg.		
	1		31	19	serenitas pluviis dissipatis rediit		
	7		28	17	post meridiem pergravis æstus adfligeb.		
11	h.7	N.	24	20	nox fuit serena		
	1	O.	21	22	mane serenum		
	7		18	19	eurus & serenitatem & æstum continuavit; noi-		
12	h.7	N.O.	22	20	temque seren. reddidit		
	1		20	15	serenitas sine nubibus frigidiuscula		
	7		21	18.	meridies & nox serena, non tamen sine nubibus		
13	h.7		18	17	& anxiæ æstu		
	1	S.W.	14	12	æstus gravis cum serenit. egregia, quæ tamen post		
		O.	16	12	merid. ab africo nubilis turbatur, & vesp. ac		
14	h.7		14	16	noctem nub.		
	1	S.W.	16	14	africus serenit. variant. & intersp. rarioribus nubi-		
	7		14	13	bis cum æstu perquam molesto adducebat		
15	h.7		26	13			
	1	W.	16	14	aer valde frigid. & cœlum nubilos.		
N.L.	7	S.W.	21	16	nullus sol, sed pluviae perpetuae per totam fere no-		
16	h.7		22	17	tem		
	1	N.W.	46	17	nubilum cœlum adhuc		
	7	N.O.	23	17	meridies valde frigida		
					vespera cum magno calore		

J U L I U S .

Dies	Hora	Vent.	Th.	Bar.	Tempestas.
17	h.7	O.	24	18	serenitas pura sine nubibus
	i	S. O.	22	17	misceb. nubes, quæ tamen levab. æstum
	7	W.	25	19	tota nox nubibus obscurata.
18	h.7	N. W.	27	22	serenitas non continua
	i		26	21	cœlum nubilum
	7	W	27	22	quod vesperi & noctu etiam latuit
19	h.7		29	24	zephyrus serenitat. non multum turb.
	i	S. W.	26	20	meridie nubes æstum intensum reddeb.
	7	N. W.	24	21	serenitas a coro restit.
20	h.7		46	21	mane subfrigidum
	i	S. O.	29	17	meridies inferena
	7		19	15	nox grata & parum serena
21	h.7		11	16	æstus pergit satis sever.
	i		16	13	pomeridianis horis nubes accedentes temperabant
	7		16	10	calor,
22	h.7	W. S. W.	18	14	tota hæc dies nubilosa cum pluvia tenui, nec
	i	NNW	10	15	non nox mixta fuit, non tamen deficiente
	7		17	16	calore
Q.2					
23	h.7	W N W	46	17	mane subfrigidum
	i	WSW	10	15	meridie reddit serenit. & ipse calor, vento nu-
	7		11	16	bes agitante
24	h.7	W N W	16	19	mane nubilorum & frigoris non expers
	i		14	18	horis pomeridianis serenitas calida nubibus in-
	7		16	19	termixta
25	h.7		14	19	eadem tempestas qualis præced. die
	i	N. W.	12	18	eadem
	7	S. W.	10	13	
26	h.7		19	16	serenitas egregia sine nubibus
	i		16	14	nubes accedebant
	7		16	14	vespera paulo frigidior, nubilaque
27	h.7	N.	16	19	mane serenum gratum
	i	WSW	12	17	calor major cum serenitate moderata
	7		17	16	nocte stellæ minus conspicuæ
28	h.7		24	16	mane cœlum nubibus occultatum
	i	WSW	20	16	accedebant imbræ, qui ad noctem usque durabant
	7		21	17	
29	h.7	N. W.	25	19	cœlum rufus inclarescebat
	i	W.	28	18	serenit. cum pluviosa asperg. altern.
PL.	7		20	18	vespera & nox clarior.
30	h.7	WSW	22	17	sol rufus latuit usque ad vesperam
	i		21	16	
	7		20	15	incipit serenari cœlum, non in totum
31	h.7		29	14	hac die & nocte nubes multæ in cœlo conspi-
	i		20	14	spicuæ.
	7		22	15	

A U G U S T U S.

Tempestas.

Dies	Hora	Vent.	Th.	Bar.	
1	h.7.	N. W.	26	18	Nubes grand. solis fulgorem impediens.
	1		35	18	meridies non sine calore
	7	W	37	16	circa noctem cœlum nub. cum aere hum.
2	h.7.	WSW	36	15	tota hæc dies minus serena, sed magis nubila
	1		37	14	fuit, cœlo minante & parum etiam spargente pluvias
	7		37	14	adfulsit sol cum calore immoderato
3	h.7.		34	15	meridies & vespera transit cum nubibus pluviis, nec non tonitr. audiebantur
	1		38	14	tempesta rursus humida, nubila, pluviosa fuit,
	7		40	14	& solis splendor minus frequens
4	h.7.		38	14	
	1		36	14	
	7		37	14	
5	h.7.	N. W.	35	18	hac die rufus serenit. crassis nubibus impediens.
	1		37	17	batur
	7		38	18	vespera imbricosa fuit
6	h.7.	WSW	36	19	amœna serenitas
	1		37	19	solem nubes prossus occultabant
	7		36	18	nocte cœlum minus perspicuum
7	h.7.	N. W.	46	20	serenitas nubibus destituta
	1	S. W.	45	17	meridies parum nubila
	7		46	17	idem cœli status
8	h.7.		45	17	hoc die serenitas ferme perfecta cum pergravi
	1		45	16	æstu juncta fuit
	7		45	16	
9	h.7.	N. W.	48	19	mane nubes crassiores in cœlum adductæ, quæ
	1		45	16	ferme exspirabant meridie
	7		47	18	cœlum perspicuum & gratum apparuit
10	h.7.	N.	50	21	mane aer refrigeratus, serenus tamen
	1	S. W.	46	17	africus nubes frequ. cœlo agitabat
	7		35	15	serenitas restituebatur & nocte clara
11	h.7.		36	17	serenitas sequitur, non tamen privata nubibus
	1		36	15	& æstu anxiō
	7		36	13	
12	h.7.	O.	35	15	mane serenum
	1	W	34	13	meridies nubila, sole prorsus non fulg.
	7	S. W.	34	13	sequebantur tonitrua pluviosa
13	h.7.		35	16	serenitas ferme pura, sole fulgente liberius.
	1		24	15	adfuit per totum diem
N.L.	7		28	16	mane paulo frigidius, indicabat pluv. alibi fa-
14	h.7.	W.	40	20	stas, & sol parc. visus est
	1	S. W.	37	18	sol visus æstum augebat
	7		37	16	nox minus pura & serena fuit
15	h.7.	W.	35	14	parum pluebat cœlo obscurato, ad occasum fer-
	1		35	14	me solis & æstus plane cessavit
	7	WNW	38	15	
16	h.7.	WNW	40	19	sol per vices fulgebat, & nubes ventus frigidus
	1		38	19	valde agitab.
	7		35	20	nocte stellæ apparuerunt

Dies	Hora	Vent.	[Th.]	A U G U S T U S .		Tempeſtas.
				Bar.		
17	h. 7		44	23		ſerenitas egregia, frigidiuscula
	I	WNW	43	21		ſol creber & calid. non tamen ſine nubibus.
	7		43	21		obſcuratum cœlum
18	h. 7		43	20		pluvia delapsa
	I		41	19		ſerenitas cum æſtu rediit
	7	S. O.	41	19		nox ſiderea
19	h. 7	O.	45	21		ſerena amœna, æſtuosa dies cum nocte fuit
	I		40	15		
	7		39	17		
20	h. 7	WNW	42	20		nubes grand. in cœlo viſebantur
Qu. 2	I	N. N. O.	43	18		ſerenitas mediocris
	7		43	18		permanet
21	h. 7		44	20		ſerenitas hac die fuit non perpetua, fed nubibus
	I		36	17		interpolata, non tamen auxie calida
	7	O.	36	17		
22	h. 7		36	18		parciores hac die nubes tanto ſæviorem reddide-
	I		35	15		runt æſtum
	7	S. O.	36	15		
23	h. 7	S. W.	37	16		æſtus auxius hoc die & pergrayis, modica ſereni-
	I		39	15		tate per gente
	7	S. O.	45	15		veſpera nubila cum frigore modico
24	h. 7	N. O.	40	17		nubes hoc die frequentiores temperatum efficie-
	I	W.	41	17		bant aerem
	7		42	17		
25	h. 7	S. W.	43	16		cœlum nubilosum minabatur & ſpargebat etiam no-
	I	W.	42	15		ete tenuem pluviolam
	7		43	15		
26	h. 7	WNW	41	19		ſerenitas intercepta frequentius nubibus, hinc æſtus
	I		41	17		fuit moderatus
	7		40	17		
27	h. 7		44	20		alſiosum mane
	I		41	20		ferme idem aeris & cœli status
	7	W.	43	20		cœlum pluviam modicam frigidul. ſparsit
28	h. 7		44	19		mane algidum triste & nubilum cœlum
	I		45	19		pluviosum
	7		46	21		perfrigida tempeſtas
29	h. 7		55	23		tota dies haec alſiosa & nubila fuit, ſine pluviis
	I		43	22		tamen
	7		44	23		
30	h. 7		43	22		Idem ferme cœli status, ſicut hēſtero die, Li-
	I		43	21		pſa autem multæ pluvia
	7	S. W.	44	21		
31	h. 7	W.	44	21		ſol & pluvia alternatim ſeſtebant, vento flante
	I		45	21		frigido.
	7	N. W.	45	22		

				S E P T E M B E R .	
Dies [Hora]	Vent.	[Th.]	Bar.]	Tempestas:	
1	h.7.	N. W.	55	23	Serenum ac sudum cœlum
1	i.	S. W.	53	21	nubilum ac tepidum
		W.	53	21	nox pluviosa
2	h.7.	N. W.	50	22	amœna serenitas sine nubibus
1	i.		53	21	circa meridiem & vesperam modica
7			54	22	nubes fere nullæ cœlum occuparunt, hinc æstus
3	h.7.	N.	55	23	non mediocris per hunc diem animadversus.
1	i.	S.O.	53	20	
	7		54	20	
4	h.7.		54	19	serena amœnitas perseverat, & calor hesterno die
1	i.		53	19	major, nocte quoque existente clara
	11		54	19	
5	h.7.		54	19	Idem cœli & serenitatis & caloris status
			54	16	
Qu.4	7		51	16	
6	h.7.		52	17	cœlum rursus serenissimum & calidissimum die
1	i.	S. O.	50	14	nocteque.
7			52	15	
7	h.7.	N.O.	55	19	Idem suavissimus cœli status.
1	i.		51	16	
	7		52	17	orieb. nubes montos.
8	h.7.	N.W.	52	19	nubes frequentissimæ cœlo adstiterunt, hinc æstus
1	i.	W.	54	17	temperarunt, Constantinop. fulmen templum
7		N. W.	53	18	incendit.
9	h.7.		55	21	serenitas fere sine nubibus
1	i.		52	19	
10	7		53	18	
10	h.7.		54	20	serenitatem interpolarunt nubes prægrandes & fre-
1	i.		52	19	quent.
11	7	O.	53	20	sol & æstus purus ac sincerus, temperatus tamen
1	i.		53	21	
	7		52	21	
12	h.7.	S.	53	22	
13	h.7.	WSW.	52	14	sudum & serenum cœlum.
N.L.	i.		55	17	crebras nubes hic ventus tota die advolvit, Li-
	7		54	15	pſie hora tertia & tota nocte pluviae sparsæ
14	h.7.		54	13	funt, & Misn. tonitrua procellosa.
1	i.	W.	55	15	frigidus aer
	7		55	17	ventus validus surg. Lipsiæ pluvia
15	h.7.		57	19	serenitas cum nubibus & frigido aere
1	i.	WSW.	60	21	nubilum, sed satis frigidulum
	7		57	20	serenitas, nubilosa tamen, cum calore restituitur
16	h.7.	S. W.	59	21	
1	i.	S.	60	23	serenitas nubibus permixta frigida
	7	S.	57	21	cœlum plane nubilum calidius
17	h.7.	S. O.	56	21	stellæ abſconditæ
1	i.	S. W.	49	18	serenitas cum grato tepore
					eadem.

vesper.

S E P T E M B E R.

Dies	Hora	Vent.	[Th.]	Bar.]	Tempestas.
18	h. 7		47	18	vespera nubila cum pluvia, quæ Lipsiæ non fuit
	i		46	18	serenitas maximam partem pura cum æstu me- diocri
	7	S. W.	40	16	continuabat
19	h. 7	S. W.	50	15	circa VI. & noctem cœlum nubilum
	i		57	18.	frigidulus aer, sole minus claro
N.L.	7	W	56	17	circa meridiem calor major
20	h. 7		57	17	nox frigida ventosa, nec pluviola cadens
	i		59	16	dies hæc nubila frigidula fuit, & nocte quoque stellæ non conspicuæ
	7		57	16.	
21	h. 7		50	15	frigidus aer, nubilosum cœlum
	i		52	21	
	7	N. W.	51	20	tenebricosa nox
22	h. 7	W	53	21	nubilum cum pluvia frigidulum
	i	S. W.	52	21.	tepor non modicus
	7	W	51	18.	pluvia desinunt
23	h. 7	N. W.	52	20	serenitas nubilosa, perfrig. mane existit, & perse- verat per ceteras horas, Lipsiæ autem tota dies
	i		55	24	fuit pluviosa
	7		53	23-	
24	h. 7		55	25	sol desideratus liberius adfulsit cum frigore satis sensibili
	i		56	25	
	7		53	24	
25	h. 7		54	23	
26	h. 7		51	23	triste cœlum & alios. per totum diem
27	h. 7		52	24	continuae nubes frigidæ sine sole
	i		53	21	sol adfulsit suaviss. & calidus
	7		50	20	reliqua dies nubila & tepida.
28	h. 7		59	20	
	i		50	19	nubilum cum grato teperc
	7		49	19	idem & africus una spirabat
29	h. 7	N. W.	50	19	cœlum mox nubilum, mox serenum
	i	N. W.	50	20	serenitas cum nubibus satis calida, africo nubes simul agente
	7	N.W.	59	20	calor major
30	h. 7	S. O.	50	20	nox clara, postea nebulosa
	i	N. O.	50	12	serenitas insignis cum calore
	7		49	21	temperabatur nubibus
			51	22	nox rursus pulchre serena

O C T O B E R.

1	h. 7	O.	52	22	Sol fore sine impedimento lucet per totum diem
	i		51	21	
2	h. 7		51	20	nox non adeo fuit serena
	i		52	21	serenatum rursus cœlum frigidulum
3	h. 7		49	19	nubila miscerantur, quæ nec noctem deserebant
	7		50	18	nubila cœlum obsidebant, nec tamen omnem se- reni-
			39	18	

Dies	Hora	Vent.	Th.	Bar.	O C T O B E R.		Tempeſtas.
					46	16	
1	I						renitatis & calorem auter.
9			47	17			meridies & vespera multum calida
4	h.7	S. O.	46	16			serenitas rursus satis calida cum nubib.
	I	S. W.	45	15			cœlum nubilum tenui cum adspergine
Q.2	9	S. O.	45	16			nubibus ferme omnibus divulsi serenit. redit
5	h.7		50	16			nubes paucæ in cœlo visæ
	I	S.S.O.	40	14			æstus gravis animadvertebatur
	7	S.O.	40	15			claritas noctis
6	h.7	S.W.	45	17			serenitas frigidula
	I	S.W.	49	17			calor insignis cum vento leni intermixto
	7		49	18			
7	h.7	W	59	20			ventus surgebat
	I		55	19			qui erat jam validior cum magno æstu
	9		55	20			nox fere clara
8	h.7	S.O.	52	20			solis splendor parcior, æstus levior & ventus sen-
	10	W.	40	19			tiebatur
9	h.7	W	40	19			vesperi nubilum cœlum seq. fulgure
	I		40	19			plavia necessaria adhuc durat
	9		49	19			sol alluc. quæ postea nubibus imp.
10	h.7		48	18			nox caligine & nubibus plena
	I		47	17			Die hac & nocte cœlum proſus triste, nubilum
	7		46	17			ac frigidulum fuit
11	h.7	N.N.O.	47	17			primis horis nubila, reliquo diei tempore sol resti-
	I		45	18			tuēbatur & satis per noctem etiam frigidulus
N.L.	9	N.O.	45	19			aer fuit
12	h.7	W S W	45	21			pluvia tenuis frigidula apparebat
	I	S. W.	43	15			sol inter nubes effulgit sub calore
	II	W	43	17			nubes productæ cum pluvia
13	h.7		43	17			cœlum nubilum sine pluvia
	I		43	17			pluviam meridies afferebat
	10	N.W.	46	21			serenitas & ventus satis frigidus
14	h.7		46	21			hac die serenitas sæpe iteromque nubibus turbata
	I	S. W.	44	20			
	10	W	42	16			atra nox
15	h.7		40	14			cœlum pluviosum
	I		43	15			nubila, pluvia, & serenitas alternabant
	7	N.W.	43	15			nox clarior
16	h.7		50	20			tota die multæ nubes solem sæpius tegebant, qui-
	I		50	20			bis tamen sol interlucebat, nocte existente ob-
	7		50	20			scura
17	h.7	N.S.	50	21			serenitas cum acri frigore, sine glacie
	I	S.W.	50	21			nubes admiscebantur
	II		50	18			cœlum plane obscurum fuit
18	h.7	W S W	51	15			tota dies ferme pluviosa & algida fuit
19	h.7		52	14			tepidæ & nubila dies
Q.2	1	O.S.W.	52	14			serenitas euri pruinæ & glaciem attulit
20	h.7		59	18			grata

O C T O B E R.

Dies	Hora	Vent.	[Th.]	Bar.	Tempestas.
12	O.N.O.	48	18		grata apricetas
7	O.	50	18		stellæ non visæ Lips. nox tota imbric. fuit
21	h.7		51	15	pauca pluvia observabatur
			49	24	nubila dies & nox
			50	24	
22	h.6	N. W.	50	24	pluvia cœlo delapsa
		N.N.W.	49	23	cœlum nubibus occultatum
			48	23	etiam de nocte quæ Lips. pluviosa fuit
23	h.6	N.O.	48	21	tota dies hæc pluviosa & nubilosa fuit, etiam per ipsam noctem
		O.N.O.	49	23	
			50	24	
24	h.6		52	26	per diem & noctem cœlum obscuratum fuit nubibus, nulla tamen decidente pluvia
		O	50	27	
25	h.6		51	28	continuavit etiam hoc die nubilosum & humidum tempus
			50	25	
			50	27	
26	h.7		50	27	tristis rursus cœli facies, nec pluvia, nec frigore destituta
			49	26	
PL.	6		49	25	
27	h.7	W.S.W.	47	24	nebula animadversa
			46	24	reliquis horis sol semper latuit
			47	24	plaga occidental. serenari incipit
28	h.7	W.S.W.	48	25	nebula, quæ etiam crassissima fuit Lipsiæ
			48	25	aprica & grata serenitas per reliquum diem & noctem
			48	24	
29	h.7	N	48	25	nebula rursus conspicua
			50	25	reliquis horis sol vix apparuit. Hac die grandis noxa procella circa Angliam
			49	25	
30	h.7	S.O.	51	25	rursus nebula advertitur
			40	24	reliquo tempore nubilo & pluvioso existente, talis etiam fuit nox
31	h.7	S.O.	50	24	tota hæc dies nubila, humida & frigida fuit.
	8	O.	50	25	
			51	26	

N O V E M B E R.

1	h.7	O.	52	27	Cœlum obscurum & perfrigidum
	12		52	27	
2	7		52	27	serenitas in cœlo visitur
	h.7	S.O.	52	25	sole perpaucum tempus frui licuit
	12		52	25	reliqua dies & nox obscura, caliginosa & nubila fuit
	7		52	24	
3	h.7	S. W.	41	24	glaciale mane repertum
	12		40	25	grata apricetas minus frigida visa
Q.4	7		49	23	nox caliginosa
4	h.7		47	20	cœlum nubilum, obscurum, pluvia intermixta
	12		46	19	tota die nocteque fuit simi-

Dies	Hora	Vent.	Th.	NOVEMBER.		Tempestas.
				Bar.		
5	7	N. W.	45	19		
	12		46	20		similis ferme in omnibus dies
6	7	S. O.	44	14		
	12		45	19		dies hæc ante meridiem nubila
7	7	S.	42	17		post meridiem pluviosa & ventosa fuit
	12		41	15		
8	7	S.	40	13		
	12		41	16		sol nubibus calide interluxit
9	7	O. S. O.	49	14		amoenus calor
	12		42	17		circa vesperam & nocte nubila & pluv.
10	7	S. W.	41	17		sol tota hac die, nec stella nocte apparuit, sed
	12		41	16		nubilum perpetuum
11	7	W. S. W.	41	17		nubilum & alsiosum cœlum
	12		42	17		sol effulgit
12	7	O. S. O.	41	16		Caligo & pluvia sequuta
	12		42	16		sol modicus
13	7	W.	45	19		obscurum cœlum
	12		46	20		copiosa cum squalore pluvia
14	7	W.	49	23		nubilum adhuc
	12		49	25		sol quandoque visus
15	7	S. W.	51	27		pluvia vespert. & nocturna
	12		51	27		triste rursus & nubilum cœlum
16	7	S. W.	49	26		sol emicuit
	12		51	26		caligo secuta
17	7	S. O.	54	30		nubilata cum nebula pruinosa
	12		54	31		sol per vices fulsit
18	7	N. O.	55	31		serenitas frigida stellas fecit apparentes
	12		56	31		nebula rursus crassa, cum frig. glaciali
19	7	N.	55	30		reliquo diei tempore ex cœlo tristi nix humida de-
	12		55	29		cidebat
20	7	N. O.	55	29		nubibus obvolutum cœlum
	12		53	25		sol quandoque fulsit
21	7	S. O.	55	25		serenitas apparuit
	12		55	30		mane glaciale & serenum
22	7	N.	57	31		continuat
	12		58	31		cœlum nubilosum
23	7	N. O.	59	32		per totam hanc diem obscuritas frigida percipiē-
	12		59	32		batur
24	7	S. O.	59	33		horis antemeridianis sol quandoque fulsit cum fri-
	12		58	32		gore notabili
25	7	S. W.	57	37		serenum comparuit cœlum
	12		57	31		nubilum & frigidum
26	7	S. W.	58	30		interluxit sol
	12		56	28		nox atra & obscura
27	7	S. W.	55	27		nubes abscondebant cœlum cum frig.
	12		43	24		hoc remittebat
			41	25		

Dies	Hora	Vent.	N O V E M B E R.			
			(Th.)	Bar.)	Tempestas.	
21	7		49	15	ventus surgebat cum impetu	
	h. 7		49	16	nondum cœlum nubibus, nec aer vento liber	
	12		49	19	solent per vices vidimus	
22	7	W.S.W.	50	20	omnia rufus nubila	
	h. 7		51	19	tota hæc dies rufus nubila & caliginosa fuit	
	12		59	20		
23	7		50	22		
	h. 7		46	15	cœlum nubilum per totam diem, horis antemerid.	
	12		45	15	ventum & pluviam emittebat, quæ circa vespe-	
24	7		47	16	ram cessab.	
	h. 7		52	14	antemeridianis horis nulla pluvia	
	12		42	14	sed pomeridianis larga	
25	7		41	14		
	h. 7		46	16	nubilum cœlum sole interfulgente	
	12		46	16	pomeridie subsequebatur grata serenit.	
26	PL.	S. O.	46	16		
	7		47	17	mane glaciale & pruinofum	
	h. 7		46	16	serenitas cum glacie subsistente	
27	7	W S W	46	14	nubilum cœlum intercurrente luna	
	12		46	14	cœlum subserenum & frigidulum	
	7		46	15	sol serenus frigus mitigabat	
28	h. 7	S. O.	46	15	nubilum cœlum intercurrente luna	
	12		47	16	tota hæc dies rufus nubila, frigida & obscura fuit	
	7		48	16		
29	h. 7	N. W.	48	16	de nocte nix decidit non diu durans	
	12		49	18	nebula densa conspiciebatur	
	7		49	18	meridies solem rufus detegebat	
30	h. 7	N. W.	51	20	de nocte pauca nix delapsa	
	12		50	25	mane nivis flocculi volitabant	
	7	N. O.	50	26	relicuum diei tempus tenebris fuit obductum	
			50	27		

D E C E M B E R.

1	h. 7	N. O.	40	15	Dies obscura cum nive modica, circa meridiem	
	12	N.	49	27	cadente,	
2	7	O.	49	28	nox nubila & glacialis,	
12	h. 7		49	28	nubila rufus.	
Qu. 4	7	O.	48	27	solis, radii per vices terram afficiebant	
3	h. 7	O.N.O.	49	27	nox atra & nubila, Lipsiae nix minuta	
12	7		52	23	tota hæc dies nivosa fuit, & frigida, sole minus	
	12	O.N.O.	45	23	claro,	
4	h. 7	W.	46	23		
	12		49	24	serenum frigus cum paucis nubibus hac die fuit	
5	7	W.	48	28		
	12	W S W	49	30	cœlum nocte latuit;	
	7	W S W	48	30	tota dies nubila, & obscura fuit, sine exquisito fri-	
	12		46	30	ore.	

eadem.

D E C E M B E R .

Dies	Hora	Vent.	Th.	Bar.	Tempestas.
6	h. 7		47	29	
	12		47	29	eadem tristis cœli facies, sicuti die hesterno
	7		48	25	
	7	W	49	28	
7	h. 7	WSW	49	25	
	12		48	26	obscura pluviosa & squalida tota dies
	7		45	24	
8	h. 7		44	24	eadem, sicuti antecedente die tempestas
	12		43	23	
	7		43	24	
9	h. 7	WNW	44	24	nubilum & obscurum rursus cœlum
	12		45	26	sol nubibus intermixtis
	7		45	27	sol penitus latet de nocte
10	h. 7	S.W.	46	28	nubilum cœlum cum aere frigido
N.L.	12	S.S.W.	45	28	tepor
	7	W. S. W.	44	26	pluvia magna
11	h. 7	W.	43	24	nubila & tepida dies
	12	WNW	42	24	sol quandoque interlucet
12	h. 8	N. N. W.	47	29	frigus intenditur, & pauciores nubes
	16	N.W.	49	33	nox serena & frigida
13	h. 9	N.W.	49	30	mane glaciale cum tristi cœlo
14	h. 6	WSW	49	27	turbidum & frigidum mane
	12	W.W.	46	26	nix modica
	6	WSW	46	25	pergit
15	h. 7		47	25	tristissima cœli facies
	12	WNW	46	25	nix, quæ tamen mox solvitur
16	7	S.O.	47	25	cœlum de nocte absconditum
	12	N.N.W.	47	25	cœlum nubibus tot. obductum, cum frigor. intensione
	7	N.O.	48	25	serenitas egregia
17	h. 7		48	26	frigus
	12		49	26	glacialis nox
	7		49	26	frigus intensius sole latente
18	h. 6	O.	45	28	gelu moderatius
	12		49	28	cœlum obscur. cum gelu moderato
	7		49	28	pauca nix cum cœli tenebris
19	h. 7		49	29	pergit caligo & surgit validus ventus
	12		49	29	eurus valide spirat cum frigore
	7		49	29	serenitas moderata
20	h. 7		49	29	nubes propell. validius cum gelu sereno
	12		48	28	nubibus cœlum obductum & frigidum
	7		46	26	clara serenitas
21	h. 7		48	26	cœlum pulchre stellatum
	12		48	26	serenitas perspicua, sed frigida
	7	O	47	26	sine nubibus cœlum serenum
22	h. 7	S.O.	48	26	nubes cœlum occupant
	12	S.	46	26	nubilus aer per totum diem, modo quod meridie
	7		46	25	quandoque fulserit sol

nubi-

Dies	Hora	Vent.	D E C E M B E R.			
			[Th.]	Bar.	Tempestas.	
23	h. 7	S.S.W.	47	24	nubilum	cœlum cum paucō sole
	12	S. W.	36	24	tepor	cum nubibus
	7	S.	45	23	pluvia	modica advertitur
24	h. 7	W.S.W.	40	24	frigus	notab. remitt. ex cœl. min. clare
	12	S.	41	22	glacies	solvitur
	7		42	20	succedit	pluviola
25	h. 7		49	18	Tepidum	mane cum nubibus
	12	W.	49	17	succedit	serenitas
	7	S.	48	16	cœlum	rursus obscuratum
26	h. 7.	S. W.	39	16	tota dies	nubila & tepida
	12	W	48	16		
	P.L		49	17		
27	h.7.	N.S.W.	40	16	nubilum	& tepidum mane
	12		41	18	accedit	pluviola
	7		52	22	triste	adhus cœlum cum tranquillo aere
28	h.7.	S. O.	42	22	cœlum	tota die turbidum
	12	O.S.O.	41	21		
	7		41	22		
29	h. 7	S. O.	43	24	nebula	cum pruina & glacie.
	12		43	23	remittit	gelu
	7		41	23	cœlum	profsus obscurum
30	h.7.		42	20	tota dies	obscura, pluviosa, tepida
	12		51	29		
	7	S.S.O.	51	29		
31	h.7.	S. W.	42	21	tota rursus	dies nubila, humida, tepida, cum ven-
	12		42	22		to circa noctem
	8		43	23		

C A P U T I.

OBSERVATIONES DE MERCURII MQTŪ IN
B A R O M E T R O

A N N O S U P E R I O R I H A B I T Ā E.

Quod ad mercurii motum in famoso Torricellii tubo attinet, fuit hic altus die quinto, sexto & septimo Januarii, spirante cauro; & observatio ne non indignum est, eo tempore cœlum nubibus tectum, aere perhumidum, nebulosum, immo nivolum fuisse, & frigus valde mitigatum: nihilominus liquor in thermometro pertingebat fere ad sexagesimum quartum gradum, manifesto documento, quod aeris pressioni, non formaliter frigori, elevatio hæc adscribi debet: satis enim frequenter animadver-

ti, quando mercurius ad sublimiora se recipit, liquorem in thermometro idem facere, & versa vice.

Deinceps mercurius vigesimum octavum ferme gradum attingebat ejusdem mensis die XXIX. & XXX. licet fatus austriini, cœlo idemtideum non pure sereno, sed nubilis ac nebulis interpolato, minus, frigido, regnarent: cuius rei non alia causa appetet, nisi quod præcedens aquilo, valde compressum & elasticum aerem efficiens, in advectionis per zephyrum & africum vapores aqueos, pressoriam

foriam suam vim ac impetum longe validius exercuit, quam si vaporibus destituta fuisset atmosphera.

Die 1. Februarii a zephyro nivoso mercurius ad gradum XXVII. visus est elevatus, manifesta rursus nota, non humiditatem & aquam per se facere, ut cadat argentum vivum.

Martio ab euro, aquilone, borea, zephyro-borea ad eximiam altitudinem, praefante frigore intenso atque sereno, ascendit mercurius, ita, ut pertingeret ad gradum XXX. Ex quo discimus, pressionem aeris elasticam, cum statu aeris sereno, frigus acutius producere, quam si aer fuerit multis vaporibus repletus.

April, Majo, Junio, Julio, Augusto & Septembri anni hujus argentum vix ultra vigesimum gradum porrigebat, sed maximam partem intra decimum & vigesimum versabatur, propter statum hujus anni hisce mensibus percalidum, serenum & amoenum.

Quod etiam notabile est, mercurius per totum ferme annum circa tempus matutinum, nec non liquor in thermometro, elatior, usque ad lineam unam, vel duas, circa meridiem autem ferme semper demissior fuit, nisi alterius indolis ventus id prohibuerit: quod ipsum designat, mane semper esse compressorem atmosphaeram, & superficiem terrae magis premi, quam meridie, cum levior & explicatior est aer. Et porro perspicere licet ex precedente ephemeride, mensibus hiemalibus & frigore adhuc stiplatis, ordinario altiore fuisse mercurium, quam ipsa aestate.

Altissimus fuit mercurius hoc anno die XVIII. Novembris in meridie, dum ad gradum XXXVII. elevatus fuit, quod rarius visum: cœpit autem tam notabiliter scandere die XI. & elevatio hæc ad vigesimum usque perduravit: regnabant autem tunc temporis venti, quod valde mirabile est, e diversis plagiis spirantes, & primo africus, postea zephyrus, tandem euro-uotus, succedebant boreales & eurus euro-notus: temperas fuit minus serena, sed partim nubi-

la, frigida, nebulosa, solis radiis rarioribus interspersis. Ratio hujus præclaris ac memorabilis phænomeni hæc videtur, quod copiosum illud humidum, per zephyrum & africum prius adductum, postea surcedentibus orientalibus & borealibus, valide expansum, tantam vim pressoriam in hæc inferiora ipsumque mercurium exercuit.

Celerima mercurii ascensio a XVI. ad XXII. gr. notata fuit die XVI. Maii ab hora I. ad VII. & quod dignum admiratione est, præstitum illud fuit a zephyro & zephyronoto, nubes simul apportantibus, quorum effectus alias depressorius est. Tale exemplum etiam occurrit die XV. ejusdem mensis, ubi hora VII. flante S. O. duodecimum gradum cum dimidio obtinuit: circa horam autem IV. post meridiem gradum decimum nonum assiccatus per zephyrum est, calo pluvioso existente, ob nullam aliam, ut opinor, quam paullo superius adductam rationem. Singulare etiam fuit, eum intra duas horas a gradu XIX. ad XV. per N. W. fuisse, serenitate quamvis perspicua, præcipitatum.

Die XXIX. Maii, hora VII. delapsus fuit mercurius ad gradum IX. & quidem per ventum siccum, alias evehentem vivum argentum, curum nempe & euro-boream: qualem quoque celerem præcipitationem attendere licuit ad diem XX. Novembris, hora XI. ubi mox a gradu XXV. ad XVIII. usque cecidit, africo cum impetu exsurgente. Ceterum a zephyro-borea, qui ventum validissimum adducebat II. & III. Januarii, in altum evehebatur argentum: toto vero mense zephyrus fuit vehementissimus, & quidem die XIII. & XIV. ubi videbatur notabiliter mercurius depresso.

C A P U T I I.

Observationes circa Fœcunditatem Superioris anni.

SI ullus annus ex decem præterlapsis frugifer & ab ubertate fructuum, frumentorum ac vini commendaodus est;

D istum

istum certe proxime præteritum existisse, non erit facile, qui non nobiscum affirmet. Cum enim superioribus annis summa ubivis frugum penuria & exhausta ferme publica ac privata horrea, & proventus uvarum exiguis, quæ ferme nusquam ad maturitatem, ob æstatem valde aquiloniam, pervenerunt, magna-que sterilitas ubique adesset; ecce benignissimum Numen hoc anno, novo vertente seculo, uberrima fructuum copia omnia replet, ut tam foecundus annus inter plures vix numerari potuerit. Rarissime enim visum est in nostris terris, quod tam celeriter ad maturitatem omnes pervenerint fructus: & quod magis mirandum, verni menses, Martius præsertim & Aprilis, ultra modum & consuetudinem frigidierant, nec glacie, præsertim mane, fuerunt vacui; paulo post autem Aprilis medium, totusque Majus, serenus, gratissimus erat & æstium pluviis desideratissimis sæpius miscebat & temperabat, ventis maximam partem regnantibus euro-noto & zephyro-noto, qui subinde aerem tenuem ac calidum reddendo, nutritionem in vegetabilibus egregie secundabant, & illorum augmentum, opportunissimas importando pluvias promovebant.

Quoties enim in nostris regionibus Martius & Aprilis pluviosi existunt, & Majus siccus ac servens subsequitur, nunquam frumenti inopia facile laboramus. Et notabile fuit, quod hoc anno omnes sere arbores, nulla specie excepta, largiter tributum suum solverint, & maturitate aliquot hebdomadas ab ordinario tempore anticipaverint. Secale & triticum abundantissimum erat & ab omni periculo, cui alias exponitur, immune præstitum: arcæ quæ superioribus annis paucis granis refertæ nunc innumeris repletæ videbantur: lolio in agris, quod nutrientum defraudat, per pauco conspetto; hordeum vero & avena, ob pluvias paululum retardatas, tanta copia & perfectione non crevit, prata latissima & viridantia magnam sceni copiam reddebant. Ceterum tota ferme æstate se-

renissimi fuerunt dies, cum calore non modico stipati, adeo, ut si una æstate certe hac ipsa, propter limpidadem & nitidissimam cœli perspicuitatem, nubibus vacuam, experimenta egregia cum prægrandibus vitris causticis instituere, nobis peropportunum fuerit, quod præcedentibus æstatibus perpaucis diebus, nubibus solem subinde impedientibus, licuit. Quinimmo a longa retro memoria nullus fuit annus, quo semina exotiarum plantarum ad tam optatam maturitatem siccitatemque pervenerunt. Lignum vitium, quod potissimum præcedentibus annis permanxit immaturum, hoc ipso maturitatem eximiam naclum est, sub plurium voto pulcherrima que spe, fore, ut etiam hoc anno sit uavarum mellis aurea. Aquarum noxiæ inundationes hoc anno experti non sumus, neque a pravorum insectorum copia calamitates in plantas ac animantes cernere licuit. Immunes etiam fuimus a grandinum nocivo dilapsu, nec non a roribus pruinisve rubiginosis, corrosivis, augmentationem vegetabilium mirifice impedientibus, quibus improviso, veluti sidereo afflatus, sæpenumero exarescunt frumenta.

Et quum Augustus atque autumnus clarissimus fere semper existeret, & calida serenitas, paucis in principio diebus exceptis, etiam per Septembrem continuaret; non modo uvæ exuta acerbitate sua, gratissimum dulcorem, optimi vini soleum, acquisiverunt, verum etiam secale & triticum Octobris mense, incredibilem ad altitudinem succrevit, & primo Octobri, auriculæ ursi, caryophylli, de novo in quibusdam hortis florere incepunt, erucarumque semina, nidis inclusa, quæ sequenti anno reviviscere solent, viva jam apparuerunt: id quod temporis exquisite fecundo merito adscribendum est.

CONSTITUTIO EPIDEMICA HALENSIS ANNI CIICCC.

PLacet jam illorum affectuum, qui apud nos hoc anno populariter grastati sunt, historiam concisa, qua fieri potest bre-

brevitate , magna fidelitate exhibere , nec non rariora quædam , quæ a rerum medicarum peritis notari merentur , attingere . Quum autem epidemiales morbi non tam dependeant a præsenti tempestatum constitutione ac vicissitudine , sed prægressorum potius ventorum temporumque effecta atque producta sint , adeo ut sæpenumero suavissimus & saluberrimus cœli status plures morbos producat , quam aer densus , immotus , squalidus , vitiosus , quo non raro imunes ab ægritudinibus vivimus , quatenus nempe hic ingenerat morbos , ille autem ipsos excitat , & in scenam ducit ; hinc e re quoque nostra fore arbitror , præcedentis anni indolem ac genium breviter perlustrare , quo eo melius in causis morborum superiore anno regnantium evolvendis progredi queamus . Deinceps etiam diligenter animadverendum est , cujus naturæ ac genii morbi præterito anno grassati fuerint . Sæpe enim contingit , ut sub dissimili aliquot annorum constitutionum facie , iidem morbi adhuc dominatum habeant , dum nempe partim per contagium pravum propagantur , partim etiam a plane irregulari & damnotha tempestatum natura tanta labes ac dyscrasia fluidis corporis partibus inducta fuit , ut per plures annos mala exinde sequentia durent , neque statim subsequens melior anni status illud vitium corrigere , emendare vel plane extingueat .

Memorabile hinc est , aliquot jam annos , immo ultra septem præcedentes , infuetos fuisse & a naturali , sibi debita constitutione ac temperie , multum defivisse , cum æstas uplurimum , propter boreales ventos , humiditate ac notabili frigore , autumni naturam ac faciem induerit , unde etiam factum , ut ad maturitatem fructus raro pervenire , vel uva gratam dulcedinem acquirere potuerint .

Insuper notandum , quod anno 1698. inundatio aquarum in hisce terris maxima contigerit , quæ utplurimum aerem vitiare , & morborum seminarium constitutuere observata fuit .

Annus autem XCIX. lenissimam hiemem exhibuit & valde mutabile ratione tempestatum tempus . Mensi Octobri & Novembri venti ex plaga australi & occidentali ferme continuo spirarunt , rarissime se intermiscentibus borealibus & orientalibus , qui aerem expansiva sua vi egregie serenare in commodum vitæ mortalium ac purgare assolent . Unde largæ accesserunt pluviae , nives , cum pruinis , nebulis , quæ tempus folidum , squalidum , aerem densum , cœlum obscurum , modico frigore stipatum , ingenerarunt .

Decembri autem corus & zephyro boreas frequentissimus , satis potenter hydrargyrum sustulit , inconstantissimam autem tempestatem produxit . Si enim quodam mense admodum mutabilis tempestatum constitutio ac vicissitudo visa est : certe mense Decembri XCIX. ubi intra diem & noctem , gelu mox intentissimum , remissio ejus plenaria exceptit , jam ventus impetuolus surrexit , mox aura clementissima visa , jam cœlum pluviosum & obscurum , mox serenatum ac perspicuum videbantur . Et huic mensi conformis fuit etiam sequens ferme Januarius & Februarius , adeo ut hienis squalida , valde mutabilis , modice tantum frigida , sine penetranti vel constanti gelu , fuerit .

Morbi qui præcedentibus annis saevoreta in modum grassati sunt , fuerunt anno XCIX. fœdæ variolæ , quæ adulatis , & maxime præcipius personis infestæ , magnam stragem atque saevitatem multis funeribus ediderunt , sicuti id latius deduxi in dissertatione , qua historiam variolarum tuæ temporis grassantium descripsi .

Anno XCIX. sub æquinoctium vernum in scenam prodiit febris malignitatis non expers , petechizans , cuius naturam atque ingenium similiter in peculiari dissertatione exhibui .

Annus autem superior , cuius constitutio , quoad singulos menses & dies in ephemeride præcedente abunde descripta legi potest , aluit maximam partem morbos , prioribus valde similes ; & quamvis va-

riolæ & morbilli parcus visi, non tamen penitus receptui canebant, sed sparsim per omnes ferme menses adorabantur disposita individua. Affectus autem, qui urbem & vicina loca Lipsiamque sæviter infestavit, fuit febris cum petechiis, quibus in fine successit, non infausto tamen eventu, purpura rubra, quæ si ob virium defectum non eruperit, vel retrocesserit, in gravissimum ægros precipitavit periculum. Neque hic morbus pepercit infantibus, pueris, sed & proiectiori ætati fuit infestos. Et in universum notatum fuit, quod supra quinquagesimum constitutis, nec non pluribus sicca melancholica individuis, non facile, vel plane nunquam, infensus fuerit, valde autem infestus naturis humidiорibus, corporibus succulentis, sanguine plenis, spongiola & laxa carne gaudientibus, unde foeminas gravidas, puerperas, pueros, juvenes, maxime exercuit. Et cum sine ullo dubio a principio quodam acris, caustico, salino-sulfureo, copiosa excrementitia bile, in succis corporibus nostris plus justo retenta ac præter naturam generata, a quibus cunque etiam externis caussis prima maliorigo petenda sit, affectus soveatur ac sufficitetur, unde factum, ut scorbuticos, hypochondriacos, cachecticos, qui congeneres cum principio hoc morboſo fluentes in venis alunt, cum primis offendent, & sævitiam suam præ aliis in ipsis exerceret.

Præter febrem hanc petechiale purpuratam, tales morbi regnarunt, qui affinitatem quandam cum hac aluerunt, quales sunt, qui extenui caustico inflammatorio sale, spasmos, turbas, dolores, hinc inde proritante, nascuntur, ut arthritides vagæ, hemicrania, quæ juvenes, podagra, chiragra, peripneumoniae, quæ senes, pleuritides, tertianæ continuæ, ardentes, biliose, quæ subiecta cholérica, febres catarrhales, erysipelacea, coryzae, tusses, diarrhoeæ, quæ variae ætatis & complexionis homines; febres purpuratae simplices & milianæ, quæ impura corpora, hoc anno invaserint, adeo, ut, pæne nullus mensis

hisce morbis fuerit vacuus, tantum quod ad varietatem temporum symptomata mitiora fuerit. Hoc mirabile visum, quod hoc anno, quamvis ætas fuerit fermentissima, qualis similis in multis præcedentibus non observata, morbus dysentericus non tantum in nostra urbe, sed in tota ferme Germania filuerit, vel paucissima tantum subiecta invaserit, præsertim cum largissimus fructuum & uarium proventus, gula nunquam otiente, ubi vis existeret.

Silencio autem non prætermittendum est, quod ante vernale æquinoctium, febres nostræ exanthematicæ comitatae fuerint deglutendi difficultate, angina, & insolitis sudoribus frigidis, animique deliquiis, vomitu, secessibus, capitis dolore & inflammatione partium internarum, quorum ratio hæc esse videtur, quod sanguinis spirituascentia, ob motum intestinum calidum aeris & ætheris debilem, tunc temporis sit imbecillissima: hinc etiam funestiores hieme solent esse omnes morbi acuti.

Mensibus vernalibus dolores laterum puncturii, deliria, tusses, sputa viscidæ, peripneumoniae, purpuratis & petechialibus nostris sèpulcre fuerunt associata. Aestate autem & autumno vomitus, alii profluvia, tormisia & murmur ventri, cardialgia, plus cum febribus nostris conjunctæ apparebant, adeo ut faustissimo omni circa diem septimum supervenientes alii fluxus utplurimum morbum solverint ac sustulerint. Et ratio horum, si quædam adiicienda est, hæc existimari poterit, quod tempore verno, ob inæqualitatem aeris, mox calidi, mox frigidi, nec non ob expansionem sanguinis tunc liberiorem, ipse cum lympha in motu suo hinc inde sistatur, unde feri ac sanguinis stases ac decubitus solemnies fiunt. Aestus autem servidissimus, qui sub medio Aprilis incipiebat, & ad autumni usque medium fere perseverabat, ob sulphurearum sanguinis partium, auctiorem intestinum motum, magnam bilis salinæ tenuis copiam ingenerat, quæ per alyum, ceu opportunum suum eyacuatorium, commode eiicitur.

JANUARIUS.

In ejus principio arthritides vagæ cum vomitu & tussi vehementi quosdam strenue exercebant. Et die 8. erysipelate, ipsis confueto, aliquot subiecta laborant. Miles eo retrocedente factus est anginosus. Circa idem tempus mulier 40. annorum epilepsia uterina, ipsi chronicæ, gravissime corripiebatur. Nec non puer 7. annorum febricitabat cum vomitu, superveniebat delirium, narium hæmorrhagia, & abscessus glandularum colli. Utrum venti aquilonares cum zephyro intermixti ad excitationem horum affectuum ansam dederint, advertere licebit.

Die 24. mulier 30. annorum, ex horrore primo gravem calorem, post abortum passa, maligne febricitabat, cum cardialgia, corporis jactatione, delirio, dejecit nigra & perfrigerata brevi moriebatur. Hydrargyrum tunc temporis valde erat demissum mirusque ventorum lusus.

Die 26. Studiosus 20. annorum, antea scabiosus, febricitabat, hæmorrhagia narium die 5. succedebat, comatosus caput sibi divilum somniaverat, sine petechiis & purpura convaluit. Die 27. servus 24. annorum vehementer delirabat, post copiosam narium hæmorrhagiam erumpabant petechiæ & convalescebat.

Ceterum multæ febres cum petechiis & purpura sub sequente notatae fuerunt, & etiam sine illis.

FEBRUARIUS.

Eadem aluit febres, & mortibili plures infantes & aliquot virgines eadem ædes inhabitantes adortæ sunt.

Die 3. chiragræ dolores, alias confueti, generosum senem graviter afflixerunt, & præter consuetudinem lecto affixerunt, quo tempore etiam generosus vir podagrico dolore vehementi, cum insigni languore, laborabat.

Notabile hoc mense fuit, quod fœmina 30. annorum ex terrore visi funeris, petechiis exticti, horrore perculsa, maligne febricitarer, perfrigerationibus corporis animique deliquis intercurrentibus: die 7. erumpabant petechiæ, que cum sudoribus continuis stipitate, foedo acore nares adstantium ferientibus, in purpuram rubram definebant, qua etiam morbus judicabatur.

Die 7. mulier gravida, septimo circiter mense, cum capitis, precordiorum dorsisque dolore, orthophoica febricitabat: haec featum mortuum enitebatur, partes externæ frigidæ erant, interna ardebat, cum maxima siti, forsitan quod inflammatio esset interne maxima, successive autem convaluit. Observatu curiosum est, quod hoc mense inter viginti liberos, vix tres filii, omnes reliquæ puellæ, natæ sint, quæ res cauissis suis cum destituta non sit, putavem, non excludendas hic quoque tempestatum in conceptionis actu rationes esse, quæ non modo in sanguinem, sed & in semen, variis modis agere queunt.

MARTIUS.

Die 4. 5. & 6. surgentes ex oriente & borea venti, febres catarrhales, tusses cum coryza attulerunt, quibus morbis omnis ètatis homines hinc inde correpti fuerunt.

Præterea memorable fuit, quod juvenis 20. annorum febricitaret gravissime, & febris cum enormi alvi fluxu, vires plane deicienti inciperet: tandem superveniente purpura, & denique seabie restituebatur. Et puella rustica 6. annorum ex horrore cum gravissimo calore se jactabat, subsarda, vigil, delirans in somniis, præter sudores, purulentæ sanie per aures fluxu, judicabatur. Adolescentem annorum 15. qui ex horrore febricitabat, cum calore acuto, dolore capitis laterisque, s. pectoris, hinc dyspnoicum cum rubore generum tussis ferina fatigabat, cum intercurrente perfrigeratione, venarumque jugularium palpitatione, floccos legebat, & quoties externa frigebant, gravissima siti urebat, alias mitior, judicabatur per hæmorrhagiam narium & sudores.

Intra diem 8. & 13. austus prævalens frigoris remissionem, nec non nubilum ac nebulosum cœlum effecit: sub quo dominabantur suffocativi catarrhi, & virgo generosa, cuius pulmonaria vasa concretione polyposa referta erant, tunc suffocatione moriebatur.

APRILIS.

Aprilis a 3. ad 12. diem frigidos & elaticos ventos satellites habuit, cum tempore tranquillo, sereno, frigidusculo. Jam febres, quæ corripiebant virgines juvenculas & tenerioris constitutionis homines, stomacho erant infestæ, ut pote cum vomitu, appetitu prostrato, ructibus juncta erant. Eodem tempore pleuriticæ febres juvenes 20. & aliquot annorum, invadebant, cum dolore capitis, sputo cruento sociatæ, & solvabantur maxime per sudores, etiam narium hæmorrhagiam.

A die 8. usque ad 12. constans ferme sit subsolanus, & aliquot infantes ex dentitione difficile patiebantur convulsiones, inter quos etiam puer 9. annorum paroxysmos epilepticos graves perpessus est. A die 13. usque ad 19. zephyrus pluviosum & nubilum, cœlum maximam partem effecit. Laborarunt hoc tempore febre maligna duo viri præcipui, unus Theologus, alter Medicus, intra 40. annos constituti, naturæ debilioris, partim etiam hypochondriaci, macilentioris constitutionis, & mortui quoque circa diem nonum sunt, unus cum forti delirio, alter cum profusis sudoribus, qui mox in principio aderant.

M A J U S.

Inter initia hujus mensis febres pleuriticæ, cum insigni capitisi dolore, adolescentes & juvenes sanguine plenos adorriebantur: & febres acutæ benignioris naturæ identidem subiecta plethoraica infestabant, & hæmorrhagia, parotidibus, in quibusdam alvi fluxu, plerumque autem sudoribus, solvabantur.

Febrium petechialium, cum purpura succedente non erat mora, eaque magna sudoris profusione, hoc mense plus stipatae erant, quam aliis. Et notabilis fuit visus circa diem 9. Maii pueræ trium annorum, cui febricitanti purpura superveniebat, qua neglecta & non satis erumpente, die 17. parotis cum somnolentia epilepsiam & paralysin alterius latenter secum ferebat, nihilominus purpura denuo erumpente, reconvalscetabat.

Et puer tunc temporis 9. annorum ex

auris dolore cum calore febrili cephalagico vigilque delirabat, judicabatur post copiosissimum sudorem, excretionem cruenta & putulentæ saniei per nares. Et porro etiam nobilis 20. annorum, sanguineus, gravi dolore auris laborans, seri fecidi effluxum ex ipsa patiebatur. Ex quo discimus circa hoc tempus nataram in febribus maxime sanguinem ad caput, glandulas pone aures, & ipsam membranam aurium glandulosam propulsasse.

Die 15. Galli filiolæ 8. annorum febricitantibus, cum parotide, somnolentia, delirio, ignorantia, calore acuto, loco purpuræ universa cutis, & maxime manus, una quasi petechia continua, at tagli non aspera, obducebatur, morbus solvebatur sudoribus. Et puella duorum annorum febricitanti identidem universa cutis rubidine obducebatur, quæ post sudores, die septimo accidentes, exuvias albas deponebat.

Observatu dignum est, quod hoc mense plures, & quidem sequioris sexus, personæ, de pruritu & dolore in iis locis, ubi tempore pestis bubones extiterunt, fuerint conquectæ.

Circa finem Maii tertiana in ætate juventina visa fuit insigni anxietate, siti, tussi sicca & ictero comitata.

J U N I U S.

Per hunc mensem febres acutæ plures tenerioris & biliosæ complexionis personas aggrediebantur, præcedebat utplurimum iracundia, & juncti erant diarrhææ & vomitus biliosi, forsan ob bilem acrem exsuperantem, a calore excessivo productam. Petechialibus & purpuratis accesserunt quoque in fine biliosi vomitus, maximam partem funesti: & foeminæ abortum patiebantur, nec non puerperæ purpuratis febribus afficiebantur, a quibus etiam non immunes fuerunt infantes.

Hoc mense purpuræ maximam partem jungebantur tormina & murmura ventris, alvi fluxus, vomitus, lateris dolores, tusses, sudores frigidi a primis decubitus horis fatigantes. In obesa cacheatica muliere 50. annorum purpura in pulsas,

Itulas solvabantur. Et virgo 16. annorum cui menses non rite fluxerant, febre laborabat petechiali, maculae autem non in pectore & dorso, sed manibus & facie denudatis apparebant, deinde purpura pruriebat cum narium hæmorrhagia, sicque convalescebat. Et curiosum observatu fuit, quod posteaquam sana jam esset, maculae in manibus nudis & parum frigentibus apparuerint, & contra illis incalcentibus, vel chirothecis mutatis, disparuerint.

Aliquot infantes hoc mense extinguebantur variolis, & virgo etiam pulcherrima ex confluentibus obibat, nec non Medicus febre petechiali, cui continua diarrhœa per totum morbi decursum erat juncta, moriebatur. Tertianæ continuæ, item alvi fluxus biliosi, pueros & juvenes strenue exente mense exercabant.

JULIUS.

Continuarunt hoc mense ferme ejusdem genii morbi, sicuti præcedenti, maxime autem febres cum alvi fluxu & terminibus ventris, quibus etiam solvabantur & caussam hisce morbis dedit plerumque iracundia vehemens: conspiciebantur quoque tertianæ continuæ. Et vir 30. annorum laborabat morbillis, quos contraxerat extra urbem, anxia erat jactatio, ut ne per momentum quidem esset quietus, postea alvi fluxus superveniebat, cum per tres dies antea obstructa esset; & per noctem adeo augebatur ut 45. vicibus dejiceret; postea cefasit inquietudo, corporis jactatio, & sudores copiosi supervenientes, cum euphoria, morbillos expulerunt. Purpura etiam hoc mense notabatur, sed non tam funesta, ut nec petechiales tantoper sefævientes erant.

AUGUSTUS.

Febres die septimo utplurimum sponte sequebantur dejectiones graveolentes.

Infans anni unius cum dimidio, ultra hebdomadem alvi fluxu laborabat, & dejectiones tandem evadebant cruentæ, parva purpura apparebat, qua per indusii mutationem disparate, diarrhœa & passio cœliaca exacerbabatur, cum ven-

tris torninibus, calore acuto, pavore insomno, carnis colliquatione, sudoribus frigidis, fecum maleolentia, purpura rursus expulsa, cessabant haec symptoma, & post tres septimanas convalevit. Hoc mense multum remisit malignitas & pauci moriebantur, cum alvi fluxus prudenter medicina moderati, utplurimum essent salutares.

Sequens casus notabilis fuit. Vir 30. annorum laborabat acuta febre, sola utebatur theriaca, die nona superveniebat alvi fluxus, & quotidie quater vel quinque dejiciebat, die secunda petechiae erumpabant & oculi strias rubras exhibebant, somnolentus erat dies noctesque, & sputum copiosum cruentum ejiciebat, restitutus laborabat suffusione, ac omnia nigra sibi apparere & quasi per aranearum tegmenta se videre querebatur, cessavit tandem hic affectus, sternutationibus sua sponte provenientibus.

SEPTEMBER.

Hic mensis aluit ferme eosdem morbos, quales erant priores, nempe febres petechiales purpuratas, cum alvi fluxu junctas, & quandocunque exanthemata haec ex terrore vel ira retrocedebant, extremae partes frigebant, facies erat pallida, sequebatur animi defectio, tremor artuum, anxietas præcordiorum & sensus frigoris instar glaciei in alterutro latere: Facta pannis calidis frictione & convenientibus datis diaphoreticis, vel ipsæ petechiæ, vel purpura expulsa, symptomatum ac morbi vim plane imminabant. Visa etiam hoc mense fuerunt varia tubercula albicantia postea rubicunda, itera rossaliæ, vulgo *Rotheln*, quæ maculæ rubræ sunt, latissimæ & densissimæ, nec non exanthemata miliaria notabantur: Dolores quoque in febris visi, quasi aciculis totum corpus pungentur.

Ejusdem commatis purpurata febris puerperas strenue quoque afficit, & ubi cunque lochia non rite fluebant, funestum plerumque exferabant effectum, etiam in personis vegetis, floridis.

Iracundia hoc mense, non secus ac Augusto & Julio, facile alvi dejectiones,

febrim cum vigilia & levi delirio movebat. Morbillis quoq; hoc mense quidam infantes corripiebantur, ex quibus alii per leviorum diarrhoeam, alii per sudorem evaserunt.

O C T O B E R .

Adduxit hic mensis arthritidem vagam, mensium & lochiorum fluxus diutius durantes, & in gravidis sanguinis silicidia per uterum, etiam mense septimo: id quod observavimus in semina quadam Iudea grava, sanguinei & vegeti habitus corporis, quæ per tres septimanas laborabat fluxu mesium, parco tamen; postea horrendis spasmis dorfi, ventris tormentibus subsequentibus, enormis admodum & non sistenda hæmorrhagia successit, & inde mors. Circa hunc casum singulare illud notavimus, quod quotiescumque sanguis fisteretur, & ex utero non efflueret, intentissima cordis popressio fuerit secuta, & quamvis totum corpus sudore frigido maneverit, sitis tamen conjungeretur. Et fuit memorabile hoc mense & per totum autumnum dysentericum morbum, utut magnus fructuum proventus fuerit, penitus ferme siluisse, & nonnisi duo forsan hic loci exempla scimus commemorare. Parcus quoque visæ fuerunt hoc mense petechiales, & quæ videbantur, multum de atrocia sua remiserant.

N O V E M B E R .

Hujus mensis principium attulit febres catarrhales continuas cum tussi, fauicium inflammatione, & in ejus medio diarrhoeæ infantes & viros quosdam exercuerunt. Die 16. & 18. cum ex boreali plaga venti exciperent sibi oppositos, tusses, catarrhi, coryze pleno agmine varios variæque ætatis homines invaserunt: & curiosum fuit, quod circa hoc tempus in aliquot juvenibus & viris, quorum sex notavi, pustula valde molestans intra palpebras & anguli oculum fuerit suborta, quod peculiare excretionis genus in peculiari loco meretur attentam observationem. Circa finem hujus mensis febres, quæ catarrhales & pleuriticæ videbantur, subito degenerarunt in malignas. Ita invasit virum plethoricum 40. anno-

rum horror cum capitis dolore, pectoris gravitate, ciborum inappetentia, accedebat coryza in naribus cum tussi, per octo dies deambulavit, sed caruit ferme somno & corporis languor aderat extremus, circa diem undecimum sudavit vehementius, de nocte deliravit, & petechiæ visæ fuerunt in corpore, die decimoquarto phreneticus obiit.

In foeminis sanguineis, cholericis, inflammatorias febres plures notavimus, qualis in persona egregia die decima quarta etiam fuit lethalis. Febres arthriticæ, cum maculis latis rossaliis, satis diuturne & cum tussi, urina rubicunda, sudoribus junctæ, scorbuticos & siccioris constitutionis homines satis pertinaciter affixerunt. Siccias quoque ophthalmias, tusses violentas, in personis siccioribus, vimnum paulo largius bibentibus, vidimus. Tonillarum quoque tumores, & inflammations notatae.

D E C E M B E R .

Hoc mense paucissimæ visæ fuerunt febres petechiales & purpuratæ, sed similes cum Novembri morbi, nempe catarrhales febres, arthriticæ, scorbuticæ tusses violentiores, hæmorrhagiae uterinae abortivæ conspectui se dabant.

OBSERVATIONES PRACTICÆ.

EX præcedente epidemiali superioris anni constitutione observations per paucas utilissimas colligere operæ erit pretium.

I. Non indignum est observatione, quod febribus hujus anni exanthematicis purpuratis & petechialibus frequentissime lese conjunxerint sudores frigidæ, fracci, vapidum acorem spirantes, copiosi, adeo ut per aliquot dies & noctes perseveraverint, neque fuerint funesti, ut ut HIPPOCRATES apbor. 37. Sect. 4. ipsos pro malis & subsecuturæ mortis prodromis habuerit. At vero non semper sunt mortiferi teste experientia. Hoc quidem largimur, quod sudor frigidus, qui internæ visceris cujusdam inflammationis vel sphaceli comes est, & tantum particulatis, & quando interiora cale-

& siti

& siti premuntur, exteriora frigent, plerumque sit funestus, non autem omnis ille qui a defectu caloris & virium prostratione proficitur. Consentit hac in re Cl. RAYGERUS in scholiis observationum SPINDLERI obs. 95, qui ita scribit: *Vicissim s̄epius & ego in morbi declinatione post 14. dies, viribus bene constitutis & rite se habentibus, reliquaque bonis signis apparentibus, in calido corpore frigidor observavi sudores, post febres acutas & malignas bene judicatas, cum allevatione magna empsisse & ultra 24. horas durasse. Quanquam autem hujus generis sudores non tendant ad mortem, indicant tamen magnam dissipationem caloris & virium. Hinc si unquam alias, certe tunc opus est succurrere analepticis, ex fonte diatectico magis quam pharmaceutico petitis, corpus linteis calidis crebrius detergere & fricare, ut per externa internus extiterit calor, ne æger in limine recuperanda salutis constitutus deficiat.*

II. Pessimi moris petechiae cum purpura fuerunt, si urinæ fuerunt tenues & naturali similes, si sudores statim in principio invaserunt, & per totum morbi decursum continuauat, si erupcio macularum paulo celerius, die tertio, accidit. Et certum fuit lethaliatis signum, si delirium magno sudori adstiterit, unde optime HIPPOCRAT. in *Gadicis tit. 9. delirium in spiritu & sudore lethale.*

Ratio horum hæc videtur, quod ob spiritu ascentiam sanguinis debilorem, & hinc languorem virium & pulsum arteriarum exilorem, tunc sanguinis circulatio valde tarda ac impedita sit, quo sit, ut particulae aquæ & serosa cum sanguineis non rite & exacte miscantur, sed illæ secedentes, per excretoria solemnia, cutem & renes, insigni in copia evacuentur, quod pellimum utplurimum in omnibus acutis præbet indicium, utpote delirium plerumque sublequitur, dum sanguis crassus, sero defraudatus, per tubulos cerebri in motu suo impeditus, ibique stagnans, inflammationem & delirium producit.

III. In universum animadvertiscas præsertim hoc anno, semper tutius & melius fuisse cum ægris, quando alvus fuit lubrica & fluida, vel levis diarrhoea circa criticos dies accessit, quam si sicca & dura permanxit. Et tali modo petechiales & purpurata plurimæ sanatae fuerunt, quod alias vulgari opinioni Practicorum minus respondet, qui alvi fluxus, petechialibus succedentes prorsus funestos proclamant, unde omnibus viribus ejusmodi fluxus sistere & compescere convenienti medicina moliuntur, id quod cum symptomatiko & colliquativo, minime autem critico, recte procedit.

Et certe pessimus mos est, & multi hoc pasto moriuntur, quod non modo sistant sponte provenientes diarrhoeas & sudoriferis & alexipharmacis calidioribus curam absolvere intendant, quorum imprudenti usu utplurimum putrida, biliosa, crassa, atris materia, quæ debebat alvo exclusi, & subcutaneis poris glandulisque minus respondet, retinetur, immo majori agilitate introducta, virulentior evadit.

Neque res nova est, quod alvi fluore, exanthematicis febribus superveniente, istæ curentur: jam dudum gravissimus auctor GALENUS in sectione 4. epidemiorum §. 21. multas fere pestilentes constitutiones alvi fluore judicatas recenset, & libro de atra bile cap. 4. scribit, non paucos in pestilentia æstate orta servatos fuisse, excretione per inferiore ventrem die septima, nona vel undecima. Porro præstantissimus Italus GERHARDUS COLUMBA in libr. de febre pestilentiali mirifice commendat excretionis alvinæ effectus in solutione harem febrium, ubi scribit pag. 121. in illa constitutione pestilesti fere omnes, quibus alvus copiose ejecit, licet cuni signis cruditatis fuerit, tandem liberatos fuisse. Procedente enim pergit alvi fluore, indies costionis signa supervenientib; morbus evadebat clementior, & tandem alvi fluore perseverante, fideliter & integrè ægri judicabantur.

IV. Memorabile est, quod in febribus hoc anpo grassantibus, tam exanthematicis,

ticis, quam quæ sine exanthematis
conspiciebantur, clysteres & conve-
nientia laxantia, præstantissimam &
quasi divinam operam tolerint. Et in-
ter illas emicuit elixir purgans acidum,
quod petechiis & purpura jam præsen-
tibus oblatum sicut faustissimo successu,
& remissione gravissimorum sympto-
matum secuta. Quoniam autem de
purgationis effectu in febribus acutis
& petechialibus plenius egimus in dis-
sertatione peculiari nuper habita, qua
multorum auctoritate, experientia &
ratiociniis hanc novam medendi viam
roboravimus, benevolum lectorem ad
hanc tractationem remittimus.

Ceterum in omnibus ipsis inflammato-
riis, arthriticis, catarrhalibus, pur-
puratis febribus, quæ hoc anno uberioris

paullo grassetæ sunt, tutissimam me-
dendi viam hanc deprehendimus: ni-
mirum vel in principio seculo emeti-
co faburram bilis eduximus, somitem
quasi morbi præscindendo, reliquum
vero temporis blanda & continua dia-
phoresi, quam suppeditabant liquores
bezoardici temperati, ex spiritu nitri
dulcis, essentia scordii, liquore cornu
cervi, scorzonerae, nec non pulvres
bezoardici nitrosi, cum & sine cam-
phora, transfigimus. Neque omitteban-
tur clysteres & selecta purgantia, bilis
acrimoniam simul figentia. Hisce &
talibus arthritides, pleuritides, febres
petechiales, purpuram, & illis juncta
symptomata, sine ulla venæ sectione,
sudoriferis fortioribus, felicissime, bono
cum Deo, expugnavimus!

DEMONSTRATIONES

PHYSICÆ CURIOSÆ, EXPERIMENTIS ET Observationibus Mechanicis ac Chymicis illustratæ.

P R A E F A M E N.

IN lucem jam prodeunt demonstra-
tiones nostræ physicæ curiosæ, ex
intimori Philosophiæ mechanicae
ac chymicæ fonte depromtae, plusquam
trecentis experimentis & observationi-
bus rarioribus illustratae. Aliquot jam
elapsi sunt anni, ex quo, non sine in-
signi fructu animisque voluptate, has
iphas selectissimis ingeniosis, & ex illis
compluribus illustrissimis, candide ac
fideliter proposui atque exhibui. Non
quidem instituti nostri erit, hoc loco
in laudes prolixas experimentalis na-
turalium Philosophiæ decurrere; illud
tamen obiter præterire non possumus:
nullam ex omnibus scientiis esse, quæ
humana mente dignior sit, ipsamque
ad infiniti & summi entis potentiam
cognoscendam magis adducat, quam
hæc ipsa; & rursus quæ majorem ani-

mo delectationem, vitæque utilitatē
ac eruditioni perfectionem addat atque
conciliet, quam exquisita operum Dei,
quæ in rebus corporeis apparent, no-
titia. Nihilominus certe dolendum ac
turpe dictu est, divinam hanc scienciam,
ad quam excolandam mandatum
a Deo habemus, non sine maxima im-
pietate, ubivis ferme, præsertim in
Germania Academiis, negligi ac sus-
que deque haberi. Plures inveniuntur,
qui pro Philosophiis haberi volunt,
quibus plane incognita hæc doctrina
est, & qui tantum inanibus abstractio-
nibus & fictitiis terminis cerebrum re-
pleteum habent, ex quibus non nisi
innumera dissidia, controversiae, diffi-
cultates atque errores, teste veritatis
magistra, experientia, propullulant,
nullusque usus vel emolumentum in
rem

rem litterariam redundat ; cum ex adverso philosophia naturalium sit secundissima mater utilissimarum artium ac omnis generis inventionum . At vero majorem adhuc reprehensionem mereatur , quod illi , qui artem medicam excollunt , non majori solertia Physices studium tractent ac curae cordique habeant ; cum tamen tota Medicina nisi philosophia , seu scientia , corporis humani sit & illarum rerum , quae hoc ipsum variis modis afficere ac mutare possunt . Utique dolendum est graviter , dari etiamnum inter doctores quosdam , qui sibi & aliis persuadent , sine cognitione hujus scientiae , & studium medicum recte tractari , & feliciter morborum sanationem suscipi posse , quod & antiquissimæ Medicorum auctoritati , & inviolabili veritati repugnat . Suscepi jam hoc laboris , & paratus sum semper defendere , omnem medicam praxin fallacem , infidam , confusam , difficilem & periculosam esse sine theoria , quae tamen , si caussas & originem queras , ex fundamentis philosophiae naturalis & observationibus circa humana corpora , petenda est . Hoc quidem afferendum esse non negamus , physicos libros a Veteribus conscriptos , qui principiis plerumque abstractis metaphysicis , inanibus ac vacuis terminis , nec non generalioribus positionibus abundant , parvum vel plane nullum habuisse in re modica usum , unde etiam incrementa saluberrima ars nostra per multa secula capere non potuit . Aliter autem comparata est Recentiorum Physica , quam condere & stabilire ex scientia ac legibus motus , nec non accuratoriis circa corpora observationibus , undique folertissima ac perspicacissima ingenia passim contendunt . Non dissimilandum est , in Recentiorum etiam Physicorum systematis , multa adhuc desiderari posse , utpote qui pluribus prejudiciis laborant , certæ sectæ adharent & ultra modum generalioribus immorantur , specialibus summeque utilissimis neglectis . Accedit , quod plerumque observationum chymicarum sint rudes , cum tamen Chymia principia ac indolem

mixtionis optime edoceat . Idcirco labravi adhuc , qua potui , solertia , ut per divinam gratiam viresque mihi concessas , per fundamenta facilia ac coherentia , aphorismis , quibus pura ac nuda veritas optime perspicitur , deducta ex unico & catholico principio , nempe MOTU , conquisitis undiqueque notabilioribus ex Mechanica & Chymia experimentis , corporum phænomena auditoribus meis privatum explicarem atque evolverem , & haec ipsa fundamenta ad corpus humanum , & consequenter ad Medicinam , applicarem , & sic facilima ac perspicua methodo precepta Medicinæ tradarem . Haec ipsa Physices fundamenta publicæ luci exponere , jam apud animum meum constitui , eam maxime ob causam , ut difficillima alioquin arti medicæ lucem aliquam præferrem , ipsamque faciliorem redderem . Experimento enim edoctus multiplici scribo , & citra arrogantiæ illum , qui fundamenta præmittit in physicis , intra tres annos felicius progredi & maiores profectus in solidiori Medicina & praxi capere posse , quam alium Physices studii expertem , vix intra longissimum tempus . Hincjam fundamentis mox edendis præmittere volui demonstrationes principiæ physicas , curiosis experimentis illustratas . Diu hæsitaui , utrum luci quædam exponere vellem ex Physica experimentali , propter summam invidiam & communissimum eruditorum morbum , philautiam , qui nil , nisi quod ipsorum speculationibus & moribus congruit , rectum putant . Facile etiam prevideo , fore , qui jactantie me insimulabunt , quasi superbire tanto experimentorum numero velim , qua in re autem provoco ad illos , qui ingenium meum norunt , quod ab omni ambitione alienissimum est , cum semper assuetus sim , me meosque ingenii fœtus parvusducere ac negligere , aliena contra fuscipere & estimare . Sique tali morbe laborarem , potuisse facilius solidiores multumque curiositatis spirantes , neque vulgares aut aliis notas , & a me , ut puto , primum notatas quasdam observationes seorsim colligere & majore stilo illas publico ,

blico commendare, meamque in inventendo laudem per obliquum adstruere: sed vana me nunquam vexat vel vexabit gloria. Impulit autem me ad praesentia edenda potissimum mei officii ratio, dum munere docendi Philosophiam naturalem fungor, ut quid apud nos hic agatur, & quid adhuc docuerim, periti & prudentes rerum estimatores possint perspicere. Denique ad hæc publicanda sollicitarunt me frequentius auditores optimi, qui, ut breviter recenserem illa, quæ oculis usurparunt, quæ auribus perceperunt, auctores mihi fuerunt, quo diuturnior postea apud ipsos illarum rerum exstaret memoria. Tandem etiam illud addere necessarium duxi, quoniam dum recensui varia experimenta, nec inventoris aut auctoris semper fuit adjecta mentione, ne quis existimet, mibi me talia imputare velle. Peritis enim hæc sufficierent nota sunt, & hi quoque facile illa, quæ measunt, judicabunt & separabunt. Et sicuti vitium inter eruditos maximum credo, non relinquere cuique suum, ratione inventionis, ita impotentis etiam animi signum existimo, si quis jam notas res, & multo magis opiniones, quæ coincidere facile possunt, cum alienis cogitationis, venditet pro magnis inventis, illaque pro malibus ab aliis haberi contendat. His te benebole Lettor valere jubeo, & ut nostris conatibus ex equo faveas, & benignum de illis judicium feras, rogo.

DEMONSTRATIO II.

Datur fluidum summe activum, & longe subtilius ipso aere.

Experimenta.

1. **S**i tubus Torricellianus invertitur, maximo cum impetu argentum vivum ruit in vacuum, dum ferme nullam ibi reperit resistentiam: quod si autem in eodem tubo spatium relinquatur, aere repletum, & tubus invertatur, tardissime argentum vivum descendit, ipsumque aërem condensat, qui forma

bullularum juxta latera vitri transit & petit superiora.

2. Liquida, præsertim spirituosa, indita phiolæ longioris colli, admoto calore, admodum expanduntur, & majorem locum in hac occupant, propter ingressum fluidi tenuissimi, in poros liquidati factum.

3. In thermometro, quod construtum est ex globo vitro, cui inditus tribus longuscum liquore, facta accuratissima clausura aerisque debita condensatione, quandocunque tantum leviter calida manus globo applicatur, subito liquor petit superiora.

4. Ex limatura martis indita phiolæ, defuper assuta certa quantitate olei vitrioli & aquæ, exfuscitatur ingens motus, copioseque bullulae ex illa egrediuntur, vitrum incalefacit, & quandocunque orificio phiolæ digito tegitur ac postea aperitur, cum fragore insigni vapor egreditur.

5. Lacryma vitri, quando apex ejus frangitur, magno cum fragore in minutissimum pulverem resolvitur & dispergitur, quod fit ob fluidum æthereum, subito frigore, in elaboratione hujus corporis accidente, condensatum & sub firmo cortice, eoque fornicateo, vitri incarceratum, quod dato libero egressu, magna cum violentia sece extendit, omninaque disruptum. Memoranda hic etiam quedam sunt de effectibus fermentacionis, quæ instituuntur in vasis clausis.

6. Quando lacryma vitri prius ignitur, ut poris corticis duri vitrei leniter calore apertis, ætheri incarcerato egressus concedatur, apice diffracto, non amplius exercit disruptionis istius violentæ effectum.

7. Particula auri fulminantis, ferro imposita & candela admota, maximum & stupendum fragorem edit, quoniam in materia fluida miræ expansionis, quæ nitro copiose insidet, in poris firmissimi metalli incarcerateda, calore admoto, violenta expansione claustra carceris rumpit & in aere tremulum vibrativum, motum efficit.

8. Pila parva ænea, aere repleta & ubiq.

ubique firmiter clausa, si imponatur igni, intensissimo strepitu ac sono disrumpitur, & damnum non leve corporibus ambientibus inferre potest.

DEMONSTRATIO II.

Dantur corpuscula stupenda exiguitatis, peculiaris virtutis & effectus.

Experimenta.

1. **E** Fluvia magnetis per vitrum mercurio repletum, item XXX. discos stanneos operando, movent aëm ferream, libere in aëre suspensam.

2. Spiritus fumans sulphureus volatilis argentum, moltis chartis & linteis involutum, fusco colore tingit.

3. Idem spiritus argentum, olio prius inunctum, & postea chartis involutum, non amplius tingit, & ingratum colorum ipsi affricat, dum oleum effluviorum horum efficaciam ac virtutem plane infringit.

4. Aqua frigida, in æolipila contenuta, igne resolvitur in ventum siccum & frigidum, qui flammam carbonum animat & excitat.

5. Adamas, solo attritu panni calæfacta, attrahit arenam, quod etiam facit succinum.

6. Decem guttulae solutionis auri, si mensuræ uni aquæ fluvialitis infundantur, & postea adiiciatur equalis portio solutionis stanni, in momento exsurgit color rubineus, dispersus per totum corpus aquæ. Hoc experimento simul ostenditur fundamentum præparandi rubinum artificialēm.

7. Una guttula olei cochleariæ, vel etiam olei avisi; decem mensuræ vini, vel aquæ, ita imbuī possunt, ut saporem & odorem hujus olei præ se ferant.

8. Unum granum certi pulveris vegetabilis, uncias octo spiritus vini imbuere potest elegantissimo purpureo colore.

DEMONSTRATIO III.

antur corpuscula minima, quæ singuliæ extura, figura & forma gaudent.

Experimenta.

1. **M**icroscopio præstantissimo, quod clare & distincte sistit objecta, exponuntur varia species arenarum, nec non minerarum, ubi figuram, magnitudinem, colorem ac pelluciditatem intueri licet. Item, ipsi obiiciantur varia seminaria, tabaci, hyoscyami, papaveris, ubi formam & texturam curiosam inspicere licet.

2. Linteum ex serico confectionum videtur compostum ex crassis quasi chordis, inter quas satis ampla apparent interstitia.

3. Sub musce alis variis conspicuntur vermiculi, pediculi, & pes muscae, pilis magnis instructus, duos unguis habet exiles, ut in quoslibet poros se insinuare possit, unde non mirum, si per vitra ambulare queat.

4. Pulex apparet sex pedibus instructus, posterioribus longioribus, quando salire vult, omnia crura simul extendit.

5. In papyro mirabilis textura, instar retis, apparet, & folia herbarum, nec non alæ papilionum, aspectu mirabilis oculis fistunt.

6. Situs conspicitur ut copia exiguarum plantularum, capsulis seminalibus gaudentium: ex quarum aliis excussum quasi est semen, aliae nodosæ & singulis suis caulinibus distinctæ sunt.

7. Aculeus muscae pungentis insignis magnitudinis apparet, & variis recurvis uncis instructus est.

8. Foliū urticæ acutissimis spiculis est plenum, ex quorum cuspidibus exsudat liquor.

9. Casei vermiculi, acari dicti, magni apparent, ubi & caput cum oculis & pedes accurate distinguuntur.

10. In alio-microscopio, quod lente habet minimam, circulatio sanguinis in pediculō conspiciri potest: item, per aliud instrumentum, in cauda anguillæ etiam sanguinis circulus.

11. In aceto, si debite vitro applicetur, spicula figura angillaris apparent.

DEMONSTRATIO IV.

Corpus crassum, grave, indolis fixioris, mediante ætheris admixtione & motu, in summum tenuitatis & volatilitatis statum deducitur.

Experimenta.

SAl commune cum oleo vitrioli lenissimo igne resolvitur in spiritum fumosum, qui aeris accessu ferme totus avolat in auras.

2. Idem spiritus, contentus in vitro amplioris orificii, admoto spiritu salis ammoniaci, exsuscitat vaporem, visibilem intentissimum, qui in hypocausto nebulam crassam producere potest.

3. Sulphur vulgare accensum, in vaporem penetrantissimum resolvitur, qui in charta, oleo tartari imbuta, susceptus, præbet sal fixum in igne durans, quod ad mixturam spiritus vitrioli, protinus pristinum penetrantissimum vaporem sulphureum reddit.

4. Oleum vitrioli gravissimum extemporanea enchiresi resolvitur in vaporem, qui, admota candela, instar sulphuris vulgaris inflammatur similemque odorem exhibet.

5. Magisterium lunæ, cum sale communi præcipitatum, exhibit corpus, quod in igne fit volatile & dissipatur in auras.

6. Argentum, item aurum, solutione penetrantium liquorum sepius tractatum, tandem resolvitur in liquorem, qui totus arenæ calore in aerem disjicitur.

7. Oleum vitrioli, mixtum cum opio, & in retorta vitrea destillatum resolvitur in liquorem summe volatilem sulphureum, aciditatis pene expertem, hærente in collo retortæ sulphure artificiali, & in fundo ejus terra nigra insolubili.

DEMONSTRATIO V.

Corpora etiam solidissima suis gaudent poris & cavitatibus, majoris vel minoris diametri, quibus fluidum æthereum insidet.

Experimenta.

MEtalla propter pororum diversitatem specifica gravitate inter se valde differunt, quod libra demonstrari potest.

2. Cuprum, orichalcum ex tempore argenteo niveo colore imbui, argentumque inaurari, pulveris affrictu potest.

3. Mercurius cum saturno, mediante wismutho, ita sece miscet, ut etiam corium libere pertranseat.

4. Aqua regis solvit aurum, non autem aqua fortis: aqua fortis argentum, non autem aqua regis. Et quoniam aqua fortis lubentius dissolvit cuprum, argentum cupro præcipitatur, & ferrum præcipitat cuprum, hoc autem ad fundum dejicitur zinco; quoniam aqua fortis aggreditur facilius zincum quam ferrum, & hec omnia propter pororum diversitatem.

5. Solo oris flatu in thermometro, ex tenuissimis vitreis tubulis parato, liquor contentus pro lubitu moveri potest.

6. Atramenti sympathetici effectus ostenduntur, ubi in charta liquore pinguntur literæ non visibles, quæ occultantur sub magna copia chartarum, postea exterius applicatur spiritus, sic in momento visibles & coloratae redduntur.

7. Fragmenta coralliorum cera alba privari possunt rubidine per totum corpus dispersa.

DEMONSTRATIO VI.

Motus fluidi ætherei agitatissimus in pores corporum calorem producit.

Experimenta.

Oleum vitrioli rite paratum, & instar aquæ limpidum, adjecta debita quantitate glaciei, vel aquæ communis, ita incalefcit, ut manibus non teneri possit.

2. Oleum vitrioli cum spiritu vini rectificatissimo, vel oleo terebinthinae, nec non spiritus noster igneus, cum eodem spiritu, vehementissima ebullitione,

tione, tantum calorem efficit, ut metus fit diffractionis vitri, quo mixtura continetur.

3. Aqua fortis, cum limatura martis mixta, intensissimum facit calorem, cum magna spuma & copiosissimorum flavorum fumarum emissione.

4. Grana tria terræ humidæ nigræ, adhuc humidæ, non siccae, manu detenta, tribus guttulis aquæ aspersis, vehementem calorem producunt.

DEMONSTRATIO VII.

Flamma est motus æthereus vehementissimus, in poris terræ tenuissimæ exscitatus.

Experimenta.

1. Olo fortiori attritu chalybis & silicis ignis elicitor, quem testantur scintillulæ, quæ charta exceptæ & per microscopium inspectæ, sunt nihil quam portiones ferri, vehementissima hac attritione fusæ & liquatae.

2. Ferrum, leviter saltem prius præparatum, solo & repetito fortiori iactu atque percussione, cum malleo facta, absque ullius ignis accessu, candens redditur.

3. Phosphorus Anglicanus solo attritu & motu accenditur, & flammam suppeditat lucidissimam, penetrantissime urentem.

4. Oleum caryophyllum, æquali portione mixtum cum spiritu concentrato, singularis præparationis, a nobis igneo dicto, in momento, non secus ac si ignis admovetur pulveri pyrio, in ignem amplissimum lucidissimum resolvitur, sicissimo & levissimo cinere relicto.

5. Oleum majoranae, terebinthinæ, anisi, succini, cum eodem spiritu si seorsim miscantur, nullam dant flammarum, sed fortiter incandescent & resolvuntur in liquorum crassum rubicundum, oleum terebinthinae autem in nigricantem, instar picis, massam.

6. Venti ignei variis modis oculis fisti possunt, dum pulvis benzoës, masti-

ches, vel semen lycopodii, tubo vitro, vel fistula tabaci exceptus, in candelæ flammam inflatur.

7. Spiritus vini rectificatissimus, in ærolipa contentus, convertitur in ventum, qui admota candelæ flamma, jucundo spectaculo accenditur.

8. Limatura martis, mixta cum sulphure & aqua, ebullit, & massa nigra, aeri libero exposita, flammam concipit.

DEMONSTRATIO VIII.

Flamma libero & neceffario aeris commercio eget; hinc aer ignis anima.

Experimenta.

1. **I**N campana, cui aer evacuatus est, flamma candelæ mox extinguitur, & carbones candidi impositi, mox amittunt suam urentem efficaciam.

2. Pulvis pyrius, in vacuo accensus per convexum vitrum non flammam amplius concipit, nec fragorem edit; sed tantum colliquescit & resolvitur in fumum, qui fundum vasis petit.

3. Globus plumbeus, involutus papyro, igne candelæ fundi potest, papyro illæso.

4. Ipsa charta, superposita igni, non accenditur, si nempe vasi argenteo accurate fuerit circumvoluta: ita etiam stramen concisum, vulgo *Decterling*, in aervum positum, flamma non comburitur.

5. Sulphur, aquæ impositum, accenditur per vitrum causticum; nihilominus verum est, sub aqua nec sulphur, nec petroleum, nec camphoram ardere.

6. Fornaces singulariter construi possunt, ut dimidio ligni illud præstari possit, quod duplo hoc, respectu communicationis aeris, in effectum traducendum,

DEMONSTRATIO IX.

Radii solares vitro pregrandi Tschirnau-siano excepti & concentrati, longe potentiorem effectum exserunt quam ulius alius ignis.

Ex

Experimenta.

Quodvis lignum maddidum, foco oblatum, in momento accenditur & flammam concipit.

2. Omnia metalla, in debita quantitate applicata, nempe cuprum, ferrum, argentum, aurum, in momento liquefacit, ferri autem laminam statim perforat. Notabile est, dum ferrum in fusione stat, quod radios & scintillulas copiosissimas undique emittat.

3. Lateres, pumicem, amianthum, talcum Moscoviticum, terram porcellanam, pulverem crucibulorum, fundit in globulos.

4. Omnes cineres vegetabilium reddit in vitrum, quale etiam conficit ex pauro.

5. Plumbum convertit in nitidissimum, & aurum cum terra porcellana mixtum, in purpureum vitrum.

6. Mineris quasvis in momento liquefacit, & pleraque in auras expellit.

7. Magnetem & haematitem in instanti convertit in ferrum, nec non mineram martis Hassiacam.

8. Silices calcinati non in fluorem redigi possunt: cum calce viva autem si incantur, fluorem acquirunt.

9. Calces omnium metallorum cum pulvere carbonum & nitro, redigit in sua priora metalla, sed cauta administratio ne ignis, alias calces volatilifando, in fumum dissipat.

10. Cancrum sub aqua positum coquit & rubicundum efficit.

DEMONSTRATIO X.

Lux est liber & celer ætheris in poris sulphureæ substantiæ motus, qui undulatione per corpora imperturbata transiens, efficit lumen.

Experimenta.

Ex spiritu nitri & creta, per debitam solutionem, coagulationem & sublimationem, preparatur materia, quæ

soli exposita, & postea delata in tenebrosum locum, instar carbonis vivi apparet; quod cum non accidat tempore nocturno, indicio est, lumen solare hac materia fuisse concentratum.

2. Lapis Bononiensis, debite calcinatus, præparatus & libero aeri expositus, lucem spargit longe constantiorem & fortioriem prædicto phosphoro Balduini.

3. Singularis species talci, nostra inventione præparata, lucida reddi potest, non secus ac lapis Bononiensis, ita ut phosphori lucentis Germanici titulum mereatur.

4. Lapidés, dicti malactites, virides, coerulei, violacei, hyacinthini, cande facti in loco obscuro, lucem spargunt claram & serenam. Idem faciunt adamantes crudi non politi.

5. Phosphorus Anglicanus in vacuo lucem perpetuo præbet, sed flammarum difficulter concipit.

6. Idem phosphorus ad mixtionem certæ materiæ inflammabilitate privari & quoad effectum lucentem mirum in modum multiplicari potest.

7. Idem phosphorus, prius præparatus, oleo caryophyllorum reddi potest liquidus, quo innoxie, sine combustionis periculo, in facie, vestibus, varia pingi possunt; quod autem non procedit cum oleo succini, vel seminum.

8. Phosphorus liquidus, phiolæ inditus, pro diversa admissione aeris & vitri motione, figuræ jucundissimo spectaculo exhibet. &c.

DEMONSTRATIO XI.

Corpora quævis, nec solida, nec fluida, se invicem, quoad suam dimensionem penetrant.

Experimenta.

Ostendatur campanæ urinatoriæ inventum, in qua ligneus virunculus constitutus est, hæc ponderibus appendens, dum in fundum aquæ descendit, aer compressus ita aquæ resistit, ut virunculus non reddatur maddidus.

2 In

2. In campana vitrea, aquæ immerfa, candela ad certum tempus flammam potest exhibere, in mediis nempe aquis, quamdiu sufficientem habet aerem.

3. In siphonem bicuspidalem, uno crure cera obstrueto, si infunditur argentum vivum, hoc non ad æquilibrium transit, sed in uno crure tantum hæret, propter aeris compressi resistantiam in crure altero: simulac autem orificium aperitur, mercurius ad æquilibrium transit.

4. In thermometro, quod longiori tubulo, orificium apertum habente, instrumentum est, calore manus liquor thermometro inclusus non potest in altum ascendere, si orificium est clausum, ob impedimentum aeris egressum: simulac autem aperitio fit, impetu quodam liquor in altitudinem fertur.

5. Instituantur explicatio, quare vitrum, aqua repletum, centum ducatos adhuc capere possit, nihilominus aqua non ex vitro effluat: item, cur maxima quantitas camphoræ solvi possit in spiritu vini rectificatissimo, spiritus interim non insigne augmentum experiatur.

DEMONSTRATIO XII.

Nullum corpus alterum penetrare potest, & omnia spatia repleta cum sint corporibus, hinc nullus motus fieri potest, nisi unum corpus alteri cedat, qua successione impedita, tollitur & motus.

Experimenta.

Producitur fons, qui ad imperium nostrum salit & salire desinit, cuius constructionis fundamentū simul aperitur, ubi deprehenditur, fluxum aquæ cessare, quando aer succedere nequit in ejus locum.

2. Siphone vitreo longiore, vulgo *Stechbeber*, immisso dolio vini, vinum extrahi potest, quando orificium superius digito clauditur, & tunc nihil ex inferiori aperto effluat: simulac autem aperto superiore orificio liber aeri concedatur ingressus, protinus ex inferiori effluat vinum.

3. Tenuissimo tubulo vitreo ex eodem

fundamento mercurius ex alio vitro extrahi potest, ut libere suspendatur in aere.

4. Globo stanneo, poris copiosis referato, commodissime plantas pro lubitu irrigare possumus, ita, ut tantum aquæ emittat, quantum nos velimus.

5. Constructio curiosa infundibuli, quo solent agyrta uti, exponatur: ex hoc infundibulo, aqua repleto, aqua effluat tota, postea de novo aqua aliquot vicibus pro lubitu reddi potest.

6. Fons tantum reddit aquæ salientis quantum succedit aeris, & hinc mense imponi & elegantissimo spectaculo loco clepsydræ adhiberi potest.

7. Ex eodem fundamento lampas constructa ostenditur, ubi tantum olei effluat, quantum necesse est ad nutriendum ellychnium.

DEMONSTRATIO XIII.

Corpus in centro virium svarum motricium, seu in æquilibrio, constitutum, quiescit, quo magis autem a centro illud recedit, eo major fit motus.

Experimenta.

Explicantur potentiae mechanicæ fundamentales, nimirum tria vectis genera, planum inclinatum, cochlea, axis in peritrochlo.

2. In cuspidie acus gravia corpora libere moveri possunt.

3. Situla magna, aqua plena, cultro jacenti in mensa appendi potest.

4. Ingens os bovinum stramine contorto disrumpi potest.

5. Exhibetur machina, instructa rotis & una cochlea, qua puer facile centenarium attollere potest.

6. Exhibetur machina magna, vesica instructa, qua flatu oris extensa, pondus 40. librarum in altum tolli potest.

7. Virunculus, in puncto existens, ponderibus onustus, ægetrime e loco suo dimovetur.

8. Monstratur applicatio potentiarum mechanicarum in machinis compositis, e.

gr. in muribus hinc inde discurrentibus, cochlea Archimedeæ, cuius beneficio ingens quantitas aqua facili labore extrahitur, numeratore passuum, qui nobis non advertentibus, passus nostros vel equi quo vehimur, indicat, porro in aratro constructo, quo disseminatio granorum majori laboris compendio & in minori quantitate fieri potest, item in mure hinc inde discente. Tandem etiam currus, quo sine equis vehi possit, ostenditur.

DEMONSTRATIO XIV.

Tempus est motuum æqualium numerus.

Experimenta.

Producuntur pendula variæ generis, brevia & longa, & ostenditur, quæ ratione his brevissima temporis intervalla possint mensurari.

2. Ostenditur quomodo pendulis altitudines, item profunditates maris imperscrutabiles, commode detegi possint, item porro, in quantum distet tonitru auditum in nubibus a nobis, vel locus ubi tormenta explosa visuntur, hisce etiam longitudes & distantiae locorum inveniri possunt, nec non in quantum pulsus arteriarum præternaturalis a naturali distinguatur, cognoscitur.

2. Ratio redditur quare pendula debent esse breviora circa polos, quam circa æquatorem.

DEMONSTRATIO XV.

Fluidum omne libram constituit naturalem, in qua solidum corpus positum, quod ejusdem ponderis est cum fluido, neque descendit, neque ascendit; si autem specie gravius est, descendit, si levius, ascendit.

Experimenta.

Omne liquidum, tubo incurvato immisum, exacte servat semper æquilibrium, sive in æquali horizontali linea est positum.

2. Quandocunque heterogenea fluida, sive diversæ gravitatis, sicuti argentum vivum & aqua, eidem tubo immittuntur, non eandem quidem servant lineam horizontalem, tamen æqualiter ponderant, adeo, ut ejusmodi instrumento liquorum specifica gravitas facili negotio indagari possit.

3. Virunculus vitreus, aquæ impositus, cum ipsa consistit in æquilibrio, neque ascendit, neque descendit, qui tamen postea facili labore eo redigi potest; ut pro lubitu vel descendat, vel ascendat, aut in medio aquæ hæreat.

4. Instrumentis ex succino, item vitro paratis, exactissime indagari potest beatitas aquarum, præsertim salinarum, quænam salis quætitas contineatur in liquido.

5. Simili instrumento, aliter tamen disposito, spiritus vini bonitas com mode explorari potest.

6. Hydraspis Wagenseiliana demonstratur, cuius beneficio homo per medias aquas ire potest, sine metu immersionis.

7. Omnia metalla, iniecta mercurio, ipsi supernant, solo auro excepto, quod fundum petit.

8. Curiosum est, per libram sub aqua positam metallorum, item minerarum bonitatem an aurum argentumque continent? explorari posse: ubi observamus, illa, quæ in aere habent eandem gravitatem, si in aquis instituatur ponderatio, differre multum pondere, unde quodnam corpus altero specie gravius sit, cognoscitur.

9. Curiosum idemtideum est instrumentum, quo tres vel quatuor libræ plumbi in aqua libere suspensi & detineri possunt, ut fundum non petant.

10. Tandem explicatur, cur corpora veneficarum plerumque non submergantur, sed supernant, item, quæ in mari mortua corpora humana non inferiora petant, & porro, cur in aqua dulci submersa, post mortem rursus in altum ferantur, nec non cur naves quæ in oceano natant, in fluvio submergantur, item, quam ob caussam pulmones infantis in utero demortui, in aquam si ponantur, descendant; sin autem infans vitalis fuit, ipsi

ipſi aquæ supernatent, quo ipſo infanticium ordinarie detegi ſoleat.

DEMONSTRATIO XVI.

Nullum corpus per ſe eft leve, ſed etiam omne tenuiſſimum grave eft.

Experimenta.

V Apoſ & fumus, qui in libero aere ſurſum feruntur, in vacuo deprimuntur: quo ipſo ad oculum oſtenditur ætherem etiam gravitatis & depressionis corporum ad terram cauſam eixtere.

2. Globus vitreus, ex quo aer fuit eva-
cuatus, minus ponderat, quam ſi aere, præſertim condensato, repletus eft.

3. In globo vitro, pifis & aqua repleto, atque probe cera occluso, aliud eft pondus elapsis octo diebus, quam erat ab initio, nempe gravius.

4. Corpus mortuum minus ponderat corpore vivo, quod in ave experiri licet, bilanx autem debet eſſe accuratissima.

5. Vitrum exile, certo fluido colorato repletum & in æquilibrio aquarum conſiſtens, in aqua calida deſcendit, in frigida aſcendit, vel tantum paucißimis guttulis aquæ, per compressionem vitro accedenti- bus, modo fundum petit, modo ſuperiora.

6. Particula igneæ corporibus certis et iam addunt pondus; ita plumbum in mi- nium redactum, ſtanum in cineres, capellæ ignitæ, lythargyrium recenter para- tum, plus ponderant, quam ſi frigefacta fuerint & in aere diu ſteſterint.

7. Tubulus vitreus, inditus alio tubulo capaciori, qui continent argento vivum, affuſo ſpiritu vini in hanc tubulum, qui reſpectu mercurii eft longe levior, hic argento vivum urgebit in ipſum tubu- lum, ut aſcendat.

8. Aqua, quaꝝ gravior eft oleo, ab hoc ſurſum tenebitur, ſi canalis vitro, aqua repletus, oleo immittatur, in vitro ob- longiori contento.

9. Scyphus vitro, aqua repletus, in- verti poterit in media aere, ita ut ne guttula aquæ cadat in terram, levi acceden- te encheiresi.

DEMONSTRATIO XVII.

Fluida ſpecie graviora deſcendunt per fluida minus gravia, & hæc in eorum locum rufusſuſ ſuccedunt.

Experimenta.

V Itreus tubulus, mercurio reple- tus, in orificio prius obturato im- mittatur aquæ, poſtea hoc aperiatur, tunc mercurius celerrime ex tubo in aquam deſcendet, aqua autem contra cum ma- gna vehementia in tubum aſcendet.

2. Ex eodem fundamento pulchro ſpe- ctaculo viſitetur liquor coeruleus in tubulo contentus deſcendere, & ipſo momento liquor rubicundus, in inferiori vase poſ- tūſ, intra, & per hunc aſcendere, nulla facta colorum confuſione.

3. Aqua in tubulo contenta deſcendit; vinum autem rubrum, vel ſpiritus vini, rubidine tintus, in ejus locum aſcendit.

4. Oſtenditur ex eodem fundamento, quænam aqua altera ſit purior, levior, quænam cereviſia tenuior, levior, item, quomodo vina, vel medicamenta, re- ſpectu aquæ, vel cereviſia, inter ſe diſ- ferant ratione ſubtilitatis & levitatis.

5. Liquores quatuor, diuersiſſimi co- loris, ita in vitro miſceri poſſunt, ut non invicem confundantur, ſed qui viſ pecu- liarem ſuum locum & ſtationem occupeſ.

DEMONSTRATIO XVIII.

Nullus motus corporum fit per attractio- nem, ſed omnis pulsione fit, dum unum corpus, majori vi iuſtructum, alte- rum minoris reſiſtentiae & vi impelliſt,

Experimenta.

M onſtratur conſtructio prætantif- ſimæ illius machinæ, nempe pneumaticæ antliae, & explicatur quo- modo contractio aeris ex vitris contingat, & cur poſtea ipſa firmiſſime cum diſco, antlia orificio imposta, cohærent, ut non ſine motu diſruptionis poſſint amo- veri, paucō autem aere admitto, ipſa cohæſio mox cefſet.

2. Monstratur, qua ratione bonæ antliæ examen sit instituendum vel etiam siphonum; si enim hæc instrumenta non recte & accurate elaborata fuerint, experimenta non feliciter succedunt.

3. Aqua tubulo vitro inclusa, etiam fortissima suctione, sive per os, sive mediante antlia, non petit superiora; simul ac autem accessus detur aeri per minimi foramen in inferiori tubuli regione, protinus aqua rursum fertur in os suggestis.

4. Argentum vivum, etiam vehementissima suctione, non potest attrahi per tubum ultra pedis magnitudinem, neque per antliam ultra 29. pollices, cum tamen, si suuctio esset adequare attractionis caussa, ultra etiam deberet fieri motus.

5. Explicationem meretur, cur calefactum vitrum, v.g. cucurbita, adhæreat coti humanae, item poculum argenteum calefactum, mortario, quod corio obdutum est, ita nempe, ut hoc ipsum magni ponderis in altum cum poculo tolli possit. Mentiō etiam sit quomodo respiratio, in corpore nostro, peragatur; quomodo suuctio tabaci ex fistula fiat, & instantes lac sugant e-mammis.

6. Mediante tubo inverso, sive siphone bicurali, aqua ex vitro per suctionem commode extrahi potest; quod, si autem vas aqua repletum in vacuum ponatur, suuctione etiam maxima adhibita, nihil effluer: ita enim in siphone, embolo retracto, ascendit aqua vel mercurius promptissime, in libero aere si hæc consistunt; quando autem aer, aquæ inueniens, instrumento accommodato removetur, & postea extrahitur embolus, nunquam aqua vel argentum vivum, iu siphonem ascender.

DEMONSTRATIO XIX.

Aer fluidum grave est, & exercet potissimum gravitatem suam in corpora aere vacua.

Experimenta.

^{1.} **V**itrum quadratum, antliæ orificio applicatum, retractione em-

boli aliquoties facta, cum fragore in minimas particulas diffingitur: quod phœnomenon minime observare licet in vitro sphærico.

2. Embolus ex antlia pneumatica extractus, clave ita disposita, ne aer a tergo in antliam accedere queat, tanta vi ab externi aeris pondere reprimitur, ut etiam centegarii dimidium post se trahat.

3. Vesica orificio antliæ firmiter attinet, hæc aere evacuato, ita comprimitur ab externo aeris pondere, ut nullo modo ejus latera manu apprehensa a se invicem dimoveri queant.

4. Marmora exactissime polita, calefacta, sevo inuncta, sibi invicem imposita, ita elapsis aliquot horis cohærent, ut ab aliquot robustissimis viris non possint rursus a se invicem separari.

5. Hæmisphæria duo cuprea invicem sibi adaptentur, cera occlusis fissuris: hæc ipsa, in libero aere levi opera a se disjunguntur; aere autem extracto, tam firmiter cohærent, ut non nisi a novem viris possint dimoveri.

6. Folles ab aeris commercio & introitu, aperturis ubique firmiter clausis, si defenduntur, maxima etiam vi non possunt diduci, sive latera illorum disjunguntur; propter maximum pondus aeris superincumbentis.

DEMONSTRATIO XX.

Cohæsio corporum, subtractione aeris peracta, non adscribenda est virtuti vacui attractrici, vel singulari potentia ejus.

Experimenta.

^{1.} **D**uo hæmisphæria arctissime post aeris evacuationem cohærentia, que a duobus viris non poterant se jungi, imposita campana & aere externo mediante antliæ exercitio sublati, sine adjuncto pondere, mox sponte a se invicem secedunt.

^{2.} **V**itrum, quod in libero aere adhæret orificio antliæ, postea interno, qui in campana est, subtracto, quando singulari enchiresi orificio applicatur, suuctio ne de novo facta, adhesionem remitt.

^{3.} Fol-

3. Folles, qui ab omni aeris introitu defensi erant & in libero aere non poterant aperiri, impositi vacuo, distrahebantur levi opera.

4. In vas vitreum, aqua repletum, ponebatur tubulus vitreus, qui tamen non attingebat superficiem aquæ, postea omnibus exacte clausis, aer tam ex vase, quam ex tubulo omnis evacuabatur, & tunc ipse tubus intrudebatur in vitrum, aqua plenum, ita nulla aqua transibat in ipsum, quod tamen evenire debebat, si vacuum haberet vim attrahendi: simul ac autem aer fuit concessus, protinus replebatur tubulus aqua.

DEMONSTRATIO XXI.

Aer noster atmosphæricus determinato pondere gaudet.

Experimenta.

1. Argento vivo si tubus vitreus repleatur, postea inversus submergatur, tunc digito retracto, in argento vivo descendit hoc usque ad XXVII., vel XXIX. pollices, & libere hæret, in tubo. Idem etiam phænomenon observatur sumto tubulo, majoris vel minoris diametri, sive longior sit, sive brevior, omnis enim elabetur mercurius; ad certam autem distantiam quidam remanebit.

2. Aqua in tubis vitreis, singulariter adaptatis, non ultra XXXIII. pedes detineri potest forsitan, qua aquæ quantitas ejusdem gravitas est, cum æquali diametro XXIX. pollicum mercurii.

3. Quando tubus secundis Torricellianus, mercurio repletus, vitro longiori includetur, & ex hoc aer per antlam aufeneretur, mercurius ex tubo descendet, neque ascendet sua sponte, si antlia fuerit exacte elaborata, alias successive, particulis aereis per fissuras intrantibus, rursus in altum elevabitur.

4. Quando tubus Torricellianus impunitur vitro, & aqua superfluodatur, tunc mercurii ascensio in tubo erit maior, pro diversitate aquæ mercurio incumbentis.

5. In locis profundioribus vel subter-

raneis mercurius altior est in barometro, in turri autem, vel montis vertice, depresso.

6. Mercurius in barometro vel ascendit, vel descendit, pro diversa natura ventorum, nostram atmospharam sufficientium: hinc in borea & serena tempestate ordinarie ascendit, austro autem flante ac tempestate pluviosa, ordinario inferiora petit: quo enim est liberior & rectilinea magis aeris expansio, eo plus subiecta corpora premit, & contra.

DEMONSTRATIO XXII.

Quamdiu corpora fluida sunt in æquilibrio, nullus motus fit vel gravitas sentitur, simul ac autem illud æquilibrium tollitur & pressio corporum inæqualis efficitur, motus incipit & gravitas sese exserit.

Experimenta.

1. Ex globo vitreo aer extrahatur, hujus postea orificio applicetur digitus: tunc epistomio aperto, firmiter digitus ejus-orificio adhærebit.

2. Quando idem globus vitreus vacuus immittitur aquæ, tunc epistomio aperito, magna cum celeritate & impetu aqua in dictum globum fertur, impletque ipsum, si ab omni aere fuit exinanitus.

3. Ex tubo vitreo, si aer mediante antlia depleteatur, ipseque mercurio immagatur, tunc clave aperta, mercurius insigni cum celeritate fertur in altum.

4. In phiolis probe calefactis & immisis postea liquoribus coloratis, vel etiam mercurio, ponte ascendunt liquores aut mercurius ad certam altitudinem.

5. Explicationem meretur, quare in aere medio si sumus, non percipiamus ejus gravitatem; item cur pisces & homines, constituti in aqua, non sentiant ejus pondus, nec non quando digitas cohaeret cum antlia, non experiamur externe aeris pressuram.

DEMONSTRATIO XXIII.

Aer comprimi, sive in arctius spatium cogi potest.

Experimenta.

1. **Q**uando ex antlia embolus retrahitur, epistomio prius aperto, ut aer accedat, postea clauso, ut impeditur aeris ex antlia egressus, tunc ipse embolus etiam maxima vi non rursus potest intrudi, sed semper repellitur ab aere interno compresso.

2. Vesica suilla, firmissime alligata antlie orificio, aere introrsum coacto, mirifice extenditur & magno cum fratre tandem rumpitur.

3. Ab aere compresso mercurius in tubum vitreum adigi & cogi ad certam altitudinem potest.

4. Bombardæ pneumaticæ mirandi effectus monstrantur, & qua ratione aer compressus sese restituat, libera data via, cum maximo impetu, dum nempe plumbeus globus in principio per duos asteres, & postea, repetitis decem vicibus, ad minimum per unum commode traiici potest.

5. Ex eodem fundamento demonstrans artificialis, ubi aer compressus, data apertura, jucundo cum spectaculo elicit aquam sub varia forma.

DEMONSTRATIO XXIV.

Aer noster atmosphæricus gaudet virtute elatica, i. e. compressione cefante externa, sese mirifice expandit: qua vi expansiva eisdem ferme effectus praefat, quam virginitatis.

Experimenta.

1. **V**esica, in qua paucus aer existit, si firmiter si constringatur & suspendatur in vacuo recipiente, tunc aer extracto, in vesica internus mire se expandit & vesicam inflat: simulac autem aer rursus in recipientem admittitur, vesica ad pristinum suum statum reddit.

2. Similis vesica, in qua inclusus est paucus aer, plumbeo corpore inferius appenso oneretur, hæc post factam aeris extractionem, non modo intumescet, sed & hoc pondus in altum elevabit.

3. Vitrum repleatur mercurio, ita tamen, ut duo pollices aere repleti maneat, tunc vitro inferatur tubus, qui submergatur in mercurio, postea vasculum vitreum firmiter claudatur, & hoc instrumentum campanæ submittatur aere que externus removeatur; ita videbis mercurium assurgere in tubulum ad XXVIII. ferme pollices, & tardissime, vel plane non, si antlia fuit perfecte constructa, relabetur: quo ipso ostenditur ætheris gravitas, & qua ratione elasticitas aeris compenget ejus pondus.

4. Siphon sumatur bicruralis vitreus, qui ad certam quantitatem repleatur mercurio, postea unum crus claudatur cera, alterum maneat apertum, imponatur hie siphon recipienti, & videbimus aere subtrahito, mercurium in crus aperatum ex aequilibrio suo ascendere, ab aere alteri cruci incluso & valde expanso.

5. Tubus Torricellianus ita aptetur, ut in superiori parte sufficiens capacitas praefens sit, & ipsa aperiri & etiam rursus claudi possit, immittatur tunc huic spatio vesica pisces, & orificio firmato, repleatur tubus mercurio, & more solito invertatur, sic ascendet usque ad consuetam magnitudinem, & vesica, in superiori ejus parte relieta, prius que fuit flaboidas jam valde tumida apparebit.

DEMONSTRATIO XXV.

Animalia a nimia aeris interni, qui in sanguine & humoribus est, expansione, confessim concidunt & moriantur.

Experimenta.

1. **A**ves, mures includantur vitro, & tales duabus suctionibus, miris torquebuntur agitationibus, convolutionibus, intumescent oculi, maiores sient & extra

tra orbitam prominebunt, & mox animalia morientur.

2. Idem experimentum potest fieri cum canibus, felibus, quæ animalia autem diutius subsistunt in vacuo, quam ipsa volatilia. Curiosum est, quando jam animam exhalare volunt, & aer provide rursus applicatur, mox reviviscunt; quandocunque autem nullus amplius in ipsis percipitur motus, nunquam restitutio ad vitam aeris admissione succedit.

3. Animalia aquatica, ut pisces, ranæ, cancri, aeris dractione difficulte interficiuntur, & aspectu jucundum est, quomodo pisces in aqua, aere subtracto, mox in altum aquæ evehantur, mox rursus subsidunt, si intermittamus aeris evocationem.

4. Ex vitro globo aer omnis per animalia expellatur, postea avis rostro suo provide orificio globi applicetur; tunc epistomio aperto, conspicimus avem adhaerere vitro & in momento, præmissis quibusdam subtilibus, mori, & longe citius quam in campana vacua. Quod si thorax horum animalium aperitur, videmus pulmones ita compressos & coarctatos, ut sub minima mole appareant.

DEMONSTRATIO XXVI.

Aer calore expanditur, frigore autem coarctatur.

Experimenta.

LT Hermometra varia producuntur, & primo vulgare, quod ex phiola longioris colli constat, spiritu vini rubicundo repletum, ubi observamus liquorem sub calido aere descendere, sub frigido autem ascendere.

2. Exhibeat Florentinum, quod consistat ex graciliori phiola vitrea, spiritu vini ad medium tubi parte repleta, in superiori parte clausa, ubi circa ejus usum observandum, ne instrumentum hoc aeri nimis calido applicemus, alias ab inclusu aere valde expanso facile diffringitur.

3. Phiola longioris & tenuioris colli sumatur, colorato liquore ad medietatem repleatur, orificio ejus superiori manente aperto, & postea calori applicetur; ita videmus, pro diversa ratione caloris, vel frigoris, liquorem, si valde spirituofus fuit, vel expandi & majus spatium acquirere, vel comprimi in maiorem angustiam.

4. Curiosissima sunt illa, quæ ex tenuissimis capillaribus quasi canaliculis composita sunt, ubi minima caloris vel frigoris alteratio maximos & valde sensibiles producit effectus.

5. Aliud sistatur, nempe quod compositum est ex globo vitro, cui intrusus tubulus & probo cum globo firmatus, ut aeris egressus impediatur, postea aer flatus comprimatur, ita liquor in calido loco in tubum assurget, in frigido decideret, idque valde sensibiliter.

6. Aliud quod ex tenuissimo tubulo constat & ex globo clauso, ubi lenissimus digiti attactus protinus effectum producit, & liquorem intus contentum e loco suo dimovet.

7. Adhuc singulare, quod constructum est ex siphone incurvato, ubi unum crus vitro phiolæ clausæ inhæret, alterum phiolæ apertæ, ubi observamus, in priori liquorem per calorem ascendere, in altero autem descendere.

DEMONSTRATIO XXVII.

Aqua & aer inclusus & calore expansus mirabilem exercit potentiam.

Experimenta.

Globus parvus vitreus, cui spiritus vini inclusus est, quando carbonibus iniicitur ignitis, maximo cum fragore disrumpitur.

2. Pulveris fulminantis ex nitro, sale tartaro & sulphure parati, portio cochleari indita & carbonibus imposita, maximum fragorem excitat.

3. Fons jucundissimus aspectu producit, ex quo si accensæ candelæ ipsi admoventur, profilit aqua, vel lac ex mammis virginis: si extinguitur candela, desinit etiam fluxus.

4. Ostenditur machina Papiniana mirabilis effectus in celerrima coctione & emollitione corporum dororum, ubi dens apri, cornu cervi, ebur, intra dimidium horæ, paucissima carbonum quantitate, ita coqui possunt, ut instar casei possint scindi.

5. Eadem machina caro bovina intra dimidium horæ in mucilaginem resolvitur, pisa eodem temporis spatio abeunt in pultem.

6. Ministerio. hujus machinae brevi tempore optima juscule gelatinosa ac sanguinari conducentia extrahi possunt, nec non infusa & decocta longe efficaciora ex herbis parari, item cornua philosophice calcinari.

DEMONSTRATIO XXVIII.

Aer copiosas humidas particulæ in se complectitur.

Experimenta.

1. Quando ex bombardâ pneumati- ca una vice & impetu aer intru- sus eiicitur, tunc instar fumi exit & visu nostro se sistit.

2. Nitrum fixum, nec non sal ex cre- ta & spiritu nitri paratum, item spiritus acidi concentrati, butyrum antimonii, oleum vitrioli, magnetes aerei sunt, attraheunt multum aquæ ex ipso aere, quæ per destillationem separari potest, unde humiditas locorum ex effectu horum mag- gnetum dignosci potest.

3. Subiiciantur oculis varia hygrosco- pia, v. g. ex chordis, quæ fidibus adhi- beri solent, contextâ, nec non longiora ex funibus, per totam structuram domus decurrentia, & indice monstrantia hu- miditatis & siccitatis gradus.

4. Aliud summe sensibile chorda natu- rali, in avena exstante, paratum, mon- stretur.

5. Hygroscopium inventionis Feubे- riae ne accuratissimum.

6. Aliud quod ex lignis est compositum.

7. Machina composita ex thermometris, barometris, & hygrometris, ostenditur.

DEMONSTRATIO XXIX.

Aer particulas variæ generis salinas in sinu sovet.

Experimenta.

1. Caput mortuum aluminis insipi- dum, sive alumen ustum & sal- sedine sua privatum, si per aliquot dies exponatur aerilibero & sereno, non modo manifesta salsedine rursus imbuitur, sed & ponderis augmentum capit.

2. Cineres clavellati soluti, diu aeri expositi, in salnitrosum, quod cum spi- rito vitrioli parum effervescit, degenerant odore emergente aquæ fortis.

3. Cineres clavellati, diu aeri expositi, in sal neutrum, tartaro vitriolato si- mile, degenerant, quod ab ipsis separari potest, & amaricantis est saporis, fi- guræ sexangularis.

4. Minera maris Hassiaca, item mar- casita Anglicana, quando aeri libero & pluvia diu exponitur, convertitur in vi- triolum maris elegantissimum.

5. Syrupus violarum & papaveris rhe- ados, addito oleo tartari, viridis factus, amittit hunc colorem, si mixtura per ali- quot dies stat in aere libero, quod neutri- quam accedit si in vacuo illud peregitur.

DEMONSTRATIO XXX.

Aer ad intimam mixtionem corpo- rum valde est necessarius.

Experimenta.

1. Spiritus igneus, qui cum oleo tar- tari mixtus, in libero aere lu- culentissimam producit flammarum, nullam non modo producit, neque etiam inten- siorem ebullitionem, si phialæ longioris colli indatur oleum caryophyllorum & superfundatur dictus spiritus.

2. Solutio veneris, certo menstruo fa- cta, in vitro firmiter clauso, nullo singu- lari colore imbuta est; simulac autem ac- ri conceditur liber accessus, saturato co- ruleo colore menstruum tingitur.

3. Pur-

3. Putrefactio animalium, & vegetabilem impeditur in vacuo; hinc poma, pyra, pruna, salva sua textura & forma, in vacuo per aliquot annos durant.

4. Effervescencia, qua sit a limatura martis & oleo vitrioli; item ab argento & aqua forti, lentissima est in vacuo, celerima in aere libero.

5. Solutio veneris viridis, cum spiritu nostro igneo facta, si aeri exponitur liberum, brevi tempore colorem induit coeruleum.

6. Aerem ingredi in quosvis liquores spirituosos, salinos patet, si campanæ vitro submittuntur & aer extrahitur per antlam, tunc enim incipiunt ebullire, seu bullulas emittere.

DEMONSTRATIO XXXI.

Aqua est liquor universalis solvens, multis tamen heterogeneis partibus imbutus.

Experimenta.

1. Puritas & levitas aquarum probatur per peculiarem lanceam, gradibus distinctam, que descensu suo indicat puritatem maiorem vel minorem.

2. Respectiva haec puritas & levitas cognoscitur, quando aqua colore imbutitur, tubo vitro infunditur, qui inversus imponitur alii aquæ: si liquor descendit, est gravior; si in tubulo manet, est levior ipsa aqua subiecta.

3. Adiectione olei tartari per deliquum indagari optime potest aquarum fontanarum natura. Si enim multum laetatur, indicium est multas particulas heterogeneas terrestres in ipsa existere, & contra.

4. Sacchari saturni solutio simili ratione patefacit contenta heterogenea aquarum. Si enim aquæ turbidæ sunt, vel albæ, indicium est heterogenitatis, si puræ & limpide manent, sicut accidit in aqua pluviali, opitrum indicium est puritatis. Quibus experimentis manifestatur acidum occultum vitriolicum latitare maxime in aquis fontanis.

5. Simul et iam mentio fiat qua ratione

acidula, thermæ examinande sint per evaporationem in vale clauso; item per mixtionem cum variis liquoribus.

6. In aqua cuiuscunq; generis si solvitur sal commune, & ejus tanta quantitas inditur, ut nihil amplius capere queat, quando tunc novum sal v. g. alumnen additur, hoc denuo dissolvet & soluto hoc ipso, ut nihil amplius accipere queat, si vitriolum adiciatur, hoc rursus recipiet, et sic plures species capere poterit.

DEMONSTRATIO XXXII.

Effluxus aquarum in siphonibus fit ab inæquali pressione aquæ & aereæ columnæ.

Experimenta.

1. Undocunque sumitur siphon, ex duobus aequalibus cruribus constant, & infunditor aqua, ita ne in una crure plus continetur quam in altero; & ipse siphon invertitur, ex utroque crure ne gutta exciderit.

2. Siphones variae constructionis oculis subjiciuntur, in spiras contorti, recti, incurvati, duobus cruribus constantes, & simul ostenditur fundatum: quare semel inchoante fluxu ex uno crure, efflusus ille continuo duret.

3. Curiosus est siphon, qui ex duobus cruribus compositus est, quæ crura in extremitatibus suis excipiuntur globo vitro, cui firmiter annexa sunt, & quando crux minus aquæ imponitur, & per alterum longius aqua prius infusa effluit, tunc fons continuo & jucunde salientibet.

4. Poculum curiosæ speculationis est hoc, ubi nempe vinum vel aqua infunditur nec effluit, quandoenq; autem ad certam magnitudinem effunditur, incipit effluxus per substratas canales & omne effluit liquidum, cum tamen in ipsis poculo nulla cavitas oculis pateat, per quam in inferiores canales liquidum transire possit.

5. Curiosi siphonis, paulo ante memori & dicti diabetis, structura in alio instrumento ostenditur.

DEMONSTRATIO XXXIII.

Aqua premit secundum altitudinem, non secundum molem, & quo columnam aquæ altior est, eo major est pressio in siphonibus.

Experimenta.

1. **Q**uo profundius unum crus siphonis submergitur aquæ, eo celerius aqua effluit per alterum, & vice versa.

2. Siphon Wirtembergicus, magnus & parvus, qui monstratur una cum fundamento, ubi simul detegitur inventionem nullius esse momenti.

3. Experimentum fiat, quo demonstratur, non tantum per crus longius, sed etiam per crus brevius siphonis, aquam effluere posse.

4. Non tantum aqua, verum etiam argentum vivum, per siphonem evacuari potest ex vase.

5. Ostenditur siphon exiguis vitreus, unius cruris, infra exiguo canale & exilissimo foramine imbutus, qui si intrudirur argento vivo, in instanti siphon repletur illo; ubi mirabile, quod tam exiguum temporis spatio per parvulum foramen tanta celeritate intraverit argentum vivum.

6. Siphunculi angustissimi capillares, liquoribus coloratis intrusi, illos sponte recipiunt.

7. Situla Helmontiana ostenditur & ejus effectus explicatur, cur nempe discus ligneus maneat in fundo aquæ, qui alias ad superficiem aquæ pergit.

8. Instrumento ex ære confecto demonstretur aquam secundum altitudinem premere, non secundum molem: unde una libra aquæ ad altitudinem positæ, resistere non modo potest mille aquæ libris, sed & easdem sursum pellere.

DEMONSTRATIO XXXIV.

Fontes omnes artificiales vel ex ipsis aquæ tendente ad æquilibrium, vel ex aeris vi elistica, post factam compressionem, vel ejus rarefactionem per calorem, derivari merito debent.

Experimenta.

1. IN simplici machina monstretur la plus aquæ, & qua ratione, si aqua fuerit repleta, in omnibus cameris & hypocaulis per totam dominum obtineri possit ad lubitum aqua.

2. Fons Heronis, ex vase superiori & inferiore constans, per horam ferme emitit aquam jucundo spectaculo, præsertim quando variis figuris instructus fuerit.

3. Ex globo æneo, nec non ex alio magno ex laminis ferreis confecto, instructo sua patina, intruso prius per antlam pneumaticam aere, aqua cum maxima delectatione eiicitur, præsertim si hisce fontibus variæ figuræ fuerint appositæ.

4. Fons æneus, spiritu vini rectif. debite repletus & carbonibus impositus, proicit spiritum per varias figuras in aerem, hic, si admota candela accensus,flammam concipit, jucundissima spectacula oculis sicut.

5. Agitur hic etiam de machinis, quibus aqua eiicitur, qua ignis extinguitur, & quomodo tales machinæ possint applicari in quavis domus parte.

DEMONSTRATIO XXXV.

Radii reflexi ea natura est, ut angulus incidentia æqualis sit angulo reflexionis.

Experimenta.

1. Obiectum in speculo aliquo plano, oblique ad illud positum, non videtur, nisi in certo aliquo loco & sub eadem obliquitate.

2. Quando inspicimus speculum sphæricæ concavitatis, ita ut facies consistat intra quartam diametri partem, tunc enorimenter magnum caput appetit, oculi quasi bovinæ, & omnia miris modis ampliata.

3. Speculorum cylindricorum effectus monstratur, hinc ubi deprehendimus, quod figuræ nimis distractæ sint, ut oculis non appareant, in dictis speculis exhibentur apparentes & formæ suæ debitæ restituuntur.

DEMONSTRATIO XXXVII.

4. Specula concava polita, & unum parabolicum ex cupro confectum, ostenduntur, & illorum effectum in ligno accendendo, plumbo vel stanno liquefaciendo ostenditur.

5. Polemoscopium, quod tempore belli maxime inservit, vel etiam, quo aliquis in domo sua constitutus, actiones hominum in plateis evenientes, comode observare potest.

6. Camera catoptrica curioso spectaculo producitur, ex speculis parallelis constans, ubi observatur, quod insigni modo multiplicentur subiecta & augeantur obiecta in medio posita.

DEMONSTRATIO XXXVI.

Radii luminosi in diaphanis convexis refringuntur, maioresque angulos efficiunt, & in uno punto, seu foco concentrantur, ubi rursus radiorum sit divaricatio.

Experimenta.

1. **H**ic modus microscopia conficiendi ex uno, duobus, vel tribus vitris convexis ostenditur, varia curiosa simul ipsis subiiciendo.

2. Tuborum opticorum elaboratio ex duabus vel pluribus vitris exponitur, & simul modus monstratur, qua ratione mirum in modum multiplicari queant obiecta.

3. Tubo duodecim pedum, annulus Saturni, satellites Jovis nocte serena optime sistuntur oculis.

4. Camera obscura portatilis, que duos pedes longa est, & qua imagines rectae sistuntur, jucunda exhibet spectacula.

5. Camera obscura exhibetur sub variis vitris convexis, sub majori vel minori distantia. Hinc vitro convexo, quod focum habet decem pedum, in papyraceo pariete sistuntur obiecta magnitudinis satis eximiae.

6. Demonstratur modus quomodo in camera obscura imagines rectae sisti queant per duo vitra convexa, ubi tamen minor magnitudo obiectorum observatur.

Omnia diaphana convexa, radios luminosos solares concentrando in unum punctum, calorem intensum, immoflammam producunt.

Experimenta.

1. **V**itro sphærico, quod aqua limpida repletum est, pulverem pyrum accendere, sulphur colligare, tabacum in fistula inflammare commode possumus, non secus ac si vitrum solidum convexum fuerit assutum.

2. Glacie diaphana, convexam figuram habente, tempore hiemali, flammarum jucundo spectaculo producere possumus.

3. Humore crystallino oculi bovinii, punctum in papyro injuri potest.

4. Vitra convexa, duplicata, maioris vel minoris diametri, varia exhibentur, & illorum effectus in colliquandis metallis lapidibusque monstratur.

DEMONSTRATIO XXXVIII.

Imagines coloratae, vitris infixae, integro ac imperturbato suo colore, mirifica multiplicatione transferuntur in alia loca.

Experimenta.

1. **L**aterna magica præstantissima vitris instructa, ultra octoginta imagines exhibentur, mirabilis magnitudinis, splendidissimis coloribus fulgentes, ita ut ulnas quinque exsuperent.

2. Laterna magica instrui potest vel speculo concavo, vel sphærico vitro, aqua repleto, vel vitro alio convexo solidio.

DEMONSTRATIO XXXIX.

Color est lux vario modo reflexa & refracta, pro diversa superficiecularum corporis habitudine.

Experimenta.

1. Iris amoenissima, insignis circuli in parietem transferri potest, per vitrum

erum prismaticum & speculum cylindricum; nec non copiose irides sibi in parte, per vitrum crystallinum, compluribus angulis instructum.

2. Si vitra prismatica, sive polyedra, invicem combinantur, & loco fenestrae usurpantur, totum conclave ornant pulcherrimis coloribus, smaragdinis, sapphirinis aliisque, adeo, ut amoenitatem horum nulla pictoris manus assequi possit.

3. Liquores colorati, pro diverso positu ad solis radios, vel pro varia vasorum, quibus continentur diametro, diversos spectatoribus exhibent colores.

4. Infusio saturata florum tunicæ, vel rosarum, vel balaustiorum, pro diversa admixtione liquorum acidorum, aut alcalinorum, distinctissimos colores producit, rubicundum, purpureum, brunnum, viridem, flavescentem: siue infusioni florum balaustiorum adjiciatur momentum vitrioli, statim atramentosus exsurgit color.

5. Singularis cortex cuiusdam radicis, infuso spiritu vini, item oleis, sive de stillatis, sive expressis, producit elegantem colore rubicundum: quodsi autem inditur spiritus salis ammoniaci virosus, in momento saturatus color ceruleus pulcherrimus excitatur, qui brevi tempore transit in purpureum.

6. Solutio mercurii sublimati ab oleo tartari per deliquium, induit colore aurantium: a spiritu salis ammoniaci lateum: color uterque statim perit, affusa debita quantitate spiritus vitrioli, & mixturae limpiditas pristina restituitur.

7. Oleum vitrioli, cum oleo earyophyllorum mixtum, in momento producit massam rubicundissimam.

8. Olei vitrioli albissimi unciae duæ, unice guttula olei rubicundissimo colore imbuvi possunt.

9. Atramentorum sympatheticorum varia genera monstrantur.

10. Curiosum est, si vitra colorata variis modis combinantur, quod tunc fistulatur aliis color: ita si ceruleum vitrum cum flavo unias, excitatur color violaceus &c.

11. Corpora alba, propter intensam radiorum reflexionem, difficilis accenduntur quam nigra, utrum humiditate imbuta sint: item in phiolis vitreis, nigro colore obductis, quæ ad thermometrum usurpantur, si soli exponantur, liquor longe celerius descendit, quam si phiola fuerit albo colore imbuta. Mentio hoc loco etiam est facienda, quare fructus citius maturitatem suam acquirant in horis, si parietes fuerint nigri, quam si albi.

12. Talcum nigrum, igne candefactum, auri colore acquirit.

DEMONSTRATIO XL.

Sonus est tremulus aeris motus, qui in corporibus duris & fornicateis mirifice augetur & propagatur.

Experimenta.

I **H** Oologium cum campana immittatur recipienti, cui aer subtrahatur, tunc vix observamus tinnitum campanæ, cum antea per totum conclave personaret.

2. Tubi stenterii aliquot species offerantur, per quos vox emissâ in planicie ad dimidium milliare, immo ultra derivatur.

3. Utilissima est quoque inventio tubi acustici, qui auri applicatus, surdastros juvat, ut sonum percipere facilime possint.

4. Hujus generis est quoque major tubus acusticus, qui auri applicatur, quandoquis sonum e longinquâ, per tubum stenterium emissum, distincte percipere vult.

5. Consonantiarum & dissonantiarum rationes in monochordo & dichordo explicantur.

6. Structura mirabilis organi auditus, sive auris structuræ internæ & externæ, tam in corpore humano, quam aliis animalibus, exhibetur & demonstretur.

DEMONSTRATIO XLI.

Qualitates, vires, effectus corporum, dependent maxime a varia structura, dispositione ac mixtione partium, totum constituentium.

Experimenta.

1. **A**ntimonium crudum non est venenum, quando autem cum una parte nitri miscetur, virulentiam exferit emeticam: si autem duæ partes nitri adiundantur, debita ignis administratione, deponit omnem virulentiam & abit in medicamentum tutissimum diaphoreticum.

2. Mercurius sublimatus, summum venenum, mixtus cum debita quantitate mercurii vivi, privatur omni sapore, omni corrosivitate & effectu lethifero.

3. Gummi guttae, colocynthis, fortissima & nocentissima purgantia sunt, si in tinctura tartari solvuntur, emergit essentia resolvens, diaphoretica, quæ plane nullam virtutem amplius possidet, vel minimam tantum, purgantem.

4. Oleum vitrioli, spiritus nitri concentratus, summe caustica & noxia corpora sunt, quando ipsis instillatur in debita quantitate oleum tartari per deliquium, abeunt in medicamenta tutissima & præstantissima.

5. Antimonium diaphoreticum, sive cerussa antimonii, regulus antimonii medicinalis, addito carbonum pulvere, igne fusionis tractata, virulentam pristinam suam naturam acquirunt.

6. Panis, caro, alimenta gelatinosa, sunt optima nutritio: destillata autem igne, exhibent liquorum oleosum, salino acrem, qui calorem intensum corpori communicando, sudorem pellit & sapore ac odore ingratus est..

DEMONSTRATIO XLII.

Sapor & odor corporum ex mechanica ratione, seu mixtione ac dispositione certa ac determinata corporiculorum optimè deducitur..

Experimenta.

1. **S**accharum corpus dulce est, coloris albi, quod si igne colliquidatur, amittit omnem suam dulcedinem, & immassam satiscit viscosam, rubram, cuius drachma aliquot mensuras aquæ limpidæ colore tingit elegantissime flavocitrino, instas vini Rhenani, vel Hispani.

2. Aqua fortis, affusa lithargyrio, dulcedinem acquirit; marti, stipticum saporem: lunæ, nauseabundam amaritatem.

3. Corallia soluta in aceto, vel alio liquore acido, amarescunt.

4. Amara intensissima ut colocynthis, aloë, myrrha, soluta in lixivio & spiritu vini extracta, mirifice deponunt suam amaritatem.

5. Spiritus salis ammoniaci penetransissimi odoris, affuso acido, omnem odorem amittit: si autem mixturæ additur calx viva, vel sal tartari, protinus pristinus odor nares ferit.

6. Spiritus sulphuris fumans, fetidissimi odoris, adiecto mercurio & prævia agitacione sufficiente, exuit fetorem suum. Spiritus nitri, aqua fortis, ingratioris est: si vero miscetur cum spiritu vini rectificato & destillatio instituitur, tunc liquor odoris suavissimi emergit: idem fit cum oleo vitrioli, ubi liquor odoris & saporis aromatici penetransissimi provenit.

DEMONSTRATIO XLIII.

Frigus motu penetrantissimo rectilineo, aquæ partes coagulat, illasque in motu suo intestino silit.

Experimenta.

1. **D**emonstratio fiat, quomodo brevissimo temporis spatio, aqua etiam in hypocausto calido, statim converti in glaciem possit, & quidem mediante sale communi, sale ammoniaco, sale tartari & spiritu vini rectificatissimo.

2. Nitrum & sal ammoniacum, injectum aquæ, æstatis tempore cerevisiam, nec-

nec non vinum in lagenis contentum , refrigerant ex tempore , præsertim si agitatio aquæ accedit .

3. Gradus frigoris in fluidis optime possunt explorari thermometro , quod unum canalem habet in sphæra vitrea . Tale si imponitur fluido , pro diverso statu frigoris , liquor vel attollitur , vel deprimitur .

4. Aquæ salinæ , quæ non magnam quantitatem salis communis possident , corroborari possunt frigore conglaciante , utpote ejusmodi frigus conglaciat partes aquæas , nequaquam autem salinas , quæ concentratæ , dum glacies eximitur , liquivit salis efficiunt fortissimum .

5. Vina omnis generis spirituosa , saporis melioris evadunt frigore , dum frigus conglaciat partes aquæas , unde spirituosa sulphureæ , a conglaciacione immunes persistantes , augent virtutem & saporem .

6. Eodem modo acetum vini fortius & præstantius fit per actum conglaciationis .

7. Ostenditur experimentum , qua ratione in frigore intensissimo hiberno , liquor destillari possit per alembicum , sine ullius caloris accessu .

DEMONSTRATIO XLIV.

Magnetis effluvia mirabilem potentiam exerunt in certa corpora , & phænomena curiosissima exhibent .

Experimenta .

Monstratur quomodo poli & puncta magnetis inveniri debeant & possint .

2. Magnes crudus præparari & armatura instrui & ratione virium corroborari debeat : item quomodo possit deperdi , & quinam magnetes aliis sint prærendi .

3. Mutua attractio aut fuga ipsorum magnetum inter se invicem : item , acus ferrea pro ratione polorum monstratur , & quomodo virtus magnetica instrumentis ferreis communicari , immo rursus demini possit .

4. Naviculæ metallicæ , aquæ innantes , magnetæ pro lubitu moveri in omnibus plagas possunt : & curiosum est aspectu , quod ipse haec naviculæ inter se invicem modo se attrahant , modo repellant .

5. Magnes acum ferream , in vacuo existentem , longe vehementius movet , quam si in libero aere posita sit .

6. Acus ferrea , sine contactu a magnetæ , in vitro , immo intra papyrum consistens , moveri & libere in aere suspendi potest .

7. Magnetis præstantissimi effectus monstrantur , dum nempe libras quinque ad minimum instrumentorum ferreorum , successive appensorum , firmiter tenet .

8. Falsum est magnetis effluvia impediiri per corpora oleosa , utpote & acus oleo inuncta , vel ipso oleo infusa , extra hi potest per cultrum , magnetis efficacia roboratum .

9. Tandem versorii varia genera exhibentur , & simul de inclinatione & declinatione acus magneticæ a polis differuntur .

DEMONSTRATIO XLV.

Lapides vario colore ac figura , forma , generati in terra , originem ducunt ex fluido , quod postea coagulatur .

Experimenta .

Ostenditur liquor , qui aqueo liqueficio affuso , degenerat in merum lapidem , & in quo muscæ , vel alia insecta , imposita & exempta , lapidescunt , seu lapidea crusta obducuntur .

2. Ostenduntur varie species lapidum ex aquis , thermis , in speluncis subterraneis , & ex aqua stillatitia generatorum , nec non ligna in lapides mutata .

3. Crystallus montana , seu Durag , item Drusen , producuntur diversissima , tam ratione colorum rubicundi , purpurei , obscuræ-flavi , amethistini , viridis , cœrulei ; quam ratione figurarum , ubi vel pyramidale , vel nitriforme , vel cubicam , vel sexangularem , octoedram , planiformem , conicam , exhibent .

4. Ea-

4. Eadem ratione lapidum species innumeræ, tam nobiliorum, quam ignobiliorum, producuntur; item lapides in variis animalibus geniti, nec non minera succini.

5. Item curiose sunt aspectu variæ species marmororum, tam Florentini, quam aliorum locorum, colorum varietate variaque figura rerum, quas exprimunt, delectabiles. Item lapides scissiles Islebienses. Ilmenavientes, merentur perlustrationem, in quibus pisces distinete sunt expressi & figurati.

6. Consideratione quoque digna sunt varia cornua, dicta Ammonis, varia structura, armatura, curvatura ornata, coloris albi, grysei, ferruginei, quorum nonnulla de marte participant.

7. Referendi quoque huc sunt lapides figura admirabiles, conchites, ostreites, strombites, cochleites, ammonites, astroites, entronchii, pisolites, ceraunii, glossopetrae, flores æris, varia talci species, lapilli conchulas plures continentates, stalachites variæ; item qui caryophyllum exprimunt, tesseræ lusorixæ e terra erutæ, conchæ bivalvules lapideæ, muscus petrefactus & lapides variæ tophacei, item marochtas, ætites, lapis Megaricus.

8. Spectant huc quoque dentes variorum animalium marinorum, item molares, nec non grandiorum animalium petrefacta, partim ex specu Baumanniana, partim ex aliis locis, nec non partes sceleti elephantini, Tonnæ reperti: item innumeræ terræ sigillatæ & medicamentosæ species.

DEMONSTRATIO XLVI.

Color gemmarum a metallico sulphure dependet.

Experimenta.

Perillustrari merentur variæ species gemmarum, jaspidum, quæ vel virides punctis rubris præditæ: item rubæ venis lacteis immixtæ, jaspides virides & albi coloris: jaspides Freibergenses in quibus variæ chalcedonii, carneoli,

item amethystes simul conspicuntur; carnebli, malachites, variæ coloris, politæ & crudæ, item virides, nec non cœruleæ, immo amethystini coloris, lucentes in tenebris, pseudoadamantes, aquæ marinæ, granati, in suis mineris, ex Misnia, Silezia, Bohemia, quarza amethystina, chalcedonii, opali in suis mineris, oculi cati, achates, varias figuræ exprimentes, item carneoli variarum figurarum.

2. Fundamentum præparandi gemmas artificiales exponatur, & quidem rubinum ex auro ac stanno, sapphirum ex cobalto, smaragdum ex cupro & ferro, hyacinthum ex plumbō, opalum ex cornu cervi usto, antimonio diaphoretico; amethystum ex auro, granatum ex croco martis & minio. Mencio hic etiam fiat de nova methodo illustris Tschirnhausii, vitra in incredibili magnitudine parandi, & ex illis statuas, campanas & similia conficiendi.

DEMONSTRATIO XLVII.

Succus maris saline-terreus, calciformis, testacea producit in animalibus marinæ domicilia, seu cochleas curiosissimas, tam ratione colorum, quam ratione structuræ & figuræ.

Experimenta.

Merentur curiosam inspectionem conchæ echinatae, striatae, villosæ, hispidæ, denticulatae, fasciatæ, bivalvules, rotundæ, excavatae, pyriformes: pectines variæ, diversæ magnitudinis, figuræ & colorum, bivalvules, denticulatae, fasciatæ, striatae; turbines, cylindrici, umbilicati, cylindroides & conici, variæ magnitudinis, colotis & figuræ, cochleæ turbinatae, conchæ anomiae venereæ, inter quas nautili species, teneritæ purpureæ, aculeatæ, matres unionum majores, stellæ marinæ, echini marinæ, echini marini, uvæ marinæ & varia halcyonia, barina exoticæ varia, cochleæ exoticæ.

DEMONSTRATIO XLVIII.

Metalla facile destruuntur, & in mineralibus suas reducuntur per principium sulphureum & salinum.

Experimenta.

1. Ultra bis mille species mineralium metallicarum, sulphurearum, salinarum, terrearum, ex Hungaria, Misnia, Norwegia, Tyrolia, silva Hercynia demonstrantur, & qua ratione illa ipsa separanda & sequestranda sint a scoriis suis per artem metallurgicam, item examen per capellam, ostenditur.

2. Characteres essentiales, quibus quodvis minerale dignosci potest, explicantur.

3. Mediante sulphure, cuprum, plumbum, ferrum, stannum, argentum, mercurius, regulus antimonii, in suas mineralibus reducuntur.

4. Ipsum aurum quoque sulphure in pulverem & crocum verti potest, modo prius figatur in igne mediante sale alcalino, quod sulphur in igne detinet, secundum notissimum modum Montesnideri & Glauberi.

5. Fundamentum metallurgiae & dcimasiae monstratur, quod consistit in separatione sulphuris a mineris, & debita liquefactione mineralium.

6. Variæ species arborum metallicarum exhibentur, in sicco & liquido.

DEMONSTRATIO XLIX.

Terræ sulphureæ inflammabiles alcalinæ, nec non salia fixa, lapides & cineres vitrescibiles, metallorum calces & scorias redigunt in metalla.

Experimenta.

1. Mineræ argenteæ, aureæ, variæ generis, nec non saturninæ, cupræ, stanneæ examinari debent, & ex iis metallum suum debito modo educi.

2. Nitrum, sulphur mineralium destingendo, facilime producit ex ipsis me-

tallum, præsertim argentum & aurum, pulveres carbonum, salia alcalia oleosa, mineralis ferri, auri, cupri, stanni, si prius sulphure decenter per calcinationem fuerint orbata, optime reducunt in sua prima metaalla, ipicula acida in poris calcium & scoriarum relicta absorbendo, & volatilisatione auferendo & abigendo.

3. Pulvis niger fusorius (Germ. Schmanker Glus) ex mineris argenteis, cupreis, vel stanneis non separat metallum, si adhuc sulphure scatent, quoniam sulphur hoc sale ligatur, quod postea operando in metallum, magis illud destruit & in pulverem convertit, hinc mineræ sulphure prius orbandæ sunt, antequam tractentur cum salibus.

DEMONSTRATIO L.

Animalia balsamicis liquoribus via humida & sicca a putredine optimæ conservari possunt.

Experimenta.

1. Monstrantur partes ferme omnes internæ corporis humani, utriusque sexus, nempe intestina, ventriculus, quorum vasa cera rubra & viridi repleta, hepar, lien, mesenterium, cor, omentum, pulmones, partes genitales, quæ curiose præparatae per quatuor jam annos conservantur in liquore non pretiolo, & tali forma apparent, quasi recenter fuisse e corpore exempta.

2. Hæ partes omnes, etiam sicco modo balsamo obduratae, cera repletis vasis, monstrantur, ubi curiosum oculum merentur vasa omnia piæ matris, impletæ liquore rubro.

3. Pes cum toto femore, etiam brachium cum manu, omnibus adhuc musculis præparatis instructum, conservatur integrum & sine ulla corruptione in liquore, quem conservationis modum, Deo dante, mox in integro homine experiri volumus.

DE

FATOPHYSICO ET MEDICO

EJUSQUE RATIONALI EXPLICATIONE DISQUISITIO,
In qua Multa subtilioris indaginis argumenta de Fato Stoicorum,
Spinozæ, medico & physico, de fortuna, providentia divina,
harmonia præstabilita, miraculis; nec non declinatione fati
curatius paullo tractantur & excutiuntur.

PRÆFATIO.

SIlla unquam paullo subtilioris indaginis materia, clarissimorum viorum certatim provocavit industriam, eorumque acutissima etiam torsit & exercuit ingenia, profecto ea est, quæ de fato, fortuna, infortunio, casu & caussis eventuum in hoc universo, a priscis jam te mporibus innotuit, & inter omnis ævi & secta Philosophos lumma agitata fuit co intentione. Quamvis autem in enucleando arduo hoc argumento, summi & magni nominis Philosophi tantopere defudarint, suisque de eodem meditationes innumeris propemodum scriptis divulgant, re tamen proprius inspecta, eos nihil quod solidum, stabile & dubitationis expers sit, proposuisse, ingenue dicendum est: ita prorsus, ut nonnisi dissidentes opiniones, miras dubitations & obscuros terminos in illis, quos de fato concinarunt libris, reperiire liceat, & nodum Gordium, aut Sphyngis plane ænigma, sapientissimis quoque inenodabile, lubefse, judicandum sit. Neque quisquam hac ita esse mirabitur, qui curatius perpendet, Philosophorum antiquiores non solum vera Dei cognitione, sed etiam solida & exquisita rerum naturalium scientia plane non imbutos, & via ac methodo inventi & demonstrandi veritatem destitutos fuisse. Quapropter sicuti omnes fere disciplinæ, ut Physica, Metaphysica, Me-

dicina & scholastica Theologia, a veteribus minus recte tractatæ atque exultæ fuerunt, eo quod multos obscuros, intricatos & dubios terminos, quibus nil præter ignorantiam suam prodidere, ad evolvendas res adhibuerunt; ita etiam in moralibus, politicis ac naturalibus quædam voces ex eodem inscritæ fonte profluxisse, dicendum est. Etenim tam deplorata quidem & misera mentis humanæ est conditio, ut omnes, qui veritatem amant & colunt, ingenue fateri debeant, eandem in rebus aliquanto sublimioribus diuidandis & explicandis, imbecillem, truccam esse & mancam; nihilosecius tamen tanta corruptio tamque perversa superbia mortalium ingenio insidet, ut in rebus subtilioribus, quæ captum ipsius transcedunt, explanandis, hanc suam ignorantiam profiteri nolint, sed potius rerum abditarum modum & caussas, confictis quibusdam speciosis, sed nihil significantibus terminis, prorupta eruere contendant audacia. Notissimæ sane sunt in physicis sympathiæ, antipathiæ, virtutis attractricis, occultæ qualitatis, formæ substantialis, fugæ vacui, voces, in medicis naturæ, spiritus insiti & influi, archei, principii vitalis, errantis, sapientis, consensus partium, antipraxiæ, aliæquæ in cæteris disciplinis innumerabiles propemodum denominations, quas hoc loco omnes commemorare nostri non est instituti, sufficiet si easdem ignorantie

F

&

& ignavi ingenii terminorum nomine insigniemus. Nec a veritate alienum erit, si frequentissima in metaphysicis, politici & naturalibus fati, fortunæ & infortunii nomina ad eundem censum referemus. Quemadmodum enim termini & voces nihil aliud sunt quam idearum, cogitationum ac rerum signa, quibus mentis nostræ operationes exprimuntur & cum aliis communicantur, ita certe mera nomina, loco modorum, vel causarum quæ latent, allegare, inane prorsus est & fatuum. Quum itaque apud Philosophos, tam vetustioris quam recentioris ævi, non genuina, una eademque fati sit explicatio, ratio & applicatio, rem non projectæ operæ esse ducimus; si de subtili pariter ac curioso argumento FATO nempe PHYSICO ET MEDICO, an illud detur, & a quibus causis dependeat? per vestigatius paullo agamus & uberioris edisseramus: quo nostro proposito fine ut eo melius & ex voto potiamur, veterum de fato & fortuna doctrinam qua fieri potest brevitate praemittere, minime alienum erit.

§. I.

Ante vero quam ipsam de fato tractationem aggrediamur, evolvenda nobis in limine erit vocis fati claritas; ad quam obtainendam, ejus originem sive radicem, & usum, sive significationem notam, tradere oportet. Radix itaque hujus vocis sine omni dubio est verbum fati, cuius participium perfectum passivum, fatura, idem est ac dictum, effatum, edictum sive decretum; usu vero denotat necessitatem immutabilem: adeoque exin emergit decretum, sive edictum, inevitabilis eventuum necessitatis. Indeclinabilis hujus necessitatis caussas ut inquirerent Philosophi strenue utique allaborarunt, sed dissidentibus plane rationibus id perfecerunt. Saniores enim illorum, qui Deum omnium rerum fontem, ejusque fata & decreta immutabilia esse assertebant, causam absolutæ & fatalis necessitatis ad hunc referebant: alii vero, a sensu & cultu divino alieni, concatenatam, perpetuam, immo eternam caussarum in uni-

verso seriem, omnium, quæ singulis deflinito tempore bona vel mala eveniunt, originem esse, asseverabant; alii denique, Christiani nemo, hos eventus non quidem causis naturalibus earumque serie destitutos esse judicabant, sed DEUM, naturæ ordinis auctorem, sibi reservasse potestatem, ut eundem pro beneplacito suo immutare queat, existimabant.

§. II. Primum itaque meditationem nostram subibunt ii, qui fortunam, infortunium ipsumque fatum ad Deos referant. Hos inter maxime eminent idolorum cultores, qui tot sibi fingebant Deos, quot diversæ conditionis bona mortalibus obtingere perspiciebant, illorumque singulis certos ac determinatos boni cuiusdam effectus liberalissime tribuebant. Ita non modo sol cum omnibus planetis, sed etiam ignis, ex animalibus, ex volucrum numero ibis, apud Ægyptios in Deorum classem relati fuerunt; quibus in grati animi signum, cultum & honores divinos obtulerunt. Maxime vero omnium inter barbararum gentium quamplurimas divinitatis nota inclaruit ipsa fortuna, qua ad denotandam inconstantiam atque mobilitatem, sub virginis cæcæ, rotæ insistentis simulacro, religiose excepta fuit. Etenim non solum JUVENALIS Lib. IV. Sat. 10. disertis pronunciat verbis:

Te facimus Fortuna Deam caloque locamus,
sed etiam TACITUS memorat, Ancum Martium & Servium Tullium Romæ huic Deæ templum dedicasse, Fortunamque auream in interiori principum cubiculo coluisse. Quum itaque Fortunam Deam crederent, eandem immutabilem & fatum inexorabile esse inde deducebant. Legem enim Numinis esse planè immutabilem, & quicquid etiam fausti vel infasti a Fortuna Dea mortali bus decretum sit, nullo modo mutari posse, sed placido potius & æquo animo ferendum esse, existimabant. Ineluctabile hoc fatum graphicè sane promore suo describit SENECA, N. Q. Lib. II. c. 35. fata, inquit, jus suum peragunt, nec ulla misericordia flectuntur, non gratia, ser-

Servant cursum irrevocabilem, ex destinata fluunt. Quemadmodum rapidorum aquarum torrentium in se non recessunt, nec moratur quidem, quia priorem supervenientem præcipitat; sic ordinem fati æternam series rotat, cuius haec prima lex est: stare decreto. Et CICERO de divinat. lib. II. c. 6. eandem item scribit: quid est aliud sors? quid fortuna? quid casus? quid eventus? nisi eum sic aliquid cecidit, sic evenit, ut vel non cadere atque evenire, vel aliter cadere atque evenire, potuerit. His quoque accedere videtur.

LIPSIUS, dum ep. 43 cent. I. *Hæc publica, ait, & æterna lex, eis quisquis repugnat, improbus est & refractorius. Ut athletis olim sors, non electio adversariū dabat, cum quo certarent: sic cuique nostrum vitæ suam conditionem fata, cum quibus luctemur. Hanc vincere oportet, i.e. ferre. Hujus pugnæ robur omne in patientiō est, & victoria in cedendo.*

§. III. Ex inevitabili hac eventuum necessitate, quam veteres fati nomine insigniverunt, Stoici moralis doctrinæ desumferunt fundamenta, quorum cardo in eo potissimum vertitur, ut quisque patienti & æquo animo ferat omnia, quæ in hominis potestate non sunt, i.e. quæ mutare non potest, cuius generis sunt publicæ & privatæ calamitates, famæ, morbi, mors, nimici, infelix conjugium, inordinatae temporum constitutiones, bella, servitutes, injuria & potentia principum, aliaque id genus plura. Et quemadmodum seniorum hujus sectæ scripta, SENECAE nempe, EPICTETI & ANTONINI, id satis planum faciunt atque testatum; ita memoratu in primis hoc loco digna sunt SENECAE verba:

*Duc Summe Pater altique dominator poli
Quocunque placuit, nulla parendi mora est.
Adsum impiger, fac nolle, comitabor gen-
mens*

*Malusque patiar facere quod licuit bono.
Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.
Hac vocis fati significatione usus quoque
est antiquissimus rerum medicarum scrip-
tor, HIPPOCRATES, qui in epistolis p.
m. 394. hec habet: omnibus hominibus ama-
ra necessitas incumbit, ut quæ a fato statuta
sunt ferant; vi enim exequitur quæ vult.*

§. IV. Quod si autem primam, ab omni-

inde ævo originem fatalis hujus eventuum in universo necessitatis, sollicitius paulo inquiramus, vetustissima historiarum monumenta nos edocent, Chaldaeos, Assyrios atque Ægyptios, doctrinæ de fato inventores fuisse & propugnatores. Sicuti enim omnium scientiarum antiquissima est Astrologia, quam præter Chaldaeos & Assyrios Ægyptii etiam studiosè excoluerunt, maxime post tempora Abrahami, qui teste JOSEPHO Antiquit. Lib. I. c. 9. primus ex Chaldais eos Astronomiam docuit; ita statim sub ipsis artium & disciplinarum incunabulis, causam omnium, quæcunque hominibus vel fausta vel infausta accidebant, ad æthera & astra relegabant, illudque dicebant fatum. Fingebant nimirum planetas malignos & benignos, & unicuique horum peculiarem virtutem, influxum & operationem in sublunaria corpora, inque primis in hominis ingenium, inclinationes, animum ipsumque corpus assignabant, quæ potissimum eo ipso temporis articulo, quo homo in lucem ederetur, sese exsiceret. Ex hac origine repetenda sunt deducta ex astris præfigia & thematis genethliaci perscrutatio, quibus mirifice sese extulerunt Chaldaeorum sacerdotes, qui themate posito & genesi inspecta, quid homini per totum vitæ decursum sit eveneturum, prænunciare se posse jactabant, quo factum, ut astrologi audirent fatidici. Invaluit postmodum antiquissima hæc, sed falsissima sententia, & omnes proponendum ætatis & sectæ Philosophos in eodem errorum murices precipitavit. Ita PLATO, quo majorem ætatem sua non habuit Græcia, in Tim. 1054. nec non ejus sectatores PROCLUS, PORPHYRIUS & SYRIUS non solum acerrimi fati fuerunt propugnatores, sed etiam illius sedem in astris esse assuerunt: immo progressu temporis eo deventum est, ut impune asseverare licet, vicissitudines rerum in universo contingere & fortunam variare, prout astra mutentur & non in eodem loco subsistant. Neutquam vero defuere, qui, in primis e Christianorum numero, hanc fatalem eventuum ex astris provenientem necessitatem, ma-

gno impugnatunt studio; quo nomine laudem merentur DIODORUS Tarsi episcopus & JOANNES cognomine CHRYSOSTHOMUS, quorū prior libros adversus astronomos, astrologos & fatum, posterior quinque homilia & tres epistolas de fato & providentia divina concinnarunt, nec non EUSEBIUS & AUGUSTINUS in lib. de civitate Dei. Si enim tam stupenda fati in omnibus actionibus humanis & eventibus in universo est potentia, quam astra, rebus & animatis & inanimatis insinuant, vanum utique erit & inane, omnis, moralis, philosophia, omnis pietatis & doctrinæ cœlestis studium, & nihil, nisi quod omnia quæ accidant sint indeclinabilia, & proinde patienti animo ferenda, remanebit.

§. V. Considerato sic fato astrologico, sequitur jam ut Stoicorum, qui præcipui fatalis necessitatis defensores fuerunt, sententiam excutiamus. Ex hisce prodeat primum SENECA qui de benefic. lib. IV. §. 7. de fato tradit: quod nihil aliud sit, quam series implexa caussarum: & ex mente CHRYSIPPI fatum est naturalis quidam ordo & connexio rerum ab aeterno, aliis ab aliis consequentibus, sed immutabiliter manente hujus complicazione. Neque minus commemorabile est CICERONIS effatura, cuius AUGUSTINUS de C. D. Libr. V. c. 9. totidem verbis mentionem facit: si praescita sunt omnia futura, hoc ordine venient, quo ventura esse praescita sunt. Et si hoc ordine venient, certus est ordo rerum, certus est ordo caussarum. Non enim aliquid fieri poterit, ubi non aliqua efficiens caussa præcesserit. Si autem certus est ordo caussarum, quo sit omne quod sit, fato fiunt omnia quæ fiunt. Quod si ita est, nihil est in potestate, nullumque est arbitrium voluntatis. Nefarium autem in eo passi sunt Stoici lapsi, quod non solum voluntatem humanam, in se liberam, fatali huic alligaverint necessitatim, (de quo infra latius disseremus) sed etiam ipsum Deum, qui fata scripsit, iisdem subiicere conati sint, nec quicquam ab ipso in hoc caussarum ordine immutari posse aseveraverint: id quod quam plurimis eorum confirmari potest testimonialis. Sic enim perhibet SE-

NECA: ipse ille omnium conditor ac rector scripsit quidem fata, sed sequitur, semel scripsit, semper paret. Et ideam auctor in Q.N. Lib. II. 36. negat, sapientis viri sententiam posse mutari, quanto minus Dei; quem sapiens quid sit optimum in praesentia sciat, divinitati vero omne præfens sit. Quinimmo Lib. I. de benefic. hunc in sensu disputat: non posse Deum e fatorum lege quicquam derogare, quia necesse sit ut eadem illi semper placeant, neque ob hoc inquit, ille minus liber & potens est, ipse enim necessitas sua. Gravissimum hunc errorem Stoicos exinde contraxisse judico, tum quod mundum aeternum esse crediderint, tum etiam quod ejus materiam pure passivam, ab universalis quodam movente & principio, quod animam mundi dixerunt, moveri, actuari & vivificari debere, ex mente PLATONIS, (qui teste PORPHYRIO, omnibus mundi partibus per partes mundi diffusis, animam conciliavit), perhibuerint. Licet enim per animam mundi divinam quandam vim & potentiam denotare videantur; eandem tamen tam intime imminent & alligant materiam, ut revera nihil aliud innuant, quam naturam esse Deum, & Deum naturam, quemadmodum id SEXTUS, EMPIRICUS & SENECA apertissime & expresse profitentur.

§. VI. Ex hisce Stoicorum placitis, nec non doctrina CARTESII, qui itidem materiam universi mere passivam esse asserebat, infelicissimo sane fidere prodierunt nefaria illæ & execrabilis SPINOZÆ opinione. Is easdem cum Stoicis in eo quidem inflavit tibias, quod omnia quæ fiunt & eveniunt in universo ex certa & concatenata caussarum & effectuum serie & ordine derivaret, quia vero hanc caussarum seriem actu infinitam asserebat, eamque pro una & absolute necessaria substantia venditabat, cuius partes & modi omnis generis res in universo sint: dilucide utique patescit, illum universum & ordinem in eo pro ipso Deo habuisse, & cuncta tam praesentia, quam præterita & futura, indeclinabili fatalis necessitatis jugo subiecisse.

se. Qua perversa & vere pestilenti sententia, cum Dei existentia & providentia negatur, tum etiam omnis religio, cultus, preces, exhortationes & consilia uno quasi istu concidunt penitusque exspirant: ut taceamus & miraculorum existentiam, & sacrarum litterarum veritatem eadem abrogari & tolli. Quum vero profanæ hujusmodi opiniones nostro ævo proh dolor! adeo invaluerint, ut eruditissimorum etiam virorum animis, qui nonnisi theologiam naturalem & moralem admittunt, altius infixa sint, nemo utique nobis vitio verteret, si nefarium SPINOZÆ sententiam & reliqua ex Stoicorum placitis, quæ veritatem subruere videntur, solido argumentorum robore convellere atque destruere conaremur: sed quoniam illud a præstantissimis viris factum esse novimus, in prolatis jam ab ipsis momentis recensendis non erimus longiores, sufficiet si unicum tantum h. l. adducemus & urgebimus. Nimirum abominandi hujus erroris origo in contingentis & necessarii termino inquirenda est; quorum vocabulorum claritas, significatio & proprietas proinde erit evolvenda. Necessarium itaque dicimus illud, quod non aliter se habet, vel habere potest, sive quod immutari plane a nemine potest, cuius oppositum est impossibile, quo spectant omnes veritates geometricæ, arithmeticæ, morales & metaphysicæ, ut: totum majus est sua parte, causa prior est effectu &c. Contingens vero illud appellamus, quod aliter se habere & mutationem pati potest; cuius generis sunt omnia quæ a mente, ingenio & voluntate libera dependent, res nempe artificiales & alia in potestate hominum sita v. g. mensa rotunda potest etiam esse quadrata, & id genus plura.

§. VII. Quando itaque oritur quæsio: utrum universum ad entia absolute necessaria, an ad contingentia pertinet? facile constare arbitror, illud ipsum neutquam ens absolute necessarium, quod a se est, & nullam, nec causam nec mutationem, admittit; esse, sed potius inter contingentia referri

debere, eo quod ejus partium structura, ordo & dispositio etiam alio modo possibilis est. Ex quo hoc universum extra se aliam adhuc habere causam, quare hoc, non alio modo, sit constructum, conficitur, & divini Numinis existentia aduersus Atheos, qui coelesti doctrinæ præfracte adversantur, validissime assertur firmissimeque stabilitur. Solus enim Deus est ens illud absolute necessarium, a se existens, liberum, infinita sapientia, potentia & bonitate prædictum, cuius nusquam circumscripta actio ex eo clarissime innotescit, quod ex pluribus, in intellectu suo possibilibus mundis, præsestatem hunc liberrime extra se in conspectum proferre & ad existentiam perducere decreverit. Infinita haec Summi Numinis potentia ex immensi hujus universi creatione, sive productione extra se reali, qua conspicua facta sunt que antea non erant perspicibilia, dilucide patescit: ineffabilis vero sapientia ex admirando illo partium universi ad certos fines obtainendos ordine, structura & nexus manifesto elucescit: & immensa denique bonitas evidentissime colligitur ex rerum conditarum finibus, dum omnia quæ in iis deprehendimus bona, ad earundem perfectionem tendunt & unice collineant. Ex tribus his essentialibus divinis proprietatibus, omnipotencia nempe, sapientia & bonitate, reliqua Dei attributa, ut justitia, misericordia, providentia, omniscientia, immutabilitas & æterna veritas, haud difficile negotio deduci & derivari possunt, quæ utique omnis genuinæ Dei cognitionis omnisque divini cultus ac venerationis inconcussa sunt fundamenta.

§. VIII. Demonstrata hoc modo & stabilita Summi Numinis & existentia & essentia, utique facilissimum erit, perditissimum SPINOZÆ errorem, de fatali necessitate, quam in ipso rerum & causarum independente, absolute necessario & actu infinito ordine, fundatam esse putavit, deprehendere; ita ut neminem latere possit, ipsum hoc universum pro Deo habuisse. Neque etiam difficile erit Stoicorum de fato errores paulo aper-

gios intueri & pervidere, utpote qui necessitatem eventuum in certo rerum & caussarum ordine ac serie quasiverunt quidem, sed hunc ipsum cum Deo tanquam ejus causa confuderunt, nec haec probe discreverunt. Nos autem exquisitori, meliori & seniori tam divini Numinis cognitione, quam rerum naturalium scientia, instructi, de fato, de causis eventuum, de necessitate fatali & id genus pluribus terminis, quibus barbari & quamplurimi veterum Philosophi usi fuerunt, rectius omnino sentire, eosdemque sine veritatis injuria ratione congrenter explicare possumus.

¶. IX. Hispræmissis, ingenue & aperie profitemur, per fatum nihil aliud esse intelligendum, quam necessitatem, aut si mavis, certitudinem quandam eventuum & effectuum, qui fuerunt, sunt & erunt in universo, a certo rerum & caussarum ordine, nexus ac serie dependentem; atque adeo cum in rebus physicis & medicis, tum etiam in moribus, politicis, quinimmo ipsa in Theologia, fatum, sano sensu acceptum, admitti posse existimamus. Etenim summus ille & eternus rerum opifex nihil absolute in hoc universo voluit vel fieri decrevit, sed ut omnia ex sapientissimo, ab ipso tamen libere dependente rerum & caussarum ordine, serie ac nexus, eveniant, constituit, hanc potissimum obcaussam, ut cum immensa sua potentia, infinita simul sapientia, in regendis ab ipso conditis, eluceret. Quare vulgo quidem, sed recte dicitur, voluntatem Dei in gubernandis rebus universi non absolutam esse, sed ordinatam, quum certe nihil in hoc universo efficiatur & producatur, sine precedentibus caassis efficientibus, nec ulla rerum mutatio concipi possit sine causa, quæ hanc rebus infert, & omnis effectus secundum canonem metaphysicum necessitetur a sua causa, immo proportionatus sit ejusdem viribus, hinc qualis effectus, talis causa, & vice versa. Ex quo apparet, effectus, ex caussarum suarum potentia & viribus, non modo certos, sed & necessarios esse; necessitate quidem,

uti nemo non intelliget, non absoluta, sed sic dicta hypothetica, sive ad conditionem causæ relata.

¶. X. Quum vero causæ necessariorum effectuum productrices, non sint unius ejusdemque sed diversæ naturæ ac virtutis, utique secundum illarum diversitatem & conditionem, hi quoque considerandi erunt & estimandi. Nimirum obvius est in hoc universo ordo quidam caussarum libere agentium, cum inde profluentibus eventibus atque effectibus; occurrit vero etiam ejusmodi nexus caussarum, quæ in se non aliter quam quidem operantur, agere possunt, sed ex necessitate quadam insita, a Deo tamen dependente, suos edunt effectus. Hunc censem subeunt res naturales sive corporeæ, quarum essentia in vi & potentia motrice, nitente & renitente, in spatiū diffusa, consistit, & qua constantes semper effectus secundum certum & sapientissimum ordinem, a summo rerum opifice constitutum, quem recentiores motuum leges appellant, profertur. Antiquiores hunc caussarum ordinem naturam salutarunt, quam PLATON per artem Dei in materia definit, & ab eodem, tanquam primo principio, omnes effectus in macrocosmo non minus, quam in microcosmo derivarunt; naturalis vero & experimentalis Philosophiaz nostro hoc aeo quamplurimi instauratores, eundem Mechanismi nomine insigniunt, quem, uti in artefactis & automatis, ita etiam in naturalibus, nonnisi in certa determinatione motuum, a sapienti rerum, ratione magnitudinis, figuræ, situr & connexionis variarum dispositione, structura & coordinatione consistere demonstrant.

¶. XI. Proinde quum in universo sapientissime institutus rerum corporearum, activa vi motrice instructarum, ordo observetur & nexus, minime addubitate licet, tertos immo necessarios, inde promanare effectus, quorum necessitatem, si quis cum ARISTOTELE fatum physicum dicere velit, is certe non errabit. Neque vero tantum Philosophi, sed etiam Theologorum perspicaciores,

ejus-

et jussimodis nexum & causarum natura-
rum ordinem in universo agnoverant.
Sed testimonium omni exceptione maior
ipse LIBER SAPIENTIAE prohibet,
quo adstruitur. Deum omnia secundum
numerum, pondus & mensuram, i.e. se-
cundum causas & leges mechanicas, dis-
posuisse. Quod si vero quisquam luculentissimum & evidenterissimum sapientissime in rerum natura constitutum. Me-
chanices exemplum exposceret, constan-
tissimus ille siderum cursus & motus, cu-
jus varia phænomena, calculo subducto,
vel in mille annos prædicti possunt, ipsi
abunde satisfaciet; quo etiam Regius
PSALTES permotus, Ps. CXLIIX. 11.
Deum stellas conseruare. & ita ordinare,
ut non aliter ire possint, asserit.

§. XII. Valtissima hæc solis, lunæ &
reliquorum planitarum corpora, a no-
stro quem incolimus globo, per quam
quidem remota sunt; nihilominus ta-
men iisdem nexus quendam cum hoc in-
tercedere, non est quod dubitemus:
quum influxus eorum, sive operatio in
sublunaria, illud ipsum luculentissime
testetur. Neminem enim later, fulgen-
tissimum non solum & stupenda opera-
tionis solarem globum, calido suo & lu-
cidu[m] motu universo hominum, animan-
tium & vegetabilium generi, vigorem,
vitam, motum, calorem, nutritionem
& fecunditatem largiri, eoque remoto
marcescere quasi omnia atque emori: sed
lunare etiam sidus pro vario ad tellurem
positu[m], in fluxu & refluxu maris, in
tempestatum ac ventorum fuscatione,
in decremento, vel augmento, vegetan-
tium, hanc exiguae efficere mutationes.
Quid æquinoctia, quid solsticia, in alte-
randis humanis valeant corporibus, iis
potissimum qui in artis medicis exercitio-
versantur, innotescit, apud quos quotidi-
anæ propemodum experientia est,
quod capitis & nervorum affectiones, ut
plurimum his temporum articulis exacer-
bentur, contumaces vero & chronicæ
febres mitigentur, vel plane desinant.
Præterea atroces istæ, qua mortales non
nunquam affligunt calamites, famæ
nempe, pestis & gravissimi alti epidemii-

ci, hominibus vel brutis infestis morbi,
itidem sine omni dubio a vario siderum
cursu, situ & influxu, nec non a globi
nostræ terraquei motu ac diversissimæ in-
dolis & virtutis effluviis derivandi sunt.
Inde enim anni tempora præternatura-
lem fortiuntur statum, inde ventorum
qui ingentem atmosphærae inferunt turb-
ationem, ex variis plagiis resuscitatur
flatus, a quibus postea acerrimum & diu-
turnum frigus, intensissimus aestus, con-
tinua imbrum copia, fecundæ multorum
malorum matres, originem nanc-
scuntur. Ex his itaque cuivis abunde
constare arbitror, dari admirandam
quandam inter sidera, globum terra-
queum ejusque inquininos connexiones
& ex hac mirificos & incredibiles fere
necessario provenire effectus, quos ve-
teres, hujus rerum ordinis minus gna-
ri, fatali necessitatì tribuere non veriti-
sunt.

§. XIII. Sicut vero nullus effectus nec
eventus in tota rerum natura sine certo
rerum nexus, causarum ordine & mo-
tu inter se communicatione ac propa-
gatione contingit; ita certissimæ & in-
dubiae veritatis est, tum macrocosmo,
tum etiam microcosmo omnibusque cor-
poribus organicis, primum quoddam &
principale inesse movens, quod omnia
quasi astuet, regat & gubernet. Proinde
uti fulgentissimum solis sidus in mundi
machina, cœu suprema rota, omnes
planetarum hujus globi vortices movet:
accircumrotat, & vivido suo igne ac ca-
lore cunctis motum, vitam & vigorem
inspirat: ita microcosmicum illud vitale
cordis viscus, perpetuo illo quem exercet
contractionis & dilatationis motu, uni-
versam fluidorum & sanguinis massam
jugiter circumagit, corporisque partibus
nutritionem, vigorem ac robur infundi-
dit. Nam res certe consideratione di-
gna, quin penitus admiranda est, hu-
mani, immo omnium animantium cor-
porum compaginem, ex materia in fæti-
dissimam putredinem quam maxime pro-
na, coagmentata[m], solo cordis motu,
& ab illo pendente sanguinis in circulum
abeunte progresu, a præsentanea hac:

vindicari corruptione, quæ penitus eodem extincto, presso protinus subsequitur pede. Hæc perennis cordis concusso, omnibus quoque universi corporis functionibus præst, nec sine ea anima in sensuum & motuum voluntariorum exercitio suas operationes exserere, neque ulla corporis pars officio suo perfungi valset: quare quiescente in syncope ad tempus cordis & arteriarum motu, omnis & cogitatio, & sensus & ratio perit, refosciat autem eodem, e vestigio redit. His accedit, quod prodiens hic e cordis machina motus, saluberrimum secretorum & excretionum negotium, quo arcentur infalibria, eliminantur noxia & corpus a morbis validissime defenditur, sustineat, adeoque veterum naturam medicatricem constitutat, qua sponte sepe, fine Medici ope, graves agititudines sañescunt.

§. XIV. Hæc hactenus eo animo atque consilio fusius paullo prolata sunt, ut non solum eo clarius pateret, quomodo series, nexus & ordo caussarum ac rerum, quem fatum veterum Philosophi appellantur, distincte concipi & rationali modo explicari possit; sed etiam ut nobis viam pandemus, cui insistentes, de nonnullis rerum naturalium non adeo obviis effectibus, claras atque perspicuas causas reddere queamus. Quam itaque nihil familiarius tam vulgi, quam etiam quorundam eruditorum sermone usurpetur, quam fatalem moriendi necessitatem hominibus & animalibus incumbere, ex summi Numinis decreto, iis post lapsum impositam; primum meditationis nostræ argumentum erit id, de quo omnes sere Philosophorum & Medicorum libri silent, videlicet ut dispiciamus, in quo hujus divini decreti & inevitabilis moriendi necessitatis ratio sit posita. Hujus genuinam caussam in *Medicina rationalis systematica*. T. I. p. 62, sp. II. p. 54. sq. dilucide primus sere tradere allaboravi, eamque non tam in fluidarum, quam solidarum machinæ nostræ, partium, fibrarum nempe & membranarum cum ætate crescente crassitie, duritie & compactiore texture, inquirendam esse ratus

sum; quam licet homo temperatissime ad exquisitissimæ diætæ regulas & praescriptum vita rationem instituat, & ab omni animi commotione sibi per quam solcite caveat, mortem tamen subire debeat. Quemadmodum enim indubia experientia constat, cartilaginiæ progresu temporis transire in ossa, hæc procedente ætate majorem induere duritatem omniumque annosiorum animalium carnes solidiores esse quam juniorum, & proinde diuturniori egere coctione; ita exinde facile apparet, minima vasa, quo crassiores & compactiores eorum evadunt tunicae, eo angustiora redi & magis occludi, ita ut tandem penitus coalescant & nihil amplius fluidi transmittant. Jam vero ad animum revocandum firmiterque tenendum est, vitalem corruptibilis nostri corporis durationem, non solum perenni & jugi sanguinis ac benignorum humorum ad minima partium affluxu obtineri, sed etiam inutilium atque impurorum variis generis, ex minimis & capillaris tubulis conflata emunctoria, excretione sustentari: proinde si in extremitate cerebri, medulla spinalis & nervorum canales minimi, quos tenuissimum & summe mobile, partibus viris & robur addens fluidum perluit, solidescunt, virium languor, corporis debilitas & caloris nativi defectus, familiaria senibus mala, ingruunt; si vero tubulosa corporis excernicula, praesertim in hepatis viscere, nec non in vasculofo & poroso corporis cortice, cute nempe, coartari & obturari incipiunt, impuriores, salinæ, limosæ & sulphureæ serdes remanent, & delibatissimi vitales succi, qui nutritioni serviant ac vires reficiant, collutulantur & inficiuntur: hinc corpus tabescit, partes emarcescunt & variis generis mala, ex impuritate humorum oriunda, infestant, donec sensim sensimque ad ipsam mortem aditus paretur. Quæ quam ita sint, ad producendam vitam vix alia suppetit ratio & via, quam si optabile ejusmodi ex cogitaretur remedium, cuius ope fibrarum mollescere & tubularum ac meatus.

tuorum, ex quibus tota ferme corporis nostra compages coagimentata est, alveoli aperti fervarentur; quod tamen sub praesenti elementorum & alimentorum intemperie ac insalubri constitutione, ne quidem sperandum est.

§. XV. Eadem considerationem mereatur vita humanæ constitutus terminus, quem quod alii tardius, alii citius, nonnulli morbis afflicti, quidam non ita, attingant, ex quam plurimorum sententia ad fatum ejusque indeclinabilem necessitatem refertur, quem tamen verae & physice hujus effectus subsint causæ. Etenim sciendum est, longam & a crebris morborum insultibus liberam vitam a duabus potissimum causis proficiere, quarum altera apta vasorum & fibrarum ad solidorum & fluidorum motum dispositione ac structura continetur, altera vero in virtus inquirenda est ratione. Prior maxime nativa est, a virtute parentum seminali acquisita, & consistit in eo, ut non solum sistema fibrarum nec nimis tenerum, nec nimis crassum ac tensum, sed etiam ut vasa non nimis exilia & angusta, sed magis patula atque aperta sint: attenta enim observatione compertum est, corpora spongiosa, valde exilibus & copiosis vas dotata, plurimis morbis subjecta & brevioris vita esse, contra vero ea, quæ canalibus amplioribus & fibris tensis ac pavlo firmioribus prædicta sunt, non ex facilis in morbos incidere, facilius sanescere & longiore vivere vitam. His accedit, quod indubia experientia suffragio constet, parentes in vigore ætatis constitutos, sanos, robustos & pacato animo præditos, firmioris naturæ liberos prognere; seniores vero imbecilliores, & qui intemperantius vivunt, generare & animo & corpore debiliores, in morbos proclives & minus vivaces. Posteriorem longioris vel brevioris vita, nec non firmioris aut adversa valetudinis rationem, vietus & rerum sic dictarum nonnaturalius usus subministrat. Aer enim & vius est, ut præclare tradit HIPPOTRATES de flatibus, quo vivimus, quo vita & sanitas conservatur, & quo etiam agrotane ac morimur. Hinc a longo iam tem-

pore observatum, eos qui ad centum & ultra annos sani ætatem extenderunt, non tantum a parentibus integræ valetudinis & longævis genitos, sed etiam simplici victu & aere puro usos fuisse, animum tranquillum gessisse & debito labore ac motu corpus exercuisse; illos autem, qui otiosam & somnolentam transigerunt vitam, celo non adeo benigno fructi sunt, & ignorantia aut prava consuetudine duci, ordinis ad vitam & sanitatem tuendam parum curiosi fuerunt, plurimis patuisse morbis, nec diu vitam protractasse. Haec sunt præcipua longævitatis, præmaturæ mortis, morborum & sanitatis physicae & naturales causæ; quas quum non attulerimus in finem, ut sententia, quanto venerandi Theologi de termino vita, a summo Numine constituto, & proinde a nemine superando, sovent, oblectemur: id tamen nobis affirmare integrum erit, nihil Deum circa hominis temporalem pariter, ac æternam salutem, sine sapientia causarum efficientium ordine, cuius ipse auctor est, & ejus ab homine libero observatione, statuisse vel decreuisse.

§. XVI. Accedimus jam ad considerationem annorum qui decretorii, malefici & ad vitam succidendam pollentes pertinent, & proinde clima sterici dicuntur. In his omnis vetustas maiorem & quandam inesse credit, eamque partim ex Pythagoræorum mente, in occulta numeri septenarii efficacia inquisivit, partim etiam exemplo Assyriorum, a stellarum fato deduxit. Ut ut aetate horum annorum efficacia, ad morbos producendos & ingentem corporibus humanis inducendam mutationem, non penitus neganda sit; id tamen etiam in confessu est, communem hanc assertionem, justis non subnixam rationibus, seniori egere explicatione. Nimurum summam Nomen non solum mundani hujus operis, sed maxime etiam corporis humani naturam, mirabili artificio coagimentavit, ac singula suis numeris, mensura, pondere, ordine & harmonia vincit ac colligavit, ut certo gradu, certo tempore, ad certum finem, in tota rerum corporearum, œconomia operationes perficie-

rentur. Proinde quemadmodum corporis nostri compages certum requirit, tempus ut formetur, ut ad exitum ex utero disponatur & ad perfectionem perduatur: ita etiam ejusdem in interitum mutatio, certo temporis indiget intervallo. Quum enim nulla in rebus corporis mutatio sine motu & certa motuum quantitate fiat & absolvatur; tempus vero nonnisi mensura & duratio motum sit: facile sane patescit, notabiles mutationes certis sese exserere temporibus, non quod tempora & anni id efficiant, sed quia ad effectum certi & determinati motus desiderantur, qui tempus constituant. In primis autem constantis observationis est, ita machinam nostram ejusque partes esse constructas, ut septenarius numerus iis sit veluti crux, cum quo, notabilem semper & illustrem, nonnunquam cum sapitatis periculo junctam, mutationem subeant: sic ter, septima, hebdomade foetus sese movet in utero, sexies septima paratus est ad exitum, septimo mense infans dentire incipit, septimo etatis anno infantia clauditur & dentes decidunt, decimoquarto menstrua puellis veniat, semperque in virilibus testibus generari incipit, vigesimo primo debitam corpus nascitur, staturam, & reliqui anni tantum ad robur ejusdem acquirendum & animi perfectionem impetrandam inserviunt: donec conversa itinere, iterum ad decrementum, ruat, & septimo septenario mensium fluxus cum generandi potentia cesseat, nono vero senectus incipiat, vires notabiliter labescant, corpus contabescat, memoria debilitetur, sensuum vigor pereat, ad capiteles chronicos morbos, ex viscerum obstructione oriundos, dispositio fiat, & hac denique sensim incrementa capiente, ipsa mors ingruat. Quapropter quum decretorii hi, per septem consurgentem temporum articuli, vitam humanam quasi per gradus agant: neutquam dubitandum est, contingere sub iisdem in partium solidarum structura, fluidorum motu omnibusque corporis nostri functionibus, notabilem mutationem, licet eadem in

quibusdam nonnunquam præ edente nonnunquam in sequente anno, eveniat. Accedit, quod firma experientia constet, climactericas has etatis nostræ periodos, interdum vitæ fatales esse, nec sine grandi periculo decurrere. Videlicet infantes septimus mensis in haud leve discrimen adducit ob dentium eruptionem, quæ eos non solum gravissimis doloribus excruciae, sed etiam ita interdum affliger solet, ut pereant; id quod etiam ad decimoquarto tenendum, quo prorumpentes canini, longiores & acutiores dentes, lethalia non raro concitant symptomata; quinimmo dimidio septenarii, intra tertium nempe & quartum annum, molares si exitum affectant, lentis saepius febris tabescunt. Septimo anno non solum ob carnis gingivalis laxitatem os foetet, dentes nigri & cariosi evadunt ac tandem excidunt, sed etiam lumbrici circa hoc tempus uberioris gravitentur & gravius corpus infestant: decimus vero quartus foeminino sexui maxime est infestus, quo mensibus erumpentibus, lividi coloris sunt, lassitudo, cum lento calore corpus occupat & ciborum exoritur satidium. Præterea, ut anni, vigesimus primus primus ad trigesimum quintum, juvenibus multum periculi important: ex hæmoptysi & phthisi; ita quadragesimus nonus tantum foeminarum corporibus inducit mutationem, ut plerumque mensum fluxus penitus subsistat & inde varia hysterica pathemata cum cachexia oboriantur. Ætate ingrayescente, sexagesimo tertio, nempe anno, sanguinis progressus per viscera abdominalis tardus fit & segnis, eaque propter in sanguineis & sensibiliibus metus est apoplexie, vel asthmatis convulsio, in aliis cachexie, calculi reni, podagræ & colica spasmodice, quæ sexagesimo nono, etatis anno quamplurimos necant. Decrepita ætas mala, maxime patitur circa vesicam, dum stranguria, urina sillicidum, mixtus cruentus, vesicæ calculus & exulceratio, vires atterit & valde consumit, quibus accedit facillima hisce annis ad sphaculum, tam internarum quam externarum par-

partium, dispositio, quam subita tandem mors excipit.

§. XVII. Eiusdem momenti quoque est illa de diebus criticis sive decretoriis medico-practica in morbis acutis observatione, eo quod iudicem mutationem quandam in pejus aut melius afferunt, & paratione septenario numero continentur, nisi quod non etiam quamplurimum deferatur. Proinde mirabilem illorum effectum rationem nonnisi in certo & determinato motu in numero, quite tamen constituit, inquirendum esse censeo, quoniam utique in confessu sit, certum condis & arteriarum pulsuum desiderari numerum, ut causae, quae morbum facit, malignitas attemperetur & ad excretionem praeparetur, vel alia ita in concipiens materia, discutatur ac resolvatur.

§. XVIII. Notissimum porro est quosdam morbos ut insaniatu, apoplexiā, epilepsiam, podagram, phthisin, hydroponem, renuta & vesicæ calculum, malum hypochondriacum, motus convulsivos, spasmoidicos, haemorrhoidales motus, nonnullis familiis solennes, familiares & quasi fatales esse, quorum ratio plerumque quidem ex dispositione hereditaria arcessitur, sed in quoniam hæc ipsa consistat, id sane quamplurimos latet. Nolumus autem hic ideales animaformaticis vires, tamquam causam admodum remotam adducere, sed sufficere poterit, si indicaverimus, regitudines, quæ a parentibus in liberos transfreruntur, in vitiata partium solidarum structura, quæ congruis & vitalibus motibus producendis ac continuandis minime idonea sit, fundatas esse & radicatas. Læsa enim hujus vel illius visceris structura, ita ut vel nimia vasorum angustia fibrarumque laxitate, vel earundem nimia strictura & tensitate delinquit, certis æstatibus, quartum quavis ad morbos certos inclinat, per quam facile stases & stagnationes, graviorum morborum foecundæ productrices, extinxuntur.

§. XIX. Hactenus in hoc sumus occupati ut monstraremus complures insol-

tos & mirabiles in natura effectus, sicut vocabulo, tanquam causa, inaniter & pene superstitione tribui, quorum genitrix, aequaliter & efficientes causæ indagari tamen possent & suppeditari: quoniam vero ad certum producendum effectum, non una tantum & proxima causa, solertia rerum physicarum scrutatori consideranda, sed ulterius progredendum sit & inquirendum, unde hæc erit, quæ hujus causæ causa, quænam huic originem præbeat adeoque gradatim quasi a causa ad causam ascendendum, rectius utique sensisse videntur cum ARISTOTELE Stoici, qui fatum per seriem & nexus causarum definitiverunt, licet in eo acquiecerint, neque ullius naturalis effectus nexus & catenam causarum indagant & exposuerint, & proinde ipsa hæc fati definitio nil nisi petitionem principii sapiat. Quod si enim quæstio incidat: a quibus causis hic vel ille in rerum natura effectus dependeat? reponunt a fato; si ulterius quæsiveris: quid sit fatum? respondebunt: concatenatam causarum seriem, idem per idem hanc ratione explicantes, haud secus ac Medicorum dialectici & metaphysici, qui, si quando interrogantur, quænam sit causa mirabilium motuum & functionum corporis nostri? dicunt: esse natum; cuius si postulatur definitio, hanc tradunt: quod sit principium motus & quietis, & nil nisi verba loco rerum & causarum magno apparatu obrudunt.

§. XX. Quoniam itaque, ut Superius jam jam monuimus, nullus qui in rebus physicis observatur effectus, sine proportionato causarum nexu perficiatur & absolvatur, eo quod omnia in universo corpora, non secus ac in horologio partes, connexa sunt: e re utique erit & nostro instituto quam maxime accommodatum, ut dilucide tradamus hanc causarum seriem, eademque ut a quovis intelligi & concipi possit, planius exponamus. Res vero tota clarior & illustrior dato apparebit exemplo, quod ex pathologicis desumemus. In febre biliosa ardente adebet intensissimus, corpus & vires consumens calor, sitis inexhausta, anxie.

anxietas, inquietudo, agrypnia & mentis error, cum alvo constricta ac tensa, & urina rubicunda & crassa. Quod si igitur præternaturalis hujus status & gravissimæ laesione functionum caussam quis scrutari velit, vix aliam, quæ proxime hæc symptomata producat, subesse deprehendet, quam circularem sanguinis & humorum motum intensorem redditum & velociorem. Hoc enim præter modum aucto, non solum partes sulphureæ sapias ac vehementius alliduntur & atteruntur, ut ingens exoriatur calor, qui humidum elementum, quo nutritio & robur sustinetur, consumit, & texturam partium sanguinis dissolvens, vires dejicit, sed etiam phantasia ob citationem per cerebri vasa transitum, turbatur & agrypnia producitur. Si ulterius quæstio movetur: unde velocius hic progressus ortum ducat? respondendum est: id fieri a celeriori arteriarum pulsu & vehementiori cordis motu; cuius caussam si quis etiam exposcat, certe non alia luggerenda erit, quam spastica quedam contractio universi fibroſi & vasculoſi machinæ nostræ systematis, quæ sub initium febris per horripilationem & rigorem, cutim aridam & contractam alvumque tensam sese exserens, cor cum arteriis validius constringit, & fortiori ac celeriore sanguinis, per angustiora vasa magis attritivum & calidum, concitat motum. At si in hujus caussæ scrutinio quis non subsistere velit & spasticæ strictræ scaturiginem percontetur, tunc certe ad motus & sensus in corpore, fontem est ablegandus, cerebrum nempe & spinalem medullam una cum membranaceis suis involucris, quibus præter naturam affectis & idem tidem vehementius constrictis, tenuissimi, in celerissimo motu existentis fluidi, quo motum, sensum, robur & tonum fieri patet, in omnes partes fit effusio. Ex hoc alia emergit quæstio: unde in nervosis partibus oriatur strictræ? sic diluenda: billem nempe aeriorem corruptam, primis in vijs stagnantem, ad massam sanguinis, nec non cerebri ac spinalis medullæ membranas delatam, morbosam

hanc suscitare commotionem; quæ peccans bilioſa materia quam cauſa quoque non careat, accusanda utique erit tum transpiratio leſa & alvus clausa, tum ingesta congrua eſculenta & potulenta, præſertim ſi cum iis aer corroſivæ indolis simul deglutiatur. Porro sufflaminatæ perspirationis cauſa a valde frigido & humido aere deducenda, hic vero a ventorū borealium ſtatū, quorum magna vi eft transpirationem cohibendi, præſertim tempore aſtivo, ſole occiduo. Neque ventorū ſtatus ſua deſtitutus eft origine, cujus ſi iterum innotuerit cauſa, aliam procul dobio habebit prodūtricem. Manifesto fane hoc exemplum convincimur, certum quendam & inſolitum effectum, non ab una, ſed innumerabili fere cauſarum ſerie dependere, ita prorsus, ut prior agens, neceſſarium ſuum producat effectum, qui quoniam non ni certi motus species ſit, rursus agit, & fit cauſa alterius effectus, hic iterum vicem cauſæ ſuſtinens, novi effectus origo eft, & ita porro; quæ tamen indeſinita cauſarum atque effectuum ſeries, eo uſque tantum progreditur, donec ad unum & per ſe neceſſarium ac independens principium perveniamus.

§. XXI. Egimus haec tenus de eventibus in univerſo naturalibus, qui ex immutabili neceſſitate, a cauſis physico-mechanicis, corporum nempe mole, figura, ſitu & motu dependent, quæ ex neceſſitate quadam inſita, non aliter quam quidem operantur, agere poſſunt, & a veteribus ad fatum relati ſunt: etenim ſi Stoicorum faniorum ſcripta perlustramus, advertimus, illos physicos effeſtus, qui a rerum corporearum natura & motu pendent & immutabiles ſunt, καὶ ἔχοντες ad fatum revocafte, ſive fati nomine inſignivisse, notante id maxime A GELLO in nocti Attic. Lib. 13. cap. 1. reliquos vero malos vel fortunatos eventus, ad quos liberum hominis arbitrium concurrit, contingentes & fortuitos vocafte, illosque fortunæ, vel ſecundæ vel adverſæ, quam ceu idolum venerati ſunt, imputaſſe, quos hinc præter naturam & fatum contingere ipſe

ipse CICERO memorat in *primo Annianarum*. Jam itaque de ejusmodi malis sermonem instituemus, ad quorum proventum hominis voluntas potissimum confert momentum, & proinde haud immerito ad fatum physico-morale, si ita loqui licet, vel rectius, ad feriem caussarum physicarum, cum moralibus coniunctarum, referuntur. Nimirum si quisquam sibi ipsi vel alteri violentas manus inferens, mortiferum vulnus infligit, & cordis ventriculos ac vasa sanguifera ampliora perfodiat, aut fundamentum nervorum in medulla oblongata & spinali graviter lœdat: tunc utique fatalis & absolutæ necessitatis mors subsequitur, quæ non ingentem caussarum physicarum exposcit feriem, sed in depravata & ad malam actionem determinata hominis voluntate fundamentum suum habet. Pari ratione si venenum corrosivum sufficiente mole propinatur, enormes ac plane horribiles spasmi oboviuntur, qui in nervosa ventriculi & intestinorum membranacea substantia initium sumentes, & universum partium systema sensim occupantes, totam mortuum vitalium œconomiam subvertunt, & nisi cito præsentaneum offeratur antidotum, destruunt penitusque extinguent. Præterea quot mala & ægritudines homines partim ignorantia, partim voluptatum illecebris ducti, per incongruum vitae regimen & rerum minus salubrium usum sibi contrahunt? Vehementes animi commotiones, si recte calculum exigimus, quartam mortaliū partem abripiunt iisque fatalem horam accersunt. Denique, turpe quidem dictu, sed verissimum est, Médicos, non quidem re sed nomine tales, idiotas nempe, inter fatales mortis caussas esse recensendos, quum haud e longinquò conquirenda sint exempla, quæ abunde fidem faciant, multos sane ex imperitia eorum, qui vitae & sanitatis custodes esse volunt, ante præstitutum tempus fato cedere, qui tamen, peritioribus inter initia morbi in consilium adhibitis, servari & ad sanitatem reduci potuissent.

§. XXII. Qum itaque ex his quæ ad-

duximus luculenter non possit non constare, ad hæc physico-moralia, sive mixta fata, plurimum utique hominis conferre voluntatem principemque eorundem esse caussam: pretium certe erit operæ, ut perveſtigatius paulo inquiramus, quomodo hæc ipsa ad fatales & immutabiles rerum humanarum eventus concurrat, quo exinde eo clarus innoteſcat, fati pure physici, & physici-moralis, respectu ordinis caussarum, differentia. Videlicet omnes physica sive corporeæ caußæ ex necessitate quadam operantur, neque aliter, quam insita iis vis motrix vel natura fert, agere possunt, sed educti effectus viribus caußæ proportionatos; longe alia vero substantiarum incorporrearum, spirituum & mentis humanæ estratio, quippe quæ non ex necessitate intrinseca operantur, neque ab ulla causa externa ad operandum coguntur, sive necessitantur, sed immediate ex se & libera sua natura agunt, ipsisque agere & non agere, vel hoc vel alio modo actiones exercere, concessum est: in qua libertate omnino mentis humanæ perfectio, nobilitas & præstantia præ rebus corporeis consilit, adeo ut hæc libertas sit quasi domina, ratio vero & intellectus tantum ministri & consiliarii vices sustineant. Utut vero mens in se & sua natura ens liberum sit; attamen si se conſtanter ad actionem quandam determinat, tunc utique cauſa fit certi cuiusdam, immo respectu virtutis actiue, quæ in causa continentur, necessarii efficiuntur: neque ob id libertatem suam amittit, sed eandem tam ante, quam post operationem, retinet. Hinc recte non solum moralis philosophia doctores hanc inculcare solent regulam: quod prius erat voluntatis & libertatis, id ex post facto fit necessitatis; sed etiam omnia ea, quæ a mente humana ejusque libero arbitrio facta, sive bona, sive mala, proveniunt, illi, in cujus potestate hæc vel illa actio posita erat, imputantur, & bene acta præmiis compensantur, male vero acta peenis coercentur.

§. XXIII. Ex hoc ardua jam emergit

qua-

questio: unde voluntas humana, in se indifferens & libera, determinationem & impulsu[m] ad agendum accipiat? cui ut satisfaciamus hanc nostram promimus sententiam, asserentes: nec liberas hominum actiones ordine morali, quem nos Moralismum, ad differentiam Mechanismi in rebus corporeis, appellare solemus, a quo pendent, esse destitutas, qui tamen non in caussis efficientibus, cogentibus & necessitatibus imponentibus, sed potius in suadentibus, impulsu[m] & flecentibus, sive motivis, consistit. Argumenta vero, sive motiva, quae ad voluntatis determinationem, ut causa evadat, faciunt, duplices sunt generis: nimirum vel ex motu liquidi nervi & objectis sensualibus, adeoque phantasie fonte, proveniunt, vel etiam ex sana & multis doctrinarum veritatibus instructa, aut virtute verbi divini collustrata ratione, profiscuntur. Illa tantum vitiosis cupiditatibus voluntatem incidunt & ad voluptates inclinant; haec vero eadem ad verum bonum amplectendum disponunt, & hunc censem subeunt proprie deliberationes, meditaciones, promissiones divinae, sapientum bonsilia, monita & dehortationes, qui-cus verum & reale bonum demonstratur, & ad imitationem proponitur, quo omnia & christiana doctrinae, & philosophiae moralis praecepta collineant. Proinde in libera voluntatis potestate depositum est, utrum phantasie, quae plurimorum vitiorum & malorum genetrix est, illecebris, an sanæ & rectæ rationis dictamini, quo virtutis moralis natura continetur, obtemperare velit.

§. XXIV. Ex dictis itaque & adductis perquam clare constare arbitror, insig-nem inter fatum mere physicum, & physico-morale intercedere differentiam: quum in illo innumerabilis propemodum caussarum ordo deprehendatur, quarum operatio in potestate hominis sita non sit, ut eandem mutare vel impeditre possit; hoc vero proxime quidem a causa physica dependeat, ita tamen ut eadem ab operatione entis liberi, a quo non ulterior fieri possit progressio, & cui libera

concessa sit potestas in hunc vel illum effectum influere vel non, proveniat. Sed quid dicendum videtur de eorum dogmatibus, qui voluntati humanæ, in se liberæ, facultatem & influxum in res corporeas ipsumque hominis corpus penitus admittunt; eo quod mentis seu spiritus in corpora actio ratione nec concipi possit nec intelligi, ac ingeniose proinde commentantur; divinum & præpotens Numen voluntatis humanæ actus ab æterno prævidisse & ineffabili prorsus sapientia, non solum caussarum naturam in universo ordinem, sed etiam corporis humani mechanismum, sive motuum in eoconomiam, ita instruxisse, certamque harmoniam inter actus voluntatis & motus membrorum præstabilitissime, ut artuum motiones, ad finem quem voluntas intendit accommodatae, justo loco & debito tempore proveniant, quæ, etiamsi nullum mentis adesset arbitrium, eodem tamen ordine, loco, tempore eademque serie essent eventurae. At vero pace illustris Auctoris & eorum qui preesse ejus vestigia legunt, veritatis amore, non affectu quodam ductus, ingenuo profiteor, hanc præstabilitam harmoniam eodem, si non meliori jure quam fatum, terminorum ignorantiae catalogo esse inferendam, & tantum abesse, ut supposita hac harmonia, commercium animæ cum corpore explanate tradatur, ut potius eadem hujus nexus ignorantia revera nonnisi ingeniose tegatur & speciose incrustetur. Quum enim termini ignorantiae, nostra quidem superius proposita sententia, nihil aliud sint quam speciosa nomina, quæ loco rerum & caussarum efficientium allata, nullum realem & possibilem caussalem conceptum involvunt, sed idem per idem explicant; id autem in questionem veniat: quomodo ad nutum voluntatis hi vel illi artus moveantur? sive, quod idem est, quare motus membrorum voluntatis actibus respondeant? facile sane patescit, idem per idem resolvi, si quis responderit, caussam hujus consensus esse harmoniam, inter motiones artuum & voluntatis actum ab æterno præstabilitam

litam. Præterea notissimum est, motus, qui in manibus, pedibus aliisque corporis nostri membris contingunt, ab influxu liquidi nervi in musculosam eorumdem substantiam potissimum dependere, & tenuissimum hoc cerebri ac nervorum fluidum a sanguine, hunc vero ab aere & ingestis suam mutuari originem; quod si itaque hoc fluidum ad mentis arbitrium linguam, hunc vel illum digitum, ut motum iis largiatur ingredi debet, cur ad has nec alias partes tendat, quædam utique supererit causa, quæ tamen nec in sanguine, nec in externis quibus vivimus rebus queri & inveniri poterit. Et quum hic artuum motus secundum unius voluntatis variationem, ne dicam mille hominum, vel centies una tantum hora immutari possit; profecto nec sagacissimus perspicere & concipere valet, qua ratione a solo nexo & ordine causarum physicarum, tam notabilis mutatio in corpore humano contingere queat: adeoque hæc harmonia præstabilita nullo modo, nec concipi, nec demonstrari, nec explicari potest. Neq; causalem animæ in corpus influxum hanc ob rationem in dubium vocandum esse censemus, quod modus quo fiat ratione capi nequeat, quum neque ullius substantia in aliam, neque unius corporis in aliud actionem, nisi experientia edocti, percipere & intelligere possimus; quin potius firmissime persuasum habemus, apprime hoc loco applicari axioma metaphysicum: quo posito, ponitur statim & semper effectus, & quo remoto, statim & semper removetur effectus, id recte causa dici mereatur. Denique nec similitudo illa, qua perspicuum hujus harmonie conceptum tradere laborant, quod nimirum duo horologia, ita ab artifice construi & effabriari possint, ut exactissime in determinando temporis momento, sine ullius in alterum influxu, convenient, huic considerationi accommodata & congrua esse videtur, eo quod hac ipsa saltim inter res corporeas distinctas congruentia, non vero inter corporeas & morales, adstruantur & illustretur. Tacemus jam quamplurimas male-fanas consequentias, in

moralibus, politicis & physico-medicis eliciendas, si liberis entibus quisquam influxum causalem in corpus humanum plane abdicere velit. Sed nostri instituti jam non fert ratio, ut hæc pluribus excutiamus, id duntaxat addimus & profitemur, voluntatem humanam a Deo non otiosam & inertem, sed efficacem utique & potentem esse conditam, ut imperium quoddam haberet in certa corporis membra, & per hæc in alia quoque corpora operari possit. Neutquam tamen hanc nostram assertiōnē ad finistrum quendam sensum detorqueri volumus, sed potius id firmiter tenendum esse inculcamus, voluntati mentis humanae in dirigendis partium motibus, nec datum nec concessum esse, pro libitu & arbitrio cordis, arteriarum, aliorumque secretionibus & excretionibus dicatorum tubulorum motum regere, minuere, vel augere, sed eandem hoc suum imperium in externis tantummodo exercere artibus, ut exsequi possit ea, ad quæ se de terminavit: ineffabilis enim Dei sapientia voluit, ut vita, sanitas, mors, morbi eorumque sanationes, non pure a mentis nostra arbitrio penderent, sed a causis mere physico-mechanicis, quorum ipse auctor, præses ac rector est.

§. XXV. Quemadmodum vero voluntas humana, multorum malorum, misericordiarum & calamitatum, prout ab imprudenter & a pravo regitur affectu, causa & fons est; ita etiam plurima bona, successus rerum prosperi ac fortunati, ab eadem, si prudentia, consilium & sana ratio eam gubernant, proficiuntur. Gentilium, qui vera Dei cognitione & causarum exquisitori notitia destituti erant, omnia & faustorum & infastorum quæ cuique & aliis eveniebant, causam ac fontem fortunam esse, communis & insita erat opinio: in cujus tamen significatione mirum variabant, dum alii pro Dea rerumque felicium & infelicium reditrice eam habebant, contra alii eandem ut mulierem pingebant, quo ex hac pictura nihil aliud quam ignorantiam & inconstantiam illam esse constaret; qui immo ARISTOTELES eam sine oculis,

oculis sine judicio & sine prudentia esse asserebat . Hinc EURIPIDES apud ATHENAGORAM in apologia con queritur :

*Sæpe mihi subivit cura
Animum , dubitavi anxiæ
Deus an Fortuna regat
Hominum inconstanter vitam ,
In qua & opinato sèpius
Et inique miseri sunt quidam ,
In familiis etiam claris ,
Aliqui , quod nemo sperasset ,
Absque Deo fortunati .*

Verum enim vero nos etiam hanc ipsam fortunam , quam veteres pro idolo habuerunt , ad Fauni , ut cum GELLIO loquar , & ignorantie asyla relegamus . Nam sicut nihil quod sit in hac rerum universitate , sine causa sufficiens & adæquata perficitur : ita etiam prospera & adversa quæ cuicue accidunt , causis certis & quæ effectibus congruunt continentur , quæ tamen cognosci , intelligi & explicari debent . Nos itaque felicitatis & salutis humanæ , quatenus ab homine proficiuntur , causam esse iudicamus prudentiam atque sanam & rectam rationem , disponendi res per congrua media ad certum finem : & vicissim imprudentiam & depravatum affectum pro fonte & scaturigine infelicitatis & miseriae humanae agnoscimus , unde vetus est parceria : quemlibet esse fortunæ suæ fabrum . Spectat vero hue maxime illud JUVENALIS : Nullum Numen abest si sit prudentia rebus : & OVIDII de Pont . IV.

*Crede mihi miseros prudentia prima
relinquit ,*

Et sensus cum re consiliumque perit .
Eandem quoq; in rem egregie faciunt hæc LIVII : ubi omnia summa ratione & consilio acta fuerunt , fortuna etiam sequitur . Et SALLUSTII verba in Catilin . Vigilando , agendo , bene consulendo , prospere omnia cedunt .

§. XXVI. Quod si enim curatius perpendicularis , unde rerum publicarum & multarum provinciarum prosperrimus status & integra salus dependeat , certe historiarum monumentis docemur , a

princeps justo , prudente , bono & potente , qui publicas res gerit , eam esse arcessendam . Ad victoriam in bello reportandam summa prudentia imperatoris opus est : & si quis in œconomia secundos exoptat successus , is utique harum rerum peritia & prudentia esse debet instructus . Pari ratione ut prospere & feliciter Medicorum in sanandis ægris labor succedat , non coeca fortuna , sed Medici prudentia opus est , quæ in eo consistit , ut ægrotantis non minus , quam morbi naturam ac indolem , secundum omnium circumstantiarum rationes , paullo pervestigatus scrutetur , certas remediorum vires sciat & secundum leges ac regulas ea opportuno tempore , congrua dosi & debito ordine præscribat , ad causas , tanquam omnium symptomatum productrices , subigendas penitusque eradicandas . Communis quidem , sed pessima ac vana non modo vulgi , sed & haud indoctorum opinio est , ad sanandos morbos , præter peritiam , etiam fortunam in Medico requiri , qua ducti , eos solent eligere , qui pro felicioribus superstitione æstimantur & a magnatibus in consilium adhibentur . Neque fabula hæc , quod unus Medicus præ aliis magis fortunatus sit , nostro demum ævo , sed a primis jam temporibus sub ipsis artis incunabulis acta deprehenditur , ita ut primum & optimum artis salutaris parentem , HIPPOCRATEM lib . de loc . §. 58. contra hoc ruditis tegmen strenue pugnasse , & fortunam Medici , nil nisi ejus peritiam esse , docuisse , constet . Meretur sane eximius hic de fortuna Medicis locus , qui totus transcribatur : ita vero habet : *Qui recte Medicinam novit , minime fortunam respicit aut exspectat , sed & citra fortunam , & cum fortuna , recte faciet . Nam fortuna sui juris est , nec ullius imperio subest , neque optantis est ad ipsam pervenire ; scientia vero imperata facere cogitur , & facile est ipsam asequi , si quis sciens uiri velit . Deinde quid opus est Medicinae fortuna ? si enim morborum medicamenta clara sunt & manifesta , velut equidem arbitror ,*

eror, non exspectavit sanc fortunam ad sanandos morbos, siquidem sunt medicamenta, Si vero cum fortuna ipsa exhibere potest, non magis medicamenta, quam ea quæ non sunt medicamenta, una cum fortuna exhibita, sanos faciunt. Quicunque vero fortunam ex Medicina aut alia quapiam arte expellit, dicitque eos, qui probe rem aliquam sciunt, fortuna non uti, is contrarium mibi judicare videtur. Mibi euim soli bi fortunate assequi videntur, qui recte quid & male facere sciunt. Fortunate enim assequi, est recte facere; hoc autem qui sciunt, faciunt: non assequi autem, hoc est, si quis non sciat, hoc non recte faciet. Indebet autem qui est, quomodo is fortunate assequi possit? si quid enim etiam assequitur, non memorabilem sane successum habebit. Qui enim non recte quid facit, non fortunate assequi poterit, quum reliqua, quæ æquum est facere, non faciat.

§. XXVII. Neque vero negandum est præter prudentiam & peritiam, non tam ad fortunam Medici in medendo, quam potius ad bonam existimationem & sui confidentiam comparandam, multum adhuc alia conferre, divina nimirum hæc omnia adgubernante providentia. Videlicet si in consilium vocatur ab iis qui multum auctoritate valent penes populum, si morbos non adeo malæ indolis epidemice grassantes v. c. intermitentes febres, catarrhales, variolas, morbillos, curandos nanciscitur, si ægris minus refractariis & præceptis exacte obtemperantibus medicinam facit, si forsitan declinante morbo & superato jam periculo accitus, remedia propinat, & quod maximum est, si offendit naturas non adeo debiles, nec viribus exhausta corpora & minus integra viscera, sed talia, quæ gaudent firma & robusta natura. Quo fit, ut sape plures Medici non adeo periti insignem nominis & famæ celebritatem consequantur, adeoque fortunati evadant; alii vero, quamvis peritissimi, ejusmodi temporis aliarumque circumstantiarum, licet fortuitarum, opportunitate destituti, frequentissime a plebeis non minus, quam etiam a viris sape pre-

cipuis, ad judicandum tamen de Medicis peritia ineptis, imperitioribus & hoc modo fortunatoribus postponantur. Et enim ad res fortune obtainendas non sola hominis providentia sufficit, sed multorum benevolentia opus est; & quicunque ea destituuntur, quanquam non careant rerum suarum peritia, minus tamen felices perpetuo ratione eventuum sunt.

§. XXVIII. Consideratis jam ea quæ par fuit brevitate, & perspicuitate, factis & effectibus qui in universo contingunt, nec non qua ratione iidem a caussis suis dependeant, generentur ac producantur; reliquum est, ut paucis adhuc indicemus; an, hæ caussæ earundemque ordines ex se & a se subsistentiam habeant, vel an potius caussam primam auctorem & directorem agnoscant? SPINOZA & ante eum abortivæ philosophiae infasti parentes, fatum fatum parturientes, hunc rerum & caussarum nexum absolute necessarium & immutabilem esse putabant: saniores vero Philosophorum & in primis Theologorum, eundem immutari posse, nec abolutæ necessitatis esse afferunt, quo potissimum providentia divinæ fundamentum continetur, eaque propter nos etiam, prout superioris docuimus, sati & fatalis necessitatis terminos ita explicando esse censemus, ut dicamus: omnia quæ sunt & eveniunt in universo, in physicis, moralibus, politicis, immo certo respectu in theologicis, a certis & adæquatibus caussis dependere, quarum effectus sit immutabilis, licet illæ superioris directionis pareant. Hanc Summi Numinis providentiam Stoici quidem non negarunt, sed eandem fato, tive caussarum secundarum ordini, tam firmiter alligarunt, ut amplius ne ullam quidem in hoc caussarum nexua Deo fieri mutationem asseveraverint: quo factum est, ut precibus nihil plane tribuerent efficacia: quemadmodum id pluribus patet ex MAXIMI TYRII dissertat. philosoph. p. m. 307. sqq. Etenim dicebant: quæ precamur aut ad providentiam Dei, aut ad sati necessitatem, aut ad cursum fortunæ referenda sunt;

sunt : sed ad hæc omnia prece non est opus . Si enim Dei est providentia , ea optime scit citra precem , quæ nobis profundunt vel nocent , quia nos ipsi curæ sumus . Et ridiculæ sunt preces in fato ; facilius enim flexeris tyrannum quam fatum , quod non superiorem agnoscit , nec flecti potest . Neque in rebus quæ a fortuna fiunt aliquid petendum est , quia fortuna est improvida , insana , sine ratione .

§. XXIX. Quum itaque ex perverlo hoc & præpostero de providentia divina , fato , & fortuna sensu ac conceptu , tam perniciosa & execranda in verum Dei cultum redundarint conjectaria ; omni profecto cautione opus est , ne in nostram , quam auctore Christo suscepimus religionem , ullo modo injurii simus , & talis potius de Summi Numinis rerum omnium directione interponenda est sententia , quæ attributis divinis , sacris litteris & rectæ rationi conveniens sit & quam maxime accommodata . Potissimum itaque providentia divine momentum hoc esse asserimus : quod Deus non solum hos diversarum rerum ordines considerit & illorum existentiam ac operationem sustineat & conservet ; sed etiam eosdem ad infinitam suam maiestatem , immensam sapientiam , summam bonitatem & nusquam circumscriptram potentiam demonstrandam , pro beneplacito suo nonnunquam immutari & adhuc mutare , vires & caussas eorum augere , suspendere & ad aliū scopum dirigere valeat , adeoque extraordinarios & miraculosos effectus producat . Huic de miraculis sententia nonnulli obiciunt : facta hoc modo in causarum nexus insolita mutatione , ipsum hoc miraculum novo quodam esse abolidum , quo omnia in pristinum reducantur ; porro , rebus omnibus corporis tam arte inter se connexis , non posse aliter fieri , quam ut aucta , suspensa vel impedita ordinaria caussarum virtute , in vicinis & remotis partibus ingens quoque oboriatur mutatio : verum exigui admodum valoris & momenti hæc esse nemo non perspicit . Mutata

enim a Christo in vinum aqua , & inductis aquæ partibus simili nexu , structura , figura & magnitudine , quam intiores vini partes obtinent , quid inde mutationis in vicinis aliis vel remotis partibus contigerit , ut opus fuerit ejus per novum miraculum abolitione , ego quidem nec capio nec intelligo ? Par ratione nullo modo demonstrari poterit , quicquam in omnibus aliis & contiguis & remotis partibus immutatum fuisse , quum hic ipse lacratissimus noster Salvator leprosum sanaret & valde glutinosis tenacibus humoribus , quibus obstruxa erant emunctoria , ut teterim & corporis structuræ valde inimicæ fordes remanerent , præpotenti sua virtute fluiditatem & motum conciliaret . Notissimum est Chymicos præstantissima sua arte tantopere partium texturam immutare posse , ut ex veneno medicinam , ex salubri mortiferum , ex frigido calidum , ex calido frigidum , ex sapido insipidum , ex insipido sapidum , prodeat , & alia id genus admiranda plane , quæ natura sponte non gignit , efficere posse : sed uti nihil exinde mutationis in universi partibus evenire censemus est , si Deus , auctor , accidit , ita multo minus hoc præses ac rector caussarum ordinis , omnipotenti sua vi quicquam in eo mutet .

§. XXX. Proinde licet non negaverim , insolitas sepe temporum anni constitutiones , vi ordinis & cursus rerum naturalium contingere ; attamen nec ullo modo dubitari poterit , Deum nonnunquam sine talium caussarum ministerio , extraordinario plane modo agere , & ad demonstrandam suam justitiam , probos confirmandos & improbe refractarios puniendos , in atmosphera venenum , quod hominibus , bestiis aut vegetabilibus exitiale sit , efficere , cogende aptas in aere materias , tempestates , tonitrua , ventosque excitare , & densissimas diuturnas tenebras inducere posse , quemadmodum id tempore Mosis in Ægypto , nec non sub mortem Christi factum esse sacræ litteræ fidem faciunt uber .

uberrimam. Luculentissimum quoque hujus in universum dominii documentum exhibet ingess illa mutatio, quæ post primorum parentum lapsum obtigit & tanta fuit, ut cum omnium rerum intemperie, disharmonia mortuumque inæqualitate, morbos, mortem & communem depravationem induxerit. Simili miraculo propterea & omnipotenti modo, per totalem illam inundationem, universum caussarum physico-mechanicarum ordinem & inde dependentem nexus effectum, adeo in terrarum orbe Deus immutavit, ut detestentibus a priori sua ac simpliciori indole & alimentis & elementis, atque alienam plane vim & efficaciam induentibus, homines, qui ante diluvium nongentos fere annos attingerent, vix centum post illud superarent. Nec extantiora magni hujus & miraculosi in rerum natura effectus desunt vestigia ac rudera, quæ in subterraneis cavernis per varia strata & marina omnis generis animalia eorum ossa, sceleta aliasque petrefactas partes, distinctissime apparentes, nostra etiam ætate, a rerum naturam curiosis detecta & huic origini vindicata sunt; adeo ut ipsi etiam Sceptici stupendi hujus miraculi veritate, de divina sacrarum litterarum auctoritate validissime convicanter.

§. XXXI. Instituto hoc de iis quæ miraculose præter naturæ ordinem in universo fiunt eventibus, sermone, devolvimur ad quæstionem: an Deus in Medicina faciat interdum extraordinarios adhuc effectus? & non diffitemur, naturam ex caussarum ordine nonnunquam magnos & plane mirabiles producere effectus, nec tamen inficias ire possumus, haud raro plane insolitos & qui omnem captum humanum exsuperant in re medica occurrere casus, ut ægri re penitus clamata, & comarentibus jam signis certissimam mortem præfagientibus, præter omnium spem atque ex-

spectationem eandem tamen effugiant, & virtæ ac sanitati reddantur. Neque minus peculiarem plane Dei providentiam atque directionem in graviter vulneratis frequentius observare & admirari licet; dum in exemplis nobis aliquoties hic loci fuit, quosdam gladio perforatos fuisse, iis in locis, quæ partes, vitali corporis conservationi immediate servientes, custodiunt, ilæsis iisdem manentibus, adeo ut exquisitissima partium earumque situs notitia instructus, vix destinata opera, tam innoxie telum trahere potuisset. Vilissimum sepe & abjectum remedium chronicum & quam maxime in veteratum morbum dispulit penitusque subegit, quod in aliis eodem morbo decumbentibus, ne minimum quidem opis tulit: ut taceamus frequentissima eorum exempla, qui fortuito quasi & insperato quodam eventu, solo casu, gravissimo ex morbo periculo erepti, sanitatem recuperarunt, quorum plura narrat BOHNUS de officio medici dupli p. 18. sqq. Et novimus ipsi quosdam assument ex errore veneno a pertinacissimis morbis esse liberatos. Ecquis igitur negare ausit, in fortuitis ejusmodi casibus & minus prævisis, divinam caussarum & mediorum dispositionem ac directionem? cui nihil fortuitum, sed omnia ad certum finem sapientissime intenta sunt. Neque absconum est dicere; Deum adhuc in rerum natura & per naturam in productione monstrarum, ex sola virtute imaginatrice, & maxime in propagatione generis humani, patrare miracula: quam nulla ratione capi vel intelligi possit, quomodo corporis humani fabrica in una liquoris seminalis guttula lateat, & quo parente ovulum ex ovario per tubam Fallopianam ad ipsum uterus accedit, aliaque id genus plura, quæ omnia luculentissime evincunt, divinam sapientiam longissime omnem humanum transcendere captum.

§. XXXII. Ultimo loco brevibus
G. 2. adhuc.

adhuc excutienda est hæc singularis momenti quæstio: num sœva quæ hominibus imminent fata evitari vel declinari possint? Negarunt id Stoici, autumantes, fata esse Deorum decreta, eaque propter immutabilia, nec ut APULEIUS effert, aliter se habere ac Proconsulis tabulam, qua semel lecta, ne litterula quidem demi potuit vel adjici. At vero quum Deus nihil statuerit, voluerit vel decreverit in rebus humanis, sine præcedente ordine & certa successione causarum, ad quam non solum causæ physicae, quæ ex necessitate agunt & quas mutare homini integrum non est, requiruntur, sed frequentissime etiam hæc ipsæ cum causis libere agentibus, hominis membris ingenio, ratione & voluntate mixtæ sunt, ut appareat in rebus moralibus, politicis & quæ ad sanitatem ac vitam tuendam, nec non ad ægritudines præcavendas spectant; ita nihil certe dubii superest, quin hominum prudentia, providentia, arte, ingenio, summa ratione & mira virtute levientis fortunæ minæ, miserandi casus, vijs ac potestas superari, averti ac declinari queant; idque multo magis si devotis & assiduis precibus, quarum magna vis est ad imminentia fata & quævis atrocia mala avertenda, divinam opem, auxilium atque directionem in omnibus actionibus quis efflagitet. Et porro uti immoderatis animi affectibus & diætæ vitio plures fatales morbos, immo præmaturam mortem, ante vitæ terminum, quem robusta corporis sui structura & legitimo rerum nonnaturalium usu assequi possent, mortales sibi accersunt: ita omnia hæc mortis & morborum fata vitari ac declinari posse non est quod dubitemus. Denique omnium scientiarum, omnium doctrinarum & omnibus disciplinis excultæ rationis finis & scopus eo potissimum collineat, ut levissima fata æternæ damnationis in theologicis, ruinarum & calamitatum publicarum in politicis, infelicitatis &

miserie humanæ in moralibus, egestatis in œconomicis, morborum in medicis, his ipsius studiis avertamus & declinemus; quomodo sine hoc fine obtinendo, omnis eruditionis, & doctrinæ usus plane expiret atque supervacaneus sit.

§. XXXIII. Proinde non incongruum & a scopo nostro medico alienum erit, ut coronidis loco strictim edifferamus, qua ratione pessima quedam morborum imminentia, eaque sœpius funesta fata, declinari & evitari queant. Vide licet certa & indubia, prout superiori jam monuimus, experientia constat, æquinoctium, in primis vernalē, multis ultimam eamque fatalem afferre horam, & præcipue sanguine abundantes, cacoehymicos & ex hæmorrhoidum suppressione cachecticos senes, apoplecticos insultibus aggredi & hoc modo auferre; hypochondriacos vero & melancholicomaniacos, non modo circa tempora æquinoctialia, sed etiam circa solstitialia, gravius laborare & atrocia perpeti pathemata. Ad prævertenda itaque hæc mala certius & aptius non est præsidium, quam in decenti sanguinis missione, ante æquinoctia & solstitialia, maxime in partibus inferioribus instituta, quam postea externe frequens pediluviorum, interne diluentium & salubrium aquarum usus, excipere debet. Porro quum feminino sexui quinquagesimus & subsequentes anni maxime fatales existant, ob cessantem penitus sanguinis per uterum expurationem, ita ut posthac easdem cachexia, scorbuticus languor, phlogoses, ventriculi & intestinorum spasmi aliquæ spasmodici affectus infestare soleant; nihil sane ad præservandas morbidas has afflictiones magis exoptatam locat operam, quam sanguinis missio, primarum viarum a sordibus repurgatio & transpiratio non sufflaminata. Senibus nihil æque infestum ac frigus intensum, frequens accidentum usus & vita nimis sedentaria, quæ, in primis si concurrant, senilitatem

ti congruos & quasi proprios excludunt morbos , stranguriam , exulcerationem vesicæ , calculum , atrophiam , colicam , scabiem sicciam , pruritus , rufes chronicas , raucedines , noctes insomnes & hujus generis plura , ad quæ præcavenda abstinentia ab acidis , frigoris evitatio & commoda corporis exercitatio egregie faciunt . Virginibus anni post decimum quartum gravia mala minantur , eo quod menses erumpentes , si non recte procedunt , vel inordinata vivendi ratione cohibentur , gravem inferunt noxam , quæ proinde abstinentia ab otiosa vita , a cibis acidis , dulcibus , farinaceis & qui lentorem sanguini inferunt , frigido potu & omni refrigeratione , declinanda ac evitanda est . Juvenes , si fatales ætati suæ morbos hæmoptysin & phthisin præoccupare velint , a vehementiori corporis & animi commotione , potu spiri-

tuoso , nec non frigido corpori calenti ingestu , sibi temperare debent . Denique ab ingruentibus & epidemice sævientibus morbis qui immunes esse percipiunt , CELSI monitum lib. 1. cap. 10. perquam studiose teneant : *Tum vitare debet homo satiationem , cruditatem , frigus , calorem , libidinem , multoque magis se continere . Si quæ gravitas est in corpore , tum neque mane surgedum , neque pedibus nudis ambulandum est , neque movenda alvis , atque etiam si per se mota est , comprimenda est ; adeoque omni cura atque studio evitent , quæ vires & robur corpori suffurrantur , quæ transpirationem suppri mendendo , sordes excrementitias accumulant , & commendatissimam habeant abstinentiam , qua cruditatum genera tio avertitur & transpiratio opportune promovetur .*

DE

SALINIS HALENSIBUS COMMENTATIO.

IN QUA PLURES SIMUL PHYSICÆ QUÆSTIONES
de Fontium Sallorum origine ipsiusque salis differentiis ,
præparatione & utilitate illustrantur .

P R æ F A T I O .

IN sole & sale veterum sagaciores non sine ratione summam rerum conditarum inquisiverunt perfectionem . Solare enim sidus jure centrum universi , primum movens & perpetuum mobile dici meretur ,

ex quo vita, motus, duratio ac conservatio corporum, in primis eorum, quibus animam inesse dicunt, promanat; adeo ut eandem in mundano hoc opere praestet utilitatem, ac cor in hominis brutorumque animantium corpore. Etenim quamdiu motoria cordis machina reciprocum motum retinet atque exercet, tamdiu animal vivere dicitur, tamdiu omnes corporis partes nutriuntur, calore soventur & tam ad motum, quam sensum, per quam apte existunt; simulac vero haec concussio penitus exspirat, mors subsequitur, immo ipsa haec ejus cestatio, mortis nomine insignitur. Pari ratione si paullo longius sol ab atmosphaera nostra recedit, & oblique tantum vim ac virtutem suam terrena impertit, lux fugit, motus intestinæque commotiones languent & calor abeat; ad altiora autem eodem vergente, confestim quoque plus splendoris, plus caloris, incrementi, motus, vita ac sensus in universa rerum natura, maxime in vegetabilibus & animantibus, deprehenditur.

Post solem maxima quoque virtus, vis ac efficacia sali inest, quod ad conservationem, durationem, augmentum & propagationem admodum proficuum est. Numerantur autem tres potissimum ejus species, commune nempe & minerale illud, quod vitriolum dicitur, cum nitroso sale; quarum ambæ priores terræ foetus sunt, posterius vero in aere hospitatur. Quemadmodum itaque tria recententur ita diæta naturæ regna, animale puta, vegetable & minerale; ita illud in primis per quam notatu dignum est, tria haec cardinalia quasi salia, ad conservationem & incrementum corporum, tribus naturæ regnis comprehensorum multum conferre. Nimirum plantis aliisque vegetabilibus proficuum in primis est nitrosum in aere sal, utpote quod, non solum cum pluvia descendit, sed etiam a subtili pingui superiore terra absorbetur, ulterius ad plantas desertur eorumque augmentum mirifice promovet. Que mineralim classem ducent, vitriolico in primis abundant sale, id quoq; omni-

bus fere mineris, sulphuri, argillæ lapidibusque copiose junctum deprehenditur. Animantibus vero, maxime homini, præter aereum nitrosum sal accommodatum est commune, cuius multiplex ad cibos condieros, digestionem eorum promovendam & ad vitam sanitatemque tuendam non solum usus est, sed quod etiam ne corpus putredine corripiatur, validissime impedit. Hebræos sali nomen indidisse ferunt ab acreidine, quod quasi mordeat & carnes ac pisces, ne oidi quipiam contrahant aut corruptantur, conservet: Græcis autem vocatur ελᾱs quo nomine quoque salum insigniunt, hanc forsan ob rationem, quod apud iplos salem ex aqua marina per solis calorem elicere moris fuit.

Quod si vero præstantissimam salis communis utilitatem contemplamur, tam eximia haec est, ut nemo eodem nec in cibis, nec ipsa medicina, nec artificiis quibusdam, carere possit. Sane, cibi insipidi, & panis omniaque esculenta sine salis condimento nauseo sa sunt; concoctio cum digestione deficiente salis usura languet, necessariae superfluerum excretiones quiescunt & corporis integritas vacillat: animantia sine salis usu pabulo non distenduntur, non grandescunt, non pinguescant, sed mox intereunt; denique pisces, carnes, butyrum ac caseus non nisi salis ministerio a corruptione defenduntur. Proinde notatu dignum est, quod gentes polo admodum propinquæ, Lapponiam nempe, Novam Zemblam & Gronlandiam incolentes, quibus sal ob longinquitatem loci nimis caro stat pretio, & propterea rarioris & parcioris usus est, non adeo proceri corporis sint, viribus imbecilles & ad militiam inepti: contra vero septentrionales algidissimas non minus incolentes regiones populi, sale fruentes, uti Finni, robusti, viribus valentes & ad labores, in primis bellicos, perforendos, apissimi sint. Ipse facer codex magnum sali constituit pretium, dum sacratissimus noster Salvator Luc. XIV. 34. salem bonam rem non solum appellat, sed etiam inviolabilia & nunquam infirmando feedera, cujus generis illud

illud est, quod Deus per circumcisionem eum Judæis, & per faci baptismatis lacrum, nobiscum icit, salis pacta nominantur. Moses ex divino mandato præcepit, ut omnia libamenta sale condirentur, nullumque eorum sine sale foederis divini immolaretur, eoque, præter mysticum sensum, præstantiam & eximiam salis virtutem ad ciborum clementum procul dubio innuere voluit. Similiter verbi divini ministri sal terræ vocantur, eo quod uti sal in corporis ita doctrina eorum in animæ commodum cedere debeat. Sal quoque sapientia ac prudentia idemtide comparatur, eamque ob caussam nunquam sine sale fitis præcipit Christus. Etenim sicuti sal cibos apidos & palato acceptos reddit, ita etiam quæ summa ratione circumspete perficiuntur, apud omnes in amore atque deliciis sunt.

Quam itaque sal homini tam util tamque necessarium sit, admiranda profecto Summi Numinis sapientia, bonitas ac providentia est, quod non solum tam largum ejusdem apparatum produxerit, sed etiam in quamplurimis locis ejus proventum extare voluerit, quo omnes fere gentes eodem frui possint. Quemadmodum enim præcipuum providentiae divinæ in rerum natura documentum exhibet, quod omnia ea, quæ præ reliquis mortalium necessitatibus atque utilitatibus inserviunt, largiori longe copia proustant iis, quæ non adeo eximii usus sunt; ita illud in primis in beatissimo salis proventu animadvertere licet, qui tam uber & sapientissime constitutus est ut in remotis ab oceano locis, illud ipsum e terra visceribus eratur, in iis vero regionibus, quæ & marino & montano sale earent, fontes salis liberali admodum vena saliant.

Ast quo luculentius divinæ bonitatis testimonium sal præbet, & quo major ejus utilitas atque præstantia est; eo magis mirari subit, quod ejus exploratio a Medicis rerumque naturalium scrutatoribus tam incuriose habita & frigide exculta sit, ut de marino, fossili atque fontano, ejus differentiis, indole ac viribus,

vix quicquam prodiderint. Exempla sint salis nostri Halenses fontes, qui, licet unanimi Historicorum consensu, Germaniae antiquissimi sint & salēm puram, bonum ac saluberrimum largiaptur, nihilominus tamen admodum infrequens earum est mentio, & quæ de iis litteris consignata sunt, ita sunt comparata, ut magis ad politicum statum & varias publicas constitutiones pertineant, quam ad specialiorem & physicam considerationem. Quare opera pretium facturum esse credidi, si ipse manum operi admoyerem, & ea, quæ de sale & salinis a longo jam tempore studiose collegi, & sedula percontatione, diuturna observatione & meditatione mihi comparavi, intelligenter traderem, meoque tum naturæ res magis inquirendi, tum etiam publico interviendi studio, satisfacerem.

C A P U T I.

D. E.

Sale Marino..

UNum idemque quidem sal illud commune est quod in rerum natura existit, attamen pro diversitate locorum, quæ illud præbent, & pro differente ratione, quæ vel effoditur, vel coctione ex aqua elicetur, aut alio modo conficitur, in tres potissimum classes distingui solet, sal nempe marinum, fossile atque fontanum. Et de marino quidem per vulgata hæc, sed erronea, invaluit opinio, ac si summus rerum conditor, in mundani hujus operis productione, mari ne aquæ salifisq; securiginibus salēm indiderit atque ingenerarit; cum tamen longe verisimilius sit, quod sal communne, tanquam corpus solidum, terræ sit foetus, ac diversè plane indolis cum aqua, quæ fluida. Enimvero si sal a prima creatione aquis esset commixtum, nulla sane subesset ratio, quare falsugnis libram nunquam pluris salis contineat, quam eadem aquæ portio absorbere & capere valet, sex nempe uncias. Proin-

de si salinum quoddam elementum, sive sit alumen, vitriolum aut commune sal, aquæ connubium ingreditur, utique ad veritatem accommodate asseritur, aquam hoc ipsum in terræ visceribus liquasse, e subterraneis corporibus elambisse ac secundo flumine secum abstulisse, adeoque marinum æque ac fontanum sal terræ productum esse & fossilis salis foerum. Quamvis enim obijcere quis posset, quam aquæ marinæ libra ad minimum salis semunciam comprehendat, difficile utique, si non plane impossibile, fore demonstrare, unde vastissimo & inexhausto oceano tam ingens salis copia obtigerit? attamen si contemplemur, terram sèpius immensam propemodum salis proferre copiam, Poloniæ, Transylvaniæ ac Hungariæ fodinarum testimonio, in proclivi utique est judicare, quod aquarum colluvies, cum tempore maximi illius diluvii, ex coagulis terræ recessibus prorumperet, superficiem telluris inundaret, quasdam illius partes impetuose disiceret & nonnullas plane submergeret, ad falsos quoque subterraneos tractus ac mineralias pertigerit, eosdemque sensim ac successire colliquarit, adeoque marinæ aquæ salzedinem conciliarit. Eadem quoque ratio subesse videtur, quod mare non ubique eandem salis copiam vehit. Nimirum sinus Botnicus, mare Balticum & Finnicus sinus parum salis, & libræ vehiculo vix drachmas duas custodiunt, occidentalis vero oceanus, ab Albi flumine ad Belgium usque, nec non canalis Angliam ac Belgium interluens, libra semunciam comprehendunt, ac denique Hispanicum & mediterraneum mare unicam continent. Caussam hujus differentiæ nonnulli ab auctiori solis calore in regionibus æquatori vicinis deducere contendunt; at vero solarium radiorum validiori operationi hoc adscribi non posse, ex eo elucescit, quod aqua marina sub ipsa æquinoctiali linea non magis salsa est ea, quæ longius ab eadem distat. Accedit, quod elevata per solis calorem aqua non tanta sit, ut reliqua duplo salior evadere queat; quum

licet per aliquot menses continuus æstus in hac plaga urgeat, nihilominus tamen sedato fervore, iterum per aliquot mensum lapsum pluvia largiter decidere soleat. Proinde veritati congruum est, delitescere sub aqua matrices & salis fossiliis mineras, in tractibus, quibus salum majori salfedine imbutum deprehenditur.

Præparatur autem marinum hoc sal non in septentrionis locis, nec etiam in Anglia atque Batavia, sed optimum conficitur in Hispania Almada, & nitidissimum circa portum Gaditanum & in oppido St. Lucari. Præterea etiam elaboratur in Italia Anconæ, nec non in Lusitania, Setubaliz ac Lisbonæ, in Gallia Rupeltæ & Uliari, quod posterius tamen vilius nec adeo candidum, purum ac granosum est. Præparatio hoc modo adornatur. Tempore æstivo, Junio nempe, Julio & Augusto, sole acuto & pluviis raris, aquam marinam, æstu maritimo accedente, in cavernas circumque argilla investitas atque munitas, derivant, & in iisdem flagrantissimo solis fervore humiditatem dissipari & salem ad fundum detrudi ac coagulari sinunt. Quod si itaque fervens tempestas diutius regnat, multum nitidissimi salis conflatuer, ccelo autem subtillo, longe minor salis quantitas extrahitur ejusque pretium exardescit. Gallicum hoc & Hispanicum sal longe lateque maritimo itinere, in Borussiam, Daniam, Pomeraniam, Scotiam, Angliam atque Belgium advehitur, unde in Indiam orientalem & occidentalem transfertur & halecum aliorumque piscium salis suræ inservit. Belgæ quoque hoc ipsum recoquunt & sal usui domestico & escuento magis accommodatum inde conficiunt, quo nomine nota in primis est Dordraci constituta fabrica, quæ sal Coloniam Agrippinæ aliasque Rheno adjacentes urbes, Heidelbergam usque dimittit.

C A P U T II.

D E

Sale Fossili.

SAL marinum locis maritimis & iis, quibuscum rerum commercia habent, inservit; remotis vero ab oceano regionibus, divina benignitas minerale subterraneum sal concessit, eoque nomine nota est præ ceteris Polonia, cum Hungaria, Transylvania, Armenia, Russia & Tartaria. Inprimis autem maxima ejus copia eruitur in Polonia, in pagis quos veraacula dicunt Bochnia & Veliska, sive Wieliska: & Bochnia quidem ex quamplurimis fodinis extrahitur, quarum quædam præalte sunt & ad mille octingentas ulnas ima versus porrigitur, ita ut vix horæ spatio ad penetralia earum pertingere possis, quo descendunt scalis ligneis, quibus etiam jumenta deducunt. Intimiora speluncæ miris ambagibus & flexuosis callibus, platearum instar discurrentibus, urbem, quæ vix aliquot diebus peragrari potest, exacte referunt. Porticus atque cuniculi ita sunt elaborati, ut in utroque latere columnæ ex sale fabrefactæ, ne tegmen terreum delabatur, consistant, quæ gravissimum præbent spectaculum, maxime si assulgente luce, clarum reperculo lumine reddunt fulgorem & candidissimæ crystalli speciem præbent. Saliunt quoque in hisce fodinis præter falsas venas, scatebrae dulcis aquæ, fossoribus potui inservientes, superfluum vero cochleis aliisque hunc in figuram fabrefactis machinis foras dimititur. Ipsum sal, saxeæ molis forma prostans, in glebas majores discutiunt ac confringunt, easque Germanico nomine *Mande* appellant, quæ nonnunquam XL. aut L. centeniorum pondus equant & tanta firmitate ac duritate pollent, ut sub dio expositæ, nec a pluvia nec humida tempestate liquefcant. Hoc postea minutius contundunt, aut in molendinis terunt, tum dolis induunt & per Poloniam, Lithuania, Prus-

siam Polonicam, Moraviam & Silesiam distribuunt; ob rudiorem vero & compactiorem texturam, eximia ejus pars in finibus Silesiæ Tarnovici depuratur & usui, in primis domestico, magis idoneum redditur. Constat salinorum traditio est, moles istas falsas leviores longe esse in fodinis, quam si ad superiora protractæ fuerint; id quod etiam ii, qui aliquoties subterranea hæc promtaria frequentarunt, afferunt. Nec est ut de veritate hujus rei dubitemus, quum experientia huic non solum CARTESII sententia, qui eaussam gravitatis corporum, etheris circulantis conatum centrifugum esse, expressis verbis tradit, suffragetur, sed etiam celeberrimus WOLFIUS, ex demonstratione Hugenii, in tractatu de vi centrifuga, supputationem fecerit, qua constat, molem, si sexcentis ulnis sub terra recondita centum libras pendit, e spelunca eductam, minimum centum cum duabus gravem esse.

Post has Polonia salis fodinas celebrant quoque montes salis in Russia, quorum duo precipui duobus circiter ab Astracano milliaribus distant & tantum salis apparatus custodiunt, ut si quotidie vel mille hominum, ligonibus, bidentibus aliisque instrumentis illud abraderent atque deciderent exiguum, tam foret & nihil propemodum extimandum, præ eximia ejus copia, narrante id pluribus PETRO PETREIO in descriptione Russie. Tum etiam in Siberia Parmæ, nec non in regione Ussi, insignis ad modum salis copia e terre visceribus ejicitur ac longa lateq; divenditur.

Porro Hungaria superior & Transylvania, & maxime quidem montes Carpathici, qui Hungariam atque Poloniæ distinxant, fossile hoc sal largiuntur. In Transylvaniæ comitatu Colossensi, & Derenburgi, ob secundam salifodinam celebratissima urbe nitidissimum pellucidum sal eruitur & eximium quotannis Principi reddit fructum, quem ad modum etiam Dardæ & Reese urbes illud præbent. In Hungaria superiori, in primis comitatu Marmarash, ex montibus Carpathicis,

hicis tam largus salis hujus pellucidi ac puri proventus est, ut vel universæ Europæ sufficeret. Notandum vero est, salem in Hungaria ac Transylvania non tam alte in terre visceribus reconditum esse ut in Polonia, sed montes, ex sale quasi congestos, in plano consistere, & ex his saltam prorui atque excindiri, haud secus ac saxa e lapicidina.

Præterea Italiam venis quibusdam salinis præditam esse, & ex iis Pontifici quotannis sexaginta millia coronatorum redire, ferunt. Illud autem quod in Sicilia provenit, & incolis hujus insulæ in usum cedit, coloris quodammodo purpurei est.

Pari ratione de Tartaria constat, quod eximiam salis fossilis copiam proferat, nec non de Armenia, quod tamen saporis quodammodo amaricantis est.

Denique etiam Germania nostra non expers est montani hujus salis, sed illud ipsum in quamplurimis locis concedit, nempe in comitatu Tirolensi, Halæ ad Oenum, in Austria superiori, in pagis, quos vernacula dicunt *Dallstadt*, *Jschel*, *Lambach*, *Uffensee*, nec non in Archiepiscopatu Salisburgensi, in oppido Hallein, unde in Bavariam, Carinthiam, Stiriam, Helytiā & ad Grisones transportatur. Est autem hoc impurius & limosis terreisque partibus conspurcatum, ideoque cedunt illud in fodina ac postmodum aquam eo derivant, quæ aliquot hebdomadum decursu, eodem largiter imbuitur, ut libra sex uncias salis absorbeat. Fœtam hanc sale aquam per canales in cortineas ferreas agunt & in iis coquunt, exiendo singulis quatuor horis concretum sal, quod in dolia conferunt & sal tabulatum conficiunt; id quod uberioris descriptum exhibetur in *M. N. C. Dec. II. Anno IV. obs. 23.*

Jam dispiciendum erit, an, ut quorundam fert sententia, sal fossile iterum in speluncis excavatis generetur? Memorat D. GRASSIUS in *M. N. C. l. c. fieri* hoc Halæ ad Oenum, & litteræ ad eundem datæ ita habent: *si moles saline in sedinis ita persodiuntur, ut vir corpore non inclinato, immo duo viri*

junctim, porticus inoffenso pede pertransire possint, quinque aut sex annorum lapsu, ita a sale recrescente angustantur, ut vix salus & cernuis easdem perpetuare possit. His usfragatur THURNEISSERUS lib. 5. c. 39. fol. 132. Deprehenditur, inquiens, ibi (Halæ ad Oenum) terra quedam salsa, non aqua, uti Halæ Saxonum & Luneburgi, sed aqua in fodinas intrmittitur, quæ saltem liquat & speluncas late excavat, donec eodem sufficienter imbuta, (quod extractione ponderis constat) per incilia ad edificium sectioni dicatum agatur, ibique in cortinis ferreis colta, coaguletur. Sal vero in foveis, e quibus exemptum, iterum renascitur. Idem quoque in Poloniae salifodinis contingere quidam afferunt.

Ut vero quid nōstrī super hac re sit animali constet, hanc promimus sententiam: quemadmodum nullum, nec ex metallorum, nec mineralium, aut lapidum censu recrescit, ita idem quoque de salibus vitriolo & alumine tenendum est: sed aqua interiora terræ pervagans, in societatem suam admittit non solum lapidosam, sed etiam gypseam atque calcaream materiam, eandemque alii in locis rursum apponit; id quod cum sale communione longe promptius atque facilius contingere potest. Quum enim subterranei tractus aquis redundant, illæ, quæ sale fœtæ sunt, ad vacua loca penetrant illaque occupant; quo fit ut lentius dissipata humiditate, salsa materia crescat & relicta spatio iterum repleat, haud secus ac in specu Baumanniapa, ex aqua rupes pervadente & lapidosis terreis particulis onusta, variae figuræ lapides generantur.

C. A. P. U. T. III.

De Salsis Germanie Fontibus.

Sal marianum commodissime ad loca diffusa transfertur, ideoque frequentissimi usus est, & fossile quoque permultis regionibus ac gentibus in usum cedit, fontani vero longe minoris est proveniens.

tus. Elicitur hoc ipsum ex fontibus salis, quibus præ reliquis Germania nostra gaudet, & maxime quidem provinciæ, quæ ditioni ac potestate Augustissimi Borussiae Regis parent, ita, ut si quis calculum exacte subducere velit, quotannis decies centena millia salis centenarios in iisdem confici, constaret. Halæ Magdeburgicæ enim ad minimum trecenta & triginta millia, Stasfurti, centum & quinquaginta millia, Saltzæ, nec non Palæo-Salzæ, centum & octoginta, milia & Sildorfii quindecim aut octodecim mille salis centenarii elaborantur. Præterea quoque Suhlæ, nec non in pago Friedrichsthal & Giebichenstein, eximia salsuginis levioris copia scaturit; neque dubium est, quin si hæc aliaeque non adeo multum salis custodientes aquæ, minori impendio fructuosiores reddi & ex iis sal præparari posset, pondus vel trecentorum mille salis centenariorum inde resultaturum foret: ut taceamus alias latentes adhuc scaturigines ipsumque reconditum in hoc tractu fossile sal. Confectum autem in memoratis salinis sal in Marchiam, Thuringiam, Misniam, Lusatiam, Voigtländiam, Silesiam inferiorem, Franconiam fines, comitatum Hohensteinensem, nonnumquam etiam Ducatum Megalopolitanum advehitur; & si ulterius, negotiacione per mare Balticum instituta, in Sueciam quoque transportaretur, non sane infructuosa mercatura foret.

Si a Ducatu Magdeburgensi discedimus, Brunsvicensis quoque ditiones quamplurimis salinis dotatae sunt, quarum præcipua Luneburgi reperiuntur. Innotuerunt hæc jam a septem saeculis, & eodem quo Rammelsbergenses & Goslarientes metallifodinæ, culta sunt tempore. Nimirum Anno DCCCCLXVIII. Henricus Auceps, Ottonis magni parens, has ipsas fulciti curavit: Otto vero decimas sive vextigal ex annona salaria, coenobio St. Michaelis muneri obtulit. Et quum anno MCCCLXIX. imperante Joanne, nova ac liberalis vena in medio urbis profliret multumque salsuginis præberet, magis adhuc salinæ hæc ex-

splenderuerunt, atque ex eo insignem obtinuerunt celebritatem. In plumbeis cortinis jam a sexcentis annis sale admodum sueverunt, eo quod salsilago sale admodum scera, eoque magis onusta quam Halensis, non diurna coctione egit, sed mox coagulatur, neque tam copiose lapidosam materiam apponit. Conficiunt quotannis centum circiter & octoginta salis centenarios, quos per Ducatum Luneburgensem, & Megalopolitanum, Westphaliæ, Bremenæ territorium, nec non Borussiae partem distribuant. Prater Luneburgenses hæc salinas non incelebres sunt scatebrae, quæ in pagis Sals-Buter & Julius-Dalle salsuginem, non copioso quidem, sed præstantissimo sale imprægnatam, fundunt, & sub regim'ne Julii Ducis anno 1569. primam expertæ sunt culturam. Accedit sal quod in principatu Gruenhagensi Salzæ Heldiorum paratur, cuius descriptionem LEZNERUS in *Chronico Eimbeccensi* susus prodidit. Denique ob salis præparationem nota etiam sunt loca alia plura in primis hæc, Salsdahl, Neustadt an der Darsburg, Fernsdorf und Sals-Dutfort; sed segniter in his procedit negotium, & sal quod elaboratur, vix patro scaturiginum solo sufficit, excepta exigua quantitate, quam Halberstadiensis principatus, Hildensis episopatus & Hercynie silvæ incole nanciscuntur.

In Hassia non ignotæ sunt Allendorfenses salinæ, que procul dubio antiquissima sunt & Cattis olim paruerunt, eo quod præter alia ibi extantia antiquitatis rudera, quamplurimæ septæ sunt ruinosis monumentis & ædibus, quas accolæ inhabitabant, & fontem ab hostiis incursionibus defederant, & inditum iis nomen est Sodem, a Germanica voce *sieden*. Fons in paludoso Tolo profunde ad modum demittitur, & scatebra largum quidem, sed sale parcus fœcum, laticeum emitit, eamque ob caustam salsugini varis artificiis in casas salariis nimirum humiditatem detinere debent. Sal vero bituminosæ carbonibus, nec non subiecto ligno elicetur, & per Hassiam Pala-

Palatinatum & Rheno adjacentes regiones dividuntur.

In Bavariæ oppido Reichenhalle, sal-fugo vena admodum liberali scaturit, ob ligni vero defectum, dimidia ejusdem pars in canalibus plumbeis per prærupta montium juga, fabrefactis hunc in finem machinis pressoris, ad quatuor miliiaria, Traunsteinum usque agitur, ibi que coquitur.

In Suevia Halæ ad Kocheram saline admodum nitidæ constitutæ sunt, fonte nonaginta ulnas alto, sed sal in iis majoribus paullo impensis elaboratur, propter ligni penuriam, quod per rates eo advehitur.

In Thuringia, Franckenhusæ, jam tempore Friderici I. fons medios inter paludes & uligines suscitatus est, cuius latex latus quidem, sed non adeo salsus est. Sal deficiente ligno, fructuose sarmen-tis elaborant, illudque Thuringia vicinisque aliis locis impertinet. Pari ratione Salzæ, quæ Duci Gothano paret, salem coquunt, & licet liquamen sit levius & ipsa quoque coctio caro admodum sit pretio, quotannis tamen viginti mille ejus centenarios parant. Ejusdem quoque census est salsus Nauenheimensis fons ad Fridebergam, qui comiti Hanoviensi subiectus est, & jam eximiam salis copiam largitur.

Tum in Wetteravia, Homburgi, saline scatebræ saliunt, quarum emendatio a Celsissimo Landgravio summo studio adornatur, teste WINCKELMANNO in *Chronico Hassiæ* pag. 71. Et in comitatu Niddensi ejusdem valoris fons est, cuius liquamen artificiose ad ipsam salis elaborationem præparatum sal granosum, candidum ac borum præbet.

Turichemi, quod dicunt *av der Dardt* & ad Palatinatus tractum refertur, subsalsæ quædam sunt scaturigines, sicuti etiam in principatu Halberstadiensi, Ascaniæ, raro admodum exemplo, in prato fons deprehenditur, non adeo salsus, qui derelictui antehac habitus, jam denuo colitur & exhibitis ad salis coctionem carbonibus bituminosis, insignem ejus apparatum concedit.

In Martisburgensi episcopatu superiori memoria in pagis Liebenau, Kœtschau & Teudizsch saline quoque celebratæ sunt: & Teudicenses quidem ante 350. annos aliquandiu cultæ sunt: sed quum expensa reditus superarent, derelicti iterum habitæ sunt, quas anno 1564. Augustus Saxonæ Elector denuo suscitat & fossa pro lignorum commodiore advectione instruxit, nihilominus haud ita multo post rufus intercidit earum cultura, quam anno 1696. Lipsienses quidam mercatores tertia vice suscep-tunt, qui salitram per artificium fructuose reddunt & salem jam conficiunt, Halensi nec candore nec virtute æquiparandum. Præterea etiam in vicis Uleben, Ralten-Fib., Boßerne, quædam scaturigines, salino elemento pa-rumper imbutæ, incultæ jacent.

In comitatu Mansfeldensi non solum Arteræ, uber admodum salitæ, paullisper tepidæ, scatebra ex solo calcario prodit, quæ salis parum vehit: sed Erdebornæ quoque, vicino lacui salso pago, agitarunt quondam salis cocturam, de qua SPANGENBERGIUS in *Chronico Mansfeldensi* hæc memorie prodidit: Anno 1542. mense Februario, comes Gutherus cum Praefulibus & civitatibus de salinis ad lacum salsum transagit, id quod etiam confirmat ALBINUS in *Berg Chronicle*, pag. 308.

Marchia Brandenburgica etiam salsos quosdam emitit fontes, Pelizii, quos tempore Joachimi II. Electoris per multos annos haud exiguis sumtibus exercuerunt; quum vero torrentium affluxum inhibere ac divertere non possent, rem inchoatam destituerunt. Similiter in Marchia Uckerana, apud vicum Be-senbrück, quædam salsuginis scatebrae, antehac cultæ, vacant. Præterea ad pagum Naven scaturiginosus salsugine tractus est, cuius scatebrae jussu Friderici Wilhelmi exploratae sunt, sed terram ob fabulosum deciduum solum ad octo tantum pedes tum egerere potuerunt, jam vero quadraginta pedum altitudo est, & fundamentum præbet arena bibula, comprehendens salitram pellucidam, cuius

cujus mensura sex salis drachmas vehit.

In Pomerania ulteriori Colbergæ, ad fluvium Persante, salis coctura instituitur, quæ falsuginis largum quidem habet proventum, sed ob lignorum defecuum nimis sumtuosa est: hinc commodum sibi parant, & Hispanicum ac Gallicum sal in salitura liquant, illud depurant, & hoc modo majorem salis copiam eliciunt. Præterea etiam in vicis Trepnow & Doberpolæ salinæ, olim agitatæ, jam exoletæ sunt, id quod etiam iis evenit, qui in comitatu Rheinsteinensi minus fructuose antehac cultæ sunt, nec non Oldensloensibus in Holstia, quorum tanta tempore Hénrici Leonis fuit célébritas, ut etiam Luneburgensibus æquiparentur.

Minoris pretii sunt salinæ, quæ in comitatu Marchiæ, Unnæ, in comitatu Lippensi in pagis *Sals-Uffen* & Orba, Luderæ in ditione Fuldensi, Werlæ in Colonensi, nec non in Franconia oppidis Dalheim, Erbach & Cranach reperiuntur, & ob falsuginem quem fundunt leviorē, plerumque derelictū habentur.

Et ex his patere arbitror, amplissimum fontium falsorum esse apparatus, quibus Germania nostra dotata est; quorum quidam ditiores, alii vero magis effeci sunt, haud secus ac metallifodinarum quedam multum, nonnullæ etiam parum largiuntur.

C A P U T IV.

D E

Origine Fontium falsorum in primis Halensium.

Pervulgata quidem, sed erronea Physiscorum animis hæc hucusque inhaesit opinio; quod fluvii, scaturigines aliquæ minerales æque ac falsi fontes, originem ex oceano sortirentur. Autumarunt videlicet, aquam e maris barathro egredi & per salebras subterraneas tendendo; quasi percolati, ibidemque salinas, quas in connubio suo sovet, deponere partes, adeoque fossile sal produ-

cere; vel etiam ampliores terræ poros perlabendo, e conclusa vena in falsuginis scatebram eluctari. At vero, cum in quibusdam subterraneis tractibus, ingens fere salis montani sit affluentia, in aliis vero ne mica ejusdem reperiunda, ex oceano ejus ortum arcessere absonum sane foret. Porro si e mari salis & fontium falsorum esset origo, multo copiosior foret salis fossilis proventus, & longe frequentiores falsuginis fontes, in maritimis locis, quam in his, qui ab eodem remoti sunt, quod tamen experientia refragatur. Denique si omnium scatebrarum ex mari origo est, nulla sane subministrari poterit ratio, quare falsugo nonnunquam sex aut quatuor salis uncias, interdum vero vix drachmas sex contineat.

Similiter aliorum etiam fontium pereram ex oceano incunabula ducuntur, eo quod momentosa admodum sunt argumenta, quæ contrarium astruunt. Estate enim flagrantissimo & cœlo per aliquot menses impluvio, omnes propemodum scaturigines arescunt & fluvii decrementum patiuntur. Tum constantis observationis est, semper non solum scatebras in valle ad radices objecti editoris loci salire, sed flumina quoque in acclivitate ex scaturagine oriri, & ad mare, quod depressorem obtinet situm, declivi semper itinere tendere, absuntis in via fontibus aliis & rivis, nec non aquis quas nubes effundunt; quibus intumescent & latius diffunduntur. Summa enim montium sublimiorum cacumina, ob aerem, nubes & vapores in arctius cogentem, non solum perpetua uligine madent, sed accedunt etiam emissæ per pluviam & e nive discussa aquæ, quæ ob gravitatem suam subterraneos ductus atque salebos recessus petunt, argillam, faxa fabulumque pervadunt, ac tandem in collium convallibus prodeunt; quare quo magis montani apices pluvia perfunduntur, nivibus pruisque obruuntur ac rore consperguntur, eo largius scaturigines laticem fundunt, eoque maius incrementa flumina capiunt. Sunt,

Sunt vero etiam nonnulli fontes, qui licet aliquandiu sol sit acutus & siccitas regnet, perpetuo tamen eadem quantitate undam emittunt; sed hi ex fluvio aut lacu, in eminentiori plaga constituto, nec tam facile siccescente, aquam nanciscuntur, qua terram limosam laterariam offendens, ibi colligitur, & inde per varios mæandros, saxa & sabulum flexuoso itinere pergit, & nonnunquam interjecta aliquot milliariorum intercedine, demum prodit, & si altum est communia, profundam, si vero humile, vadofam scaturinem efficit.

Quod si itaque aqua, interiora terræ pervagans, communis aut alius mineralis salis venas preterlabitur, partes ejus liquefactas secum aufert, & ad superiore eluctans, fontes minerales, salbos & medicatos producit, quorum quidam largius, quidam parcius, salino elemendo imbuti sunt, prout nempe solum sale subterraneo magis vel minus redundayit, vel etiam aqua ejus majorem vel minorem copiam absorpsit. Hinc scite non minus quam vere PLINIUS H. N. lib. XXXI. cap. 10. afferit: eandem aquarum esse indolem, ac terræ quam perlabantur. Neque proinde est ut dubitemus, quin iis in locis ubi salis fontes scaturiant, in terræ visceribus eximius salis apparatus reconditus sit, quum id ipsum pluribus rationum momentis confirmari possit, quorum præcipuum est, quod salifodinis plerumque junctæ sint saluginis scatebræ. Constat id non solum Polonicarum exemplo, quæ præter adjacentes fontes, in ipsis fôdini salsum laticem emittunt, qui tamen incuriosius habetur, cum fossile sal ibi longe vilioris sit, pretii, sed AVENTINI etiam annales Boisci fidem faciunt, quod in Bavariae oppido Reichenhalle, eo in loco, ubi jam salis scaturigines proveniunt, olim salem effuderint. Et GEORG. AGRICOLA de rerum subterranearum natura lib. IV. pag. 514. Stasfurdenium salinarum mentionem injiciens, idem confirmat, quin etiam, inquiens, Stasfurdi sal in Saxonibus fodi posset: nam astivo tempore campi sale aspersi esse vi-

dentur, & semper effluunt falsæ. Similiter Norvici, celebratissima ob salis præparationem Angliae urbe, rupes quædam sunt, quæ non solum nitidissimum fossile sal præbent, sed etiam salsuginem eruant, de quibus pluribus Acta Anglic. p. 881. videantur. Porro si sal fossile in aqua dissolvitur & rufus coctione coagulatur, eiusdem indolis ac efficacia sal emergit, quam quod e fontibus elicetur; quemadmodum etiam sal Polonicum hoc modo Tarnovici depuratur. Sal quoque tabulatum, quod Hale ad Oenum, nec non Salisburgi, copiose paratur, sal fossile est, quod, assusa aqua in liquamen conversum & postmodum a sordibus liberatum, igne submisso iterum in salem redactum est.

In primis autem memoratu dignum est, quod salugo, quæ Allendorffii ad Werram deprehenditur, pro diversa anni tempestatumque conditione, diversæ indolis ac conditionis sit. Nimirum a bacchanalibus ad diem usque Jacobi, nec non ecclœ per annum imbricoso ac substillo, uberior & sale magis onustus humor prodit, hiemali autem tempore annisque sitientibus, parcius nec adeo salbus profluit. Caussa hæc subesse videtur. Tempestate pluviosa & humida, major aquæ copia a terra absimitur, latius in eadem diffunditur, altius quoque ad interiora ejus viscera penetrat & plus salis subterranei absorbet, adeoque uberiorem salislaginis proventum gignit, quam aridis ac torridis temporibus.

Sed ne suspensum quandam teneat id, quo, nonnulli demonstratam haec tenus sententiam in dubium vocare conantur, afferentes: cum jam ab aliquot seculis quædam e Germania salinis exculta sint, dudum utique debuisse sal fossile absumi, si earundem origo ab hoc arcessenda esset; illud in primis notandum est, quod iis in locis, ubi sal subterraneum provenit, amplissimus ejus apparatus & ingens copia latitet, ita ut saline vene aliquot millaria in longum latumque diffusæ ac dispersæ sint. Rarissime enim contingit, quod salta una propullante scaturigine, non

non in confiniis aut ad distantiam aliquot lapidum plures earum saliant; quemadmodum id saline Ducatus Magdeburgici luculenter testantur, quippe que aliquot milliarium spatio circumscripti buntur, & interjecta haud ita magna intercapidine, Paléo-Salze, Mega-Salze, Suldorfi, Stasfurti & Hale exstant, ne dicam, quod omnes urbis Halensis fontes aliquid salis in coniubio suo habeant. Porro saline, que Ascanie, Erdebornie, Franckenhusie, Arterg & in Martisburgensi episcopatu reperiuntur, non multum distant, & ob eandem salsuginis indolem, communicationem inter se habere videntur. Eodem etiam modo saline Bavarię & comitatus Tirolensis scaturigines, sedecim circiter milliarium tractu continentur, & sibi invicem apposite sunt; ut in Hallein, Reichenhalle, Hallstadt, Ischel, Lambach, Aussenlee, Hale ad Oenum, ut adeo in aprico sit, venas salinas longissime porrigi, latissime explicari, nec adeo facile posse consumi.

Quapropter, ut ad Halensium salsorum scaturiginum contemplationem proprius accedamus, extra omnem quoque dubitationis aleam positum est, eosdem sali subterraneo, ab affluente aqua dulci liquefacto, deberi. Quum vero unus idemque semper humoris effluentis sit proventus, sive pluviosa, sive arida tempestas regnet, immo salsugo si vacet fons, ad XXXVI. uluas ascendat, quin penitus restagnet: in proclivi est judicare, tum, quod conceptaculum, e quo initium dicit scatebra, aquam perennantem & nunquam exarescentem contineat, tum etiam, quod cum aquis pluvialibus aut torrentibus nullum, aut tantum exiguum intercedat ipsi commercium. Superius autem jam jam monui, scaturinem, si equaliter semper redundat, ex fluvio quodam, aut in lacu confluente aqua, originem sortiri: quare si circumiectum Halense solum contemplatur, Salze fluvius statim se offert, qui non longe absit a salinis; sed ex hoc scatebre originem arcessi posse, minus probabile est, eo quod interjectum inter

fontes & flumen interstitium, tam exiguum est, ut terra salina in eo recondita, neutquam sufficere potuisset salsugini, per aliquot secula tam liberaliter scaturienti, sed jam pridem consumi debuisse.

Hinc a remotiori & editiori loco ortus derivandum. Jam vero ad aliquot milliarium distantiam nullus, nec fluvius, nec locus, sublimiorem situm obtinens, deprehenditur, ac salsus ille Seeburgensis lacus, qui duobus Hale distar lapidibus, dimidium milliare in longitudinem, ad ducentas & quod excurrit olnas in latitudinem protenditur & quibusdam in locis altissimus est. Confluit in hunc aqua tam ex quamplurimis dulcis aquae scaturiginibus, quam etiam ex adiacente dulci lacu, & rursus per alveos quosdam effluit, ac tandem in rivum, Salza dictum, coit, qui in Salam effunditur. Una aquae, ex hoc lacu de promissa mensura, tres salis draconias comprehendit & mirandum est, salem in eo nec augeri, nec imminui, licet ab aliquot annis quamplurimae aquarum refusiones tractum hunc inundarint; adeo ut non immrito pro natura miraculo venditari possit, quod lacus salsus tam longe ab oceano remotus sit. Studiose itaque inquisivi, unde dulci hujus lacus aquae salsedo concilietur? Quod si enim a sale fossili esset, prona ad modum consequentia inde fueret, lacum hunc aut salsorem fieri interdum, aut si non plus salis absorbere posset, ab affluente copiosius dulci aqua salsedine privari, quod tamen non contingit. Tandem post curatiorem disquisitionem ac per illustrationem deprehendi, quod priscis temporibus in hoc tractu fossile sal exstiterit, teste AGRICOLA, qui l.c. hec prodidit: *salis montes multi & illustres sunt in orbe terrarum. Exstant tales in Germania, juxta Seeburgum & lacum salsum, qui istur versus septentrionem; sed non ceditur, quod ex hoc effluent fluvii, qui salis deferunt ramenta, & illi finitima regiones sint, quae puto habent salsos, e quibus artifices tam affluenter aquas habuerunt, ut fossili facile carere possint. Accedit quod ante aliquot annos Eræbor-*

næ, vicino lacui pago, salinæ jam exoletæ viguerint, quarum scatebræ hodie num salsum laticem emittunt, ac in lacum effundunt ejusdemque aquam falsidene imbuunt, quæ semper eadem est, ob equabilem jugiter per alveos aquæ emanationem. Ex hoc itaque lacu, qui sublimiori urbe nostra loco comprehenditur, quidam scaturiginum Halensem incunabula non incongrue petere annisi sunt; sed ad veritatem magis accommodatum esse videtur, quod non solum falsarum, sed etiam profundiorum aquæ dulcis in urbe Halensi scaturiginum, origo & flumine quodam alio arcessenda sit, eo quod iisdem ex media inter orientalem & septentrionalem plagam, proficiscuntur, quæ non solum eminentioris situs, sed etiam fluvio, Mulda nempe, quatuor ab urbe lapidibus, irrigua. Dulcis autem hæc est aqua, & solum falsa materia in subterraneis recessibus resertum pervadens, demum falsoidine imbuitur, quæ eo uberior & actior est, quo magis a cœlestis aquæ & torrentium accessu libera existit. Quare si divitem saliflaginis venam illibatam servare velimus, eo cura dirigenda est, ut insipidae aquæ ap-pulsum arceamus, quod contingit, si liquamen salsum montuosos tractus perlabitur, & argillæ, aut laterariæ terre circumiectæ munimento, ab affluxu alias aquæ, tanquam in concluso flumine defenditur. Neque dubitandum est, quin eadem Halensem falsarum scaturiginum sit ratio, quarum una, der Beut-sche Brunn dicta, lapidibus septa est, altera vero, quæ Padeborn appellatur, ex rupi sinu prorumpit; id quod lapis, qui scissilis instar, scaturiginem ambit, nec non ille, qui sub coctura corting lateribus sese apponit, testantur. Præterea quam eximie hi fontes a commixtione dulcis aquæ defendantur, ante aliquot annos, cum novum in confiniis salinarum excitarent fontem, innovavit: terra enim ad LXX. ulnarum altitudinem egesta, nil nisi marga, lapidis instar sub terra indurata, deprehensa fuit, luculentio testimonio, eandem tanquam promotorium oppositam esse eminentiori

urbis loco, & impedire, quo minus defluentes hinc aquæ saliflaginem contami-nent. Quid? quod ob eandem caussam contingit, quod in civium cellis plerumque aqua stagnet, & solum Halense adeo irriguum sit, ut effossa quinque vix cu-bitorum profunditate terra, aqua prosi-liat. Multorum quidem huc usque in eo defixus fuit labor, ut modum excogita-rent, quo aquæ alienæ accessum a falsi-gine, non adeo falsa, averterent; sed quam difficulter id ipsum perficiatur ex-perientia docet. Nec commodior datur, ratio, quam ut in confiniis salinarum, & quidem in acclivitate illius regionisqua torrentes decurrent, patei, scate-bris falsis profundiores, effodiuntur. quo in iisdem confluant ac colligantur.

Denique commemorabile adhuc est quod in locis que scaturigines salino ele-mento parcius imbuta emittunt, herba quedam singularis, saporem salsum obti-nens, succrescat, quam ipse Stasfurdi nec non in pagis Kotschau & Giebichen-stein inveni. Vocatur hæc a Botanicis Kaly & multæ ejus numerantur species, que a TOURNEFORTIO pag. 247. enumerantur ac potissimum in littore maris Hispanici propullulant. Artifices eam redigunt in cineres, & inde sal alca-li eliciunt, cuius in conficiendis vitris crystallinis eximus usus est, quem etiam in finem illud a Venetis adhibetur, teste VERULAMIO pag. 490. Asportatur quoque in Galliam, nec non Hamburgum, unde Neostadium in Marchia ad-vectum, cum aliis mixtum, nitidissimis vitris conficiendis inservit.

C A P U T V.

D E

Fontibus falsis Halensis & falsuginis quantitate.

S Alsi itaque Halenses fontes in declivi-orie urbis regione, qua occidentem spectat, existunt, eamque ob caussam locus, qui easdem una cum casis salariis comprehendit, Germanico nomine vo-catur

catur *dak Thal*. Antiquissimus horum & profundissimus est is, qui antehac Vandalicus appellatus, jam nomine proprio *Sutgar* audit, quasi dicas bene coquens. Hic sublimius paullo reliquis constitutus, sepimento excepto, 45. ulnas altus, in artus semper spatium coit, circumpositis tam in superiori, quam media regione sarmensis, ne circumjectæ terræ pondere comprimatur ac collabatur; interius vero circumquaque contabulatus, ac in inferiori fundo craticula instructus est, per quam si pertica adigitur, nigricans & limosa colluvies subeft. Scatebra jugiter in altum spuit salsuginem, quæ, si inferius sedimentum non conturbatur, perspicua atque pellucida est; quod si vero altius paullo ad 14. ulnas liquamen assurgat, (quod 24. horarum decursu contingit) salsum illum liquorem, qui inter tabulationem ac sarmentorum rimas stagnans, fœculentus factus est, iterum absorbet & exinde paulisper obscuratur. Id vero præ reliquis hic fons præcipuum habet, quod salsilago nonnunquam turbulentior existat, majorem spargat odorem ac effusa validius spumas agat, quam plerumque solet, quod ii, qui in ejus actione collocati sunt, tempestatum vicissitudini cœlique mutationi tribuere satagunt.

Alter horum fontium, quem vocant Germanicum (*den Zeutschen*) a priori occidentem versus ad 50. passus remotus est & depresso situm obtinet, nihilominus ad 36. cubitos ima versus porrigitur. Vena ejus ex euro aquilonal plaga proveniens, salsuginem puram ac limpidam liberalissime fundit, adeo, ut non nisi penitus exantlato fonte, incunabula ejus perspicere liceat, & vacante eodem, liquamen contentum 24. dierum spatio tantopere increscat, ut ob situm fontis humiliorem, transcendat sepimentum atque restagnet.

Ab hoc vix sex passuum intercedepine recedit, tertius, quem peculiari denominazione vocant *Metrica*, cuius altitudo ad 39. ulnas accedit, ubi ex gracili vena feculentam ac turbidam undam emittit.

Quartus *Hæleborn* dicitur, & longius a reliquis disjunctus, in eminentiori plaga constitutus est, ac in petrofa caverna, effusus in fundo cuniculorum instar, latices

protrudit, profunditate ejus ad 40. ulnae s protensa; Scaturigo parcius ceteris eructat salsuginem duriuscum, quæ fortiori quidem igne indiget, sed salem bonum ac rigidum concedit.

Præter jam memoratos quatuor fontes, ante aliquot annos quartum elicere annisi sunt, qui præaltus ad 136. ulnas est: sed vena gracilis, nec sale adeo dives est.

Pervulgata de his fontibus plerorumq, est opinio, quod primus secundo, hic vero tertio pabulum præbeat, adeoq; unam tantum, in primo nempe fonte, esse scatebræ, ex quo per commissuras ac terræ meandros ad reliquos transcendat salsus latex; in quam procul dubio inducti sunt operarios & experientiæ testimonio, quo constat, si is, qui *Sutgar* dicitur, diutius & crebris exercetur, alter, nempe *der Zeusche*, diminutionem patitur; contra vero si non exantlatur prior, posterior largius scaturit. Similiter si ex altero multum & diu hauriunt, tertius, qui *Metrica* audit, parcius vacante vero illo, largius latice m emitit. At vero, licet de veritate hujus rei non dubitem, neutquam tamen exinde conficitur, quod una tantum sit vena & scatebra, que tribus hisce fontibus salsuginem impertit, cum, ut ex sequentibus plenius innotescet, tam salsilago, quam sal ex iis elicitum, admodum inter se differant. Proinde non dubitandum est, quin quilibet fontium propria gaudeat scaturigine, licet quoque non negari possit, quod inter hos commercium quoddam intercedat, cui diminutio, quam exhausto uno, alter experitur, tribuenda est. Quum enim fluida equilibrio admodum gaudeant & graviter deorsum premant, contingit inde, ut aqua collecta, & in subterranea caverna in sublime ob copiam elata, subjecta vacua & aere repleta loca petat eademq; occupet.

In determinanda vero salsuginis ex 4. fontibus provenientis copia & affluentia, que aliquot abhinc annis jussu potentissimi Borussiae Regis curatus explorata est, veteres, teste *HOHNDORFFIO in Halographia* prodiderunt, ex iis hebdomadis, qua salis cocturæ tota impenditur, spatio, 1668o. fistulas educi posse; quod tamen ita intelligendum, non quod singulis septimanis hic cagedinum numerus ex iis

hauriatur, sed quod idem requiratur, ad redditus, quæ inde Regi, salinarem dominis & operariis cedunt, persolvendos, quem admodum etiam superiori memoria, vacantibus per aliquot dies fontibus, totidem situlas extraxerunt. Quod si enim per singulas hebdomades exercentur, non pluris quam 15000. capedines largiuntur. Ejusmodi situla, ex constitutione Ernesti Archiepiscopi, anno 1482. promulgata, comprehendit 8. amphoras, quæ hunc in finem fabrefactæ, in locis quibusdam publicis asservantur, & 12. mensuras Halenses, quarum quælibet duas salifuginis libras continet, replet; adeoque una capedo duos salifuginis centenarios cum 12. libris comprehendit, & ex 9. harum 4. salis glebas, quas dicunt *Stude*, conficiunt. Quod si itaque jugiter per 50. hebdomades, 2. nempe ad festorum dierum vacationem deductis, salugo e fontibus exantlator, 75000. capedinum numerus conflatur, e quibus 33332. salis glebae elaborari possunt. Et quum ad 12. tonnas, quæ ponderis genus, quod *Last* dicitur, conficiunt, complendas, 32. salis glebae requirantur, utique apparet, quotannis ad minimum 11000. ejusmodi pondera, sive 3003000. salis ceterenarios, elaborari posse.

C A P U T VI.

De quantitate salis quem scaturigines in Halenibus aliisq; salinis complectuntur.

DUplex eaque optima uti omnia flui-
da, ita etiam salifuginem exami-
nandi ratio est, quæ vel ignis ministerio,
vel sine eo adornatur. Prius fit si certa
quædam pondere, aut mensura determinata
liquoris quantitas, igni committitur,
ut humor, relata materia solida, in auras
diffugiat; posterius vero instrumento sta-
tico perficitur: cui scopo accommodari
poterit hydrometer ex aurichalco conflatu-
tus, ad quem fabricandum, ipse celebri
apud Lipsiensis Mechanico, LEUPOL-
DO, primus auctor ac monstrator fui, vel
etiam aliud instrumentum, hunc in mo-
dum parandum. Nimirum parva phiola
ex vitro, succino aut ebore fabricata, inje-
cto capiti ejusdem hydrargyro, aut plum-
bo granulato, ita concinnatur, ut aquæ
pluviali immissa, æquilibrium obtineat,
sive ut collum ejus exacta qualitate aque

superiora tangat, nec emineat, nec sub-
mergatur: tum in collo ejus certi gradus
describuntur, & injecto aquæ sale, quo-
unque assurgat annotatur, ex quo postmo-
dum colligitur, quantum hæc vel illa sal-
ifuga salis comprehendat, quo major
euim ejus est copia admixta, eo altius
phiola collum effert. Ut vero hydrometer
ejusmodi rite preparetur tenendum est:
aquam ad experimentum non pondere,
sed mensura exigi debere, ita nimirum, ut
v.g. mensura pluvialis vasi indatur, immis-
soque eidem instrumento, salis drachmæ
duæ adjiciantur, & quoad emineat collum
obseretur, simulque in eodem designe-
tur. Porro duæ salis drachmæ rursus ad-
dantur, & eminentia lineola iterum de-
scribatur, illudq; tamdiu repetatur, quam
aqua quinque salis uncias absorpsit. Sæ-
pius enim minus recte conficiuntur lances
hydrometricæ, & vel inæquales gradus
dispescuntur, cum tamen iudicem in inferio-
ri parte in angustius coeant, vel etiam
collum incondite effectum est, ut circuli in
eodem, ob nimiam, qua se mutuo conti-
ngunt, propinquitatene, non sufficienter in-
ternosci queant. Non minus vitium est, si
determinatum aquæ pondus e. c. libram
recipimus, & admixta salis semuncia, gra-
dum observamus in instrumento, eo quod
confecta hoc modo lance, non exacte salis
in aqua contenti pondus inquirere possumus,
quum licet ponderata salifagine, idem
gradus quam in aqua sale impregna-
ta notetur, ne utiquam eandem salis inesse
eidem copiam exinde conficiatur. Quare
& illud in primis notandum est, quod hy-
drostatica ejusmodi instrumenta, certæ
cui dimensioni & mensuræ accommodate
effabricari debeant. Et quum mensura-
rum, pro diversitate locorum & regio-
num, diversa admodum sit ratio commo-
dissime per libræ pondus, quod ubique fer-
me idem est, supputatio, quantum nempe
salis in humore contineatur, instituitur.
Ex hoc enim fonte ingens inter eos, qui de
salinis & quantitate salis in iis quedam
prodiderunt, ortus est dissensus, ut aut non
exacte institutum esse examen, aut ditio-
res olim fuisse venas statuendum sit: vide-
licet de nostris THOLDEN in *Haligra-
pia* memorat: quod fons, dictus der Zeut-
sche

sebe, 12. unc. alter *Sutgar* 11. cum drach. di-
midia, tertius *Metric* eandem quantitatem
& quartus *Hacteborn* 10. unc. i. & dimidiā
drachmam salis in complexu suo foveat, cui
calculo labescit etiā **UNZERUS** in tract.
de sale, quū tamen curatius capto tenta-
ne, lōge minor resulteret contentorū quātitas.

Prōinde ingenuē tradam, qua ratione ego
examen salsuginis nostræ adornarim. Ni-
mirum quoniam latera & pondus, que ad ten-
tamina adhiberi solent, exactissima sint, hisce
etiam salsuginem pōnerando tentamē-
to commisi, eq̄; compertum habui, quod
25. salsuginis libra ex fonte, quem vocant
den *Zeutsch* haestr. salis 3. libras, 3. unc.
& 7. drachm. ex fonte, *Sutgar*, itidem 5. libr.
2. uncias, ex fonte *Metric*, 5. libras, ex fonte
Hacteborn vero; 5. libras & 2. salis uncias
complectantur, adeoque prioris libra una
custodit salis 3. uncias & drachm. 3. secundi
3. unc. & drachmas 2. tertii 3. unc. drach. &
36. grana, quarti denique 3. uncias & drach.
2. Et quoniam una salsuginis mensura Halen-
sis, ex fonte, *Zeutsch* appellato, 2. libras & 12
uncias pondere, aequet, supputatione facta,
salis 9. uncias & drach. 3. eidem inesse con-
stat; id quod etiam vaporatione facta com-
probatum est: salsugo vero e quatuor fonti-
bus confusa 9. uncias & 2. drachm. largitur.

Prēterea specificam salsuginis, quæ ex 4.
fontibus educitur, gravitatem, comparatio-
ne simul cum aqua facta, exploravi hac ra-
tione: vitrum quoddam primum aqua reple-
vi & in trutina suspendi, ubi pondus eius 89
libras & 10. uncias exquabat, postmodum ef-
fusa aqua, salsuginem ex fonte *Zeutsch* eidem
vitro infudi, & pondus eius iterum exegi, eo-
que ad 102. libras accedente, animadverti,
salsum liquamen 12. libris, 11. uncias & 2.
drach. aqua gravius esse. Et quoniam liquamen
fontium *Sutgar* & *Hacteborn*, equipondium,
nempe 100. libras & 2. drach. obtineat, hoc
2. libr. 5. uncias & drach. ab ista preponde-
rari, nec tam sale fētum esse constituit.

Porro experimentum feci, quænam simi-
litudo aquæ cum salsugine intercedat: &
dissolutis hinc in finem sex & dimidia salis
uncias in aquæ sextario, saliturā exinde pro-
ductam remensus sum, eandemque nona
arte auctiorem esse deprehendi, ita ut opple-
ta pristina mēsura 2. adhuc superiens uncias.
Deniq; mentio adhuc injicienda aliarum.

Germaniæ salinarum, quas quidem omnes
adire mihi non licuit: nihilominus ea quæ ex
civium & indigenarum narratione mihi
innoverunt, commemorare placet. Videl,
ditissimam omnium & sale maxime omniā
salsuginem esse ferunt, quæ in Hungarie
vicino Eperie pago, Schowēr, nec non in vi-
co Bavarico Reichenhalle provenit, cujus
libra 4. salis uncias cum semuncia & 2. dra-
chmis largitur. Porro Luneburgensis salsu-
ginis libram 4. salis uncias, Stasfurdenis 3.
Mega-Salzenis 2. cum dimidia uncias &
drachm, Palēb-Satzēlis, nec non Suldorfensis,
unciam cū drach. dimidia, Franckenau-
sanę unciam & 3. drach. Allendorffenis unc.
cum semuncia Ascaniensis, Colbergenis
& Salzungensis unc. talis complecti colit.

C A P U T VI.

*De salis Halensis preparatione, ligni
aliisque compendiis.*

A Dificium in quo Hale salis prepara-
tio adoratur, peculiari nomine di-
citur *ein Roth* & salsilago die Soole. In hoc
terrae infolum est conceptaculum, *ein Sool-
fak*, quod 240. circiter salsuginis furulas ca-
pit atq; custodit. Porro in casa hac falaria
focus est constructus, cui trabes duo oblique
superpositi sunt, cum impactis ferreis corti-
nam sustinentibus uncis, quo possit commo-
de demitti iterumque reponi.

Cortina, quæ sex ulnas cum dimidia in
longitudinem, 4. cum dimidia in latitudine
extendit, ac dimidia profunditatem obti-
net, si per integrum hebdomadēm sal in ea-
dem coquitur, ter repurgatur huic in modū:
sustollendo demittunt eandem & ante fores
constituant, suppositoque in latere baclo,
stramen accensum subdunt; tum erecta illa,
malleis materiam lapidosam, fundo adhe-
rescentem & *Schop* dictam excutiunt, ac
tandem cineribus & sanguine bubulo eam
obliniunt atq; in statione pristina collocaant.

Ad molem salis vocant *ein Metz*, sive
duas glebas *men. Stucte*, elaborandas;
4. & dimidia salsuginis capedines sive
36. amphoræ requiruntur. Infusa hac liqua-
mīnis in cortinam copia, salinator fortē
submittit ignem, & sanguinis bubuli tan-
tum affundit, quantum calathus ad media-
tem capit, quo sal exinde repurgetur.
Ut primum ebullire incipit salsugo, spu-
mas, fortiter agit, haud secus ac carnes;

quas sedulo despumant, & tum abjectis purgamentis, tam pellucidam atq; perspicuum faciem induit, ut ipse fundus transpareat, quod horae spatio contingit. Simulac coire incipit & glebulas protrudit, flammam paulisper restinguunt & cortinæ supersternunt. 3. asperges, ne aura & ventus frigidior irruat, & ter hore spatio aliquot zythi calathos infundunt, quo granosum evadat. Hoc facto, intactum sinunt tantisper & carbones ad coagulationem perfectam (zum Sothen) addunt, superiora successive eximunt, & qualis duobus, tignis impositis, indunt, quod dicunt vollschutten, iisq; completis, ad aliquot spithamarum altitudinem cumulum addūt, donec omne sal fuerit extractum. Universum autem negotium 4. horis absolvī potest, ideoq; salinatores plerumque intra diem & noctem 12. salis glebas (Stucle) conficiunt, licet MATTHESIUS in Sarepta pag. 498. & THOLDEN l. c. tradant, quod prisca memoria 14. elaborarint.

Ad tigna foco superstrata, ex destillante lixivio salino, concrecunt stiriaz, quæ una cum illo, quod guttatum delapsum in foco coagulatur & Pot appellatur, in usum animalium cedunt, eodem modo ac in Hungaria, Polonia, Russia, Transylvania, Borussia nec non Græcia salis fossilis frusta animantibus obiiciuntur, ut ejus usus internam corruptionem & morbos arceat.

Materiam ignis hic loci subministrat aut lignum aut carbones bituminosi, quæ æquabilem semper flammarum servant; unde fit, quod farmentis & stramine submissis, sal non tam bona notæ evadat.

Optimum autem & maxime acceptum sal, his potissimum dignoscitur indicis, ut scil. sit leviter spongiosum, candidum, leve, majora paullo grana obtinens & siccum; ignobile vero gravitate, compacta nimis mole, colore cinericio & madore sepe prodit. Quapropter ut salinatores nitidum & præstans ejusmodi sal obtineant, has cau-
tiones & præceptiones tenere oportet.

I. Sanguis bubulus non nimia pinguedine imbutus, sed penetrantis, volatilis odoris esse debet; eo quod omnis pinguedo salis coagulationem impedit, illudq; molle ac farinulentum efficit; contra vero si is ipse multas fuscas, flavas & compactas spumas elicit nitidissimus sal evadit. Nonnunquam

enim falsugo limosa est, ideoque sanguine hoc bovillo, vel etiam albumine ovi, spuma concitanda est, quo cum eadem simul fordes, quibus conspurcata est, demantur.

II. Ad granulationem multum confert lenior ignis: quotidiana enim experientia compertum est, aucta nimis, insprimis circa finem flama, non tam copiosu, nec tā leve ac granosū sal fieri, ac si coctio leniter procedit.

III. Coagulationem quoque promovet si non cerevisia, sed zythus (Brenhahn) aut Lobeinensis cerevisia, quæ subacida est, aut quod melius adhuc est, vinum sub coctione admiscetur. Quiniammo periculum feci & instillavi rectificati vini spiritus unciam, loco cerevisie, quo insignem & notabilem immutationem ac coagulationem animadverti, sale candidissimo & admodum granoso evadente. Spiritus enim vini egregie facit ad omnium salium crystallisationem, eo quod unguinosam & unionem falinarum spiculorum impedientem substantiam absorbet, & salsa e liquore in fundum dejicit particulas.

IV. Sal qui sub coctione concrevit, spatula provide eximendus est, ne nimia inde concitetur commotio & grana iterum disjungantur. Hinc Acta Angl. p. 885, preparationem salis Norvicensis, quæ conformis ad modum nostræ est, tradentes, memorant: quod sal in minoribus paulo cortinis, bihorio circiter confectionum, longe melius in aere perduret eo, quod in profundioribus elaboratur & semper e lixivio extrahitur; licet hoc, illo sit mollius, magis granosū ac levius.

V. Commemorabile est, quod sal, repurgata ab adhærescente lapide cortina, primum coctum, non eandem bonitatem, levitatem, eundem nitorē idemq; pondus adipiscatur, ac id quod postmodum elaboratur. Tum enim flamma fortius ac proprius salsuginem feriens, granulationem impedit, quippe quæ longe melius procedit, si lapide adhærescente interjecto, accessus quodammodo retinetur: neque tamen ut ad nimiam molem ac crassitatem lapidosa ista materia concrecat concedendum est; eo quod plus ligni, aut alijs pabuli flāmę, ad coctionem requiritur.

Denique de ligni compendiis in salis preparatione quædam dicenda sunt. Et focus quidem opportunius jam est constructus, ut longe minor ligni copia salis coctioni sufficiat; neque dubium est, quin plura adhuc

adhuc excoxitari possint artificia. Nostra hac de re ita fert sententia: In qualibet casa salario duos constituendos esse focos, cum cortinis duabus, quarum altera paulo minor, altera vero solitare sit amplitudinis, latior tamen & fundo non adeo impresso. Hec loco consueto reponenda erit, ut in ea sub continua, leniori tamen flamma, plenaria salis elaboratio perficiatur; illa vero post hanc sublimius constitenda, quo ignis, priori submissus, & ab eo excitatus calor, per focum ejus simul transeat & demum ex infumiculo egrediatur. Tum salsugo frigida huic infundenda, ut incalescat, eaque calefacta ac in majorem illum catinum derivata, nova denou affundenda, ut semper calida sit, nec novus ac fortis ignis ad ejus calefactionem admovendus sit.

Alia commodis lignique compendiis serviendi ratio est, si salsuginem leviorem & non adeo salam artificis quibusdam, quæ dicunt *Lecl.-oder Bradier.-Merle*, tractant, & disjecta aeris beneficio nimia humiditate, eam sale magis onustam redundunt, quod solenne est Allendorffii, Nauenhemii, Niddæ, Salzungæ, Lucenæ, Ascaniæ, & alibi. Sed surtus haud exigui impendunt auctæficio, in quo tamen vix tantum salsuginis præparari potest, quantum duabus cortinis coquitur. Præterea subjecti straminei fasciculi quotannis putrefescunt, a farmentis vero, loco illorum suppositis, sali amaricans sapor conciliatur. Imbris quoque concepracula sèpim corruptunt, & ros iterum sese liquamini insinuat, totumque negotium minus exoptato succedit, nisi siccitas per annum regnet, & commodissime tantum adornatur vento boreali & orientali spirante, vernali atque aestivo, non autem hiemali tempore.

Nonnulli eundem in fine salsuginem frigori exponunt atque gelari sinunt, & aptissima est huic scopo illa, quæ duas aut unam cum dimidia salis uncias comprehendit: quæ enim tres, quatuor aut quinque uncias evitodit, nunquam frigore densatur, dimidia vero aut una uncia foeta, tota in glaciem abit. Sed negotium cum magna salsuginis copia non procedit.

C A P U T VIII.

D E

Natura indole ac viribus salis Halensis,

TRANSCENDIMUS jam ad considerationem indolis ac virtutis salis nostri, quibus potissimum ab aliis salis communis speciebus dignoscitur atque distinguitur; Notissimum enim non solum est, maximam inter salia intercedere differentiam & unum præ alio pluris æstimari; sed experientia quoque constat, illo magis esse granosum, candidius, acrius, durabilius, salubrius & ad ciborum condimentum carniumque salsuram aptius. Usus igitur nostra hac de re innotescat sententia, hanc interponimus: sicuti in tota universi hujus compage, una tantum est aqua, unus per fermentationem paratus spiritus ardens, unus mercurius, unus volatile sal, unus acidum, nitrosum ac vitriolicum sal; ita pari ratione unus idemque sal commune est: sed quum plures alienæ, terreæ, lapidosæ, sulphureæ, calcariæ, minerales ac pingues particulae cum hisce corporibus connubium ineant, diversa exinde emergit eorum indoles; & sal commune idem semper obtineret ingenium, si quis pingues, terreas calcareasque ab illo artificio segregare nosset partes. Est autem inter communis salis species purissimum marinum & fossile depuratum sal, nec non illud fossile genus, quod ob nitorem ac pelluciditatem genitum appellatur; illud vero quod effoditur & ex liquamine falso paratur, multum utique cum his differentiae alit. Quum enim subterranei tractus varii generis salibus, lapidibus, terris & vaporibus reserti sint, quæ, multiplicari ratione, tamplius salis connubium, quam aquæ venas salis perluentis societatem, adire possunt; facile constat, illud, quod depuratione ab his sororibus liberatum est, reliqua puritate antecellere, cuius notam præbent crystalli candidæ ac dure.

Nihilominus tamen ex sale fontano, adeoque etiam nostro Halensi, candidum, purum, acre ac nitidum ejusmodi crystallinum sal faciliter negotio elaborari potest; per iteratam nempe solutionem ac coagulationem, qua pingues, sulphureæ, & lixiviosæ adhuc commixtæ fordes ab eodem separantur. Nimirum aut salfugo ipsa in calido hypocausto fornaci imponitur, ut humor successive in auras avolet; aut sal jam ielaboratum in crucibulo ignis ministerio in fluorem redigitur, tum in cœlesti pura aqua iterum dissolvitur, ac tandem concretioni exponitur.

Quum itaque diversa salsum bonitas sit, differens quoque eorum est usus & dispar utilitas. Depuratum sal marinum & fossile, nec non sal gemmæ, omnium purissima sunt, fossile acerrimum & in aere maxime durabile, fontanum vero & iterata coctione ex marino paratum, corpori humano maxime accommodatum est atque proficuum; eo quod per ignis torturam, rigidiores, asperiores & acutiores ejus partes infringuntur ac tenuiores mollioresque redduntur, ne tam acriter carneas corporis fibrillas ac membranas aggrediantur, non tam altè sisdem sese insinuent easque rodant, neque tam promte scorbuto, ulceribus sanguinisque impuritati ancam & pabulum præbeant: quo nomine suspicendum in primis est nostrum sal, quod præter temperatam indolem, non solum in complexu suo fovet alcalinum amarum elementum, sed etiam facili negotio ex humorum vitalium connubio iterum eiicitur, iisdem non spissitudinem inducit, & promptissime peruriniorum meatus excretoria eiicitur. Proinde in Germania, & maxime in nostris his regionibus, salis Luneburgi & Halæ proveniens omni estimatione dignas est; quorum tamen prius durius est & acrius, id quod ex utriusque solutione, gustu explorata, innoteat, posterius vero ex plurimorum sententia ad ciborum, piscium, butyri aliorumque salfuram multo aptius est illo. Non quidem negandum est, Halense sal, ob alcalini connubium,

humiditatem ex aere in principio absorbere, & postmodum sublidere atque considerare, sed haud difficiliter fluxile hoc elementum ab eodem separatur, si nempe liquamen salsum, quod a glebis distillat, nec non illud, quod finita coctione remanet, non rurius salfugini in conceptaculo admiscetur. Accedit, quod licet sal nostrum recenter paratum humiditatis quipiam ex aere admittat; attamen si diutius in eodem detinetur, copiose ampliore & capaciore vase inditum, procedente tempore siccescit, compatum evadit ac durum, ut in aere perduret & sine liquationis periculo navigiis vehi & aliorum transportari possit. Humiditas enim partim inferiora petit, partim etiam acidum vitriolicum sal, quod in aere hospitatur, calcareum & alcalinum elementum, quod humiditatem absorbet, in fixiorem ac constantiorem statum traducit.

Commemorabile est, quod ex falso isto liquamine, quod guttatim a glebis decidit, per coctionem parari possit sal amarantisaporis, quod 24. horarum spatio aeri expositum madescit ac liquefit, & cuius ortus procul dubio sulphureæ & calcareæ terræ, quam salfugo perlabilis, tribuendus est. Quum enim ex acidi salis communis & terræ calcariae connubio, amarum sal emergat; plerique autem salsarum scaturiginum in nigrante aut bituminoso solo comprehendantur, aut terram calcariam, gypsum vel spatiformem perluant; hinc fit, ut aquæ præterlabentes partes quoddam sorbeant & secundo flumine secum auferant, quæ sal amarum, a LISTERO salis calcarii nomine insignitum gignunt, quod ob virtutem aperientem & discutientem non insalubre est, & in quamplurimis medicatarum aquarum deprehenditur.

Non minus memoratu dignum est, quod in fontibus, quos dicunt den Teutschen und Haeteborn, in fundo ad ipsius scabreæ ora compacti ac duriores salsi lapides, ex stratis quasi conflati, concrecant, qui eandem sibi vindicant originem cum lapidosa illa materia, quæ cortinæ lateribus

bus adhærescit, ac trium dierum spatio ad duodecim librarum pondus increscit, calcariæ scilicet, a salfugine in subterraneis montibus absorptæ terræ.

Tandem non prætereundum est, quod si salfugo unius fontis sola, nec cum aliis commixta, igni committatur, elicitum ex singulis seorsum sal, differentis quodammodo indolis sit. Namrum illud quod ex fonte *Sutgar* appellato paratur, reliqua candore ac mollitie antecellit, ex fonte *Teutsch* productum, minora granula obtinet & compactum est, e fonte *Hableborn* granosum, nitidum ac candidum est, ac denique id, quod fons *Metrik* largitur, non tam albi coloris est ac reliquis. Accedit quod salfugo fontium *Sutgar* & *Metrik* longe citius ac promptius ebulliat, quam reliquorum, eo quod aquam vehunt lœvam & mollem, quæ pingue limosum solum transficit, illi vero asperiorem & lapidosam, per calcariam & gypseam terram tenuentem usq; ad, trudunt. Hinc MATTHESIUS in *Sarepta* pag. 497. afferit, quod salis coctura cum unius fontis salifagine non commode adornetur & instituatur: & veteres sapienter constituerunt ac fanciverunt, ut ex confusa scatibrarum salifagine, sal conficeretur.

C A P U T IX.

D E

Efficacia ac utilitate salis communis, in primis Halensis.

Asseruimus jam in præfatione hujus commentationis, quod sal commune jure inter rerum conditarum præstantissimas, utilissimas & optimas connumeretur; nunc specialius paulo, brevibus tamen, ejus indolem, vires ac usum indagabimus & explanabimus.

I. Præcipuum salis communis est, quod in crystallos cubicas concrescat, sicuti nitrosum sal, prismaticam, & aluminosam sexangularem, sub coagulatione induit figuram.

II. Aqua communis nullum sal tanta

copia absorbet, quam commune; ita ut ejus libra sex uncias dissolvat, cum vix quatuor nitri unciae & minus adhuc aluminis & vitrioli pondus, in eadem liquecant.

III. Omnia alia salia hominibus non adeo sunt proficia, sed sæpius noxia; commune autem, nisi abundantiusingeratur, quotidie innoxie assumi potest: quinimmo hoc sal ipsam plantarum substantiam ingreditur, teste herba Kaly.

IV. Aer salinis particulis refertus homini non infert detrimentum, exemplo eorum, qui in salifodinis Polonicis, jugiter continentibus diebus, immo non nunquam noctu ac interdiu, labores obuent & vegeti, sani atque obesi sunt. Ipse quoque vapor, qui in casis salariis ex sale atque calore exfurgit, suavis odoris est ac saluber, aperitiva & exsiccante virtute præditus, quare etiam salinorum plurimi, robusti, sani ac validi sunt.

V. Eximia quoque salis virtus est, quam usu externo, arcendo putredinem, præstat. Veterum olim fuit mos, ut liberos recens natos muria abluerent, autumnantes corpus hac ratione firmari ac indurari, teste COELIO RHODIGINO in *S.lectionibus*, qui etiam memorat, Ægyptios mumiarum præparations & cadaverum balsamations salis operadornasse & perfecisse. Neque ignotum est varia non solum carnium ac piscium genera, si sale adspergantur, diu admodum conservari posse, in primis in sicco minusque calido loco, sed etiam plantas & succulos fructus, per salsuram a corruptione defendi posse, uti sunt cucumeres, asparagus, fæselus, cynarae ac cępe. Enim vero ad balsamationem humnorum cadaverum nihil æque aptum est & accommodatum, ac sal commune, aliis quibusdam salibus nuptum; quamodo, ipse ante aliquot annos, primarii cuiusdam aulæ viri cadaver, servidissima æstate obturavi & illibatum servavi. Et ipse omnes proponendum corporis humani partes, jam a decennio in liquore quodam, ex sale commune, aliis adhuc remixto, conflato, incorrupta-

ac tam vividas possideo atque asservo, ac si demum essent exempte.

VI. Non minor est utilitas, quam corpori humano & reliquorum animantium sal, interne adhibitum, concedit. Licet enim nunquam, nec in fluidis, nec solidis animalium partibus, ullum salis vestigium proprie deprehendatur, sed illud ipsum semper iterum per alvi, sudoris ac urinæ evacuatoria e corpore prescribatur; nihilominus tamen ejus usus ad morbos, qui ex humorum affluentia & corruptione oboriuntur, praecavendos, est sane præstantissimus. Videlicet, cum corpora animantium a putredine, in quam admodum prona sunt, per jugem atque perennem sanguinis humorumque cursum defendantur, sal autem fibrillas stimulando, hunc non solum intendat, sed etiam ut superflua ac noxia eo promittat per alvum, & ductuum urinam excernentium ostia foras dimittantur, & corpus a superfluis, acribus ac humidis partibus repurgetur, efficiat; nullum utique est dubium, quin sal, modice usurpatum, ab omnibus impuritatibus ipsoque scorbuto custodiat. Hinc etiam experientia compertum habemus, quod iis, qui parcus cibos sale condit, saepius morbis tententur, ac longe facilius multoque magis sanguinis impuritatem contrahant, iis, qui eodem sufficienter patuntur. Ex adverso autem nimius salis usus admodum inimicus est atque damnosus, eo quod hoc ipsum intimius carnis poros subiens, fibras ejus rodit, corredit, humoribusque infensam spissitudinem insert: id quod iis, qui jam sanguinem, lentescentem & crassorem alunt, motu corpus non exercent & parciunt, bibant, eo perniciosius est, & ad scorbutum, scabiem, ulcera atque doles præmissimum parat aditum.

VII. Præter memoratam haec tenus salis in animantium corpora operationem, peculiaris & commemorabilis adhuc est illa, quam in aliis, quæ vita & nutritione deservuntur, exserit. Videlicet aurum, nonnisi salis communis ministerio, potest dissolvi, & argentum, eipro contaminatum, ab ejus connubio,

adjecto sale, per coctionem commodissime liberatur. Præterea ex fracidis viniariis vasis, putidus odor, & ingruens corruptio, salitura calefacta præmissime abstergitur & removetur. Quid? quod testimonio & experientia præcipui cujusdam, & in re familiari exercitatis simi viri, compertum habeo, curculiones, damnoſa frumentis animalcula, funditus deleri, si granarium tempore vernali aliquoties fallugine eluvatur: equos quoque exoptatissime ali & a morboſis insultibus immunes servari, si equile nonnunquam fallo liquamine perfundatur & abstergatur, maxime si equi puitosis & catarrhosis contagiosis defluxionibus affecti, antehac in eodem fuerint detenti.

VIII. Accedit penetrantissimus, & præ omnium mineralium salium, maxime volatilis spiritus, qui ex sale cum argilla vulgari modo elaborari, vel etiam instillato sali, vitro indito, oleo vitrioli, instar subtilissimi vaporis exsurgens, leni admodum igne admoto, in objectum recepraculum propelli potest, & non solum ciborum cupiditatem augendo, solutioni stomacho egregie subvenit, sed etiam ad viginti guttas librae aquæ frigidæ instillatus, sitim & caloris vehementiam restinguat, bilis acrimoniam temperat, urinosum laticem movet, omnibusq; quibus sanguis exæstuat & bilis regurgitans intestina torquet, saluti est.

IX. Ultimo loco inter utilitates, quæ sali communi debentur, connumerandus adhuc est balnei siccii usus, in casis salariis, in iis illarum locis, quæ exsiccationi salis dicata sunt. Nimirum calidus ille, e sale exhalans vapor, sudorem validissime elicet, tumores discutit & catharros stagnantesque in carne & artibus humores resolvit atque dispellit, & proinde balneum constituit valde salubre, quod opportune tempore vernali & autumnoali, vena prius incisa & expurgata, leniori laxante prima regione, nec non epotis aliquot intusi Thee, aut herbae veronicæ, quo humores diluantur, vasculis, adhibetur. Tenedum tamen est, quod peracta sudatione, studioſe cavendum, ne frigidior aura corpori

pori adspiret; nec non, quod corpore succo & sanguine farto, ira facile exar-
descente, & ventriculo ac intestinis senti- na tenacis & viscidii humoris scatentibus,
circumspectior ejus usus requiratur quin-
imo nonnullam plane nocentissimum sit.

DE DIABOLI POTENTIA

In Corpora, Dissertatio Physico-Medica curiosa.

P R A E L O Q U I U M .

Non minus scite, quam vere, ser-
ptum reliquit PLUTARCHUS
Sypos. lib. 5. c. 7. *Quodammodo*
philosophiam tollunt, qui rebus
mirabilibus fidem non habent. Oportet
autem, quam ob causam aliquid fiat, id ra-
tione tractare. *Quod vero fiat, ex historia est*
sumendum. Quocum per pulchre conser-
tientis *PLINIUS Hist. nat. lib. 7. c. 1.* *Quem-*
admodum, inquit, multa fieri non posse,
priusquam facta sunt, judicantur: ita multa
quoque, que antiquitus facta, quia nos ea
non vidimus, neque ratione assequimur, ex
iis esse, que fieri non potuerunt judicamus.
Quae certe summa insipientia est. Quibus
sapientissimi & cordatissimi viri optima
ratione eos reprehendunt, qui historias &
res, quas vocant facti, eam obcaussam per-
negant, quia quomodo fiant, vel facta sint,
minus assequuntur. Jamdudum hunc er-
rorem animadventente Philosophi, utilissi-
mum hunc canonem considerunt: *Ab*
ignoratione modi, non valet consequentia
ad negationem existentie rei. Dici vix po-
test, quam frequenter ab hac regula de-
cedant, non tam Philosophi, quam ipsi etiam
Medici, qui dum experientiam & obser-
vationes rationi debebant ordine præfer-
re, & postea effectorum rationes scrutari,
contraria via sapienter incedunt, &
antequam, num aliquid fiat, nec ne? ex-
ploratum habent, protinus ad intellectum
& rationem configuiunt, & ex ea id pe-
tunt atque exquirunt. Verum enim vero
cum ratio hominis plurimorum effectuum
naturalium &que ac spiritualium causis
inveniendis atque detegendis plane inha-
bilis sit, & rarius judicium de rebus ege-
nauis principiis ac fundamentis deducatur,
hinc ratio plerumq; fallax & minus
recta exsurgit. Quare consultius est, prius
de veritate & fide historica circumspicere,

ubi agitur de effectibus, quam anticipatio-
ne intempestiva & præpostera ratione, in
rerum existentiam & modum inquirere.
Observavimus itaque, ex neglectu supra-
allata-regulæ, ingentem dissentientium
opinionum varietatem oriri, etiam quando
agitur de potestate malorum spirituum,
adeo, ut sint, qui nimium diabolo & incan-
tationibus sagarum tribuant, eaque, que
ex mere necessariis & physicis caussis
fluunt, hisce adscribunt, cum aliis contra
plane nihil potentia diabolis concedant,
imo operationes ejus in corpora penitus
negent, eo quod, id rationis principiis con-
sentaneum non esse judicant. At vero his
breviter reponimus: cum ad facti cuius-
dam confirmandam veritatem bini aut
terni testes omnium gentium consensu
sufficiant, nos quidem suspicari non posse,
cur ea demum neganda videantur, que
omni hominum memoria ab universis
gentibus credita, a Theologis pariter ac
Philosophis & Medicis prudentissimis
miro consensu observata, sacri codicis te-
stimonio firmata, & tot denique magistra-
tuum editis ac judiciis, ipsaq; reorum con-
fessione stabilita legitimus. Certe in rebus
facti sola auctoritate est nitendum, que
tamen omnino rejicienda est in aliis, quas
ratione & intellectu assequimur. Num au-
tem majori unquam autoritate historia
factorum firmata, & robusta sit, quam
ea, que docet varios effectus diaboli in
corpora naturalia & hominis, merito an-
ceps hæreo? Nihilominus opere pretium
duco, probe perpendere illa ratiocinia,
quibus adducti nonnulli alia omnia statue-
re non dubitant: Providendum enim,
ne nimium, & ne nihil tribuamus
diabolo, memores eorum, que a PLU-
TARCO H.Q. sapientissime monen-
tur in Vita Camilli pagina 132.

ποῖς τοιότατοι καὶ τὸ πιστεύειν σφόδρα καὶ τὸ οὐκ
απιστεῖν εἰσισφλέτερότι, διὰ τοῦ ἀθρωτοῦ
εἰδέναι, ὅτου ἐχότει αὐτός, οὐκ εἰκό-
νημένον, οὐκ μάτιον δεσμούμενόν τούτον,
οὐαδὲ εἰσόλιγωρίαν τοῦ θείαν καὶ περιφρόνη-
σιν. οὐδὲ ἐνλαβεῖν καὶ τὸ μιδὸν ἔγκυον κείσον.

Talibus nimium credere, aut nimium dis-
fidere periculose est, propter humanam
infirmitatem, que fines non habet, ne-
que sui compos est, sed fertur interdum
quidem in superstitionem, interdum vero
in neglectum & contentum rerum divina-
rum. Metus vero, Οὐ ne quid nimis,
optima sunt. Quapropter videndum Phi-
losopho, quid valeat & non valeat dia-
bolus, & an omni tempore & in omni-
bus subjectis id præstare possit? Suscep-
tus in præsentiarum hunc arduum & gra-
vem laborem, citra tamē ullam præ-
occupationem, vel ullius injuriam. Ne-
que hanc tractationem a foro nostro alien-
nam censemus: nam qualis sit differen-
tiam inter spiritum & corpus, & quid-
nam corpora pati queant a spiritibus,
aut nequeant, nemo exactius, nostra
fententia, poterit ad liquidum perducere,
quam Physicus & Medicus. DEUS
autem fons & auctor omnis lucis, & de-
structor omnium tenebrarum, operumque
diabolicorum, etiam hac in re ad
nominis sui gloriam proximique emolu-
mentum nos ducat in omnem veri-
tatem!

§. I.

Antequam autem ad ipsam rem ejus-
que tractationem pressiorem nos
accingamus, & num dæmon possit age-
re in corpora? disquiramus; ordo & in-
stituti ratio postulare videtur, ut primo
omnium, quid vocabulo diaboli velimus
intellectum, in medium adducamus. Est autem diabolus, communis omnium
cum Theologorum, tum Physicorum &
Medicorum, consensu, spiritus creatus,
finitus, nocentissimus, certa potentia
in creaturas, maxime in hominem,
præditus. Spiritum eum esse dicimus,
quoniam ejus natura atque essentia est ab
extensione & repleione certi circumscrip-
tique spatii remota, impenetrabilitatis
& divisibilitatis expers, denique quo-

niam intelligendi cognoscendique facul-
tate, nec non voluntate, est præditus.
Creatus porro est, quia dependentiam
atque existentiam, id est originem suam,
supremo illi ac infinito spiritui debet. Fi-
nitum etiam & limitatum vocamus, non
modo ratione essentia sua, sed & opera-
tionum, siquidem tum ipse, tum uni-
versa ejus potentia, infiniti illius ac in-
creati spiritus imperio subest. Præterea
nocentissimum diximus, cum eo discri-
mine a beatis illis mentibus quam maxi-
me se jungatur. Tam depravata enim
est ejus voluntas, ut liberrimo impetu
in malum feratur, Deoque non minuse
quam hominibus perpetuo reluctetur,
nihil existimans cura ista ac cogitation-
antiquius. Ex quo colligere licet, ca-
codæmonem ad omnem malitiam, frau-
dem, odium ac perditionem esse profi-
cissimum, cum bonorum contra spiri-
tuum, summus sit amor summaque be-
nignitas. Sed & potentiam diabolo tri-
buimus. Cum enim nulla omnino sit
res creata, quin potentia sua gaudeat:
diabolo sane illa tanto minus videtur de-
neganda, quanto spirituum natura reli-
quis creaturis est sublimior. Postremo &
in homines potentiam ejus sese exserere
diximus: idque non tam ratione mentis,
pure & sine corporis commercio operan-
tis, quam earum facultatum, quæ cor-
poris utuntur ministerio. Quapropter
in eam animæ partem, quæ phantasia
dicitur, mira ejus est energia; nec mi-
nor in ipsa corpora, tametsi eam limiti-
bus suis divinitus circumscriptam esse,
ultra fateamur.

§. II. Jam primo omnium eorum ra-
tiones expendemus, qui licet esse diabo-
lum, non inficiantur, ipsum tamen in
corpora quicquam posse, negant. De-
prehendimus vero ex Philosophis &
Theologis maxime eos, qui Philoso-
phiam Cartesianam profitentur, huic
fententia pollicem premere. BALTH.
BECKERUS, qui in opere, quod
Mundum fascinatum inscripsit, conso-
pitas eruditorum concertationes de spiri-
tuum operationibus denuo resuscitavit,
eo prolapsus fiduciae, ut diabolo non
minus

minus quam veneficis, omnem homines Irdendi, aut in longinquis morbos conjiciendi, potestatem adimeret. Verum enim vero, ut fundamenta, quibus periculosa opinio innititur, consideremus, res omnis tanquam ab ovo repetenda videtur. Occasionem huic errori dedit ipse CARTESIUS, dum Deum caussam proximam atque immediatam motus, in corporibus obvii, statuit. Ex qua perniciosa sententia (ut solet mira esse errorum fecunditas) novus error natus est, videlicet, quod dæmones nihil in corpora possint. Corpus enim sibi concipiunt tamquam materiam, in se mere passivam omnisque actionis expertem, id est, extensam tantum & divisibilem. Itaque ut actionis capax sit, necesse est principium aliquod activum accedat, quod vim, vigorem ac vitam ipsi insipiat. Porro hoc principium non materiale esse posse existimant, (quum omne extensum non nisi passivum sit,) nec finitum, quum nec id motum in universo hoc tam vasto & tot corporibus repleto præstare possit: hinc nihil superesse, nisi ut ipsum DEUM immediatam omnis motus caussam esse fateamur. Atque ita per pulchre, ut ipsi opinati sunt, demonstrationem de Deo adornarunt. At vero, si una sententia in Theologia non minus ac Physica, innumeris gravissimisque erroribus viam pandit, certe haec ipsa est, quam modo explicavimus. Demonstrari quidem hac ratione potest, Deum esse, sed ita, ut inter Deum & mundum parum relinquatur discriminis. Et haec sunt istæ syrtes, in quibus BENE-DICTUS SPINOZA naufragium passus, omnem religionis sensum amisi.

Ensinum quod nulla agendi vi pollet, nullam profecto figuram, nullam formam ac dispositionem potest retinere. Quos effectus tamen, dum materiæ vulgo tribuunt, creatoris rerumque creatarum essentiam atque effectus manifesto errore confundunt. Fingamus bestiam fecisse pauperiem, aut hominem infortunio mactasse: ecquis erit tam emotæ mentis, ut Deum id fecisse, proximamque suisse hujus damni caussam dicat?

Ego vero expensis rebus omnibus, quæ huc facere videntur, rationibusque subductis, hanc feci cogitationum mearum summam: Quodsi enim virtus illa corporibus indita, qua agunt, qua operantur, qua movent alia corpora, esset essentialis divina, sequeretur, quod Deus sit principium activum corpora constitutens, quoniam a materia, seu passiva, nulla actio, nulla operatio, proficiisci potest. Creator est substantia, sive vis quædam infinita, pure activa, & causa ac fons virium omnium, quas in rebus creatis deprehendimus. Creaturæ autem nihil aliud sunt, quam vires quædam substantiales finitæ, ad agendum & patientium aptæ. Dependent videlicet originaliter universæ creaturæ, & vires, ipsis inditæ substantiales, que fontes sunt earum operationum, ab ipso Deo, qui omnipotenti suo verbo eas condidit, perpetuoque conservat ac sustinet. Acciperunt itaque corpora a Deo virtutem internam moventem, quæ simul patitur, hoc est, quæ actionem alterius corporis recipit. Falsum itaque est earum vim immediate esse divinam. Res autem longe clarius patebit, si eam conferamus cum nostris cogitationibus. Haec sunt, consente doctorum judicio, actus mentis, ex interna ejus virtute, eaque finita, provenientes. Sane enim Deus non est, qui ia nobis cogitat vel vult, sed mens nostra propria cogitandi & volendi gaudet potentia. Nihilominus generali Dei concursu, ut cogitemus, opus est, siquidem sine eo ne cogitaremus quidem. Ita etiam corpora moventur virtute propria, ad cuius conservationem universalis divina opus est.

§. III. Ulterius, Deum non esse causam proximam, quæ moveat corpora, non infimi ponderis argumento, a posteriori petito, potest declarari. Videlicet phantasia matris, foetum gerentis, a nullo fano homine unquam venditatur pro Dei actione immediata, sed omnium consensu est, operatio animæ maternæ. Jam autem certum atque compertum constanti experientia est, perversam matris phantasiam, sæpen numero penitus tur-

turbare ac pervertere posse foetus formationis in utero negotium. Quod si vero Deus existimatur immediate formare fœtum in utero, secundum placita Cartesianorum, sequitur exinde, quod actio matris possit turbare Deum in suo opere, id quod impium & a sana ratione alienum jure meritoque est existimandum. Quoniam igitur Cartesiani adhuc constanter in hac fuere sententia, Deum praestare immediate motum in corporibus; hinc eo principio adducti, non possunt sibi persuadere, diabolum agere in corpora eaque movere, cum nullam potentiam habeat in Deum, qui proxime auctor sit motus & ordinis in creaturis. Sed destructo hoc falso fundamento, cui subternitur eorum sententia, sicuti jam copiose & solide factum esse existimo, concidit simul uno istu assertum illud præposterum, diabolum agere in corporan posse.

§. IV. Proximum jam est, ut etiam reliqua, quibus ad tollendam diaboli vim in corpora utuntur, argumenta, perlustremus. Dicunt videlicet, spiritum non posse agere in corpora, quoniam substantia saltim est cogitans, intellectu & voluntate prædita, quæ nullam convenientiam habet cum motu corporum. Colligunt porro omnem motum fieri per contactum: inextensam autem substantiam corpora non tangere posse, hinc & diabolo efficaciam corpora movendi esse denegandam. Hisce respondemus: certissimum esse, nullum corpus, consideratum in se, non posse efficere motum, sed ad minimum duo requiri. Motus enim est actio non unius corporis, sed duorum, ubi unum movet, alterum motum recipit. Ordinarie itaque communicat movens suam vim per contactum cum corpore mobili, & tali ratione unum corpus movet alterum. Questio vero est: num corpus moveri queat, sine alterius corporis actione, vel impressione virtutis in ipsum, & quidem per aliam substantiam immaterialem, nempe spiritum? Quam ob causam autem id non fieri possit, equidem non video. Nam si consideremus, cujus in-

dolis sit vis ista, quæ corporibus in motu inprimitur, certe non alia est, quam immaterialis. Nihil enim corpus, quando celerrime impellitur, materialitatis ut ita dicam, recipit, nihil ipsi additur, vel moventi derogatur, nam unum corpus infinitum, id est, absque fine, sine diminutione virium suarum, motum provocare in aliis corporibus quiescentibus potest. Et ut verum fatear, vis illa substantialis, quæ omnium operationum, id est, motionum in corporibus caussa & fons est, non alia quam immaterialis, dicenda videtur. Omnem enim substantiam & essentiam creaturarum colloco in immaterialitate. Cum itaque spiritus sit substantia immaterialis, summe activa; quæde caussa vim suam non possit etiam cum corporibus communicare, non intelligo. Si qua forsan exinde nascatur dubitatio, quod inter vires spirituum & corporum ingens discriminem sit, nullaque detur inter ea communio: singamus, & hoc ita se habere. Interim sufficit nobis, quod negari nequeat, spiritum excitare posse vim eam, quæ est in corporibus, motricem. Nam omnia corpora instruta sunt vi movente & mobili, quamvis DEUS talementem legem tulerit, ut non nisi vel excitata ad motum, vel facta communicatione virium ab alio corpore, moveantur. Sed quid opus est longa disputatione? Ubi rerum adsunt testimonia, exulent ratiocinia. Quid enim clarius ac magis obvium est, quam ad nutum & voluntatem animæ nostræ spiritus animales movere haec vel illa membra? Equidem ipsa anima non immediate movet musculos, manus vel pedes, sed ipsi spiritus sic dicti animales, elastica & subtili materia constantes, illud exsequuntur, unde influxu ipsorum per nervum obstructum cessante, etiam voluntas animæ efficacissima nihil peragere potest. Nihilominus imperat potius mens, quæ spiritualis prosapia est, fluido nervo, sive excitat & dirigit virtutem motricem. Ex quibus clarissime patet, spiritum utique solo suo desiderio & voluntate, (quæ actiones certe non sunt materiales, sed immateriales,) ad motum cer-

certum posse incitare corpora . Destru-
ctis itaque , vel certe multum labefacta-
tis , eorum , qui Satanæ denegant ope-
rationem in corpora , fundamentis , pro-
ximum jam est , ut , quid diabolus pos-
sit & valeat in corporibus , & quid non
possit , circumspiciamus .

§. V. Primum unanimis est saniorum
sententia , diabolum nulla posse edere
miracula . Antequam hoc demonstre-
mus , opus erit , ut genuinam miraculi
indolem , quanta poterimus brevitate ,
indagemus . Miraculum autem est effe-
ctus supernaturalis in ipsis corporibus ,
id est talis , qui cursum , qui ordinem ,
qui vires naturæ transcendent . Nam om-
nipotens rerum Conditor , non modo
certam vim atque energiam ad agendum
cuvis corpori indidit , sed & ex liberi-
tate voluntate atque arbitrio voluit , ut
actiones & reactiones corporum inter se
certo ordine , quem legem recentiores
appellant , fierent , e. gr. omnis motus
sit ab inæqualitate virium , seu quod
idem est , corpus , quod moventis vice
fungitur , majori efficacia motrice in-
structum esse debet , ac mobile . Porro
corpora in æquilibrio constituta , que-
scunt . Movens communicat cum mobili
quandam vim motus . Motus celeritatis
compensa pondus , sive motum gravita-
tis ; & quæ sunt hujus generis plura .
Secundum has leges motuum eduntur
omnes , qui in universo conspiciuntur ,
effectus corporum . Quodsi itaque occur-
rit effectus quidam , qui revera est supra
istum ordinem , neque ex natura motus
explicandus , quique non conformis est
viribus corporibus inditis , dicitur ille
stupendus sive miraculosus , v. g. si cor-
pus specie gravius , in fluido specie levio-
ri non descendat ; si foemina pariat sine
mare : si ignis non accendat corpora igni
concipiendo apta ; si corpus mortuum &
jam putridum ad vitam revocetur . Hæc
vera dicenda sunt miracula , cum extra
solitum naturæ cursum & ordinem pro-
ducantur . Et hæc nemo efficere potest ,
nisi ipse DEUS , auctor naturæ , qui
omnium virium creatarum centrum ac
fons est , quique leges has sancivit , unde

a nulla creatura hæ leges suspendi atque
tolli possunt , præterquam a DEO , qui
solus hac prærogativa gaudet . Et revera
omnia miracula , quæ a Deo & Christo
edita esse in scriptura sacra memorie pro-
ditum est , ingeniose explicari possunt ex
hoc principio , id est suspensione legum
motus , quæ de re latius videri potest D.
CONNOR. in *Evangelio medico* .
Excluditur itaque merito diabolus ab
omnibus miraculis & stupendis ef-
fectibus , quia nullum jus habet in
ordinem naturæ . Tametsi enim ali-
quid facere queat , fieri tamen id non
nisi mediante hoc naturæ ordine pot-
est .

§. VI. Primo igitur nascitur quæstio-
num diabolus corpora humana per aerem
transferre atque evehere queat ex uno lo-
co in alium ? Dicimus autem rotunde , in
diaboli potestate id non esse positum : es-
set enim hoc verum miraculum . Nam
quoniam corpus humanum , fluido aeris ,
vel bis centum ac ultra vicibus præponde-
rat , diabolus vel tollere corporis humani
gravitatem , vel aerem effacere corpore
hoc graviorem deberet ; id quod esset
miraculum . Equideum haud ignoro a
Theologis quibusdam alia omnia statui ,
dum ex Novo Testamento proferunt
exemplum Salvatoris nostri a Satana sta-
tuti supra pinnaculum templi & in mon-
tem excelsum evehti . At vero refutavit
hoc ipsum Origenes , qui notat Domini-
num secutum quasi athletam ad tentatio-
nem sponte proficiscentem , & veluti
in hanc sententiam loquentem : Tu in-
venies me in omnibus fortiorem . Dein-
ceps quæ vulgo traduntur de transvectio-
ne sagarum in montem Bructerum , meræ
sunt fabulæ , infomia & illusiones sagar-
um diabolicæ . Nobismet ipsis enim
non ignota sunt exempla sagarum , quæ
in vinculis publicis habitæ , custodiis
que servatæ accuratissimis , si quando-
e gravi somno expergeſierent , in re-
motissimis montibus una cum multis
peregrinationis hujus sociis se fuisse
jactarunt . Spectat huic egregia histo-
ria relata a GODELMANNO in
Tractati de Magis lib. II. cap. 4. Mulier-
quæ .

quædam Megalopolitana in crimen vocabatur, ac si conventiculis sagarum in Bructero sèpius interfuisset. Fidem rumori denegabat dominus nobilis, cui mulier ista serviebat. Exploratus tamen rem, caussam cognovit, & a muliere tulit responsum, cras eo sibi esse avolandum. Nobilis, adscitis Pa-store & domesticis, mulierem diligenti pustodia servabat, coram, quid de ea futurum sit, spectaturus. Sed misera illa unguento quodam se illinens, tam alto obruebatur somno, ut nec illa nocte, nec postridie posset excitari. Expergefacta demum, una cum aliis beneficis in Bructero se fuisse ob-sistente asseverabat, nec errorem hunc ex animo sibi evelli patiebatur.

VII. Secundo loco quæstio occurrit: num dæmon transmutare queat corpora, v. g. an ex metallis ignobilioribus possit facere nobiliora, an ex rebus animatis organica & viva producere valeat? ad quam respondemus: neoti-quam in potestate ejus hæc esse posita. Forma videlicet corporum consi-stit in certa & specifica partium, mixtum aliquod constituentium, disposi-tione, situ, figura ac magnitudine. Et transmutatio unius corporis in al-terum fit, quando textura, schema-tismus & crasis partium, qua gaudet corpus, mutatur, & alterius texturam ac dispositionem partium & pororum induit. Ita videmus, alimenta mutari in chylum, hunc in sanguinem, in se-rum & lympham, hæc in ossa & car-nem, carnem denique in putredinem abire. Non autem verisimile est, dæ-monem ullius corporis essentiam inti-mam & constructionem ejus, partiumque connexionem exquisite nosse, quamvis de eorum effectibus & cor-porum operationibus, quin eas sciat, non dubitemus. Si enim sciret mixtio-nem corporum, & ad ejus nutum fer-viret hæc rerum visibilium materia, diversissima corpora posset produce-re, quod tamen solius DEI opus est. Tanto minus corpora organica, vel Principium eorum, nempe seminium

quoddam, formare poterit. Nullius enim creature, sed solius DEI est, nullum semen, quod natura non effi-cit, producere. Omnia autem organi-ca & viva corpora, ex seminibus ori-ri ordinario naturæ cursu, certissimum est. Obiiciunt quidem, Pharaonis ma-gos, incantationibus suis fratres, virgas da-monis ope transformasse in veros dracones, sicuti & Moses fecit. Ve-rum non patiuntur rationes nostræ, ut iis adstipulemur. Negri non po-test, Mosen, quo omnipotens DEUS legato ad Pharaonem usus est, divini verbi virtute virginem revera in vivum draconem, aquam in sanguinem trans-formasse, quo ipso edocuit, se a DEO, infinito illo rerum conditore, cujus solius est creare, & res vere transmu-tare, missum esse. Quando autem ma-gos Ægyptios divina hac miracula imitatos esse scriptura refert: nemo profecto, qui paullo accuratius rem expendit, veram hanc fuisse metamor-phosin intelliget: multoque putabit probabilius, magos carminibus suis fecisse præstigias, Regisque oculis veluti simulacrum quoddam serpentum objecisse. Unde & præstigiis istos serpentes, egregio vanitatis eorum ar-gumento, serpens a Mose productus deglutiit, quemadmodum mendacium a veritate absorbetur. Idem censem-dum est de immutatione aquæ, qua sine dubio pauca fuit in vase conser-vata, in rubicundum colorem, ut & de ranarum productione mere imagi-naria; qua de re latius legi meretur WIERUS de præstigiis dæmon. lib. 2. cap. 8.

VIII. Cæterum & hæc quæstio meretur ventilari: an diabolus verum possit assumere corpus? Negamus id de vero ac impenetrabili corpore; de imaginario autem & apparente conce-dimus. Ipse enim peritissimus artifex, atque ob diuturnam experientiam summus Physicus, & Opticus, facillimo negotio ex commixtione diversorum corporum, præsertim fluidorum, va-riaque dispositione lucidi cum opaco, quo-

quosunque vult, colores exprimit, ut, quæ nusquam sunt, tamen, quasi essent, ab hominibus conspiciantur. Sane conspicimus nubes, quæ nonnisi vapores aquei inter se collecti ac coacti sunt, saepius varia corpora representare, adeo ut castella, palatia, umbrosi sylvarum tractus, lucis & umbræ mirifica mixtura, producantur. Nullum enim est dubium, quin extrinsecus talia efficere, & intrinsecus etiam phantasiam hominum, in quam magnam habet potentiam, varie ludificari possit. Diabolus quidem hominum, & mortuorum, & adhuc viventium, formam assumere potest, variis sub simulacris. Sic in mulieris forma sese obtulit Curtio Rufus: senis macie ac squalore confecti specie Athenodoro Philosopho, referente PLINIO SECUNDO lib. 7. Epist. 27. Cassius Julianum Caesarem, jam mortuum, sive dæmonem, ejus imagine induitum, in prælio vidit, humano habitu angustiorum, equo in se impetum facientem. Vid. VALERIUS MAXIMUS lib. 1. c. 8. Plura exhibet exempla FROMMANNUS in Tract. de Fascinatione pag. 786. Pariter etiam brutorum formam assumere diabolus potest. Referendam quoque ad illusiones phantasie existimo evocationem Samuelis e terra, solito corporis habitu & vestitu, futura prædicentis, nisi, quæ nonnullorum Rabbinorum est sententia, omnia a muliere relata mera mendacia arte conficta fuerint.

§. IX. In disquisitionem jam venit: num diabolus dæcos & prudentes homines facere queat? Nota enim sunt quæ vulgo tradi solent de spiritu eruditorum familiaris. Veruntamen cum anima hominis lumine quedam intellectus insito constet, cuius auctor est ipse Deus, & hoc lumen in se summe sit bonum, non video, qua ratione in id agere diabolus, vel excitare ac perficere id ipsum, quod diximus, queat. Et cum prudentia, sapientia, sanæque rationis usus sint dona & bona, quibus perfectio spiritus humani absolvitur:

tur: ab essentia autem diaboli plane sit alienum, quidquam vere bonum efficere: (nam ejus operatio non nisi damnosa & summe noxia est, (colligo exinde, nequaquam a malo dæmonie expectandum esse, ut vera doctrina, prudentia & judicio imbuere queat animam hominis. Obiiciunt quidem, multa docere posse dæmones, de iis rebus ac actibus, quos exquisite norunt. Verum id rem nondum confidere videtur. Diabolum variis ideis objectis in phantasiam agere posse, utraque manu largimur, nec dubitamus, quin sæpenumero sagis ac mancipiis suis varias species intelligibiles, variisque res ad speciem veri confictas, representare queat: verum aliud est materia eruditionis, aliud ipsa forma; & aliud est veritas, aliud fictio. Pulchre scribit MAJOLUS dierum canic. Tom. 2. colloqu. 3. pag. 169. Illa quæ a Deo sunt in excellentibus, ingenio, rectis & naturis heroicis, diabolo iuuentur, non imitabilia sunt. Nam tenebrarum princeps potius offundit tenebras, vel certe mille fraudibus & erroribus incrastat suam, quam largiri videtur, sapientiam. Omne donum bonum & perfectum descendit a Patre luminum. Alia autem quæstio est: num arte dæmoniaca juvari & amplificari queat memoria? Proferuntur hanc in rem varia exempla apud JORDANUM in libro de eo quod divinum est in morbis cap. 9. c. 34. Veruntamen timendum hic est, ne confundamus effectus quosdam naturæ extraordinarios cum operibus geniorum malorum. Memoria partim spectat ad animæ facultatem imaginativam, & hinc phantasiam habet pro fundamento, partim etiam ad dispositionem & conformatiōnē filamentorum ac pororum cerebri. Si ergo dæmoni quædam potestas in memoriam concedenda est, eam demum intelligendam esse memoriam arbitramur, quæ phantasie uitur ministerio. Hanc enim, præterim in impiis, impressis quibusdam a dæmonie ideis, sublevari posse, admōdum

dum verisimile est. At hæc non est vera memoria , sed transitoria tantum , superficialis , ad certos duntaxat actus & ad certum tempus restricta : ad veram enim memoriam dispositio certa cerebri , quæ retinet firmiter idearum vestigia , requiritur . Nullo modo autem diabolus in constructionem & conformatiōnē ulius partis internæ habere potestatem constanter asseveramus .

§. X. Tandem & illud gravis momenti excutiendum est problema : an diabolus corpora solida , magna , animata & inanimata , sua virtute pro lubitu hinc inde loco movere possit ? Hac in re , ut verum fateamur , omnem vim existimamus diabolo esse denegatam . Nam ex certis indubitatibusque operationibus atque effectis tantummodo judicare Philosophus debet , quid creatura possit & non possit . Inde ; cum non obvia sint luculentæ fidei exempla & testimonia , ex quibus appareat , quod diabolus sua vi corpora solida , compacta , insignis molis & gravitatis , huc vel illuc traduxerit , jure meritoque hunc effectum in dubium vocamus . Evidem ita comparata est natura spirituum , nullum ut corpus , si accurate loqui velimus , moveant . Non enim verâ illa ac adæquata motus caussa spiritus est , sed dirigere tantum certos motus corporum , vel certi generis corpora excitare potest ad motum , quod patet ex indole animæ nostræ , quæ non propria sua virtute ullum corpus extra suum domicilium movet , neque ipso in corpore in omnes partes idem jus movendi habet ; (nam pro lubitu cordis , arteriarum , ventriculi , intestinorum motum vel suspendere , vel augere non potest ,) neque etiam immediate & proxime voluntas animæ , vel ullum articulum vel musculum manus aut pedis movet , sed alio agente interveniente , cuius motum dirigere & cui imperare potest . Ex quo intelligimus , quoniam spiritus non sunt creature , propria virtute moventes , ipsis non competere in corpora promiscuam , liberam & necessariam facultatem movendi , sed potius certis modis , conditionibus & limitibus restrictam .

§. XI. Multo minus autem hinc diabolus penetrationem dimensionum in corporibus caussari potest , neque efficerre , ut corpus majus transeat per spatiū minus proportionatum , id quod omni naturæ , & omni physico principio repugnat . Utpote summum Numeri universa in certa mensura , numero ac pondere constituit , & activitatem ac vires cuivis rei creatæ attribuit , quam divinam legem diabolus nullo modo mutare potest . Quicquid itaque de cuti impenetrabili , ipsisque gladiis & globulis obstante , jactant , item , quod gladii aciem præsens diabolus obtundere ac recurvare , & globulos ad cutem protrusos repellere dicitur , mera sunt figmenta , destituta claris & evidentibus documentis : ac evenit quandoque , aciem gladii adigi in os sterni , quod penetrare neutiquam potest . Contingit etiam , globulum non sufficienti pulveris pyri virtute adactum , vel ob loci nimiam distantiam enervatum , non pervadere cutim , qui extraordinarii eventus non protinus in praefligias dæmonum sunt transfundendi . Ceterum perulgatus est rumor , Lappos & Finnos callere tales artem , sed occasio erroris exinde nata fuit , quod docuerit experientia , non tam subito & facile , gravi utut percussione , durisque etiam instrumentis facta , ipsis occidi . Ratio autem est in proclivi : nam ob frigidum & constringentem , in quo degunt , aerem , hi populi ossa habent longe compactiora , solidiora , majora , quæ non tam facile perfringuntur , quam ea , quæ nostrarum regionum incolæ habent .

§. XII. Perspectis igitur iis , quæ denegata sunt malo dæmoni , operationibus in corpora naturalia , maximeque humana ; jam ipsa res institutique ratio exigit , ut exposita sententia nostra , dicamus : quænam diabolus possit agere , siue quanam potentia in corpora ipsumque hominem utatur ? Primo omnium autem dicimus , cum diabolus sit spiritus , cuius voluntas nocentissima , intellectus autem penitus confusus , tenebris erroribusque corruptus sit , ipsum cum creaturis , quæ itidem sunt spiritus , majorem habere

here communionem, communicationem, commercium atque societatem, quam cum ipsis corporibus, quae sunt naturae ipsi heterogeneae. Unde, si quis eo perversae temeritatis proruat, ut neget diabolum: non poterit melius convinci, quam ut in se ipso, & impiorum hominum, propensionibus atque actionibus, ipsum querat ac demonstrat. Quis enim negabit, in unoquoque hominum nos quandoque nasci pravas, voluntatique divinae adversas inclinationes, cogitationes & ad peccandum stimulos? quorum caussam & originem non possumus adscribere Deo, qui omnis boni, omnis lucis, omnis vita atque salutis potius caussa & fons est. Hic potius monita stimulusque ad bonum, & ad resistentiam mali suggerit fidelibus suis, ut pravas malorum spirituum suggestiones animadvertant, pulcherrimoque triumpho devincant. Nam ut rem clarius exprimamus. Deus hominem condidit bonum, ut ejus intellectus lux splendida & pura esset, qua bonum pervidere & a malo distinguere posset. Voluntatem quoque condidit liberam atque idoneam ad bonum secundum & malum fugiendum. Si jam velimus inquirere in tristissime illius catastrophes & metamorphoseos caussam, qua factum est, ut jam ipsis hominis intellectus errorum tenebris oppressus conspicatur, & voluntas perpetuo ad malum teratur: injuriis quis esset in Deum, si caussam ipsi velit assignare, sed ipsa fatente revelatione & sana ac restituta ratione, auctor hujus corruptionis & miseriae ipse diabolus est, a quo omne malum, ceu a fonte suo, derivatur. Videamus, proh dolor! inde luculentissime malorum actionem spiritualem in hominem. Neque dubitandum, quin perpetui ejus influxus, & operationes in impios adhuc durent, ac ne ipsis quidem pauci fideles ab eorum impetu immunes sint.

§. VIII. Omnium autem optime nomina, quibus insignitur diabolus in S. Scriptura, ostendunt, omne malum in universo terrarum orbe, inque ipso homine, ex diabolo suam adsciscere originem. In HIOBO dicitur Behemoth, & Leviathan, cuius virtus existit in lumbis ejus, & robur illius in umbilico ventris

sui: illecebris enim venerem voluptatis; quæ circa lumbos & umbilicum præcipue sentitur ac perficitur, frequenter hominem impugnat. Exprimitur etiam hoc ipso ejus natura admodum potens & perversa, quæ omnem humanam naturam everteret, nisi divina omnipotentia habens coerceretur. Vid. integrum HIOBO cap. 40. 41. In TOBIA dicitur Asmodeus, id est, spiritus coecitatis, destruetor, peccati abundantia; in NOVO TEST. Voce Syriaca Mammon, id est, cupiditas divitiarum: Diabolus Græcis, calumniator: Cacodæmon, id est, multas res perverse sciens; Hebreis Satan, hoc est, adversarius, qui omni bono resistit, qui omnibus nocet. In APOCALYPSI Hebraice Abaddon, Græce ιαπετός, perditor sive perdens. Et passim in novo & veteri Testamento mendax, impostor, immundus, spiritus fornicationis, leo, qui aperto marte nos invadit; draco, qui in occulto nobis insidiatur, serpens antiquus, propter occultum venenum, & occultas a longo tempore insidias. Spiritus furoris: Spiritus impurus: Spiritus, Princeps hujus mundi: Rex super universos filios superbia, qui seducit totum terrarum orbem. Quibus nominibus, quæ rerum & operationum cujusdam substantiae semper sunt characteres atque insignia, Deus in S. literis latissim docet, quantos effectus, quantumque potentiam hic spiritus habeat in hominis nobiliorem partem, animam puta, quam funditus pessum dare, nisi Dominum haberet & superiorem Deum.

§. XIV. Postquam consideravimus, quam ingentem & horribilem diabolus habeat potentiam in sui generis creaturas, nempe spiritus, quæ natura ipsi quasi essentialis & primaria est: utile jam erit, ut circu. uspiciamus, quod nostri maxime est instituti: quid valeat circa corpora? Ut igitur nostra fert opinio, ea potentia in corpora diabolo magis secundaria, quam primaria, simulque valde limitata & circumscripta est. Assignamus itaque ei potestatem in fluida corpora, & per haec tandem in alia. Princeps autem fluidum catholicum, quod interiacet terra & planetarum spatiis, & magna potentia

pollet in omnis generis corpora, est aer & æther, quem vario modo dirigere, & cui imperare potest, ut hos vel illos subeat motus. Probamus id primo ex ipsa S. Scriptura. Dicitur enim ibi non sine ratione Princeps aeris, qui suum dominatum & suam potentiam in eo habet. Ephes. 2. v. 2. Quæstio vero hæc potissimum in dilquisitionem venit: num pro lubitu ipsum aerem mouere possit? Dicimus autem rotunde, quod spiritus non sit causa adæquata motus in corporibus, atque adeo nec in aere: sed potius quod certam potentiam atque dominium in fluida, quæ jam, ipsa vi motrice instruta sunt, habeat. Apparet id clarissime in corpore nostro, in quo ipsum fluidum nerveum aereo-elasticum, in lymphâ cerebri & nervorum ipsoque sanguine, est causa primaria motus in musculis. Nihilominus anima a Deo facultatem habet concessam, limitatam tamen & certam, duntaxat in quibusdam membris imperandi hisce spiritibus motum. Hoc modo etiam res sepe habetur videtur cum diabolo, qui non causa motus est in aere, sed ipse aer mobilis facultate jam est instrutus: nihilominus ipse habet quoddam imperium in aerem, eum ad certum motum determinandi, quod tamen etiam non sine singulari permissione Dei exercere potest. Hinc fluit, ipsum dæmonem utique, varias species corporum phantasticas, tam hominis quam animalium, ex aere vaporoso, sub luce & umbra varie & artificiose collecto, comode induere posse: unde apparitiones spectrorum non sunt de nihilo, & vetustissimis monumentis, sacra quoque scripturaræ auctoritate, plurimisque per omnes aëtes & regiones observationibus confirmatae. Nec fundamento caret, diabolum, dum jus habet operandi in aërem, varios tumultus, strepitus, sonos, fragores edere atque excitare posse. Hæc enim nil esse, nisi varios tremulos & vibratorios aeris motus, ex physicis compertum est. Diabolus itaque facile aerem cogere & impellere, nec non ad corpora allidere potest, sicuti quis ore ex fistula aerem expludit. Porro cum imperium &

dominatum habeat in aerem, non negari poterit, quod & ventum, qui non nisi motus aeris est, & fulmina, pluvias, grandinem, aliasque tempestates cire possit, quibus vegetabilibus & frugibus nocet. VALVASOR in *descriptione Carnotale*, exemplis demonstrat quam plurimis, sæpius ventos, pluvias, tonitrua a sagis excitata in hisce, quas describit, regionibus suis. Notum enim est, ex variorum vaporum commixtione & collisione, hæc meteora resultare. Pluvias autem facillima ratione terris immittere poterit, modo vapores, per aërem dispersos, ad frigidam aeris regionem, quam natura semper paratam habet, propellat, ubi postmodum frigore condensati, in aquæ guttulas resolvuntur.

S. XV. Deinceps generari insecta in aero a dæmons posse, per naturales tam caussas, non dubitamus. Sæpiissime accidit innumerabilem locustarum, aranearum, erucarum multitudinem, in certo quodam terrarum tractu reperi frugesque depredare, nec non ipsis animalibus nocere, vicinis locis, quæ eadem cœli temperatura fruuntur, plane immunibus ab ipsis; ubi ratio certe difficillime invenitur. Quinimmo, ut verum fatear, insolitas illas & pene extraordinarias temporum mutationes, ubi tempora anni plane desciscunt a sua natura, ventis & astrorum influxibus, (unde magna mala in vegetabilibus, animalibus & ipso homine fiunt, cum gravissimi morbi inde nascantur,) à numero diabolum caussari, si quis dixerit, non absurdum dicet. Spiritus equidem, qualis est diabolus, non est causa mechanica, nihilominus, ceu cauilla moralis, effectus profert mere mechanicos, non secus ac anima in corpore nostro. Pestis origo abstrusissima, nec non ejus certus terminus & duratio in quibusdam regionibus, ingenia etiam excellentissima mirum in modum fatigavit. Neque existimo, errorem commissum iri, si quis primam caussam sæpius, Deo sic disponente, in ipsum diabolum, varie agentem in aërem, refundere velit; ut, quod probe notandum, non omnis pestis aut morbi con-

contagiosi & grassantis origo ex eo principio petenda sit. Si enim in nostro microcosmo anima, ceu causa moralis, sola impressione & cogitatione mirifice corpori nocere & daminum inducere potest: qua de causa id diabolus nequeat, Dei permisso facere, certe non video.

§. XVI. Quæstio, dum hæc tractamus, incidit: num dæmon etiam quoddam imperium habeat in ignem, adeo, ut ignem sistere in moto suo possit? Pervulgata est opinio, ad nonnullorum hominum verba & incantamenta, sisti posse ignem, ut non ulterius serpat. Tale artificium vulgo quoque crepat: venatores in explosione bombardarum, siquidem efficere sibi videntur, ne accendant scintillæ pulvrem pyrum. Dicimus, naturales hic sepius subesse caussas, nam tempore pluvioso pulvis pyri flammam a scintillis chalybis ægre concipit. Nihilominus & diabolus illud, permittente Deo, posse a ratione non est alienum; nam si potentiam habet aeris motum sistendi, vaporosque humidos colligendi, utique & ipsam in flamman habet, siquidem aer est flammæ motor, anima atque director.

§. XVII. Ordine jam sequitur, postquam lustravimus ea, quæ in macrocosmo diabolus perpetrare potest, ut hæc etiam investigemus, quæ in corpore humano fabricare possit. Dicimus itaque, cum in materiam fluidam tenuissimam, quæ in macrocosmo est aer & æther, ipsi potestatem adseribamus, eodem modo quoque quoad microcosmum, in fluidum illud tenuissimum, animantium & corporis humani, potestatem ipsi esse concessam: idque maxime propterea, quoniam certo scimus, materiam spirituosa, quæ mouet & regit omnes nostri corporis artus, nonnisi aerem esse subtilissimum, tenuibus sanguinis sulphureis particulis mixtum.

§. XVIII. Statuimus itaque diabolum posse agere in corpus, inque ipsam etiam animam, spirituum, ceu vocantur, animalium, ministerio, qui non modo animæ rationalis, quo agit, instrumentum existunt, sed & motum præstant reliquis corporis membris. Primo omnium con-

siderabimus: qua ratione possit agere in animam? Dicimus autem in intellectum & voluntatem, ejus influxum esse spiritualem, quoniam hæ facultates sunt mere spirituales. Quod autem attinet ad phantasiam, cum res sit partim immaterialis, partim etiam corporalis, siquidem nulla impressio externorum obiectorum in sensoriis fieri potest, nullaque idea in mente exsurgere, nisi ministerio spirituum animalium, hinc ante omnia agit in phantasiam hominis, quatenus nempe spiritus, in organis certis existentes, variis modis interne afficit, variaque impressiones, sive motuum species, in eos infert, unde intrinsecus variæ sensations, variæque ideæ menti offeruntur. Quamobrem accedit, sagarum sensus a diabolo mirifice ac varie fascinari, v. g. ut res, quas extra se videre arbitrantur, intra sint. Quomodo autem ipsa phantasia humana decipi queat, ut perversissime judicet, firmiterque sibi persuadeat, res quasdam extra se existere ac operari, cum tamen nullæ adsint: vel ex natura insomniorum, deliriorum, quæ secundum HELMONTIUM, insomnia vigilantium sunt, clarissime appetit. Ita pleræque operationes diaboli in sagis sunt meræ illusiones phantasticæ, quales sunt earum, translationes ad conventicula, ecstases, apparitions, mutationes in variis generis bruta, & similia. Nam ut pressius rem significemus, pleræque actiones in magis sunt: nonnisi insomnia dæmonica, sive reales influxiones dæmonis in vigilantium phantasiam.

§. XIX. Verum enim vero, cum diabolo non insit potestas prolibitu agendi in cuiusvis hominis phantasiam, sed ut alia creatura non absolute agit secundum modum activitatis, verum receptivitatis; hinc necesse est, ut adsit certa quædam dispositio in phantasia humana, qua præsente, suas operationes suosque influxus longe felicius persequi poterit. Depreheadimus itaque, omnia illa individua, quæ sanguinem alunt copiosum & crassum, & quandocunque sis ipse tardius circulatur per cerebri vasa, magis esse disposita atque idonea, ad actiones dia-

boli recipiendas; quam ea, qua sanguinem tenuem fluxilem, mobilem, floridum in venis habent. Ita certissima experientia comprobatum est, eas ob causas melancholicæ temperaturæ homines, ætate senes, sexu aniculas, melancholia hypochondriaca laborantes, & vietu duro, crasso, minus spirituoso fruentes, & sub ccelo crasso frigidoque degentes, item nocturno tempore, ubi aer est crassus & densus, admodum esse obnoxios illusionibus istis dæmoniacis. Quare melancholia dicitur balneum diaboli; & incubus, qui non nisi sanguinis stasis est, in pulmonibus atque cerebro, malum dæmoniacum. Ex eo fluit ratio, cur in Italia, Gallia, inque iis locis, ubi homines laborent, vinum bibunt, rationis studio indulgent, conversationibus delectantur, vel parum, vel plane nihil, de sagis aut spectrorum apparitionibus audieramus. Contra in septentrionalibus, regionibus præfrigidis, in Lappia, Finlandia, Svecia, in locis ubi cerevisiam bibunt tenuem vel nimis lupulatam, vietque utuntur duro, v. g. pisis, fabis, pane crassiori, carne suilla, uti in Westphalia, ducatu Mecklenburgico, Pomerania, sagarum, incantationum, spectrorum aliarumque dæmoniacarum illusionum frequentissima occurunt exempla; nam ingens Actorum inquisitionalium copia in hisce locis obvia, undique id ipsum confirmat. Videlicet notatu hoc loco perquam dignum est, ipsum diabolum non semper prolibitu etiam in ipsis sagis operari posse, nisi prius præparato ad id iplorum sanguine; unde ex beneficarum Actis olim ipse, cum dege rem in Westphalia, notavi, sagas prius semper, quandocunque diaboli suggestionibus & operationibus se tradiitrix & esent, se inunxisse, præsertim in carps manuum ac plantis pedum, temporibusque, unguentis quibusdam somniferis, v. g. ex mandragora, semine hyoscolii, circuta, baccis solani somniferi, axungia taxi, vulpis, opio confessis. Quo facto, alto & profundo somno sepeluntur, in quo diabolus suggestionibus suis, revelationibusque variis in phantasiam earum operationes exercet. Tunc etiam,

cum ex longo rerum usu tempestates has vel illas orituras, vel illa mala proventura in hominibus, inque ipsis bestiis, prævidet, suggestit ipsis, hoc vel illud si facerent, tales tempestates subsecuturas Nam diabolo solenne est, ut opera, quæ fiunt viribus naturæ, sibi assignet, atque hoc pacto magnam potentia opinionem penes sua instrumenta sibi conciliet. Clarissime ex hisce appetat, diaboli potentiam in homine malam, nocentem, illuforiam & adstrictam utique esse ad certas leges, ad certam corporis & sanguinis dispositionem. Probe tamen hic animadvertisendum est ac cavendum, ne omnes illusiones phantasæ, quæ fiunt in morbis, quæque fiunt a narcoticis, adscribam diabolo, sed tunc demum, quando extraordinaria quædam simul occurront, & quando ea, quæ patiuntur in hisce informiis, tendunt ad præsens malum inferendum proximo.

§. XX. Notum etiam est, qua ratione pii & fideles sapissime magnas tentationes, cum ingenti desperatione conjunctas, ab ipso diabolo patientur. Observavimus, eas crebrius fieri circa confinia mortis, vel etiam certis in morbi intervallis: videlicet non semel, sed plus simplici vice vidimus, in hujusmodi morbis acutis, in quibus periodice ex spasmis inferiorum partium sanguis pellitur ad caput, facie facta turgida & inflata, ut etiam quandoque sanguis ex naribus effluat, tentationes æstuofissimas, desperabundas esse, cum, remittente sponte paroxysmo, vel per medicamenta, mox omnia evanescant, & ægroti spirituali gaudio gratiaque Dei rursum fruantur, & superior tentatio revertitur, circulo sanguinis per caput turbato. Neutiquam vero talia possumus soli sanguini & naturæ adscribere, sed hec dicimus, quod diabolus, favore naturæ & vitio sanguinis, spiritualiter etiam actiones suas instituat. Nam ipse ibi maxime est præsens in operando, ubi non recte se habentes in natura, sed quando confusio, turbatio & corruptio deprehenditur. Paucis: ubi malum accidit in natura, tunc occasionem agendi arripit, cum hoc so- ciat

ciat suas operas, & malum, tēu amicūm suā naturā, semper amplectitur, suamque potestatem & dominatum ibi exserit; que res sc̄itu maxime necessaria est non modo Medicis, sed & ipsis Theologis.

§. XXI. Proximum est, ut jam videamus an morbos possit inducere in corpus humanum diabolus? respondetur: utique. Tales autem potissimum, qui dicuntur morbi spirituum. Nam uti fluida corpora ante omnia sunt potissimum in ejus potestate, ea varie dirigendo; ita accidit id etiam in spiritibus corporis nostri. Spiritus autem, consensu prudenteriorum Medicorum, & motus voluntarios & sensus præstant corpori nostro, quapropter omnes morbi magici & dæmoniaci versantur circa motum voluntarium vel sensus. Plerumque in iis motus visuntur ferociissimi, jaſtationes, circumvolutions immanes corporis, ejusque partium robur immēnum, convulsiones, ſpasmi, truculenti dolores, ex quibus ſufficienter appetet, malum existere primario in spiritibus. Ita etiam morbi, quorum mentio reperitur in Novo Testamento, & quorum originem deducit Spiritus Sanctus ab ipso dæmonē, ſunt maxime furor, melancholia, epileptia, variæque jaſtationes corporis & conuicſiones. Deinceps cum non modo diabolus possit spirituum motum augere, ſed etiam lifſere, hinc videmus etiam, eundem, sacra scriptura teste, lingua aphonia, ſurditatem, contracturam &c. produxit. Quo ſpectat etiam impotentia coniugalis, quæ ex cefante ſpirituum influxu per penis muſculos oritur, id quod per incantamenta induci poſſe etiam in vulgus notum eſt. Pertinet etiam huic cutis inſenſibilitas & hujus generis varia. Deinceps & ipſe quoque ſacer codex ſufficienter declarat, ulcera pessimi moris a diabolo induci, quod procul dubio fit, dum cutis & fibrarum tonum deſtruit & relaxat, unde ſtagnas ſerū & lymphā in ſc̄tidissimam putrilaginē abit, cuius mañifestum exemplum habemus in Hiob; quod factum non parabolam eſſe, egregie demonstrarunt nonnulli.

§. XXII. Verum enim vero compla-

res, p̄fæſertim hodierno tempore, reperiuntur, qui plane hos morbos, quos ſcriptura a dæmonē natos docet, pure naturali cauſā adſcribendos, & ſimpli-ces morbos eſſe dicendos, autumant, quoniam a naturalibus cauſis ſimiles morbos oriri poſſe animadverſunt. At vero, utut non negemus, tales morbos etiam proficiſci poſſe a cauſis naturalibus; exinde tamen non fluit, diabolum tales non poſſe producere. Deinceps, occurruunt quædam in morbis iſis, quorum ſcriptura meminit, magicis, quibus iū diſtinguantur ab aliis morbis naturalibus. Primo enim expreſſe ſcriptura eos illatos fuīſſe a dæmonē ſcribit. Quandocunq; autem recenſet alios morbos naturales, nunquam eorum cauſam refert ad dæmonem. Secundo, expulſo dæmonē, fugatus eſt morbus, quoniam ipſe fuīſſe cauſa. Quod autem expulſus verus dæmon fuerit, luculentum rei habemus teſtimonium, dum, annuente Servatore, ingentem ſuum gregem invaſit, eosque omnes præcipitavit in mare. Tertio etiam in quibusdam ſubiectis quædam extraordinaire, quæ in aliis morbis naturalibus non viſuntur, occurrerunt, v. g. blaſphemationes, vaticinia, ſtupendum corporis robur, quo catenas per ruperunt, quæ omnia utique noſtrā confirmant rationem.

§. XXIII. Ceterum tamen non negandum eſt, morborum naturalium & ſupernaturalium quandoque magnam eſſe affinitatem, ſub leviorum morborum larvā, dæmonem quandoque latere & blandam naturali affectu opinionem exicitare poſſe. Ejusmodi exempla recenſita vide in FERNELIO lib. II. de abditis re- rum cauſis cap. 6o. Deinde quoque non ſemper, ubi inuilitata & inſolentia quædam viſuntur in morbis ſymptomata, ſtatim ad cauſas ſupra naturali poſſitas & incantamenta eſt confugientia. Conqueritur jam de eo ipſe noſter HIPPOCRAT. in principio lib. de morbo ſacro, dū dicit: *Homines naturā & cauſā hujus morbi divinā eſſe putaverunt, p̄ꝝ inexperience & admiratione, propterea quod reliquias morbis nulla re ſimilis eſt.* Et paulo post: *Qui*

primi hunc morbum sacrum esse pronunciauerunt, tales homines mihi esse videntur, quales etiam nunc sunt magi & expiatores, & circulatores, & quidam arrogantes, qui se vehementer pios esse simulant, & amplius quid scire. Hi itaque consilii ac mentis inopia obvelantes ac pretexentes divinitatem, quum nihil haberent, quod exhibitum prodebet, ut ne manifesta fieret ipsorum ignorantia, sacram hanc affectionem esse pronunciarunt: & rationibus idoneis collectis, curationem constituerunt sibi ipsis securam, expiamenta offerentes, & incantamenta. Est enim morborum quorundam facies ferme admiranda, qua territus Medicus, etiam expertissimus, quandoque dubius haeret, utrum naturalis, an supernaturalis, agentis sint effectus isti, ALEXANDER BENEDICTUS lib. V. c. 6. refert, spinam aliquando in arcus Scythici modum retrorsum fleeti, tanto cum cruciatu, ut saepe intra dies quatuor tollantur e medio. Uteri suffocatio tanto nonnunquam cum impetu prosternit feminas, ut defunctis hant similes & teste PARÆO l. 23. c. 26. pro mortuis, et si vivent, fuerint elatae. In saltu S. Viti homines, insano saltandi furore perciti, choreas ducere semper appetunt, & cum aliis tripudiare ad extremam virium defatigationem gestiunt. HORSTIUS Epist. med. sect. 7. de admirand. convuls. Morbus sacer, qui epilepsia Hippocrati dicitur, praesertim a minera scorbutica ortus, gravissimis hominem quandoque convulsionibus, ac si fascino esset latus, cruciat, Vidimus inquit TH. WILLIS de Morb. convulsivis pag. m. 21. quosdam convulsionibus admirandis ac perpetuis affectos, ut necesse habuerint membra hoc illuc tractare & distorquere, saltare, humum manibus aut pedibus contundere aliasque gesticulationes stupendas exercere, haud secus, at si sagarum præstigiis leaderentur. Exempla morborum plura, in quibus *Sympathia* habetur, apud D. SEBIZIUM videantur. Neque statim, quandocunque infecta quedam, uti busones, lacertæ, ranæ ex ventriculo & per alvum efficiuntur, id adscribendum erit præstigiis dæmoniacis. Exstant hujus rei apud auctores exempla

quamplurima, ubi mere naturales causæ subfuerunt, qua de re legi meretur REINESIUS in Epist. ad Nesteros, it. PAUL. SORBAIT Misc. cur. Ao. II. obs. 130. item Dec. II. Ao. VIII. obs. 157. itemque apud JOH. HELLUIGIUM obs. phys. medic. 80. & 92. cum scholis SCHROCKII. Variæ enim animalculorum serina & ovula cum alimentis assumta, salva sua textura, in corporis cavitatibus stagnantia, blando calore soveri, & tales bestiolæ hinc procreari posse, non est absurdum.

§. XXIV. Quapropter ne in tam gravi & arduo negotio decipiatur, & probe morbos naturales, qui ex causis pure physicis & mechanicis, a magicis, qui ex altiori, supernaturali, & morali causa oriuntur, discernamus, opus est, subiicere hic quosdam characteres & criteria, ex quibus judicare præsentiam morbi magici positinus. Non sufficiunt autem hic sola horrendæ vociferationes, gestuum deformations, insolentes atque admirande corporis motiones, quippe hujusmodi symptomata spasmodicis & arthriticis morbis valde sunt familiaria, sed suspicionem generant beneficium, si sanus & robustus homo, subito, citra morbum præcedentem, gravissimis convulsionibus, membrorum mirificis agitationibus doloribusque torquetur. Secundo, si accedit blasphematio DEI, & verbi divini abusus, & obscenarum rerum intermixtio. Tertio rerum secretarum & incognitarum, præsertim futurarum, vel remotissimis in locis gestarum, notitia, & revelationis, maxime cum rudes & indocti sint homines, ut liquet in Pythonissa Philipensi Act. XVI. itemque viro illo cuius meminuit CAMERARIUS Horati subc. Cent. Iobs. 70. qui nunquam a se vilos proprio nomine compellavit, & ipsis anteactæ vitæ, itemque parentum & familiarium, quas nunquam viderat, res gestas narravit: & haec quidem fecit cursus sedatiiori fuit animo, ubi autem commotior ipsum animus oppressit, falsa & obscena intermixtus; immo multa alia, lectu ibi digna, & prolixiora, quam quæ adducere velimus. Quarto peregrinarum linguarum scientia, quas nunquam audi-

vitunt vel didicerunt. Quinto si robur exserant, quod vim omnem humanam superat. Et sexto quod certissimum signum est, si varias monstrosas & heterogeneas res v. g. clavos, crines, ligna, ceram, vitrum, spinas, silices, aciculas, frustula fistulae nicotiana, chartam, piscium ossicula, globulos itanneos, lanam contortam, dentes, cum gravissimis & horrendis doloribus ventris, per vomitum maxime emitant, vel grana milii, stupas, plumas ex oculo; chartas, crines, acus ex membro virili, ex auribus, & ute-
ro extrudant. Hujus commatis historias accuratissime descriptas, cum omnibus circumstantiis, tot testibus fide dignis presentibus, collegerunt variis Medici periti & docti, veteres & recentiores diversis temporibus, & diversis locis. Legi ex his possunt LANGIUS lib. I. epist. 28. ANT. BENIVENIUS de abditis morborum caussis cap. 8. SENNERTUS lib. V. Pr. Med. P. 9. c. 5. BALD. TIMÆUS a GULDENKLEE lib. 7. cas. Medic. lib. 24. SEBIZIUS discursu de casu adolescentis: quibus junge GREG. HORSTIUM in addit. ad Marc. Donati edit. novam p. 716. CASP. a REJES camp. quest. 97. n. 10. Et instar omnium legi potest Clariſ. MERKLINUS, qui vel sexaginta memorabiles historias morborum magorum, in unum librum colligit & recensuit. Possemus etiam hic annexare ejusmodi casus, a fide dignissimis & oculatis testibus Medicis nobiscum communicatos, si in longum protrahere sermonem nostrum animus esset, si que res dubitationibus penes Medicos adhuc esset obnoxia. Placet tantum mentionem hic iniciere unius & alterius historiq., præcæteris notatu dignæ. Memorabilis est, quam communicat LANGIUS lib. I. Epist. 38. In quedam Eisterensis Episcopi ditionis pago, Fugenstat, agricolam, cum crudelibus dolorum tormentis in altero hy-
pochondriorum latere conficeretur, su-
bito clavum ferreum, sub illæsa, cute, manu apprehendisse, quem Chirurgus illic balneator novacula exciderit, nec ta-
men dolores cessasse, sed indies magis incrudiuisse. Quare cum nullum aliud do-

lori remedium, quam mortem, supere-
se putaret, eum, arrepto cultro, gut-
tur sibi abscidisse. Cadavere aperto, ad-
stante ingenti hominum frequentia, &
ventriculo inciso, lignum teres & oblongum,
quatuor ex chalybe-cultri, partim
acuti, partim instar ferræ dentati, & da-
ferramenta aspera reperta fuisse, quo-
rum singula spithamæ longitudinem ex-
cedebant, adfuisse & capillorum instar
globi iæ volucrum. Nec prætermitten-
dum duximus singularem & fide dignum,
qui Ienæ anno CICLOCLXXXV. con-
tigit, casum, ubi uxor Thuringica hanii
eiusdam, caput vitulinum inter alia
venale habebat; quod cum vetula qua-
dam licitaretur, & quidem nullo ferme
pretio, recusavit altera vendere. Verum
vetula mutiens abiit, nemine mortalium
mali quippiam propterea eventurum co-
niiciente. Nihilominus accidit, ut ven-
ditrix mox insequenti tempore magnum
capitis dolorem sentiret, qua de cauſa
(quia indies dolores intra cranium auge-
bantur) experientissimus DN. D. SLE-
VOGTIUS h. t. Prof. lenens. in consil-
lium fuit vocatus, qui contulit, quod po-
tuit. Irritus vero labor erat, naturalia
eaque ordinaria adhibere remedia, cum
omnia in ægrotante præter naturæ ordi-
nem fierent. Excernebat enim misera il-
la aliquo die magnam cerebri copiam per
aurem sinistram, sine ulla ruptura vel
luxatione in ea commissis. Habebatur
tale excrementum, primum pro cerebro
humano, re vero curatius considerata,
& cum DN. D. STAHLIO, t. t. ibidem
commorante, per pensa, agnoscebatur
vitulinum esse, idque eo certius, quo-
cicuſ multa etiam ossicula, caput vitu-
linum constituentia, ejiciebantur. Fe-
cit Satanæ hos ludos per aliquot menses,
quibus elapsis, uxor lanionis in integrum
restituta, & in hodiernum fortasse adhuc
diem Ienæ inter vivos degit. Denique
septimum indicium magici morbi est,
quandocunque remedia, præsentissimæ
cæteroquin virtutis, contra dolores,
convulsiones, spasmos omnem exuent
efficiaciam, & nullum relinquunt ef-
fectum.

§. XXV. Diximus superiori loco, infallibilem morbi ab incantatione orti notam esse, quando multæ artificioe & peregrinæ res ex insuetis locis exclu- duntur. Conspicimus enim hoc pacto manifesto ipsius diaboli opera. Res cer- te est stupenda, & qua excedit omnem humānum captum, unde valde diffi- cile est, in modum penetrare quo dia- bolus talia conficiat. Plurimi quidem in ea opinione versantur, ac si dia- bolus tunc & agrorum & adstantium oculis præstigias atque offutias obiiciat: verum hic fascinatio, qua saltim est turbata imaginatio, non habet locum, adiunt enim corpora vera, qua im- mensos dolores & cruciatus pariunt, hi, post excretionem earum rerum evanescunt, immo saepius adhuc in ipso secto cadavere post mortem talia reperiuntur, teste historia ex LAN- GIO modo citata. Quæstio tantum est: quomodo diabolus, ejusmodi res aliunde, ipsis insciis, possit transferre in eorum corpora? Verum enim vero si, in re tam cognitu difficulti, conje- claturis indulgere licet, vero est simili- mum, diabolum immediate non loco mouere hæc corpora, sed hoc ipsum præstare, medianibus sagis & venefi- cis. Existimo enim, diabolum, ac hu- jusmodi res mirabiles in corpora im- mittendas, loco instrumenti uti sagis, in quarum non modo voluntatem & phantasiam, sed in ipsis spiritus ani- males artusque potentiam habet. Hæc in illis actibus sese habent pure pa- five neque aliter male agunt, nisi quia contentiunt. Unde existimamus, ipsum diabolum regre, mira sagaci- tate ac artificio, earum artus, ut in corpora talia immittere possint. Quam prodigiosa & mirabilia opera, magna sagacitate & manuum celeritate, ef- ficiant circulatores & agyræ, etiam in vulgos notum est. Ad confirmationem sententiæ maxime illud accedit, quod, facta accurata exploratio do- ceat, hos morbos a sagis plerumque domesticis & vicinis introducere esse, qua, ceu instrumenta, si fuerint ad

rogum damnatae & concrematæ, morbi cessarunt, cum tamen dæmon semper superstes sit. Qua de re legi me- retur JOH. BODINUS in consut. operis VVieri pag. 580. Deinceps exi- stimamus, tuac temporis, quando gra- vi sopore sepulti jacent ægroti, id ipsum fieri. Ipse quoque diabolus ef- ficere potest, ne homines hoc sen- tiant, vel videant. Legimus etiam exempla a MERCKLINO aliis- que notata, ubi ipsi ægroti fassi fue- runt, sagas nostræ accessisse, & ipsos cruciasse. Ulterius memorabile est, si conferimus extraordinarias hæc histo- rias, ut plurimum personas, quibus tales res, magico actu, fuerunt immis- sa, fuisse infantes, pueros, adolescen- tes, foeminas juniores, in quibus soli- dae partes cutisque valde flexiles & di- latabiles existunt.

§. XXVI. Essent jam quoque adi- cienda quædam, qua facerent ad cu- ram talium morborum. Verum cum & propria in iis experientia desit, nec non modus operandi antimagicorum pla- ne nobis sit incognitus, merito hac prætermittimus. Notum alias est, quod nonnulla ex triplici regno defumta, adversus magicos morbos undique cele- lebrentur, & famosissima existant, ex quorum classe sunt herba lunaria, fl. hyperici, adianthum aureum, antirrhinum, betula, viscus coryli, verbena, stercus humanum, affa fetida, mer- curius vivus, quorum applicatione per fumigationem, suppositionem, appositionem, balneationem, internoque etiam usu, sanare hos morbos tentant. Verum an successus respondeat, deter- minare hic non possumus. Cum Christo commendamus jejunium & preces; sique subiectum est melancholicum, venæ sectiones, motum, nitri, salium volatilium & evacuantium usum suade- mus, persuasi, hisce sæpenumero spe- strorum apparitiones, quibus nonnulli perpetuo exercentur, cessare; immo scribimus experti, nonnunquam cel- lasse. Si immodicæ artuum præsto sunt vibrationes & contorsiones, anti- spas-

spasmodica non erunt sine insigni frumento atque effectu.

§. XXVII. Coronidis loco monendum est, dæmones hodie non tanto imperio tantaque potestate uti in rerum naturalium ordinem, ipsumque genus humanum, quanta olim polluerunt. Quod vel inde apparet, quod nostris temporibus spectra, obsessiones, incantationes, aliaeque hujus generis præstigia, rariores sint, quam olim, quum Christo iter facienti ubique occurrerent. Cujus rei rationem optime expediunt antiqui Patres, qui miro consensu observant, dæmonum ludibria, ex quo Christus advenit, magna ex parte evanuisse. Hinc ATHANASIUS de incarnatione Verbi DEI cap. 47. p. 88. Et vero, inquit, olim quidem omnia dolis oraculorum plenerant, falsaque hominum opinione, Delphorum, Dodone, Boetiae, Lyciae, Lybie, Ægypti & Cabirorum oracula, nec non Pythia omnibus admirationi erant: nunc autem, ex quo Christus ubique prædicari cœpit, penitus defecit illorum insanias, nec ullus amplius inter eos vates reperitur. Olim dæmones, variis spectris, hominum mentes decipiebant, fontibusque & fluviis, lignis aut lapidibus insidentes stultos mortales præstigiis percellebant: jam vero, post divinum Verbi adven-

tum, evanuerunt hujusmodi fallacie. Idem testatur JUSTINUS MARTYR in Dialogo cum Tryphone Judæo pag. 149. DIONYSIUS ALEXANDRINUS apud EUSEB. lib. VII. H. E. cap. 10. Quin ex ipsis paganis PLUTARCHUS, dum singulari libro in causas deficientium oraculorum inquisivit, satis docuit, dæmones jam sua etate pristinam, qua pollebant, potentiam, magna ex parte, perdidisse. Et ita merito fieri oportuit. Missus enim est Christus, ut Satanæ opera destrueret, humanumque genus in pristinam vindicaret libertatem. Hinc, ut clarius rem exprimamus, viñctus jam & magis ligatus est cacodæmon, ejusque operations in humanum genus multo sunt hodie, quam olim, adstrictiores. Neque dubitamus, fore, ut in posterum ejus potentia ludibriaque magis magisque evanescent. Clarior enim lux veritatis ubique in animis hominum cœpit exsplendescere, florent artes & scientiae, rationis cultura ubique accuratissime suscipitur. Quinimmo beatum istud millennium, quod multi tam anxie exspectant, & de quo tanta lunt inter Theologos sententiarum divertia, sacra docente scripture, Apocal. XX. 2. in nulla re alia consistit, quam in ligatione diaboli per mille annos.

DE

ATHEO CONVINCENDO

EX ARTIFICIOSISSIMA MACHINÆ HUMANÆ STRU-
ctura Oratio habita D. XXVII. Mart. An. MDCXCIII.
In Alma Fridericiana, cum munus Professorium auspica-
retrur.

Perillustris Domine Cancellarie, Magnifice Domine Director,
Viri maxime Reverendi, Excellentissimi, Consultissimi, Am-
plissimi, Experientissimi, Clarissimi, Professores ac Collegæ
Honoratissimi, Domini Patroni, Fautores, Amici summe
devenerandi, Tuque ex deliberissimo Juventutis flore ador-
nata Dnn. Studiosorum Corona.

Non ulla res mente humana di-
gnior eidemque salubrior vide-
tur, quam quæ circa venu-
stum rerum creatarum artifi-
cium suscipitur contemplatio. Etenim
si quid inconcussæ felicitatis aut jucundi-
tatis summum, overi, vel in hac vita
acquiri potest, sane est profunda mentis
descensio in abdita creaturæ cujusvis cen-
tra ac recessus secretissimos, ubi Majes-
tatis Divina consummatissimam sapien-
tiæ ac bonitatem, & immensam ejus
perfectionem apertius intuemur, admir-
amur ac veneramur. Ad profundissi-
mum & inexhaustum omnis boni, hic de-
volvimus fontem, & cornu copiæ am-
plissimum, ex quo omne quod veram
tranquillitatem animo conciliare, quod
ad genuinum virtutis ac pietatis funda-
mentum illum ducere ac componere val-
let, uberrime fluit ac derivatur. Quod
si enim ulla re, sane intimiori planiori-
que rerum creatarum contemplatione,
ad sapientissimi Conditoris ac Opificis
nostræ cognitionem ascendere nobis
promptum ac facile est. Simulacrum &
imago ejus, infinitæque omnes perfe-
ctiones, luculentissime in omnibus ejus
operibus, illorumq; plus quam mechanic o-

artificio, emicant & existant; horum
sedula, non perfunctoria mentis con-
templatione, summa mentem ac ma-
num ejus sapientissimam undique con-
gnoscimus, simulque ad piissimum ejus
cultum venerationemque accendimur ac
incitamur. Et hæc præcipua ac regia via
est conviacingi præfractissime Divini
Numinis existentiam negantes, ut hoc
modo consensus ipsis invitatis, tanto per-
specto rerum artificio ac mechanismo,
extorqueri possit, dari summa mentem
ac rationem, a qua hæc omnia
fluunt.

Et sane huic contemplationi ac medi-
tationi summo studio ac opere insisten-
dum ac invigilandum esse videtur, quia
nullo non tempore extiterunt, & ad-
huc (horrendum dictu est, at verissi-
mum!) christiana luce jam clarissimi
miente emergunt, qui ejurata ac excussa
ex intimis mentis meditulliis ac sensibus
omni pietate ac religione, constanter ac
frivole propugnare conantur, non exi-
stere reveratal eis summe bonum infa-
nitioque perfectum, sed potius merum
commentum, vaframentum ac technas
esse Politicorum, qui ignarum ac sim-
plicissimum vulgus hac arte in officio ac
reve-

reverentia continere, ipsique terrorem incutere vellent, quo haberent obsequentiorem ejus animum. Qumque primum illad ac summi boni fundatum in dubium vocare contendunt, simul oratione, quod huic superstructum est, intelligo S. Scripturæ auctoritatem, verum DEI cultum, animæ immortalitatem, cunctasque virtutes funditus evertere, ac de solio & dignitate sua dejicere conantur.

Verum enim vero ut nefandum & ini-
quissimum hoc assertum ex omnium ho-
minum animis penitus eradicetur ac
suffocetur, omnis vertenda est opera,
omnisque lapis movendus. A nullo au-
tem commodius ac felicius argumentum
hoc tractari, & institutum nostrum in
effectum traduci posse, persuassissi-
sum, quam a Medico & rerum physi-
carum gnaro, utpote qui ipsius naturæ mi-
nister, longe altius provehitur ad intro-
spicienda reconditiona divinæ sapientiæ
arcana, quique, dum indesinenter ver-
satur cum ejus operibus, centralem illo-
rum indolem ac artificiosissimam struc-
turam examinando ac investigando,
DEUM, cœu sapientissimum naturæ
Præsidem ac Magistrum, continuo agno-
scit, ejusque perfectiones in artificiosissi-
ma corporum textura, illorumque
conservatione circumquaque intuetur ac
demiratur. Hanc ob eaussam & ego
hoc argumentum enucleatus evolven-
dum ad manus sumi, quum a Serenissi-
mo ac Potentissimo Electore FRIDE-
RICO III. Sapientissimo, Domino
ac Principe meo Clementissimo, mihi
nuperime Medicinæ ac Philosophiæ na-
turalis Professio publica & ordinaria in
hac nova Academia, quam ad immor-
talem Majestatis suæ gloriæ, saevissi-
mo bello jam circumquaque strepente,
extrui curavit, clementissime mihi
demandata ac oblata fuerit, brevius ac
planius expositurus ac illustratus sim-
plici oratione, magisque veritatis, quam
stili venustatis, rationem habendo quo
modo evidentissimis argumentis, ex
concinna ac admirabili structura orga-
nica machinæ humanae, ejusque præci-

pua, & fere divina parte, mente, ipius
sanctissimi Numinis existentia, essentia,
ejusque infinitæ perfectiones lucule nissi-
me demonstrari possint, ut Athei, per-
tinaciissime hoc pernegantes, nolint
velint ad assensum pertrahi ac cogi
possint.

Uti autem institutum hoc summe
pium ac utilissimum est: sic spem imbi-
bi certissimam, fore, ut Auditores om-
nium ordinum honoratissimi, mihi bre-
viter dicturo, faventes animos ac pa-
tientes & attentas aures benevole ac-
commodare non dedignentur, id quod
ea, qua convenient, devota animi sub-
missione efflagito.

Equidem quounque in hoc mundi
theatro attentionem nostram dirigimus
oculosque convertimus, ubique eviden-
tissima Divinitatis exstant documenta,
ut de omnibus, etiam minimis, totum
hoc constituentibus principiis ac parti-
bus dici mereatur, quod olim HERA-
CLITUS de humili ac levicasa dixisse
fertur: etiam illic Deos commorari.
Quodsi enim ex specu hac terrena oculos
nostros attollimus ad immensa ac nume-
rosissima cœli coruscantia sidera, ubique
convenientissimus ordo, & pulcherri-
mus splendor deprehenditur, & quod
maximum est, determinatos ac directos
motus sidera haec semper coeca quasi obe-
dientia exercent, & nunquam ex orbita
sua aberrant. Qumque omnis fecun-
ditatis, caloris, lucis & vitæ princi-
pium ex præcipuo horum, puta sole,
dependeat, hinc ita attemperatus ac
ordinatus pro variis plagiis ejus cursus
est, ut ad varia terræ spatia beneficia
haec accedere queant, ut non excogitari
aptius quid possit. Tacemus ordinatos
ac mere mechanicos animalium, v.gr.
araneæ in contexendis telis, apum in
conficiendis favis, actus. Præterea
virtutum omnium theatrum animalia
pandunt ipsaque optima virtutis mor-
umque academia sunt, quæ non præ-
cepto, sed efficacissimo exemplo docent.
Quod autem haec omnia non a ratione
ipsis indita profiscantur, exinde liquet,
quia bruta haec semper hærent ac moran-

tur in similibus, nec ad alia vel altiora provehuntur, quare ad extrinseco, hæc omnia dirigente principio, talia fluere apertissimum est. Quamvis itaque tota natura mere mechanica sit, ac mathe-matice omnia universi corpora constru-cta splendidissimum speculum sint, in quo benedicti rerum Parentis ac Conser-vatoris existentiam, ejusque consum-matissimam bonitatem intueri licet, nulli tamen creaturæ magis divinitatis suæ semen ac sensum insculpsit ac insper-sit, nullique majori artificio præfuit, quam homini: qui ob id perfectissimum Divinitatis specimen & exemplar, mi-crocosmus, omnium mirabilium maxi-mum, ac perfectionum suarum comple-mentum nuncupatur. Hunc jam peni-tius ad exactius considerabimus.

Constat ille ex duplice, & admodum in se diverso principio, nempe uno im-materiali, spiritu, anima immortali si-ve mente, altero materiali, corruptibili, receptaculo ac involucro cœlestis hu-jus substantiæ, puta machina, secun-dum normam ac leges mechanicas artifi-ciosissime fabricata. Hæc duo valde di-versa principia, quod omnem rationis excedit captum, arctissimo vinculo ac com мерcio inter se sunt coniuncta ac co-pulata, beneficio spirituum animalium, ceu vinculo, ut affecto uno, & alterum patiatur; hinc in quibus luminosior, subtilior ac purior est spiritus, machina nostræ rector, eo activior ratio, promptius judicium ac subtilius ingenium emerget: ex adverso quo impurior tin-ctura hæc vitális & hic archeus minus activus ac vegetus existit, eo magis stu-pidas, torpor, tristitia animum occu-pant, ita ut ex hoc symbolico mentis cum corpore vinculo ac unione, inclina-tiones animi, mores, vitæ prolongatio-nem, ejusque diminutionem, plurimo-rum morborum generationem, quam feliciter deducere ac derivare sciant Phi-losophi ac Medici.

Evidem ex hæc dicta mentis cum cor-pore connexione intimaque unione, il-læ, qui præposterioris argutiis dediti sunt, argumentum petere conantur ad immor-

talitatem animæ sustollendam, nempe: quia organicæ sunt animæ facultates, idcirco corpori eam attigari, quasi non possit subsistere sine illo, contendunt. Verum enim vero longe abest, quin potentiæ animæ functionibus, quæ corpo-ri serviunt, inclusæ sint. Cogitationes nos distinguunt a brutis, longe aliud ac diversum quid sunt a corpore & ejus actionibus, utpote functionibus corporis cessantibus & perdetis, vigint tamen cogitationes, memoria, judicium; sci-re arithmeticam, numerare, subtrahere, metiri terræ & cœli spatia, compa-re præsentia cum futuris & præteritis, quid hoc commercii habet cum corpore? Quin etiam in somno, catalepsi, ecsta-si, deliriis, ubi sphæra activitatis spiri-tuum prorsus immutata, depresso ac læsa est, anima non otiatur, sed varias ideas procedit & fabricatur, multaque utilia & sublimia concipit, versat, de iis rationatur & divinat. Porro in cogita-tione, quæ menti nostræ propria est, nulla concipi potest extensio, adeoque nulla divisio; solum etenim extensum est divisibile, quod soli materiae com-pebit, quæ ob id, quod potest dividi in partes, corruptioni exposta est. Jam autem nulla extensio cadit in cogitatio-nem & mentem; hinc necessario illam immaterialē ac incorruptibilem æsti-mandam, esse distinctissimam a mate-ria, quivis sanioris mentis facile assequi poterit. Anima itaque nostra, cum spi-ritus sit immaterialis ac incorruptibilis, nec existentiam suam habeat a se ipso, multo minus primum ac necessarium existens sit, alias aliarum rerum existen-tiæ ab illa dependeret, agnoscimus me-rito causam quandam superiorem & priorem ipsa anima, quæ cum non igno-bilior esse possit suo effectu, hinc aperi-tissime fluit, ens quoddam dari longe perfectius anima nostra immortali, a quo hæc dependentiam suam sortiatur.

Porro si attentius ac sollicitus conside-remus nostras cogitationes, quas nemo negare potest, deprehendimus, infiniti ac perfectissimi entis ideam ac conce-ptum has in se complecti, dum perfectum illud

illud est, ubi nulla cogitari potest imperficio, & infinitum illud quod non habet terminos, & dividi potest in partes; illa autem idea, illa notio, cum non vi imaginationis, sed intellectus virtute formata sit, & omnibus hominibus communis, nec fieri possit, ut fallatur, hinc revera caussam quandam proximam hujus ideas extra nos ponendam esse judicamus, quæ cum non ignobilior esse possit suo effectu, hinc infinita perfecta causa hujus ideas externa esse debet, quæ non nisi id est, quod vocamus Deum. Et hujus methodi ope qua omnes veritates mathematicæ liquent, Dei existentia demonstrari potest, idque ex principiis & notionibus omnium mentibus inscriptis.

Et revera talis idea, talis conceptus & character Divinitatis omnium mentibus insculptus ac insitus est, ut nemo mortaliū ad ignorantiae prætextum confugere queat. Hinc CICERONIS effato, *Lib. de natura Deorum: nulla gens tam barbara est, nulla natio tam efferata, cui non infideat hæc persuasio, DEUM esse: Immo nulla natio est, quæ non perpetuo religionis semen aliquod retinuerit.* Idolatria luculentum hujus rei est documentum, inque ea tacita quædam confessio est, esse omnibus inscriptum Divinitatis sensum. Et in hoc consistit conscientia siue conceptus verus & clarus de ente infinito, qui convincit nos, illud existere, & quamvis audacissimi quidam ore negant Deum; animus tamen mire exhortescit & trepidat, si indicium aliquod iræ divine proferatur, tunc quasi ad strepitum folii perturbatur. Et hoc locum habet in profane mentis hominibus, qui anxietate conscientia mirum torquentur, hoc tacite conscientes, se revereri aliquod summum ens extra se, & in ipsis notio nem occultata esse entis absoluti, summe perfecti, quæ notio deleri nunquam potest, unde non erubescimus affirmare: Non doctrinam de Deo esse talem, quæ in scholis demum dicenda sit, sed cuius sibi quisque ab utero magister est, & cuius neminem obliuisci natura patitur, quamvis hic multi nervos omnes intendant. Et quare non ex mentis essentia de-

monstrari possit Deus? cum ipsa mens secundum PLATONEM & DEMOSTHENEM Divinitatis particeps sit, & ut ex ARATO illud citat PAULUS *Act. XVII. 28. nos Dei progenies sumus.* Pythagorici, referente CICERONE *Lib. de Senectute,* dicebant, ex universa mente divina delibutos animos nos habere. Et uti divina essentia constat intellectu & voluntate, ratione intellectus Deus dicitur omniscius & omnipræsens, ratione voluntatis; misericors & justus; sic quoque anima nostra duabus facultatibus donata est, adeoque revera ad imaginem Dei creati sumus, quam imaginem per primævam labem corruptam & vitiatam, ut restauremus, hac omnisi tendit Theologiae scopus, nimis ut intellectus illuminetur, ut voluntas sanctificetur: sic iterum ad Dei unionem accedimus & beati reddimur.

Hæc dicta sunt de præcipua hominis parte, mente videlicet, quomodo nimirum ex hac & ejus essentia clarissime demonstrari possit existentia summi ac perfectissimi entis. Aggregior jam alteram hominis partem, nimirum cœlestis & immortalis auræ & spiritus involucrum ac tabernaculum, corpus, ex cujus admirabili, & plus quam mechanica structura, partium ejus nexus, symmetria, connexione, usu, pulchritudine, compositione ingeniosissima ac artificiosissima, luculentissimi testimoniis apparet, quis admirabilis hujus opifex & artifex, quæ sit ejusdem insuperabilis ac immensa bonitas, sapientia & potentia.

Quod si magnificam urbem intrantes, mirificas ædium substructiones avidissimis oculis lustramus, & exalte consideramus concinnam ac accuratam dispositionem lapidum, trâbium, lignorum; si obstupescimus ad mackinas & horologia affabre perfecta, si aulque incitamus & accendi mur ad admirandum opificis artificium tacite celebrandum. Quis itaque potest sine insigni admiratione, & quasi stupore mentis, singularique cultu, & avido cognoscendi amandique desiderio, intueri ac perlustrare corpus humanum, illiusque abdita ac penetralia introspiri-

eere,

cere, ac simul internum ejus artificium cognoscere, quin simul in piissimum cultum, venerationem ac admirationem summi artificis, mens assurgat atque ascendat.

Verum placet exordiri de productione ac origine corporis humani admirabili. Sane toti attoniti stupemus, inque ingentem admirationem trahimur, dum paulo pressius cogitamus, ex quam rudi, inulta & minutissima materia mole, tam mirabile corpus, cuius partes tam admirando & infando artificio coagmentata sunt, exsurgere possit, nimurum ex ovo, tam minimo principio, si cum mole ex illo succrescente, scilicet corpore, conferatur. Admiratioem sane omnem excedit, hominem, illud DEI operum caput ac complementum, ex punto quasi generatum ac productum fuisse, pricipue quando consideramus, vix decimam partem liquoris in ovo, contenti aptam esse ac concurrere ad productionem & generationem corporis tam admirandi, adeo, ut cum SCALIGERO exclamare, necesse habeamus: *Inter minima dari maxima, naturae potentiam in exilissimis potissimum extare, & sumnum hujus universi autorem ex minimis ejusmodi initius maximum apparere voluisse.* Sic ex nihilo & punto quasi generamur, & rudimenta accipimus. Videamus ex hisce omnipotentiam ipsius Numinis, hinc quod omnes sensus fatigat & eludit, & vix mente assequi possumus, illud præstat DEUS. Quare etiam dubitationi, nos amplius locus relinquendus videtur, posse etiam resuscitare nostra corpora Deum, & corpus incorruptibile nobis largiri, dum ex nihilo produxit tantam corporis molem. Porro si pensamus minutissimum illum spiritum ovo, lo contentum, qui autor & fabricator est omnium nostrarum partium, quomodo vi plastica illas formet, & partem quamcunque affabre, ingeniose, & mechanice construat ac contexat. Præterea si consideramus, quomodo ille spiritus principium primum sit omnis motus, vitalitas, quomodo omnes humores, ipsumque purpureum rutilantem vitæ fontem,

sanguinem, generet, tinctura vitali imbuat, illumque perenni ac incorrupto motu circulari volyat, quomodo in palearis & officinis spirituum animalium, musculis, sensum, ac motum efficiat, quomodo resideat quasi in corde omnium viventium primo, cuius motu extinto, non aliiter ac in horologio omnes partes quiescent, suo vitali calore ac motu destruuntur, & vita amittitur. Tantæ autem subtilitatis ac tenuitatis spiritus hic potentissimus machinæ nostræ motor existit, ut sensuum omnium, acutissimum investigationi minus pateat, sed illos eludat & per impervias vias & strictissimos poros ac nervorum thorulos, ex cerebro, ceu sanctiori regimine, amandatus ad partes, illas omnes actuet, agitet & moveat, non secus ac lux, unico momento totum hemisphærium pervadit & illustrat. Ex minutissimo tali principio nostra machina, vita, sensus, motus, omnesque actiones, animales originem suam ducunt, & subtilissimo quoque spiritu, omnes sensus fugiente, soventur & conservantur, quo vitiato & exstincto, tota machina omnesque ejus actiones ac motus fatiscant ac pereant, sensusque cum vita amittitur. Et tamen prohdolor! paucissimi mortalium id agnoscunt, alias non ita proterve vitiis ac pessimis voluptatibus, luxui, superbiae anima mentemque immergerent ac imbuarent; etenim consideratio nostra originis & interitus, seu destructionis, quatenus minutissimo principio, debetur, revera mentem nostram adducit ad summam submissionem & devoutum entis supremi cultum. Præterea, artificissima pulcherrimi corporis nostri fabrica, constructa ac composta est ex partibus solidis & consistentibus, simulque ex fluidis ac liquidis, quæ illas ad motum impellunt ac agitant. Inter solidas præcipua sunt ossa, quorum plura quam ducenta numerantur, hæc ceu columnæ ac fulcra, ipsius machinæ, tam arcte conjuncta & singulari, symphysi & diarrhoëi compacta sunt, ut unum quasi videatur: quo etiam faciunt ligamenta & cartilagini, quorum ope arctissima sit conjunctio. Ne autem:

tem arida & sicca hæc corpora facile periculum fracturæ incurraunt, temperatissima pinguedine, quæ illorum medulla est, imbuta sunt, quæ delibera, extensis imperibus resistere possunt. Machina hæc ossium moveri ac impelli debuit, hinc natura prudentissimo consilio musculis plus quadrangulis illam texit, quo in omnis positionis differentiam, sursum, deorsum, dextrorsum ac lævorsum, antrorsum & retrorsum moveri possit: hique musculi prout variò modo ossibus traducuntur, singularem atquint figuram, & sunt vel bicipites, tricipites, bicornes, & hujusmodi. Musculi hi constant ex fibris cavis, sive tubulis, diversimode configuratis, & vel laxius vel arcuus contortis ac contextis, ita ut parallelogrammum, ibliquangulum, ad intumescentiam & inflationem, a vi elasticâ spirituum dependentem, & huic connexam contractionem efficiendam, aptissimum constituant, uti oculatissimi Anatomici, muscularum fabricam, ad regulas a leges mathematicas contextam, sufficienter descripsierunt ac detexerunt.

Partes haec omnes solidæ & fibrae mollices carneæ ac tendinosæ, ut impellerentur, agitarentur, ac moverentur necessam fuit a partibus fluidis. Interhas primas tenet purpurea sanguinea massa, quæ minutissimis corpusculis a moleculis ratione magnitudinis, figuræ, motu variis, conflata ac turgida jugi circulari evolutione ac æquali moto per omnes machinæ partes cietur ac pellicitur, ad illas sensu motu & nutritione animandas ac vigorandas. Ad hunc summe necessarium vitalem circularem motum, omnia prudentissime a Deo instituta sunt, junctoque opere, amicissime in unum finem conspirant, thorax, pulmones, cor, arteriæ, vene illarumque variae configurationes, valvulae, diaphragma, musculi intercostales &c. Nimirum ad motum hunc localem conficiendum opus erat elatere & pondere vi aeris, immo ad impulsum, absque quo nullus in rerum natura celebratur motus, efficiendum; proinde aeris

tanta est necessitas, ut nullum animal eo carere possit. Quo autem mixtura hæseri cum sanguine fiat, in hunc finem tota thoracis structura forniciosa tendit ac inservit. Nimirum ob diaphragmatis contractionem atque descensum & costarum elevationem, beneficio muscularum intercostalium, augetur ipsum thoracis eavum, siveque sublatio aeris interni cum externo æquilibrio, aer ambigens, gravitate sua ac pondere irruit in alperam arteriam inque pulmones annexos, qui cum spongiosum rarissimum corporis sint, ex innumeris vesiculis & fistulis aereis detegente id ipsum MALPIGHIO, conflatum, facilime explicantur ac expanduntur, siveque materia aeris subtilioris ipsi sanguini, contento in minitatis vasorum pulmonalium fistulis ac thorulis, permiscetur. Inspirationem hanc mox sequitur exspiratio, ubi vi muscularum intercostalium ac abdominis, in forniciem suum redit ac cogitur diaphragma, atque resultantibus inde collis, concidit iterum thorax, siveque aer iterum exprimitur, locusque datur iteranda novi aeris inspirationi: non aliter ac distensis ac expansis foliis lateribus, ipse aer pondere suo in ipsum corpus folium illabitur, compressis foliis patetibus, iterum extruditur atque expellitur.

Impregnatus sic sanguis in pulmonibus moleculis aereis elasticis, ex sinistro cordis ventriculo, per arterię aortę ramulos canales, ad omnes corporis partes æquali quoddam hisu constantique fluente desertur, & per illarum tubulos in venarum oscilla receptus, mediante illarum tranco, nimirum vena cava, a dextro cordis ventriculo recolligitur, reduciturque per vasa pulmonum ad eundem unde effluxerat, sinistrum cordis sinus, & hic motus dicitur circulatio. Primarium instrumentum hujus circuitus est cor, quod in medio thorace situm, antlia pneumatica vicem gerit, quoniam sanguini ex venis in arterias transfundendo inservit ac destinatum est. Ut autem hoc felicius procedet,

ret, necesse fuit, ut motum perpetuum, & quidem reciprocum, unum dilatationis, quo sanguis recipi possit, alterum constrictionis, quo expelli iterum possit, exercere. Hunc in finem cordis fabrica ac structura mere musculola est, nempe cor satis robusto gaudet tendine, in quem fibrae carneæ & nerveæ, multiplex flexu & spirali ductu sibique opposito, omnes ad hunc usum mathematice dispositæ inseruntur, quo nimirum propensio facilior sit ad motum systoles, quæ fit, quando conus asturgit ad basin, & diastole, quando recedit & restituitur in priorem statum. Ut autem ista transclusio sanguinis ex venis in arterias, & rursus ex arteriis in venas, celebrari possit, appositi sunt duo magni tubuli, unus vena cava dicitur, & ex dextri ventriculi sinu exoritur, alter, arteria aorta magna, cordis sinistra cameræ originem suam debet; hæc innumeris rivulis ac brachiis omnes microcosmi partes irrigat, ubertim sanguine arteriolo perfundit, iis innamerabiles venarum tubi incubant, qui in singulis partibus dispersi sunt, ut sanguinem arteriosum ex illis in venam cavam, veluti in suum mare revocent.

Circularem hunc sanguinis motum porro adjuvant valvulae, quibus cordis & vasorum cavitates instructæ sunt, & sunt tricuspidales, vel semicirculares: illæ ita sunt constructæ, ut admittant sanguinem in cor, & ob id sunt alligatae vena cava & vena pulmonali; haec autem semicirculares orificiis arteriarum appensa sunt, claudunt accessum & impediunt, quo minus sanguis semel expulsus, in cor remeari possit.

Sancte DEUS! quis non hic admiratur, & quasi in ecclasi rapitur, si consideramus immensam tuam sapientiam in formanda cordis pulmonum, venarum, arteriarum, valvularum structura, ubi omnia simul juncta conspirant in unius operis ministerium, videlicet ut sanguis continuo ac jugi motu circuletur per omnia membra, in qua circulatione tota nostra consistit vita, qua sublata, exspirant statim actiones vita-

les. An potest aptius ac perfectius quid excogitari a sapientissimo artifice, mechanica ipsa fabrica cordis? Diu torsi ac fatigavit clarissima ingenia excogitatio perpetui mobilis, quod nondum ad perfectionem venit. Et ecce perpetuum verum mobile cor repræsentat, quod non solum jugi indesinente motu per plures annos motum exserit, nullamque quietem habet, verum etiam quod temporis momenta exactissime mensuratur: utpote beneficio pendulorum, quorum motus solum debetur pulsui arteriarum in extremitatibus digitorum existenti, horologia fere omnia tali modo concinnantur, & tempus apti simile dividitur ac mensuratur. Sic natura longissime superat artem.

Porro aggrediemur ipsam economiam animalem, & considerabimus, quam apte & concinne omnia hic ordinatae disposita sint. Nimirum quo sanguis & serum vitale in nutritione & actionibus animalibus ac vitalibus absuntum resarciretur, opus erat materia, quæ huic fini inservire posset, nimirum chylo, qui proximum elementum sanguinis & quinta essentia ciborum est. Ut autem ille in ipso ventriculo & intestinorum volumine elaboretur, & ex variorum ciborum massa extrahatur, varia hic concurrunt & conspirant beneficia, a prudentissima natura tali modo disposita ac concessa. Videlicet ut extractione facilitaretur, præparatione ciborum opus erat, quæ ipsa masticatione in ore peragitur, dum ab incisoribus dentium cuneis, tanquam pistillis, crassiores ciborum boli in minutiores partes dividuntur, deinde planis molaribus commissi, & hinc inde linguae motu agitati, velut sub mola quadam, conteruntur. Quemadmodum autem in Chymicis ad solutionem & extractionem duriorum corporum facilitandam irrigamus ac maceramus primo illa menstruo quodam: eodem modo saliva, continuo affluxu per innumeros ductus in os eructante, alimenta in oris cavitate primo subiguntur ac præparantur, ut facilior deinde in ipso ventriculo solutio & secretio utilis

ab inutili fieri possit. Uti autem porro in omnibus solutionibus chymicis, & effentiis extrahendis, necessario requiritur primo menstruum quoddam, seu liquor solvens, qui rerum extrahendarum poros laxet, particulasque dividat & dissolvat, sibique appropriatas imbibat, deinde calor lenis ac blandus, qui poros relaxando, istam solutionem iuvet: simili ratione naturalis spagyrica viget in ipso ventriculo & alimentorum magno isto canali, puta intestinis, dum liquor quidam lymphaticus, subtilissimo æthereo sale imbutus, spirituque animali, per numen rosas nervorum propagines adducto, turgidus, magna quantitate ex ipsa tunica ventriculi & intestinorum glandulosa stillat, & funditur in cavitatem ventriculi, ut alimenta ore præparata, ulterius dividat & dissolvat, subtilissimasque, oleosas, sulphureas, dulces, gelatinosas particulas exrrahat atque imbibat. Quum autem acidum, quo liquor iste ventriculi turget, plus justo massam ciborum in ventriculo imprægnet; omneque acidum motui ac tenuitati sanguinis ac humorum maxime infensum sit, prudenti consilio ac instituto, natura ciborum massæ, ex ventriculo pomceris exeunti, mox bilem, seu correctivum, admiscet, quod sale suo volatili, alcalino, sulphureo, non solum superfluum acidum destruit & enerat, sed & viscibilitatem humorum frangit & corrigit, & blando stimulo tam chyliscretionem, quam foecum naturalem excretionem adiuvat ac promovet. Ut autem hic secretus chylus, sive quinta essentia alimentorum, ad ipsum sanguinem ferri ipsique immisceri possit, in numeros fere ductus ac rivulos natura constitutus in ipso mesenterio, qui chylum hunc percolatum ac secretum per villosam ac spongiosam intestinorum tunicam, recipiunt, & simul in communem receptaculum, ubi pene omnia lactea & lymphatica inferiora vasa concurrunt, effundunt; ubi deinde diaphragmatis aliis, pulsuque arteriarum & vi propria elastica, ulterius per ductum quendam, qui dicitur thoracicus, ad venam subcla-

viam sinistram, ubi permiscetur cum ipso sanguine, transvehitur, ut autem iste motus chyli per ductum thoracicum commodius succedat & promoteatur, valvulis instructus est, qua impedit, quo minus chylus iterum refluat, & versus ventriculum abripiatur. Chylus hic sanguini infusus, dum cordis pulsu per pulmones totumque corpus frequentius circumagit, & longiori hac circulazione digestioneque ab impuritatibus suis liberatur, successive convertitur partim in lympham, partim propter abundantiam oleosarum particularum in ipsum sanguinem, qui nonnisi pinguior pars chyli est, magis resoluta, rarefacta & exaltata, in purpuream rutilantem tinturam mutata.

Denique quam augusta sunt penetralia & adyta vix penetranda ipsius cerebri ac capitis! hic quasi manu deducimus ad mentis nostræ palatia, ad singulos nimirum ejus montes, colles, acclivia & declivia, uno verbo: ad cerebri cerebellique pontem & concamerata opera, quibus ceu commissuris ac juncturis tota cerebri compages ac structura, corticalis medullarisque, quam diutissime perstat indeennis. Et quid dicturus sum de mentis satellitibus, h. e. sensuum organis, quorum beneficio plares veritatis cognoscimus & exploramus? annou arguit immensam ac insuperabilem bonitatem ac sapientiam divinam, quod mens nostra, externis satellitibus stipata sit, quorum quisque ita est conformatus, ut a certis obiectis variam alterationem ac motum menti imprimat? Placet solummodo, quoniam nimis excresceret oratio, sensuum omnium præstantissimum, nimirum visum, paulo latius deducere. Ejus organon est oculus, hujus bulbus, instar camere obscure, mirifica arte, ex tribus humoribus rotundaque membranulis conformatus est. Quemadmodum autem ad cameram obscuram, ubi species recto modo se representare debent, primo requiruntur duæ lentes convexæ, se-

secundo, foramen rotundum, per quod radii transeunt, tertio, conclave obscurum, & tenebricosum, & quarto, obiectum, in quo radii colligi possunt: sic quoque in oculo deprehendimus mira arte humorem crystallinum & vitreum, qui summe pellucidi, sphærica & convexa figura gaudent, ita ut solum litteræ apparent majores, verum etiam ut radii solares, in majori bovillo humore crystallino in unum punctum concentrat, accendere materiam substratam possint. Deinde adest quoque in oculo foramen, per quod species transmittuntur, quod existit in uera & vocatur pupilla. Denique tunice, uera, & choroides, nigrore intus obductæ, conclave tenebricosum efficiunt, & tandem ipsa tunica, retina expansa, ipsam chartam repræsentat, in qua species depingi solent. Tacemus jam artificiosissimam auris, tam externæ quam interiore structuram, aliorumque organorum, quæ nonnisi summa ac mirifica mechanica arte constructa sunt. Placet omnia eorum evolutionem ac fusionem explicationem differre in tempus, ubi Deo dante demonstrationes has publice in subiectis humanis sumus exhibituri. Quapropter hic merito filum orationis abrumpimus & subsistimus, sufficientissime edocti, ex ipsa perfectissima mentis essentia, & infinita ejus cogitatione, itemque ex artificioſſima & mechanica corporis ejusque partium structura, dari ENS infinite perfectum, immensa sapientia, bonitate & potentia præditum. Nonne enim omnipotens, satis eluet, ex nostri corporis origine? si consideramus, tam minutissimo principio tam magnam illius molem, deberi. Annon ejus infinita perfectio, clarissime demonstrari potest, dum consideramus mentem nostram infinite perfectum quid cogitare ac conceperem posse? Annon ejus bonitas ac sapientia immensa luculentissime patet in tam concinna ac prudenti, follicita, que conformatio[n]e cujusque visceris ac partis, ita, ut nil sine singulare, usu, fine ac consilio hic appareat? Tandem

cum tota machina infinitis ratione magnitudinis particulis, quæ sunt in sanguine, lympha nervorumque fluido, moveatur, & quævis particula singulari suo motu gaudeat, necessaria consequentia fluit, quoniam nihil a se ipso & sua natura movetur, infinitum quoque harum infinitarum particularum motorem esse, adeo ut contumacissimus Atheus hisce fundamentis motuum, quæ nullo modo negare potest, non possit non ad assensum trahi, & ad confirmandum magnum illud effatum: dari DEUM.

Nihil jam restat amplius, quam ut benignissimo DEO, opifici nostri textori ac factori sapientissimo, æternas laudes ac gratias persolvamus, quod ex pulvere & luto, immo fere ex nibilo, talia ac tanta nobis fixerit præcordia, quanta nostris imis pectoribus condita gerimus, ex quibus perfectissima ejus bonitas, sapientia summa, ac insuperabilis potentia eluceat & hinc summis laudibus extollenda ac celebranda est. Quare non inmerito in Conditoris laudes sic erumpimus: *Celebro te, eo quod suspiciendis operibus istis in admirationem traduor: Celebro mirabilia opera tua, que maxime novit animus meus. Non celata est vis mea tibi, ex qua factus sum in abdito artificiose confessus, velut in imis partibus terre. Massam meam viderant oculi tui, & in libro tuo haec omnia scripta erant, ex quibus die formabantur, quum nondum illum ex eius extaret. Nonne sicut lac sudisti me? & tanquam caseum coagulasti me? cuite & carne, ossibus. O venis, induisti me.*

Præfari hæc placuit, cum divina dispensente providentia, publicum & ordinarium munus, docendi Medicinam & Philosophiam, naturalem in hac Academia, Serenissimi & potentissimi ELECTORIS nostri clementissima voluntate, adeptus sum, quod ipsum benigno DEI auxilio, in quo unicum mihi præsidium ac solatium est, jam labens ac intrepide capesso, in id constanter omni animi mei cura incubitu-

tus , ut mihi concredita dextre , diligenter , alacriter geram & expediam , in Summi ac boni DEI & Numinis gloria . n , & proximi mei summum emolumen tum . Cuncta enim , partim quæ ipsam Physicam , partim quæ Medicinam spectant , dirigere animus ad mystérii DEI & manibus ejus effecta opera cognoscenda , ut ex illa cognitione ascendamus mente ad ipsam cognitionem sapientissimi rerum Opificis ; qui longe accuratius nobis patebit in altera illa , in beata vita . Supplici hinc prece adoramus Divinum Numen , velit non solu u ex alto conatibus nostris laudatissimis assistere & ipsis addicere , verum etiam ELECTOREM NOSTRUM FRIDERICUM III . Sapientissimum , qui universo orbi Iudum hic aperuit , & disciplinarum officinam constituit , in qua præclara ingenia ad æternam famam excudantur , diutissime servare , una cum potentissima Domo Brandenburgica , ejusque potentiam ita firmare , ut usque dum magna hæc mundi machina dissolvetur , Majestas domus Brandenburgica perseveret inconcussa , savissimi belli æstus immanes procul a regni ejus finibus avertantur , ut sub potente ejus dextra , omnes provinciæ & hæc urbs una cum Academia , quæ insigne fane patriæ decus est , florent & in omni perenni felicitate immota persistant .

Quod reliquum est , tuæ Excellentia per illustris Dn . Cancellarie , & quod omnibus titulis præcellit humanissime , pro singulari tua humanitate , qua non pro fastigio tuo te metitus es , sed patientibus auribus dignari tenui filo hanc contextam orationem volueris , æternum devinctus sum . Supremuna Numea supplex veneror , ut canitiem tuam firma roboret valetudine , tan-

tumque bonum provinciæ diu servet . Vobis quoque Magnifici , Excellentissimi , Consultissimi , Amplissimi , auditores omnium ordinum honoratissimi , insignissimas grates ac laudes persolvo , quod non solum attentas aures mihi peroranti benevole accommodare volueritis , sed & quod favorem ac amorem indulgentissimum in studia ac conatus laudabiliter suscep tos luculentissime præsentia vestra declaraveritis . Nihil æque accedit & incitat diligentiam ac ausus ad eximia tendentes tam docentium , quam discentium , quam si viri doctrina atque auctoritate plurima pollentes , approbat variis benevolentia documentis instituta ac ausus doctorum & studiosorum . Sic animosius decurrunt stadium suum sacris Musarum operantes , ac invigilantes . Ego uti officia ac beneficia hæc devota mente concipio : sic nihil magis mihi enitendum erit , quam ut submissa veneratione ac obsequii mei delatione , hæc & plura alia mihi præstata ex parte saltim rependam . Tandem ad vos accedo Collegæ honoratissimi , hujus Academiæ clarissima sidera , comitate vestrorum officiorum obstrictissimus vivo , & quaravis nihil præcipui de me habeam promittere , illud tamen sancte vobis polliceor , nullam rem in hac vita academica mihi tam propositam fore , quam ut fidem , concordiam , candorem , amorem vobis approbem , & semper intactam ac illibatam servem . Sospitet vos benignissimus DEUS , & eruditas curas vestras actionesque omnes , solidis & veris studiis propagandis unicæ destitutas , omni benedictionum genere uberrime fœcundet .

D I X I.

K & DE.

D E

PANE GROSSIORI

VVESTPHALORUM, Vulgo BONPOURNICKEL,

ANimantium corpora, jugi motu calidi & fluidi interni varie exagitata, partes aliquas sui continuo amittere, & hinc ergua quadam reparazione egere, res est certissima. Illud ipsum jam commode perficitur alimento, qua in humorum absumentorum substantiam satisfacere atque converti, & corpus nostrum tam alere, quam augere debent. Ex horum genere primas obtinet panis, ISIODORO a ~~vñ~~ dictus, quod omne quasi alimentum absolvat. Basis quasi ciborum hic est, & alimentum universale, natura admodum consentaneum, ventriculo acceptum, citra ullum fastidium, omnibus ferme gentibus ac priscis familiare, totque seculorum ac nationum longo usu comprobatum, hinc alimentorum facile princeps. Etenim frumentum omne, & ex eo confectus panis, elementa complectitur valde affinia sacris nostris vitalibus, negata ceteris rebus alibilibus. Constat nimirum, fluida nostra machina ex diversissimis, ratione figuræ & molis corpusculis, esse composita, variaque elementa ibi contineri, chymico igne eruenda, nimirum, sulphur, oleum & tal volatil, mucilaginem, terram, aquam, & quæ sunt id generis alia. Similia quoque redundunt in pane. Nam destillatus fundit spiritum acidulum, oleosum, qui præter alia & coralliorum substantiam promte solvit, & rubineam tincturam, digestione prævia, constituit, medicamentum non contemnendæ virtutis. Deinde magnam olei inflammabilis largitur copiam, nec non terram fixam ni-

gram a destillatione restilem præbet: & denique mucilaginosa ejus & lenta substantia ad ipsum sensum patet. Spirituosas subtile particulas ipsi & vim conformatem inesse, præter testimonium S. Scripturæ & odor panis refocillatorius, & aqua ex pane, præcipue grossiori, parata, virtutis analipticæ, a Medicis mirum laudatæ, nec non quotidianus ejus usus, vires firmas suppeditans, comprobatur. Præterea ventriculus hoc alimenti genere apprime gaudet, propter acidum subtile & blandum, quo gastrici menstruvis & activitas dissolvens egregie adjuvatur & exaltatur. Plura in hanc rem de panis natura, viribus, variisque generibus, veteribus jam cognitis, commentari possemus, si instituti nostri permetteret ratio: Postunt autem evolvi HIPPOCRATES, Lib. 2. de vñl. rat. seft. 4. pag. 22. 23. It. ATHENÆUS Lib. 3. cap. 17. & 18. POLLUX Lib. 7. cap. 11. & PLINIUS Lib. 18. cap. 7. Placet tantum impræsentiarum panem illum grossiorem, quo Westphali pro victu quotidiano uentuntur, a Gallo, ut ferunt peregrinante denominatum Bonpournickel, paulo penitus examinare, ejusque naturam ac vires breviter strictimqne evolvere, usum ejus a multorum contemptu vindicare.

Priscis jam tum gentibus panis hic cognitus fuit, dictus furfuraceus, quoniam a furfuribus non repurgatus, teste GELLIO Lib. 2. cap. 9. it. impurus, vid. HIPPOCRATES lib. 9. ATHENÆUS lib. 3. p. 125. syncommixtum vocat, ex farina incerniculo non excussa subactum. It. Coliphium ~~awī wāla~~, membrum, & ~~īfī~~ robur

quasi robur membrorum, appellatur vid. PETR. FABER *Agonistices Libr. III. c. 3.* CÆLIO RHODIGINO *Lib. 9. cap. 16.* dicitur cibarius & gregarius, TERENTIO ater. Hoc panis genus magno semper in pretio habitum fuit, ad alendum & firmum ac robustum corpus reddendum; hinc furfuracei panes πωλυτροφάτεραι, h.e. multum nutrimenti habentes, & qui ex polline, seu farina purissima confecti sunt, οὐλιγοτροφάτεραι, seu minus alimenti dantes, dicti sunt, teste ATHENÆO *l. c.* Hanc ob rationem elim athletæ, qui robustissima membra & nimio sanguine atque adipibus quasi luto involutas animas habebant, coliphium illud duntaxat edebant in prandio; in coena vero carnem suillam non elixam, sed igne paululum assatam, & aquam calidam bibebant, ut alimentorum duritie ac crassitie non modo uberiori nutrirerentur; sed etiam diutius saturri permanerent. Vid. PETRUS FABER *l. c. p. 231.* GALENUS de *Alimentis* & ARRIANUS *Lib. 3.* VERRIUS apud PLINIUM auctor est, populum Romanum, pane furfuribus adhuc remixto, trecentis annis osum fuisse. Vid. FULVII URSINI *Append. p. 316.* Durus quippe & firmus hic vietus minus corruptibile generat succos, duplo plus nutrit, fami magis resistit, & generat corpora firma, perferendis laboribus injurisque tolerandis idonea, & a morbis, maxime qui a dissolutione masse sanguinæ calida proveniunt, immunia; cuius asserti veritatem sufficienter corroborat tota Westphalica gens, robusta, firma gravissimisque laboribus & injurijs perferendis apta. Notabile est, populum illum raro infestari febribus acutis, & morbis ab humorum ebullitione & sanguinis elementorumque dissolutione quadam maligna ortis, sed magis hic morbos frigidos & chronicos graftati, quod utique crasso victui & dura diæta adscribendum est. Cum enim alimentorum pauciorum corruptibilium sit assumptio, tardam, nec tam acrem subeunt humores fermentationem, unde & calor nimium viscosarum

partium impedimentis obtunditur, nec humores texturæ firmoris tam facile divelli & destrui a fermento morbo possunt. Præterea ingeniorum & morum constantia, & solidum in rebus gerendis judicium, quo Westphali præalis nationibus pollut & ob id ad Ecclesiæ & Rerum publicarum gubernationem, etiam in peregrinis locis, præindigenis adhibentur, meo judicio, partim educationi, partim virtus rationi, adscribenda else existimo. Ad laborem adsueta sunt: ut autem homines nihil agendo male agere discunt; ita rursus honestis laboribus multæ pravae cupiditates & vitia reprimuntur. Vietus autem hic magnum contribuit symbolum. Pulchre docet PHILOSOPHUS *Lib. 1. Pol. 3.* vietus alimentiqæ diversitatem diversas ac disparem hominum vitas efficere; nec sine ratione: perpetuum enim corporis & animi commercium ac vinculum est. Qualis constitutio ac motus spirituum, sic dictorum animalium, tales quoque inclinationes, cogitationes animæque actiones moresque exsurgunt, id quod firmissimis rationibus adeo est manifestum, ut frustra operam ponere vellemus, si Medicorum trivio nota hic congereremus: nec obstat, hic crassum victum crassos procreare humores; utpote labore ac motu viscide particulae satis dividuntur, preparantur, subtilisantur, ut non tantum intimiori allisione ad tubulos corporis in augmentum solidi cedant, verum etiam succos vitales progenerent satis firmos & sufficietes, quamvis non fluxiles & inconstantes: & ut ut sanguine prædicti sunt frigidiori, sufficiente tamen gaudent partium subtilissimarum activitate. Notissimæ sunt observations, quod quæ spiritu gaudent intestino & pariter per liquidí poros diviso, pressione rigidorum crassiorum, in medium se recipere & ad difflationem minus apræ else, ut sic in centrum coactæ & unione fortiores particulae spirituosa, magnam habeant vim & potentiam. Non tamen negandum est, victum hunc crassorem

& minus tutum esse illis personis, quæ imbecilles sunt, quiete ac otio fruuntur, nec laboribus affuetæ. Hinc sapienter scribit HIPPOCRATES de Medic.prisc. Sect.1. p.14. Valentiora alimenta hoc habent, quod a natura si supererentur, nutritant egregie, si non, dolores & morbos frigidos producant. Et CELSUS dicit p. 106. Valentiora minus facile concoqui, sed si concocta sint, plus alere. Labore, itaque & motu opus hic est. Corpora athletica nutritionem recipiunt solidorem, quam tranquilla & otiosa, ubi suspecta magis omnis nutritio & pinguedo est. Motus enim est & sanguinis circuitus, cui intimiore attritione & vi sua elastica, crassis alimenti particulas resolvit, subigit, digerit & in tubitiam corporis nostri convertit: quies autem omnem nutritionem sufflaminat, obstrukiones morborum genitrices atque ingenium tardum ac nuxile parit.

Ex hisce jam liquido constare existimo, plurimam alibilem qualitatem in pane Westphalorum contineri, & quidem tantam, ut lecurius & meliori fato laboribus affueti, firmissimo hoc nutriti genere utantur, & corpora illorum ac ingenia instaurentur, quam nos, delicatori ac tenuiori victui & otio adfueti. Sique porro rem paullo accuratius ad rationis momenta exigere velimus, hic offerunt se plurima clarissime. Multum enim distat natura & indoles panis grossioris furfuracei ab illo, qui ex farina purissima præparatus est. Westphalicus si destilletur, copiosissimum empyreumaticum & inflammabile præbet oleum: mediocrem quantitatem panis medius; minimam, seu potius nullam, panis ex tritici farina purissima factus, seu simila. Immo destillati furfures copiosum semper fundunt oleum, cuius proventus, mea sententia, cortici externo duriori, qui ab aeris calore jugiter atteritur, debetur. Notum autem jam est, quam actuum principium, naturæ nostræ & mixturae sanguineæ consentaneum, & humorum ballatum, ac temperiei nativæ custos

fit, oleum destillatum: Ipse sanguis abit in oleum, & inflammabilis est, & quo magis de hoc principio participat, hoc firmiores suppeditat vires, sanitatis & vitæ nostræ conservatrices. Oleum destillatum mineram ac matricem esse salis volatilis, quo mire gaudet regnum animalium, compertum est rerum chymicarum gnaris.

Ex hisce jam apparere existimo, quantum prærogativam hic panis habeat, præ aliis sui generis. Alimentum vere dici potest medicamentolum, quoniam præter qualitatem corpori nostro similem, habet & aliam, qua insinuerit afficit, intemperiem humidam emendat, exsiccat, a putredine defendit & vires reficit; quare loco medicamenti tali in casu ubi vires jacturam passæ sunt, ubi languoris pullus deficit & dissipatio subtilissimi fluidi metuenda adhiberi potest, sive in jusculis, quæ cum vino, saccharo & cinnamomo parata, sunt optimæ confortantia, vel in aqua ejus destillata, saporis suavissimi, in phthisi, hectica & virium defectu egregia. Taceo ejus usum externum in capitib. dolore & ubi discussione humorum stagnantium opus est, eximium. Tandem panis hic crassior singularem sovet virtutem, aliis panibus non concessam, quod licet sit crassioris texturæ, alvum tamen subducat. Notata hæc virtus jam olim fuit ab HIPPOCRATE dum scribit lib.2. pag.23. Panem ex farina integra non excussa, alvum subducere, purum vero minus, sed magis illam confipare. Hanc virtutem maxime derivandam esse existimo ex furfuribus rigidioris texturæ ac figuræ, quæ te nuillimas intestinales fibras ad motum excretorium promptiores sollicitare & irritare continuo possunt; furfures enim teste GALENO virtutem habent detergiam. Hinc in praxi observatur & talia juscula ad alvum laxam servandam esse accommodatissima.

Quod concernit medicamenta ex pane hoc Westphalico concinnanda, ex illis laudem eximiam meretur, ad vires restaurandas & humidum homogeneum cor-

corporis resarcendum, in fervore sanguinis hectico, aqua, quæ paratur sequenti modo. Sumatur panis contusum libra una, succi cancerorum fluviatilium libra dimidia, aquæ roris maialis mensuræ due, aquæ solariæ uncia 4, nucistæ uncia dimidia, croci drachma una: de stillentur hec invicem in balneo M. moderato calore, sic prodit aqua egregie confortans, snavissimi odoris, stomacho grata & ad restinguendam astum hecticum eximia, si quotidie ad mensuram dimidiad sumatur, vel sola, vel cum pulvere cornu cervi philosophice præparato. Porro si spirituosa stomachalem expetis, destillandus panis hic est cum-

vino Rhenano, adjecta nucista & cinnamomo sufficiente quantitate, fit exinde aqua stomachum corroborans, in nimia ejus laxitatem, vomitu, appetitu dejecto, summe proficia. Præterea spiritus panis, ex pane sicco, in retorta destillatus, & probe ab oleo suo fætido rectificatus & purgatus, medicamenta sudoriferum est, naturæ non adversum, quod tenuitatem sanguini conciliat: hinc ad scorbutum & sanguinis impuritatem tollendam, summe proficuum. Si radiis solis per aliquod tempus exponitur, tintetur, induit rubineam. Fusus hujus spiritus laudes recenset JOH. TAKIUS in Chrysogonio animalis pag. 76.

D E

METHODO

COMPENDIOSA, PLANTARUM VIRES ET VIRTUTES
in medendo indagandi.

Quemadmodum benignissima natura innumerabilem rerum copiam ac varietatem in sapientissimi conditoris venerationem liberalissime protulit: ita provido admodum ejus consilio factum est, ut singulas diversaque rerum species, quo facilis diosci, queant, propriis characteribus & peculiaribus notis quasi signatas conspiciamus. Magna ac pene immensa est animantium, in illorum regno multitudine, ac varietas, quorum alia in aquis, alia in aere, suum & viectum habent & domicilium: quodvis tamen eorum, doratum, est certis notis & characteribus, quibus, sane unum, ab altero facillime discerni potest. In mineralium regno illud, profecto, mirabilis nec translatitia, animadversione, dignum, videtur, quod & metallorum & mineralium minera, ratione locorum

& subterraneorum tractuum, ubi eruuntur, peculiari colore, figura & proprio habitu instructæ sint, ut quilibet harum rerum apprime gnarus, ex solo aspectu singularum natales & incunabula possit, dijudicare. Inter centum enim mineras, v.g. plumbeas, cupreas, argenteas, vix una reperitur, quæ alterius similitudinem exacte referat. Quod etiam valet de marmore, jaspide, aliisque pretiosis gemmis, quarum species ut diversissimæ, ita distinctissimæ apparent, ut hisce in rebus excitato, in facili & expedito sit, statim ad primum aspectum indicare, ubi hic vel ille jaspis, aut hoc v. illud, marmor natum fuerit. Longe vero maxima & incredibilis est, in amplissimo illo vegetantium, regno o. plantarum, tam ratione generum, quam specierum, copia & varietas. Nihilominus tamen, & hincernuntur, satis significanter expressa,

sapientiae divinæ vestigia , quam quodvis plantarum genus , singulæque eorum species , certis quibusdam ac peculiari bus , quibus dignosci possint , characteribus insignitas observamus . Quæ exquisitior herbarum notitia , veteribus plane ignorata fuit , unde non mirari oportet , quemvis pro lubitu , huic vel illi plantæ certum attribuisse nomen , quæ arbitaria appellatio , non modo rem botanicam mirifice perturbavit , sed etiam haec tenus maximam in addiscendo peperit difficultatem . Quemadmodum vero nostra atate , omnes sere artes ac scientias longe subtilius excultas intuemur : ira etiam Botanices studium olim rude admodum & incultum , nostris temporibus , ad ingentem perfectionis gradum pervenisse lætamur . Surrexerunt enim diversis in regionibus præstantes ingenio viri , qui conquisitis omnibus adjumentis , contenterissimo studio & mira accuratione in id incubuerunt , ut rem botanicam , ab exiguis profectam initii , in majus meliusque proveherent . Posteaquam enim horum opera ad liquidum perductum est , cuius plantæ certum insitum esse characterem , secundum quem singulæ ad certum genus referri debeant , omnes sane sublatæ sunt , quibus hoc studium olim laboravit , difficultates , nec amplius operosa , sed potius perexpedita levique negotio parabilis est herbarum cognitio . Eminent in his rei herbariæ statoribus CÆSALPINUS Italus , qui primus omnium emicuit , & FABIUS COLUMNA ; ex Anglis MORISONEM & RADIUM , ex Germanis HERMANNUM , AMANNUM & RIVINUM , ex Gallis TOURNEFORTIUM inprimis veneramur , qui tamen laudati authores paululum in eo inter se discrepant , quod quidam pro fundamento hujus disciplinæ habeant capsulas seminales earumque siguram & habitudinem , alii vero , ex florum figura & petalorum numero , eam addiscendam esse contendant . Nobis corum sententia proxime ad verita-

tem accedere videtur ; qui non unum sufficere characterem , sed plures simul spectandos esse afferunt , ita , ut totus plantæ habitus tam quoad capsulas semifinales , quam flores , folia & radices , pro vero ac genuino hujus scientiæ fundamento ponendus videatur .

Quamvis autem nostris temporibus facta fuerit tam admirabilis ad omnem hujus disciplinæ excellentiam progressio , tamen mirari subit , quod haec tenus perquam pauci eruditorum satis diligenter cogitaverint de inventienda ejusmodi methodo , qua specificæ & salutiferæ vires cujusvis plantæ facile indagari possint : quam ego rem profecto majoris utilitatis , ac exactiorem illam herbarum ratione generis & nominis imponendi notiam , arbitror . Et licet nonnulli hoc in labore non sine laude desudaverint , dum partim ex ipsis characteribus , partim ex sapore & odore , hanc virium cognitionem petendam esse affirmarunt ; tamen paulo curatiori studio non solum hanc viam fusius persequi , sed & novam quandam methodum , virtutes herbarum dijudicandi , hoc loco proponere instituimus .

Primum itaque afferimus , plantas , quæ similes gerunt characteres , viribus inter se multum ac sèpius convenire . Ita cinnamonomi , cassia , malabathri , camphoriferæ arbores , unum eundemque præse ferunt characterem , nec adeo magnum virium discrimen in iis deprehenditur . Zingiber , zedoaria , utraque galanga , costus Arabicus , canna Indica , zerumbeth Garcia de Orta , & simili charactere , & pari virtute gaudent . Sale enim , quo pollent , acri , viscidos & crassos humores incident , attenuant , atque adeo ad solvenda obstructionum claustra , in morbis longis , & ubi cruditatum ingens est in primis viis proventus , mirifice conferunt .

Omnes fungi , hisque congeneres agarici , boleti , lycoperda , fungoides , codem cognoscuntur charactere , omnesque ac singuli virulenta subtili quadam acri-

acrimonia solidis ac motricibus corporis nostri partibus vim hostilem minantur, neque internus eorum usus adeo tutus observatur.

Omnium muscorum, lichenum, & his congeneris lycopodiū, equiseti, lunariæ, osmundæ, ophioglossi, & idem character & virtus valde similis eadem que est; utpote manifesta siccandi & adstringendi pollent facultate. Dantur in plantis quædam in dorso semen ferentes, cujus generis sunt filix mas & foemina, lingua cervina, trichomanes, adianthum nigrum, ruta muraria, polypodium, in quibus vis est splenetica, leniter, minus firmum vilcerum, inque primis lienis, tonum, roborans.

Pulmonaria maculosa, lithospermum, cynoglossa, anchusa, buglossa, borago, consolida major, post florem monopetalum, semina quatuor nuda proferunt, & ob terreum, quo abundant, elementum, glutinante & subadstringente virtute vulneribus consolidandis opitulantur.

Sunt plantæ, quæ semina plura reniformia, in formam caseoli congesta, post florem monopetalum proferunt, ut malvæ, althæ species, quæ succo turgentes glutinoſo, tenuem humorum acrimoniam demulcendo, in morbis qui ab hac nascuntur, opem desideratissimam ferunt.

Parietaria, blitum, atriplex, chenopodium, bonus Henricus, mercurialis, spinachia, ejusdem characteris succum alunt nitrosum; hinc ad alvum solvendam & acrimoniam humorum delinendam, plurimum conferunt.

Plantas verticillatas, quarum flos monopetalus irregularis, galeatus & labiatus exsistit, sale volatili oleoso ubertim esse instructas, nemo facile, qui has plantas igne chymico tractavit, inque usum adhibuit, in dubium vocare poterit. In harum numero sunt melissa, mentha, origanum, majorana, serpillum, rosmarinus, marum, hyssopus, chamædrys, chamæpitys, lavendula, salvia, nepeta, marrubium Creticum, quæ omnes inter cephalicas & nervinas herbas ad imbecille nervorum genus corroborandum, prin-

cipem facile locum tuentur.

Sequuntur jam sic dictæ umbelliferæ, quæ semina nuda gemella post singulos gerunt flores, quas inter eminent carvum, angelica, levisticum, chærolia, daucus, imperatoria, apium, anethum coriandrum, anisum, pastinaca, quæ oleo & copioso subtili & vaporoso virtutis sedativæ abundant, per quod & humores crassos & flatus discutiendi facultate pollent eminente.

Denique benigna profert natura plantas, quarum capsula tripartita, post florē hexapetalum regularem conspicitur, ut omnes allii, ceparum, asphodelorum species, quæ duplex, quo agunt, agnoscunt elementum, quorum alterum est tenue acre sulphureum, alterum succus dulcis glutinosus. Ratione prioris fortiter excretoria stimulando, urinam & sudorem pellunt sanguinemque exigitant. Si vero sal acre subtilius coctione perit, remanet glutinosus succus, qui duritatem humorum emollit & abscessus maturat.

Ex compositis, quæ ex regularibus constant floribus, & sulphure constant vaporoso, & principio salso amaro gaudent, ad pellendos menses, & ad alvo excludendos lumbricos, non parum conferunt, ut sunt tanacetum, abrotanum, artemisia, mentha Saracenica. Quedam ex compositis exmeritis semitlosculis constructæ sunt, ut dens leonis, scorzonera, endivia, hieracium, cichorium, chondrilla, quæ lactescentes sunt plantæ & absterfivo sale præditæ.

Quoad arbores abies, pinus, larix, cypressus, arbor vitæ, cedrus de Libano, picea, balsamum de Tholu, sunt conifera & gerunt flores imperfectos amentaceos, a fructu remotos, & omnes ac singula hæ gaudent resinoso succo, ex quo destillatione subtile balsamicum oleum elicetur quod valde calefacit, urinam pellit, & morbis longis ac frigidis, fibras delassatas roborando viscidosque humores attenuando, usum præbet non contempnendum.

Sed misla hac via, quæ nos per characteres & signaturas externas, de convenien-

nientia virtutum instruit, progressum jam facimus ad aliam methodum, qua per compendium quasi, beneficio saporis & odoris, ad potissimas ac præcipuas plantarum in morbis arcendis & vindicatis vires, facile pervenimus. Valde potentia in mixtione corporum ad producendas virtutes & vires elementa saltem & sulphur esse, nemo facile, qui leviter saltem scientia physica & chymica tinctus est, ignorabit; quorum alterum, nimis rursum sal, sapore, sulphur autem, odore, optime dijudicatur, maxime quum per diversissimas mixtiones partium, principium hoc salinum sulphureum, & etiam ob id sapor & odor mirifice varient. Placet autem circa hanc rem certas quasi constituere leges ac regulas, secundum quas & sapore & odore de viribus plantarum certum ferri possit judicium.

I. Omnes plantæ amaræ, propter sal, quod in se reconditum habent, alcalino-fixum, terreum, cum sulphure fixiori mixtum, virtute gaudent aperiente, incidente, obstructiones & infarctus viscerum expediente, dum acidum & viscidum extingunt, omnisque generis excretiones leniori stimulo adjuvant, hinc alvum servant apertam & perspiracionem faciliorem reddunt, atque ideo in cachexia, scorbuto, hydrope, ictero, mensium suppressione, affectu hypochondriaco, quartana aliisque febribus intermittentibus, stomachi vitiis, cruditate acida, appetitu extincto & alvo adstrictiori opem ferunt plane egregiam. Hujus generis sunt absynthium, aristolochia, centaurium minus, carduus benedictus, carduus Mariae, gentiana, scordium, fumaria, trifolium fibrinum, tanacetum, flores chamomillæ, radix cichorii, gentianæ, rhabarbari, aloë, china chinæ, extractum colocynthidis,

II. Quæ valde acrem saporem exhibent, fortemque odorem expirant volatilem, qui etiam distillatione exhalat, vim habent antiscorbuticam, sanguinem vehementer commovent, menses pelunt, & in scorbuto, ut vocant, frigido, exulcerationibus, tumoribus, cachexia, immo etiam in vitiis stomachi,

ex cruditatibus acido-viscidis subortis, præstantissimam exserunt efficaciam. Ad hanc classem spectant radix ari, acorus, beccabunga, cochlearia, caltha palustris, eruca, hydrolapathum, nasturtium aquaticum, nasturtium siliqueum, piperitis, sedum minus, persicaria acris, senecio, piper, sinapi, alium, cepæ, raphanus rusticanus, calamus aromaticus.

III. Plantæ aromaticæ, quæ subtili grato oleo pollut, potissimum nervis dicatae sunt, siquidem universum genus nervosum corroborant, ejusque infirmitati subveniant; unde in omnibus morbis, qui nascentur ex virium imbecillitate & tono partium nervosarum laxato, v. g. in paralysi, apoplexia, rheumatismis, neque minus in ventriculi & uteri affectibus, in capitibus aliarumque partium doloribus, inque arcendo membrorum externorum sphacelo & corruptione, tumoribus, quoque discutiendis & sedandis fluxionibus, præstantissimum adiumentum commendant. Hoc in numero sunt abrotanum, mentha, melissa, rosmarinus, majorana, mentha Saraconica, origanum Creticum, calamus aromaticus, flores lavendulæ, flores chamomillæ Romanæ; ex aromatibus caryophylli, macis, nux moschata, cubeba, cinnamomum, cardamomum, coriandrum, nigella.

IV. Quibus sapor inest acris, oleosus, terebinthinaceo-aromaticus, eæ virtutem possident diureticam, cephalicam, roborantem, inque iis morbis, qui ex renum vitio generantur, maxime ad præservationem, insigniter prosunt. Obtinent quoque virtutem vulnerariam, in gonorrhœa, fluore albo & externis caechicorum lesionibus, satis conspicuam; quo nomine commendari merentur virga aurea, balsamina, botrys, sabina, chamæpitys, chamædrys, folia & flores hyperici, geranium Robertianum, folia & bacca lauri ac juniperi, radix valerianæ, serpentaria Virginianæ, spica nardi, pinus, abies, malix, olibanum, balsamum Peruvianum, terebinthina & ejus oleum, ex quibus ma-

ximæ virtutis essentia & balsama vulneraria liquida parari solent.

V. Sapor plantarum amarus & aromaticus manifestat vim tonicam, roburantem & carminativam, in ventriculi & intestinorum debilitate, in cachexia, febribus intermittentibus, digestione depravata, utilem in primis ac proficuum. Ac tali quidem virtute excellunt cortices chinæ, atque chaccarillæ, citri, aurantiorum, cortex Winteranus, ligni salaffras, zedoaria, galanga, calamus aromaticus, cubebæ, cardamomum, flores chamomillæ Romanæ.

VI. Ex terreo amaro & subadstringente sapore judicare licet vim tonicam, vulnerarium, fistendis fluxionibus, febriumque paroxysmis cohibendis, singulariter idoneam; in horum censu sunt maxime cortex chinæ, cortex fraxini, tamarisci, capparum, lingua cervina, capillus veneris, scabiosa, chamædrys, tormentilla, pulmonaria arborea, bugula, urtica mortua, folia ceterach, herba thee, herba veronicæ, quæ, suffragante experientia, in diarrhœis, cachexia, scorbuto, vitiis lienis, febribusque intermittentibus maximam ferunt utilitatem.

VII. Vegetabilia, quorum adstringens sapor terreum subacidum prodit elementum, adstrictivam habent facultatem, atque ad compescendas variigeneris fluxiones & coercendos febrium impetus, quam plurimum valent; renum quoque laxitat, quæ calculorum generationi favet, egregie prospiciunt. Inter hæc primas tenent radix tormentillæ, bistortæ, plantaginis, cortices quercus, cortex radicis acaciæ, granatorum, acetosæ, cynosbati, quinque folium, fragaria, equisetum, perlicularia maculosa, flores balaußiorum, fructus acaciæ, perfrorum, mespili, uvæ immaturæ, semen lycopodii.

VIII. In quibus eminentis acidus sapor deprehenditur, ex refrigerant, sitim sedant & humores incrassant, atque in æstu febri & ubi biliosi exsuperant humores, peculiarem usum inveniunt; ut sunt acetosa, acetosella, succus limo-

num, citri, aurantiorum, berberum, ribium, granatorum, cerasorum, tamarindi, poma acida, uvæ immaturæ:

IX. Species plantarum, quæ non adeo exquisite & eminenter sapiunt, sed partibus abundant aqueis, mucilaginosis, parum sapidis, quarum beneficio externe emolliunt, interne vero acrimoniam humorum demulcent ac temperant: in morbis quibus humorum subest acrimonia, in faucium exulceratione inflammatoria, tenesmo, stranguria, exulcerationibus ani, gonorrhœa, cum insigni fructu adhibentur. Tali principio maxime instructa sunt semina, papaveris, p̄sylli, foenu græci, lini, cydoniorum, item quatuor frigida. Pertinent huc etiam radices althææ, nymphææ, symphyti, buglossæ, folia malvæ, borraginis, parietariæ, violarum, portulacæ, amygdala dulces, gummi Arabicum, cerasorum, tragacanthum.

X. Quorum mixtionem præter substantiam mucilaginosam, simul principium oleoso-sulphureum & vaporosum ingreditur, quemadmodum videamus in floribus verbasci, chamomillæ vulgaris, meliloti, millefolii, sambuci, croci, liliorum alborum, eæ ad emolliendos duros tumores & mitigandam dolorum acerbitudinem egregie conferunt.

XI. Dulcis sapor vegetabilium nos certos reddit de mixtione eorum bene temperata, mucilaginoso-sulphurea, & hinc illorum usus recte transfertur ad eos morbos, quos salini, acres, pontici humores vel fovent, vel generant, sicut in tussi, catarrhis, pectoris affectibus, scabie, leprâ, calculo & stranguria animadvertisimus. Horum quasi classem ducent radix glycyrrhize, ficus, jujubæ, sebesten, dactyli, passulæ, siliquæ dulces, pruna dulcia, mel, saccharum, semina anisi & foeniculi.

XII. Plantæ, quibus est sapor acris americana, virtute gaudent bezoardica & alexipharmacæ; fibras enim motrices stimulando, sanguinis motum accelerant, sudoremque ac diaphoresin promovent: hinc earum usus in morbis malignis

guis inque præcavenda corruptione quam maxime commendandus est. Huc referri debent radix contrariae, dictamni, gentianæ, imperatoria, petasitidis, angelicæ, carline, serpentaria, Virginianæ, salsaparillæ, zedoaria, valerianæ, scordium, chamædrys, chamæpitys, carduus benedictus, scabiosa, centaurium minus, enula, ruta, lignum juniperi, guaiaci, cortex ligni guaiaci, cortices citri, aurantiorum.

Saporem odor excipit, qui, quum partes sulphureas volatiles manifestas reddat, ad indagandas salutares plantarum vires haud parum conferre viderit. Satis enim evidenti experientia docemur, ea, quæ gravem & alienum spirant odorem & caput expansivo vapore replent, non modo dolores levare, sed etiam torporem ac stuporem quandam sensibus mentique inducere, quatenus nimirum efforatos motus componunt ac temperant. Quo spectant omnes papaveris, solani, strammoniei, hyoscyami, nymphæ, pæoniæ, lolii, mandragoræ & croci species. Qui vero grati & fragrantis sunt odoris flores, ob sulphur, quod exhalant, blandum, quo impetum fluidi nervi paululum refrænant, spasticis contractionibus nervosarum partium moderandis & placidæ quieti inducendæ viribusque deperditis instaurandis exoptatissimam operam commodant. In quorum numerum flores rosarum, liliorum alborum, primulæ veris, tiliæ, jasmini, acacie, ulmariz, fraxinellæ, aurantiorum, citri, liliorum convallium, hormini, salvie, hort. basilici sunt referendi.

Ex feminino classe, quædam contrita gravioris odoris exhibent per destillationem aquas, quæ & virtute analeptica & anodyna se plurimum commendant, ut sunt nuclei persicorum, prunorum, cerasorum, armeniacorum, amygdalæ amaræ & hujus generis plura.

Exposita sic ea methodo ac via, quæ per characteres & signa externa, itemque per saporem & odorem vires ac virtutes eorum, quæ e terra nascuntur, aperit atque recludit, sequitur jam, ut

aliam atque adhuc minus cognitam ac tentatam viam monstremus, qua idem ad notitiam virium plantarum pervenire possumus. Hæc vero est illa, ut videlicet fundi & soli, quo plantæ quævis peculiari gaudent & sponte proveniunt, differentem naturam ac indolem, probe consideremus. Diligenti enim & attenta experientia docemur, non quamvis omnes plantas terram ferre, sed nonnullas in hac, quædam in alia ægrius vel lætius provenire. Silvestres, respunt plane secundum solum, quædam difficulter admodum in hortis consueto adolefcunt incremento, quod de taxo, abiete, pino myrtillis, lycopodiæ, equifeto quæ ab omni cultura abhorrent, verum esse deprehendimus. Quædam in aliud solum translate, naturam suam valde immutant, atque a nativa indole quasi degenerant. Ita apium palustre ingentis acrimonie, mitescit in pinguiorem terram delatum. Omnes renunculi palustres sunt caustici, pratenses vero & montani acrimonie fere sunt plerumque expertes. Tormentilla montana minor, in locis uliginosis multo majoribus crescit augmentis, quod etiam valet de adianto, de silice mare & foemina, quæ in locis paludosis in humanam fere excrescunt altitudinem. Plantago, serpillum, primulæ veris in lucis subudis longe felicioris proventus sunt, quam in siccis & montosis, ubi tamen odoratores animadvertisuntur. Frumenta, ut secale, triticum, hordeum, in locis editioribus tenuiori vestiuntur cortice, & farinam & spiritum inflammabilem, mediante fermentatione, dant copiosiorem. Præstantius esse butyrum, mel, lac & caseum, item nobiliorum lanam in locis montosis & frigidioribus, quam in humilioribus, omni dubitatione caret. In tractu Rhenano optimum vinum crescere notissimum est, quod tamen ratione præstantiae & virtutis multum differre, idque unica a diversa soli habitudine dependere, ex eo appareat, dum sub eadem altitudine montium, situ ad solem, sub que eadem specie & cultura vitium, admodum diverse notæ vinum producitur,

quod

quod clarissime conspicitur in Hochheim, Koelhem & Cassel, locis sibi vicinis, vi- na quoad præstantiam differentia produ- centibus. Circa loca falsuginosa & mari- tima peculiares crescunt & sponte prove- niunt plantæ, quæ in alia loca transla- ta, minus germinant, ut sunt herba kali, salicornia, squilla, soldanella, esula maritimæ species, spergula mari- na, atriplex marina. Fundus siccus are- nosus ex arboribus pinum, abietem, pi- ceam, juniperum, taxum, ex plantis ericam, saxifragam, stoechadem citri- nam, chamæpityn, echium, benigne & liberaliter educat. In locis lapidosis & faxeis carlinam, pulsatillam, bupleu- ron, chamaedrym, ivammoschatam, felicius provenire conspicimus. Loca ar- gillacea & lutofa, leguminæ, pisa, fa- bas, lentes, vicias, cracæ Dogelmi- eten, fœcundo sinu alere videmus. In convallibus & umbrosis locis, sanicula, pulmonaria, hepatica, asarum, auricula ursi, vinca pervinca, alkekengi, laureola luxuriant; & circa sepes umbro- fas violarum, alsines specierum, nec non chelidoniorum frequentior proven- tus est. Ad margines & rivulos aquarum puriorum, petaetes, armoracium, bec- cabunga, nummularia, lysimachia, ulmaria, nasturtium aquaticum ut & pimpinella frequentius pullulant.

Etenim quum ex terra & pluviali aqua, experimento BOYLE & HELMONTII accuratius instituto, suum incrementum & augmentum plantæ accipient, ter- reumque elementum, præcipuum mix- tionis & animalis & vegetabilis funda- mentum, & omnium salium & sulphurum primordialis sit materia, ut destilla- tiones, combustiones, resolutiones & combinationes chymicæ evidentissime ostendunt, & ingens quoque terrarum sit differentia; recte concludere is vide- tur, qui a specifica & peculiari soli cuiusvis ingenio & indole ipsas herbarum vi- res deducere ac derivare studet. Prafer- tum cum videamus eadem semina, pluri- bus differentiis naturæ terris, eodem tem- pore commissa & eodem modo tractata, in incremento atque fecunditate longe

multumque a se invicem distare. Ad fie- mandam & stabiliendam hanc ipsam af- fersionem, placet tantum jam in medium proferre & aliquot exemplis clarioribus demonstrare, methodum hanc, qua ex soli differentia specifica virtus plantarum indagari possit, non insuper vel nihil ha- bendam, sed potius ad ulteriorem indagi- nem esse commendandam. Observa- mus nempe in locis humilioribus, palu- dosis, & ubi humiditates facile stagnant & putrescent, plurimas, quæ ibi na- scuntur, plantas, sale subtiliori caustico virulento instructas esse, quod exterius cutim inflammat, vesicas excitat; intra corpus assutum, sedes, vomitus, vel etiam urinam potenter movet & lumbricos necat, quo etiam ha plantæ pecori- bus, si largiter iis vescuntur, valde infe- stæ sunt. Hujus virtutis sunt arum aqua- ticum, apium palustre, alsine aquatica, anthora, aloc maritima, colocynthis, bryonia, cicuta aquatica, colchicum, cyclamen, elematites, draconculi pa- lustres, esula palustris, equisetum pa- lustre, flammula jovis, hydropiper, gratiola, marrubium palustre, ros solis, senna, soldanella, frangula, zingiber, irides palustres, eupatorium, & id ge- nus plures, quarum virtus potissimum in sale acri caustico consistit, quo infi- bras nerveas intimæ admissionis eas arro- dendo, lacinando, spasmos & effra- nes motus in animantium corporibus concitat. Evidem id minus propter, causticas plantas non in aliis locis præter- quam in palustribus reperiri, ut vide- mus in esula, pulsatilla, helleboro ni- gro & albo, quæ etiam loca altiora & licea amant, quamvis adhuc inquit edi- beant, annon etiam in locis editioribus certæ dentur regiones & tractus, sub quibus putrida & humida terra sit recon- dita, quæ has acres deleterias plantas proferat. Contra nostram sententiam id etiam dubii moveri potest, quod loca palustria & humidiora plantas refrige- rantes & semina ac fructus alant dulce- ac nutrientes, quemadmodum in oryza & tribulis aquaticis, floribus nymphæ- plantagine aquatica animadvertisimus,

Sed

Sed tamen, licet hæc omnia verissima sint, si horum radices gustu explorentur, eas sapore valde acri esse præditas quisque facile experietur. Ad confitmandam nostram sententiam, etiam haud leve præsidium positum nobis in eo videtur, quod omnis generis fungi virulentii aliquid in se habeant reconditum; quod tamen potentius in aliis, in aliis mitius observatur. Ecquid vero notius est, quam quod hi ipsi ex succo nutritio radicis arborum ob copiam exsudante & vi caloris putrefacto, vel etiam ex plantis putrefactis & stercoribus in putrefactum fatiscientibus, incredibili copia & ubertate proveniant. Et quia autumno ob ccelum valde humidum & pluviosum, maxima fit plantarum corruptio, ideo etiam id tempus fungorum est feracissimum.

Ratio quare paludosa loca & aquarum putridarum stagnationibus obnixia, tamen virulentis plantis abundant, hæc vero nobis simillima videtur; omnis putredo & salium & partium sulphurearum fœcunda genitrix est, quam velut indivulsus comes fœtor & ingratus etiam sapor sequitur. Aqua igitur diutius in terra stagnans solis calore incipit putrefactio, unde, sicuti effluvia ejusmodi locis exhalantia, valde sanitati inimica sunt, ita non mirum est, si ejusmodi corruptæ terræ partes, intimam plantarum mixtionem constituentes, minus salubres vires ipsis ingenerant.

Deinde attentior observatio botanica & medico-practica illud nobis considerandum suppeditat, plantas, quæ in locis excelsioribus, vento & aperto cælo expositis, suos natales habent, præ reliquis valde salubres & medicis usibus esse accommodatas, plurimasque in vulnerariis & quæ chronicis morbis succurrunt, primum & principem locum obtinere. Quo in numero sunt abrotanum, agrimonia, aristolochia, alchymilla, artemisia, arnica, abies, pinus, betonica, bellis, carlina, chamaephytis, chamædrys, calaminta montana, clinopodium, cichorium, centaurium mi-

nus, fraxinella, doronicum, daucus montanus, eupatorium, genista, hypericum, hyssopus, juniperus, matricaria, marrubium, origanum, pentaphyllum, pulmonaria, pimpinella, pilosella minor, pyretrum, serpillum, sideritis, sedum, scabiosa, succisa, sanicula, seseli, scorzonera, stœchas citrina, thymus, tormentilla, pyrola, polygala, virga aurea, vincetoxicum, veronica, verbena. Hæ omnes plantæ, ut ut non ex toto viribus sibi respondeant, tamen in eo convenire videntur, quod omnes ac singula ob principium terreum & temperate balsamicum, subamarum & roborans, quo instructæ sunt, solidis corporis nostri partibus & fibris motricibus relaxatis multum faveant; quibus robur addunt, & humorum ac sanguinis circuitum liberiorem reddunt, quo obstructa vasa & excretoria optime restringantur, secretiones quoque & excretiones expeditiores sunt, unde in hisce magnam vim esse ad ægritudines corpore arcendas, neque minus ad eas tollendas, clarissime intelligitur. Longe vero alia est virtus & efficacia plantarum, quas terra fœcunda, pinguis, stercoratione bene exulta, sponte proferre & fovere solent. Siquidem hæ potissimum ob principium sulphureum pingue, quod ex ejusmodi terra eliciunt, anodynam, & sedativam, ex parte etiam stupefactivam, sive narcoticam virtutem, exhibent; atque adeo in demulcenda humorum acrimonias, in relaxandis nimis constrictis solidis, cum cautione adhibita, non spernendam præbent utilitatem. Ita in pinguis & fœcundis terris lubentissime crescunt, anisum, anethum, anagallides, fœniculum, buglossum, cypoglossum, chærefolium, crocus, coriandrum, ebulus, fœnum grecum, hyoscyamus, horminum, levisticum, lupulus, lilia, melilotus, mandragora, nicotiana, omnes papaveris, solani & stramonii species, herba paris, populus, sambucus, saponaria, valeriana, verbascum, ulmaria. Ecquis non videt, qui in artis exercitio vel leviter versatus est, harum plantarum

rum vires maxime in eo convenire, quod ob principium sulphureum, pingue ac viscidum, in temperanda salium acrimonia, in efferatis motibus compescendis, doloribus sedandis & tumoribus emoliendis, vim & facultatem exserant maximam. Ubi terre sulphuree sal quoddam nitrosum recondunt, ex quibus etiam ipsum nitrum elici solet, ibi atriplinem, bonum Henricum, mercuriale, parietarium, urticam, spinachiam, chenopodium, que omnes nitroso abstergente succo gaudent, letissime germinare videmus. Agros vero pingues & probe stercoratos, prefertim tempore prehumido, varias species lolioram, que stupefaciente vi caput replent, ubertim proferre, res in vulgus notisima est.

Sed hoc ulterius persequi & ratiocinii physico, chymicis illustrare, jam nec in-

stituti, nec loci ratio, permittit. Ulteriorum vero hujus rei indaginem omnibus iis, qui solide Medicinę & Physices studium amant & amplectuntur, eriam atque etiam commendatam volumus. Quamvis enim artis opera exercitum exquisitiori Botanices scientia facile carere posse, non diffiteor; ad prestantiam tamen & ornamentum artis, nec non ad delectationem & venerationem sapientissimi Conditoris, hoc studium plurimum conferre, nemo in dubium vocabit. Accedit, quod plures adhuc herbarum vires plane sint incogniti, in que medendo ex vegetantium regno multo plus, quam ex reliquis naturę promtuariis auxiliī atque opis expectandum sit, modo quis rerum medicarum gnarus, aliquanto majori studio hanc scientiam tentare & excolare velit.

D E

E L E M E N T I S

AQUARUM MINERALIUM RECTE DIU- DICANDIS ET EXAMINANDIS..

P R O O E M I U M .

Aureum, sane, omnibusque, qui in certo regionis tractu certaque urbe medicinam faciunt, summopere commendandum est, utrum, quod antiquissimus ille Medicinę patens, HIPPOCRATES, in principio libri de aeribus, aquis & locis, inculcat: *Quicunque, inquiens, aerem medicam integre asservat, primo temporum annirationem habere debet, deinde ventorum, qui cuius regioni pro-*

prii. Neque negligentiorem se circa aquarum facultates cognoscendas exhibere convenit. Quemadmodum enim gustū differunt, & pondere ac statione: sic quoque virtute alię aliis longe præstant; has, si quis ad urbem sibi incognitam perveniat, diligenter oportet scrutari. Nam si cūratius rationes subducimus & calculum exigimus, sunt maxime aer & aqua; que motus, quibus vita & actionum integritas absolvitur, in corpore nostro admittit.

nistrant & tuentur. Quippe, vita & sanitatis fundamentum, non modo in spirituum natura, crassi ac motu convenienti, sed & in omnis generis corporis nostri humorum jugi ac inoffenso progressu ac circulatorio motu versatur, adeo, ut ipsa arctissime cum hoc sic dicto circulo sit connexa. Hoc falvo ac integro, sanitas viger & vita durat: & hoc vicissim vitiato aut destructo, morbus & mors præstolantur ac insidias struant. Jam vero ex omnibus, quæ extrinsecus ad spirituum generationem & sanguinis cursum conferunt, & sic proxime ad sanitatem tuendam faciunt, quod majorem virtutem atque efficaciam habeat aere & aqua, est certe nihil. Hæc duo merito principatum obtinent inter ea, quæ incolumitatem, & quæ morbos, in homine parviant. Proximum enim spirituum elementum, ipso etiam HIPPOCRATE dudum id edifferente, subministrat aer: aqua autem sanguini omnibusque humoribus fluxilitatem, ad vitalem circulum desideratissimam, conciliat. Ex quo patet, quantum interfit, ut Medicus, non solum ejus loci in quo degit aerem & aquam cognoscat; sed etiam ut intelligat, diversarum aquarum aerisque cuiusvis loci indolem ac proprietates, quoceu medicinam has ipsas nonnunquam commendare queat. Siquidem Deus O. M. fummas & longe præstantissimas in aquis recondidit soterias vires, quarum tanta est excellentia tantaque utilitas, ut longe multumque omnibus aliis remediorum generibus sint superiores, &, si ex vero dicere licet quod res est, universalior aqua non detur medicina. Hac enim nullus sanus, nullus agrotus carere potest, hæc omne indicationum in medendo punctum complet, hæc calefacit, siccitat, refri gerat & humectat, omnesque in corpore excretiones & que promovet, ac immodicas compescit. Hæc efficacissima occlusa referat, & omne id præstat, quod a medicina universali, quam non nulli in absconditis operose, frustra tame n, querunt, sperari potest. Accedit lucu lentus experientia calculus, quæ innuum eris exemplis evidentissime

hoc nostrum assertum confirmat. Numquam enim tam exaptati & stupendi in persanandis rebibibus morbis ab alio quodam remedio effectus patrantur, quam a salubribus aquis, quas benignissimum Numen gratis & largissime ex subterranea officina ubivis ferme terrarum misero mortalium generi largitur. Foret itaque perutile, quinimmo summopere necessarium, ut ii, qui custodes sanitatis audiunt & morbis mederi student, aquarum salutarium, passim scaturientium, genuinas & proprias vires in primis probe & curate explorarent, quo ægrorum incommodis recte consulere possent. At vero, dolendum utique est, quod ea, quæ necessaria, quæ ad manus sunt, sicuti etiam in aliis accidit, solenniter negligantur, vel etiam plane non intelligentur. Etenim quam pauci sunt Medici, qui fontium salubrium, tantum in patria Germania, nomina norunt, pauciores eos visitant, & paucissimi illorum naturam ac vires perspectas habent. Et quod magis mirandum est, quotidiana sunt exempla eorum, qui fontes soterios crebrius, immo quotannis, frequentant & frequentarunt, tam indocte tamen, tam insulse, de illorum elementis fabulantur & scribunt, ut chymicarum *sympios*, plane ignari, aurum, cuprum, argentum, antimonium, arsenicum, terram sigillatam, sal ammoniacum, bitumen, ambram, & sexcenta alia, ipsis inesse audacter affirmant, vel plurima salium in iis contentorum genera enumerant, quum tamen vix duo in ipsis possint inveniri. Nihil jam dicam de viribus atque effectibus, quos empirica plane ratione generatim iis adscribunt, nulla ægrotantium & caussarum morbi ratione habita: quum tamen eos, qui rationales Medici audire percupiant, oporteat scire, vires & effectus in medendo non tantum ex ipsis remediis, sed corporum in quæ agunt dispositione simul profluere. Unde consultius omnes facerent, qui de aquis agere & salubrem illarum virtutem exponere sibi sumunt, si non generalioribus tantum inhærescerent, sed commemoratis una debitum circum-

stantiis subnexisque observationibus particularibus, id praestarent. Quum itaque hos decumanos a plurimis in exploracione aquarum medicatarum committi errores indolens animadverterem, simulque maximum illum defectum in dignoscenda illarum virtute & utilitate perspiccerem: utilissimum rei medicar laborem suscepturn me fore ratus sum, si veram minerales aquas examinandi, earumque vires a priori indagandi methodum, solidis ac genuinis, physicis nempe & chymicis principiis, fultam, traderem & dilucide exponerem.

§. I.

Primo omnium igitur dum prænobilis hanc tractationem aggredior, præmonendum duco, per aquas salubres minerales, me non modo intelligere, celebres illos medicatos thermarum vel acicularum fontes, verum etiam alias aquas manifesti salini vel mineralis principii expertes quidem, nihilominus tamen sotierias. Et quoniam benigna rerum parens natura, uberem admodum aquarum & fontium salubrium & insalubrium cuivis ferme regioni concessit proventum, iisdemque diversissimas vires indidit: omnino, ut salutares a minus salubribus, utiles a noxiis, studiose discernamus, palmaria nostra esse debet intentio.

§. II.

Ut autem quisque rerum medicarum & physicarum gnarus, in tam affluentia aquarum copia, vel a priori statim dignoscere queat, quænam sint proficie, quædamnose? necessarium erit, ut fundamenta, ad quæ tanquam normam illarum examen institui possit, constituam, quibus jactis, facile postmodum erit, cujusvis bonitatem perspicere atque determinare. Antequam vero hæc tradam, circumspiciendum prius & indicandum erit, in quo salubritatis, quæ de fontibus his predicatorum, indoles & natura potissimum contingatur. Id igitur salubre dicitur, quod actiones corporis secundum naturam neque ledit, neque imminuit, sed easdem constituit, perficit ac firmat. Et hujus indolis sunt ea, quæ caussam harum functionum augent, conservant ac erigunt.

Causa vero est ipsa corporis nostri natura, per quam hic maxime intelligimus, fluidissimum & subtilissimum illud elementum, quod spiritum nomine venit, & in universa humorum massa continetur, maxime vero in canaliculosa & tubulosa cerebri ac spinalis medullæ compage separatur, & inde per porosam nervorum substantiam ad partes amandatum, solidis robur, tonum ac motum inspirat, fluidis autem fluxilitatem, motum intestinum & spirituascentiam conciliat, humorumque texturam integrum conservando, eos a corruptione ac putredine defendit. Hoc fluidum si debite comparatum est, vegetum, firmum ac sanum est corpus, omnique in eo vita ministrantes actus rite & ex voto succedunt. Deinde quum actionum vitalium integritas nou possit illibata consistere, nisi humores per minima & capillaria vascula vehendi, fluxiles sint ac satistenes, nisi etiam per aperta secretiorum & excretiorum ductuum oscula inutilia separentur & foras dimittantur: quare omne id, quod humorum integratem intemeratam servat, quod excretiones promovet & emunctoria patula reddit, jure meritoque salutiferum nuncupatur. Ex adverso insalubre illud dici meretur & incolumenti inimicum, quod naturæ spirituum eorumque generationi repugnat, quod eorum motum interturbat, humores coagulat, eosque crassos & viscidos reddit, quod tenuissimos & exilissimos meatus occcludit & excretionum successum sufflaminat atque retardat.

§. III.

Posteaquam igitur explicavi, in quo natura & ratio salubrium rerum continetur; proximum jam est, ut in dagine ea, quæ aquarum salubritatis vel insalubritatis existunt causa. Quo ut eo melius defungar, opus est, ut examinem varia aquarum contenta & elementa. Videtur quidem omnis aqua corpus liquidum, simplex & homogeneum, ex unius ejusdemque naturæ ac virtutis partibus constare, unde a veteribus etiam pro elemento habita fuit. At re penitus inspecta, heterogenea potius est omnis aqua. Hisce pulchre l.c. dicit **HIPPOCRATES**: *aque multum*

L *inter*

inter se differunt. & gustu, & pondere, & statione, & virtute alij alius prestant. Quæ sane differentia luculenter arguit, non unius ejusdemque naturæ esse aquam, sed diversa vehere contenta, differentemque horum esse mixtionem ac proportionem. Aqua enim, sicuti omne corpus naturale, nostra quidem sententia, composita primum est ex elemento fluidissimo, elasticæ & expansivæ virtutis, quod nonnisi materia ætherea, mobilissima & tenuissima est, deinde ex humido, quod ~~est~~ aqueum elementum vocatur, ac denique ex ipso solido, sive terreo ac salino elemento. Æther causa est motus intestini, levitatis, spirituascentia & vindicationis a putredine. Humidum autem quod maximam aquæ partem constituit, subtilissimæ materiæ vehiculum suggerit, & ex lubricis valdeque flexilibus compositum est particulis, quarum ope, poros corporum prompte subit ac intrat, & terre salisque ramenta absorbet arcteque detinet. Etenim nulla in tota rerum natura aqua reperitur, quæ non in complexu suo siccæ & solidæ materiæ quipiam soveat. Siquidem quævis aqua, utut multoties distillationi subiiciatur, semper tamen in imo cucurbitæ siccæ & solidi momentum relinquit. Idem patescit & oculis sistitur, si aqua etiam purissima, gelascit, & in glaciem concreta, calore rursus in aquam liquatur, subsidente tunc in fundo crassi scula quadam terra portione.

§. IV.

Differentia itaque aquarum earumque virtus ac salubritas merito depromenda & dijudicanda est, ex elementorum ipsas constituentium indeole mutuaque mixtione ac proportione. Videlicet, multrum dissident aquæ ratione spiritus, sive principii aereoæthereo-elastici, quod parcus vel redundantius easdem incolit, multo autem magis ratione elementi solidi salino-terrei. Quum enim plurimi fontes ex intimis terræ visceribus, varii generis salibus, mineralibus, terris & metallis refertis, prodeant; non potest aliter fieri, quin transeundo plures particulas tenuissimas ex ipsis solvant, inque poros suos recipient. Hec autem in quavis aqua

curate nosse & probe distinguere, non inutilis certe Medici & Physici labor esse debet.

§. V.

Primo omnium autem in disquisitionem nostram veniunt, quænam sint bonitatis & salubritatis aquarum notæ. Dicimus itaque, omnium optimas, præstantissimas & quæ efficaciam in medendo spondent longe exoptatissimam, eas esse, quæ æthereo illo tenuissimo elemento copiosius perfusæ, id est, quæ spirituosa, sunt. Quænam autem hoc nomine præstabilis sint, certis quibuldam dignocli potest signis & characteribus. Hos inter primo loco connumeranda eit levitas, quippe levis aqua, communis Medicorum consensu, optima censetur. Quemadmodum enim aer & æther omnis rarefactionis causa exsilit: ita etiam levitas; quum leve dicatur, quod porosum, & rarum, grave autem, quod compactum & æthereo elemento destitutum eit. Quod vero spirituosum aquas redundantius incolens principium easdem leves reddat, luculenter confirmat GÆRINGIUS in descriptione Spadan. pag. 15, hunc in sensu differens: curiosum est, quod acidulus ille, que spiritibus, sive exhalationibus sulphureis, refertur, aliis acidulis, que carent spiritu, longe leviores sint: quod valet maxime de aqua Spadana, nempe illo fonte, qui dicitur Savenir, & dimidiis miliaris spatio seunctus est a pago. His longe levior est & validius venas penetrat, citiusque vires suas perficit, quam sibi pagi; unde etiam a scaturiginis loco sine virium amissione aqua transportari nequit, sed ad pagum vicinum solummodo translata, gravior efficitur, amissis nempe in itinere spiritibus, levitatis causa. Id quod vero non tantum de Spadanis, sed de omnibus quoque acidulis, verisimilium est & experientia confirmatum.

§. VI.

Specificam vero cujusvis aquæ levitatem indagare, res admodum curiosa est. Potest tamen id fieri, vel instrumento hydrometrico, quod STURMIUS in colleg. curios. describit; vel melius adhuc, pertubulum vitreum, aqua repletum, et aquæ

aquae alius generis immisum. Notum enim est, quod fluidum specie gravius, immisum in fluidum specie levius, descendat & hoc rursus ejus locum subeat. Ita e. c. aqua in tubulo contenta, vinoque immissa, descendit ex tubulo, & vinum tubulum occupat: ideoque jucundo ad modum spectaculo specificum aquę pondus explorari & oculis sisti potest, si illa, quam specie graviorem judicamus, ad meliorem dignitionem, colore quodam, v. g. croco, prius inficitur ac tingitur. Iple etiam celebri apud Lipsienses Mechanico, Dn. LEUPOLDO, primus auctor & monstrator fui ad fabricandum cylindrum hydrostaticum, ex aurichalco conflatum, quo jam inde a pluribus annis in exigendo liquidorum pondere usus sum. Sed, licet hęc lanx perquam accommoda sit examini vini, cerevisę, fontium aquę communis & salfuginis, earumque tam gravitatem, quam levitatem, in descriptis lineolarum gradibus exacte indicet: cautum tamen sit experimentum, in thermarum & ejusmodi aquarum, que copiosius ethereo elasticō elementō afflare sunt, explorationē, qua de re in inferioribus pluribus differendi erit occasio.

§. VII.

Porro VERULAMIUS aquam istam optimam judicat, quę ad ignem equaliter strūctum coctione velocius avolat atque consumitur. Neque ratione destituitur experimentum: quippe, quo copiosius aquis innidulatur spirituofum elemen-
tum, & quo major hinc agitatio, expan-
sio & rarefactio interna contingit, eo te-
nuiores & subtiliores sunt partes aquę, eo-
que promptius & expeditius succedit exha-
latio, quę potissimum ab interno isto motu
dependet. HIPPOCRATES sect. V. aph.
26. aquam, quę cito calescit & cito perfrige-
ratur, levissimam & optimam esse ju-
dicat. Nec sine ratione. Calor enim nil
nisi motus etheris velocissimus est; hinc
quo copiosiorem in complexu suo alunt
spirituofam illam tenuissimam etheream
materiam aquę, eo citius incalescunt, sive
in motu talem abripiuntur. Accelerata
autem refrigeratio servide aquę, pariter
levitatis indicium est; eo quod frigidus

aer rarer & porosioris texture corpora fa-
cilius intrare, & calidum in iis motum si-
stere potest, quam in compactis, que
minus patent allabenti perfrigerate auri,
ideoque diutius calorem servant.

§. VIII.

Præterea saluberrime & præstantissime
judicantur illę aquę, quę ex scatebra hau-
stę, copiosissimas bullulas, fundo vitri se-
se colligentes, ad superiora collectius
emittunt, vel marginem vitri margari-
tarum instar iisdem investiunt, ita, ut
quo copiosius eadem emergant, eo præ-
stantior quoque ipsa aqua ratione virtutis
habenda sit. Sunt enim hęc bullulę nihil
aliud, quam subtilissima illa etherea sub-
stantia, aquę poros incolens, cuius expan-
sionem, quum mitior aeris atmosphericę
compressus cohibere nequeat, protinus
quando movetur liquor, vinculis quibus
antea irretiebatur, se se expedire & exi-
tum affectare nititur. Hinc est, quod aci-
dulę in lagena ad tertias repleta afferva-
te, & orificio obturato, fortiori agita-
tione conquassatę, remoto sensim obtu-
raculo, magno cum impetu, vel purum
vaporem emittant, v. s. l. si aqua aperte
re proximior sit, humidum ad eximiam
altitudinem profliat & late dispergatur.
Tali enim quassatu incolens ethereum
elementum in celerrimum motum abri-
pitur, & elatere atque expansione sua
impedita, qua exitus datus, erumpit,
partemque liquidi remorantis nonnum-
quam simul protrudit.

§. IX.

Idem quoque spirituofus elasticus ether
in caussa est, cur vitra, vel lagene angu-
stioris orificii, acidulis penitus replete,
siarctius obturentur, sèpius diffringi so-
leant: id quod multoties contigisse vasis
Egranicis & Pyrmontanis oppletis animad-
verti. Et GRUNDELIUS de acidulis
Roischenium, eandem in rem pulchre
p. 58. scribit. contigit mihi, inquiens,
dum clapsa bieme magnum & crassum vi-
trum aliquot mensurarum, vite vesica bu-
bula clausum & munitum, in cubiculo meo
reservarem, ubi ab initio, turgentis spi-
ritus, vesicam elevantes, duxerunt in eam
figuram sphericam: postmodum vero,

dum preter voluntatem meam magis solito calefactum fuerat, spiritus isti etiam magis excitati & rarefacti, plus spati occupare volentes, exitum quiescerunt, qui tamen per fortiorum clausuram impeditus est: hinc crassum hoc vitrum magno cum impetu disruptum est in frusta, cum omnia acidularum per cubiculum diffusione.

§. X.

Per pulchro etiam experimento bonitas & particularum elasticarum in aqua redundantia indagatur, quando vacuo, per antlam pneumaticam facto, aqua examinanda in vasculo supponitur. Tunc observamus, quod eae, qua sunt subtilis ac spirituosa natura, aere subtracto, mirifice ebulliant & numerosissimas in altum trudant bullulas. Curiosi hujus tentaminis mentionem facit in *M. N. C. Dec. III. an. II. obs. 292.* ex excellentissimus BRUNNERUS, Medicus consummatissimus. Et certissima utique experientia est, hac ratione in liquidis luculenter monstrari & oculis subiici posse, non modo earum subtilitatem, sed & particularum elasticarum quantitatem. Nam qua multum alunt spiritus, uti sunt volatilia urinosa quaecunque, copiosissimas in vacuo antli pneumatis reiiciunt bullulas, per paucas autem, qua spirituosa substantia expertes sunt. Hinc liquido patet, quod illae aquarum, qua in vacuo admodum bulliunt, longe subtilioris & spirituosis indolis sint iis, qua paucas emittunt bullas. Nam origo harum bulularum nascitur, quando per externi aeris gravis atmosphaericam subtractionem, aequilibrium tollitur, ut incolens aetherum elementum liberius spatium nascatur, & vi connati sui elateris, promiscue expandere & subducere possit.

§. XI.

Ut autem majori adhuc argumentorum robore stabiliamus ac demonstremus spirituosaentiam, qua aquae salutares dotatae sunt; placet eximia quedam hac de re observata subnoscere. Videlicet, per experientiam compertum est, quod aquae omnes ferme frigidae medicatae, in primis acidulae, ad fontem hausta, unanimi fere Medicorum consensu, lou-

ge majoris sint efficaciae, quam si ad alia loca transferuntur. Ratio est in proclividum enim sub vectura aquae admodum interno motu agitantur, attenuata intestina hac motione, apertiores viam pandunt subtilissimo & spirituoso elemento, ut eo promptius dissipetur atque aufugiat. Deinde notandum est, quod necesse sit, ut exquisite obturentur lagenarum mineralibus aquis repletarum orificia. Nisi enim hoc fiat, sapor & odor, cum omnibus præstabilis virtute perit. Patet hoc exemplo Pyrmontensem, Egranarum, Swabacensem, Antonianarum, Selteranarum omniumque acidularum, qua, si libero aeris patent accessui, omnem saporem, & cum spirituoso elemento efficaciam, perdunt, relicto effero & turbulentio humore.

§. XII.

Colligimus hinc tertio, quod vitra & lagenæ non solum probe muniri, sed etiam parum vacui spatii in iis relinquere debet, ne aer externus illud occupet & intus contento labem aspergat. Nihil enim tam celeriter liquidorum mixturam & crasis turbare & corrumpere potest, quam ingle aer externus atmosphaericus. Patet id luculenter exemplo vini cuiusvis, quod asservatum in dolis semiplenis, mox vapidum fit & situm contrahit. Idem etiam evenit oleis destillatis aromaticis, qua aeri obiecta, majorem & crassiorum acquirunt consistentiam, & colorem magis saturatum nanciscuntur, mutato suavi eorum pristino odore, in terebinthinaceum & ingratum. Spiritus quoque volatiles & urinosi, ab aeris accessu, tincturam suscipiunt flavescentem & rubicundam. Tanta aeris in humida est potentia, quippe qui, motu vivido instructus, facile illud, quod in liquidis mixtis est tenue, abripit & aufert, motuque suo intestino, intime unionem partium, a qua forma & sapor pendet, immutat & destruit. Id quod etiam valet de fontibus medicatis, quibus nihil tam adversum & inimicum est, quam aeris liber accessus; ita prorsus, ut efficacissimi illorum, huic expositi, penitus ab insidie sua deficiant, & postea vix diguisci possint, ob summam inductam inertiam.

§. XIII.

§. XIII.

Quarto, in aere calido facilius fontes medicati virtutem suam amittunt, quam in frigido: unde etiam noctu & frigido celo turius ad alias regiones transferuntur aquæ medica virtute nobiles, quam æstate & sole acuto. Eandem quoque ob rationem expedit, easdem potius circa auroram, quam meridiem potare. Externus enim calor, motum intestinum augendo, dissipat & in auras dispellit tenuë efficacissimum earum elementum: frigus autem, pressione sua a circumferentia ad centrum, hoc ipsum magis unit, detinet & intus servat. Maxime omnium autem quinto commemorabile est, quod aquæ minerales, non modo diutius sub libero aere detinentæ, sed multo magis coctæ, omnem medicinalem virtutem cum sapore & spiritu exuant. Immo, quod attentione perquam dignum, multi sunt fontes, qui, insperso gallarum pulvere, atramentosum colorem recipiunt; simulac vero spirituosa substantia exhalavit, aut aqua igne incaluit, omnem tinteturam refusant: manifesto indicio, abripi simul cum spiritu, minerale quoddam volatile principium. Patet hinc, uti probe SEBIZIUS, in tractatu, *de erroribus, in bibendis aquis committi solitis*, monet, quam perverse agant ii, qui ægris acidularum calefactarum usum commendant, quum hac ratione omnis ista desiderata virtus, quæ unice in elemento spirituoso continetur, deperdatur, & aqua cruda & minus utilis reddatur, quæ, licet calida non omni prorsus caret utilitate, plus tamen non præstat, quam quævis alia rudit & simplex calefacta aqua. Monendum tamen hoc loco est, quod, quum non omnes ægri, præsertim qui nervorum virtu laborant & solutionis stomachi sunt, frigidas, in primis matutino tempore, ferre queant acidulas, consultius sit, lagenas medicatis aquis repletas & probe obturatas, ferventi & bullienti aquæ aliquandiu immittere, ut tepescant, nec frigore obsint.

§. XIV.

Egregia sexta est observatio: quod acidulae fere omnes, admixto vino Rheno, aut quovis acidulo liquore, (non

enim id succedit cum vinis oleosis dulcibus) ebulliant, præsertim si saccharum inspergatur & mixtura agitetur. Jucundo ac spectaculo, in conspectum prodeunt innumeræ bullulae, alte salientes, cum spuma alba & eructatione copiosorum vaporum, ut vinum sic aquæ nuptum, a multis cupide & summa cum oblectatione bibatur. Plurimi itaque notarunt, quod aquæ eo meliores sint, quo majorem concitent vino permixta ebullitionem; & vicissim, quod inertes, fatuæ, effœtae & spiritu destitutaæ, si infuso vino, nulla plane mutatio & intestina motio oboritur. Caussa autem hujus ebullitionis, est conflictus acidi vinosi, cum subtili terra alcalinæ naturæ, quam connubio suo suscepérunt acidulae. Nam omnes fene, quæcumque illarum vidimus, cum acido fortiori mixtae, effervescentiam subeunt, luculento testimonio, alcalinum quadam in ipsis latere elementum. Dum itaque acidum agit in aleali, contentæ in aqua spirituoso parts commoventur, & in motum actæ, cum impetu exitum affectant, dumque in spumam coeunt, vaporem fortem exspirant.

§. XV.

Nota septima est observatio: quod superior in lagenis aqua, longe efficacior sit, ad vires corporis roborandas & suscitandam cum vino ebullitionem, illa, quæ in ima vasis parte continetur; quum æthereum elementum, ob summam tenuitatem & exquisitam levitatem ac mobilitatem, semper ad superiora eluctetur. Denique non injucundum est spectatu, quando acidulae, recenter in primis haustæ, vitro puro & pellucente excipiuntur, & hoc, obserato prius dito orificio, validius agitatur, non solum spumescunt, sed etiam, uti superius memini, tam ipse aer, quam vicina collo aqua, cum sono e vase prosiliant. Fortiori enim hoc quassatu, elementum intus delitescens æthereum, in motum acceleratum urgetur, & partes aquæ explicantur in bullulas, quarum coitus spumam efformat, quæ, vesiculis cessante motu concidentibus, eyanescit, aut remoto sub ipsa agitatione dito, elastica ætherea substantia impetuoso, qua

patet via, enititur, obiectumque humorem simul excutit.

§. XVI.

Clarissime, ut arbitror, ex hac tenus dictis innotebet: inesse utique medicatis & soteriis fontibus substantiam quandam valde subtilem & activam, elasticæ indolis, cui enumerata phænomena tribuenda & commemorati effectus in acceptis referendi sint. Hæc delibatissima illorum pars & quasi anima est, quæ ipsis virtutem inspirat illam mirabilem & spectatissimam, quam in persanandis multis contumacissimis ac rebellibus morbis exercunt. Nobilissimus hic spiritus est, qui præstabilis sua facultate ac penetrantiæ indole, ipso odore se in sensu ingerit, dum non solum blando halitu nares ferit, sed etiam odore totum caput implet, ut eidem gravitas nonnunquam concilietur somnisque potantibus inducatur. Adeo elasticæ & expansivæ volatilis indolis spirituolum hoc principium est, ut in altum elatum, non modo caput oppleat, sed & tenerrimos arteriarum in eodem propagines tantisper diducat, ipsumque sanguinem rarefaciat, ut distensione hac cerebrum quodammodo comprimitur, & sanguini in confiendo motu remora obiciatur. Hinc est, quod Egranæ acidulæ, & viva & calida sicca tempestate, ad seaturiginem potari nequeant, sed transportari debeat Egran urbem, quæ dimidio milliari ab oris fontanis distat. Idem experientia testatur de Pyrmontanis, quæ in Germania omnium maxime spirituosi elementi affluentia instructæ sunt: quippe quæ, vel aliorum vēhendæ, aut minimum in domicilium asportandæ, & tum demum bibendæ sunt. Si caussam disquiramus, nulla alia suberit, quam, ut-hac mora & in via vaporosa & subtilis illa substantia, nares feriens caputque gravans, tantisper exhalet & in auras dissipatur.

§. XVII.

Aethereus & mineralis hic spiritus porro in causta est, quod perfusa eodem aqua, non tam refrigeret & debilitent corpus, quam potius calefiant & roborent; ita, ut ventriculo & venis conceptæ, interposita aliqua mora, cupiditas ciborum augatur, arteriæ crebrius & vi-

lidiis micent & facies vivido colore perfundatur. Idem quoque aquis irretitus subtilis spiritus, est efficax & generosum illud principium, quod eas summa agendi potentia instruit, dum expedite universum pervadit corpus tenuitate sua per ultimas vasorum angustias strenue eluctatur, fibris motricibus & organorum robur addit stimulumque infert, ut pertinacius obstructa referentur, nonniunque æque ac superfluum, per omnis generis emunctoria, alvum nempe, urinarias vias, salivam; immo non raro per vomitum ex superioribus, prout varia naturarum est dispositio, eliminetur & exturbetur. Delicatissimum denique hoc elementum causa est, quod nonnullæ soteriæ aquæ, recenter exortæ, ab initio, stupendos effectus, omnibus aliis remedii denegatos, præstant. Experientiæ enim fide constat, quod quidam e salutiferis fontibus, novissime prodeuentes, desperatas & immedicabiles agititudines, ut guttam serenam, surditatem, linguæ paralysin, epilepsiam aliasque discusserunt penitusque abegerint. At virtus hæc non fuit perennis, neque diu duravit, sed successu temporis penitus exspiravit, ita prorsus ut in sequentibus annis, nullius plane usus fuerint fontes, primum tantopere celebrati.

§. XXI.

Jam vero nemo non exiget, ut tandem dicamus: cujus ergo sit indolis, cuius naturæ, spiritus ille de cuius virtute, & efficacia hactenus tam eximia ediximus? Ut igitur paucis nos expediamus asserimus: esse hunc spiritum mineralem. Res ita est comparata. Aethereum illud valde mobile ac subtile fluidum, universale est spiritus, fons & cauſa omnis spirituascentiæ, tam quæ in dicto regno vegetabili, quam animali & minerali deprehenditur. Quema dmodum vero æther suam sedem vim atque virtutem maxime collocatam habet in sulphure, & hoc triplex est, pro trium regnum diversitate; ita hinc fit, ut varie mutatus, pro diversitate sulphuris, differente induat naturam, desidentisque sit effectus. Intelligimus itaque per mineralem spiritum, substantiam

siam valde tenuem, fluidam admodumque elasticam & volatilem, cum universali minerali suptineo ente combinatam, omnesque inferiores terrarum tractus pervalet. Anima quasi est mineralium hic spiritus, variarumque mutationum & effectuum, qui in promtuario subterraneo contingunt, sors atque causa. Hic pallidus reperitur in omnibus mineralis, sub forma vaporis penetrantis sulphurei, & reconditorum æriorum lapidum & soli metalliferi testis ac proditor est. Hic præter labentibus aquis in terræ visceribus se se ingerit, in iis sistitur easdemq; medica virtute imbut ac instruit.

§. XIX.

Neque desunt ex clarissimorum viorum acutissimorumque rerum naturæ scrutatorum numero, qui huic nostræ sententie calculum adiciunt. In primis BECHERUS, *Phys. subterr. fact. II. cap. 4.* existimat: minerales aquas non inde provenire, quod succi quidam a transfluenta aqua solvantur; quum, si hoc fieret, loca subterranea, licet vastissima & mineralibus reserta, continua tali cliviatione, clutriarentur: sed potius pars inquit, constat ex acido terre centrali, perpetuo, inexhaustibili, cui minima mineralium pars est admixta. Nam prosector et vires, que insunt istis aquis mineralibus, minime arcessende sunt, a contentis illis crassis mineralibus, sed potius ab incoercibili carundem spirituositate & volatilitate. Et delicatisimus quoque hic spiritus præcipua & vera caussa est, quod nulla, vel excogitatissima arte, acidulas, thermas aliaque medica virtute nobiles aquas parare possimus. Nam licet non adeo difficile sit, vulgarem aquam solidioribus maximeque salinis, quæ evaporatione sistuntur elementis imbuere; neutiquam tamen ita aptari possunt, ut nativas præstantia virtutis exæquent: quum spirituoso hoc principio destituantur.

§. XX.

Non minoris momenti & adhuc excutienda est quæstio: annon efficacissimum hoc mineralium aquarum elementum, in sua arte, vel chymico quodam minister-

rio, separari, obtineri & hinc procul dubio in summam concentrari possit medicinam? Aegerrime quidem negotium successorum fore ultro profiteor: non tamen dubito, quin, si spirituoso eiusmodi aquæ recenter ex scatibra hauste copia, magnæ cucurbitæ, munitis & obturatis studiose commissuris omnibus, lenissimo statim substrato igne, indatur spiritus destillationis ope ex ea eliciti posse, magnarum procul dubio virium: id quod peritis omnibus & curiosis chymistarientandum & perficiendum commendum. Commemorabile enim hanc in re jam est experimentum, cujus meminit CLOS super aquis Galliæ pag. 93. Hic quum destillatione subiecisset aquam de Saint M'ion en Auvergne, notavit: id quod prima destillatione exigua in quantitate prodit, aquam torna solis cœruleam rubidine infecisse: quod ante destillationem, nec non continuatam, postea non factum est. Rationem hujus phænomeni si inquirimus, procul dubio hæc suggerenda erit, quo spiritus mineralis indolis fuerit acidiusculæ.

§. XXI.

Progedimur jam ad alterum fontium salubrium ingrediens, quod nro. 3. aqua vocatur, omnia reliqua quantitate superat, & tam spirituoso, quam solido & salino elemento hospitium præber. Hæc humiditate, copia & tenuitate sua integrati corporis conservandæ & revocandæ mirifice patrocinatur: siquidem succos vitales perluit, lentos humores eliquat, marbosa & peregrina salia absorbet, & ad ipsa viscerum penetralia provesta, inertes ibi & impactos humores attenuat, solutoque cum reliquis purgamentis per ductum excrentium ostia everrit. Pérutile itaque erit, aquam solam simplicem, sine spiritu, vel contentis salinis & mineralibus, medice hoc loco perpendere. Certissimum enim est, quod pro differentia locorum & soli ex quo scaturiunt fontes, longe multumque inter se distet dissideatque aqua, ut una præ alia præstantior sit atque salubrior.

§. XXII.

Primum itaque asserimus: dari aquas,

duras, crudas & asperas, & vicissim molles, mites ac lenes, quarum illæ pravæ, hæ bona sunt. Inter crudas ac duras primum referimus aquam, quæ ex glacie liquatur. De hac pulcre prodidit HIPPOCRATES, libro de aerib. aquis & loc. §.

20. Illud, ait, quod in glaciatâ aqua claram, leve & dulce est, excernitur ac dissipatur: quod vero turbidissimum & ponderosissimum relinquitur. Hoc vero cognoveris hoc modo. Si enim volueris hie nis tempore, vasculum certa aqua mensura infusa, sub die exponere, quo maxime congeletur: deinde postridie in locum calidum deportatum sinere, quo maxime glacies liquefacat, & ubi exsoluta fuerit, aquam mesari, reperies aquam multo paucorem.

§. XVIII.

Rationem, cur nivalis aqua & vegetabilibus & animalibus minus accommoda & potius nociva sit, optimam utique affert, divus Cous. Dum enim in glaciem concrescit aqua, ejus crasis & mixtio plane destruitur. Secedit quippe subtile principium a crasso, illudque quasi ad centrum pellitur; unde in qualibet glacie interius magnæ visuntur bullulae, ex intus coacto aere ortæ. Et hic unitus etiam rarefactivo elastico motu auget molem glaciei, ut amplius occupet spatiū, quam prius tenuerat aqua: ex quo ratio ducenda, diffractionis a congelata aqua vitreorum nec non terreorum vasorum. Hinc, manifesto patet, qua ratione, secedente tenui liquido elemento, crassum postea, grave & ponderosum relinquatur, ut aqua, hoc modo depravata & corrupta, non possit non esse insalubris.

§. XXIV.

Maxime omnium vero nivalium ejusmodi aquarum usus, ingignendis glandularum, præsertim colli, tumoribus velificatur: qui valde familiares sunt gentibus ad radices montium nive tectorum habitantibus, in primis foeminis, quæ appensum plerumque magnum gutturi tumorem gestant. Experiuntur id malo suo, qui montes Pyrenæos, Alpinos nec non Hercyniæ, Helvetiæ & in Tirolensi Comitatu accolunt. Cavendum itaque est maxime ab iis aquis, quæ liquata gla-

cie & discussis rivibus, magno impetu per alveos e montium cacuminibus decurrent, & in convallium planities salientes latices sœpe conspurcant atque corruptunt.

§. XXV.

Deinde duræ, crudæ & graves illæ aquarum sunt, quæ in fodinis metallicis scaturiunt & ex præaltis rupibus prodeunt. Haec enim ex ipsis fossilibus, mineris, calcariis topophis, nec non durioribus compactis lapidibus, cruda, terrea & constringentia ramenta clambunt, & ejusmodi infestis qualitatibus imbuuntur, ut pauci easdem ferre possint, & earum usus, infuetis præfertim, magno sanitatis stet dispendio. De his egregium est magni naturæ consulti HIPPOCRATIS effatum, lib. cit. §. 13. Videlice improbas & respuendas censem eas aquas, quarum fontes & petris scaturiunt: (duras enim eas esse necesse est) aut isthac ubi calida aqua existant, aut ferrum recessit, aut æs; aut argentum, aut aurum, aut sulphur, aut alumen, aut bitumen, aut nitrum: non enim ex hujusmodi terra aquæ bone prodeunt, sed dure & astrosa, quæ & difficulter minguntur, & ad alvæ cæstionem contraria sunt. Optima ratione hic mentionem facit experientissimus senex aquarum insalubriunt, quæ in thermarum confiniis saliunt. Ipse enim verissimum id esse deprehendi: dum in Carolinis fontanas aquas crudas pessimæque conditionis esse animadvertis, ut etiam cerevisia, quæ ibi coquuntur, admodum insalubris sit, & tam per alvum, quam urinam, tardius & difficilius lecedat. Reuiciendum autem hoc vitium potissimum videtur in topa eam & calcariam terram, qua solum circa has thermas mirifice est refertum.

§. XXVI.

Crudæ quoque & gravis: ex aquæ sunt indolis, quæ ex terra calcaria prorumpunt. Patet hoc ipsum, dum canales per quorum alveos decurrent, topaceæ materia glomeramine incrûstant, vel in vase æneodecorata, latera ejusdem lapidescente crusta investiunt. Faucis: omnes aquæ lapidescentes, cuius generis sunt, quæ ex calcariis montibus prodeunt, crude ac dura.

duræ existunt. Perfacile enim solvitur & ab aqua imbibitur calcaria terra, quæ ipsam poulderiorem reddit, ut tardius per hypochondria primasque vias volvatur, neque tam facile ad extremas venarum angustias pertingat. Obvium in primis hoc est in nostra hac urbe Halensi, in qua omnes fere fontes sale & calcaria terra sunt collutulati ac referti, ut hinc aqua quam fundunt minus salubris, & ad cerevisiæ cocturam minus sit apta.

§. XXVII.

Porro insalubres ex aquæ sunt, quæ desides, palustres & in complaviis locis, que paludosis colliguntur, nec non fontes, qui in planitie & campestri solo scaturiunt, & limum terramque pingueum & bituminosam in fundo obtinent. Hæ enim crassæ sunt, turbidae & fetentes, perduntque, ut ut pluvia nova subinde aqua ipsis inferatur, ab incumbente gravissim sole, tenue & utilissimum elementum, eamq; ob caussam ad morbos chthonicos putridos promptissimum parant adiutum. Quas autem potissimum noxas inferant, quosque morbos ingenerent, latius meretur videri HIPPOC. l.c. §. 10. 11. 12.

§. XXIX.

Saluberrimas vero & optimæ notæ aquas eas esse censamus, quæ sunt levissimæ, quæ dulces, quæ molles & tenues, ac expedite per oraria excretionia transeunt, quibus dotibus nobilitata in primis sunt celestes. Rationem solidam non minus quam elegantem assert HIPPOCRAT. lib. cit. §. 17. dum ait: *primum sol quod tenuissimum ac levissimum est, in aqua eductus ac sursum rapit, salsum autem & crassum ac grave in mari relinquuntur.* Nam pluvialis aqua revera est distillata, dum sol non tantum ex oceano, sed omnibus etiam fluvii, nec non fontibus, levissimum & tenuissimum in altum evehit, radii suis attenuat ac perficit, nec non universale, atque eorum sulphureum sal ipsi immisceret, ut aqua ejusmodi non possit non promte per hypochondria omnium, que in corpore canaliculæ alveos secundo flumine decurrere ac ferri, & celeriter per ductus excretionis dicatos iterum egredi. Hinc celestem hanc aquam tam.

ad nutritionem vegetabilium, quam ad cerevisiæ cocturam, infusa cum herbis paranda, nec non quotidianos alios domesticos usus, accommodatissimam & utilissimam esse, extra omnem dubitationis aleam positum est.

§. XXIX.

Verum enim vero solent nonnulli in contrarium afferere, quod aqua pluvialis citio putiscat, sive indelem suam minus salubrem prodat. Sed indicium hoc est, plures inesse eidem particulas activas sulphureas, id quod etiam veritati respondet. Potest tamen etiam delapsa per pluviam aqua, ab hac labe defendi, si non ex stilicidiorum squalore, sed ex ipso aere decidens colligitur, deinde, quando sedimentum, quod ad fundum dimittere solet, elapsis aliquot diebus transcolatione separatur, & ipsa aqua in vasis argillaceis, vel vitreis asservatur, non vero ligneis, e quibus, praesertim recentibus, plures particulas fermentescibiles, sulphureas extrahit, & corruptionem suscipit. Et hoc modo collecta & custodita, incorrupta & intemerata per multorum annorum cursum recondi potest. Spissum enim illud quod subsideat crassum, nostra quidem sententia, ex particulis unctuosis sulphureis, quæ motum intensinum putredinosum suscitant, colligitur, usque remotis ac separatis, integra & illibata constitit remanentis purioris humili textura.

§. XXX.

Notandum etiam hoc est, quod aquæ, que circa æquinoctium vernale & mense Mayo, spirante orientali & australi vento, cum pluvia descendunt, longe subtilioris ac spirituosis indolis sint, lætius quoque & celerius vegetabilia nutritant & fecundant, iis, quæ flante ex oppositis plagiis aura, decidunt. Etenim in plagiis, quæ frigidissimæ, vel densis vaporibus refertæ sunt, non ita excoqui & attenuari possunt halitus, quam ubi acciutor sol disfraratos illos elevat & attrahit.

§. XXXI.

Deinde eas etiam aquas, tanquam optimas laudamus, quæ ex sublimi loco, collibus terreis, solo arenoso, topo-

que:

que & pura argilla emanant: dulces item quæ sunt, hoc est, omnis saporis expertes, limpidæ & perspicuae, & stœte frigidæ & hieme calidæ, & quæ ad solis orum saliunt. Quippe per puram ejusmodi & porosam terram, quæ ab humore non liquatur, colantur quasi & depurantur aquæ. Notum enim est, quod in Italia & Sicilia limosam & palustrem aquam, per lapidem, qui dicitur filtrum, incolæ traicere & eandem hac ratione defæcare & perpurgare soleant. Nam lapis, dum per poros suos transmittit aquam, fordes retinet, & purum nitorem gratamque limpiditatem ipsi conciliat.

§. XXXII.

Ulterius ex effectu ac virtute, de tenuitate, bonitate & salubritate aquarum haud fallax desum: potest indicium. Non sunt certe quam optime œconomi & patresfamilias, eas aquas valde molles & leves esse, quæ saponem facile admittunt, & in loddibus lineorum extergendis se se probant, nec non eas, in quibus celeriter pisa & legumina coquuntur & penitus mollescunt. Et utique quæ hoc non præstant, duræ censendæ sunt & asperæ. Hinc summopere hoc nomine commendari solet aqua pluvialis, quippe quæ, ad sordium detensiones & leguminum & olerum coctionem, longe aptissima est & accommoda.

§. XXXIII.

Probantur porro maxime eæ aquæ, ex quibus bona & præstantes parantur cerevisæ. Salubritas enim cerevisiarum, maximam partem ab aquarum bonitate pendet: unde accedit, ut Vogtlandia, nec non Bohemia, optimas cerevisias & saluberrimas quoque ac diu durantes alant, quæ nec stomachum gravant, nec alvi secessum interturbant, sed sine mora per urinarias maxime vias discedunt. Idem testatur CLARAMONTIUS, in tract. de aere, aquis & locis Angliae, fidem faciens, quod in plerisque regni hujus locis, turbidæ & insalubres sint cerevisiae, propter pravas, limosas & crassas aquas. Pessimæ autem hæ sunt cerevisiae, quæ flatuum preventi in ventre favent, cunctanter & tardius corpus pertrans-

eunt, calculos visceribus ingenerant, dentibus cariem inferunt & vitia faecium nec non gingivarum inginunt.

§. XXXIV.

Præterea laudem merentur aquæ, quæ bonos & salubres pisces alunt, nec cito congelantur. Hæc enim de subtilitate partium & temperata ac salubri ipsius humoris indole, haud vanum præbent testimonium. Accedit, quod molles & subtile aquæ, uti cælestes & fluviales plurimæ, ad calcis metallorum a salibus depurandas sint apertissimæ, minus autem quadrent fontana dura. Quinimo mulum gypsum, in aqua pluviali aut alia tenue subactum indurescit, sed ut fontana in usum vocetur, necesse est.

§. XXXV.

Denique non prætermittendum est, quod eæ aquæ debita non defraudandæ sint laude, quæ diu immunes persistunt a corruptione. Hoc enim subodiocat, esse eas expertes impuratum & heterogenearum sordium, sed potius simplices, puras, & spirituoso elemento, quod corruptionem areet, foetas. Hinc observavimus, quod aqua tam pluvialis, quam fluminea, a sordibus liberata prius, & post in subterraneis promtuariis, recondita, amplioribusque vasis excepta, longe melius & diutius astringari possit, quam in minoribus & angustis vasculis & in calido aere. Insignis etiam hanc in rem adduci meretur locus, quem prodidit BRUYERINI, in *Dynosophia* p. 662. aquam, perhibens, Tiberinam, Romani in usus cibarios potulentosque usurpant: & recenter haustum & e flumine in vectam, quamquam turbidam & cœnosam, plebs; at Magnates & proceres, qui que opibus abundant, solent in celis vinariis grandia vase fictilia habere, bina aut trina, felicit ut quisque pro splendore fortune potest, & laetus videri posladat; quibus vasis aqua Tiberina largiter conditur atque reponitur, servanda, non in dies paucos, (quod mirum dictu est) sed menses annosque, sine culpa ac vita.

§. XXXVI.

Expositis sic & explanatis traditis subtilissimo & spirituoso, & que ac humidi

& liquido aquarum elementis ; tertium
ad huc superest examini subiiciendum,
videlicet solidum , quod itidem diversum
est & ad medicam virtutem in iis multum
confert . Dari enim aquas , quæ non mo-
do de diversi generis salibus , sed etiam
terræ , partes absorperunt , nemo rerum
physicarum gnarus facile in dubium vo-
cabit . Sed qua ratione & qua methodo ,
examen curate sit instituendum , & varia
hæ substantia eruendæ , in diversum
abunt auctorum sententia , & per pauca
utilia ac vera apud eos , qui de fontibus
salutaribus quædam prodiderunt , repe-
riuntur , quippe qui , plerumque Chymicæ
& Physicæ experimentalis notitia destitu-
ti , subolere potius , opinione cernere &
populari approbatione metiri , quam experi-
mentorum & tentacionis ope contenta
explicari , scrutari ipsiusque rerum ponde-
ribus librare voluerunt . Operæ itaque
prestum erit , ut certa quædam infallibili-
tia signa & characteres proferantur , quibus
cujusvis salis , mineralis metallique na-
tura indagari possit & dignosci .

§. XXXVII.

Primo autem merito notandus est
communis ille error , dari medicatas
aquas , quæ aurum , argentum plumbum ,
stannum , antimonium &c. in complexu
suo soveant . Figmenta enim hæc sunt &
commenta . Quippe metalla nisi fuerint
soluta & in sal conversa , non possunt
aquarum connubium ingredi & cum ipsis
miseri . Jam vero nullibi reperiendum
est vitriolum auri , arganti . plumbi aut
stanni , neque etiam antimonii vel arse-
nici . Ideoque nunquam etiam hæc me-
talla & mineralia aquis insinuari & in iis
deprehendi poterunt .

§. XXXVIII.

Eiusdem plane furfuria est pervulgata
illa & probatissimis etiam quibusdam
chymicis scriptoribus solennis opinio ,
aquas existere nitrosas , & vero inflam-
mabili nitro foetas . Pace enim horum vi-
rorum dicere liceat , nitrum inflammabile
non esse sal fossile , vel unquam e ter-
ræ viscibus erui : sed hoc potius dicen-
dum esse sal aereum , ex pingui alcalina
terra , ipsoque acre supra terram gene-

ratum & productum ; ut adeo , quæ
purum nitrum aquis insit , plane du-
bitemus .

§. XL.

Perperam non minus quam absurdè ,
sal ammoniacum quibusdam aquis non-
nulli adscribunt . Quis enim ignorat ,
ammoniacum hoc sal esse artis produ-
ctum , ex mixta salis volatilis urinæ ,
fuliginis , nec non acido salis communis
conflatum ? Neque alia fuit nativi &
fossilis veterum origo , quam quod sub
arena ferventi , ex urina equorum alio-
rumque animantium , transeunte per
terræ poros tenui aquosa portione , con-
fectum fuerit & concreverit . Neque
etiam sal illud sulphureum quod in
Vesuvio & sulphureis Campanæ mon-
tibus efflorescit & volatilem spiritum
continet , sal ammoniacum & hoc refe-
rendum est .

§. XLI.

Vicissim precario a quibusdam afferi-
tur : sal alcali inter fossilia & in regno
minerali non dari , sed per artificium
tantum parari & vegetabilium esse pro-
blem . Contrarium enim evidenter de-
monstrari & oculis subiici potest , dum
non modo ex thermis , præsertim Caro-
linis & Emsensibus , verum etiam ex aci-
dulis , maxime Selteranis & Buchensi-
bus , purum sal alcali , sali tartari quoad
omnes effectus simile , elici & præparari
potest . Neque enim , quod primus
omnium ego observavi , purum acidum
in acidulis delitescit , sed omnes , quo-
quot sunt & dicuntur , in omnibus Euro-
pæ locis , sal alcali vehunt , ut potius al-
calinæ dicendæ essent .

§. XLII.

Sed hæc de conflictis & falso medicatis
aquis immersis elementis ; jam quæ reve-
ra in societatem illarum transeunt & in
iis continentur exponemus . Initium au-
tem faciemus a metallis , inter quæ , si util-
itatem & usum spectamus , principatum
obtinet mars , cuius vena , PLINIO etiam
olim notante , omnium metallorum lar-
gissima est , & in Germania nusquam non
occurrit quinimmo argillæ omnesque ru-
bicundæ bolares terræ nonni si marcia lit-

prosapiæ sunt. Nullum quoque ex metallorum censu est, quod tam promte a quovis acido dissolvatur, quam ferrum; quin ipsa aqua, ob permixtum æthereum principium & universale sal, promte illud aggreditur ejusque scobem imbibit. Unde ignitum ferrum in quavis aqua extinctum ramenta ipsi insinuat, testante id virtute roborante & adstrictiva, qua hæc imbuitur; ut adeo nullum prorsus sit dubium, quin aqua fontana quævis, martiales venas, vel terras argillaceas rubras perlabilis, tenuissimas ferri partes elambat & secundo flumine secū auferat.

§. XLIII.

Dici solent tales aquæ ferratae, quibus Italia in primis exuberat, & quarum passim mentionem injiciunt SENECA, qu. nat. lib. 3. cap. 2. PLINIUS Hist. nat. lib. 31. c. 2. BENED. SYLVATICUS in consil. medic. & RAYM. FORTIS in consult. medicis, nec non Andr. BACCIUS lib. de thermis. Neque nostræ regiones martialis talibus aquis natura defraudavit, neque extra famam sunt Bébranae in Thuringia, Freyenwaldenses in Marchia, Radebergenses in Milsenia, nec non nostræ Halenses, maxime vero Lauchstadienses, quarum mirabilis ad varias passiones efficacia, jam inde a multo tempore, non paucis iisque insignibus exemplis notata est. Cognoscuntur autem ejusmodi aquæ ferratae partim ex sapore, quem linguae inprimunt, quodammodo constringente, partim ex ochra flavescente, qua ductus per quos feruntur obducunt eorumque ostia incrstant. Hæc enim probe prius elota, siccata & extremo igne tosta, non solum martialem indolem prodit, sed etiam facta cum sale ammoniaco sublimatione, ex elatis in altum floribus, nitidissimam tinturam martialem largitur. Eandem martialem indolem conjectius arguit purpureus color, quem in perso gallarum pulvere suscipiunt, nec non flavus, quo ovum injectum & industra in balneo imbuuntur, quippe qui non nisi tenerimæ martialis croci rubiginis tribuendus.

§. XLIV.

Porro ex metallorum familia cuprum

quandoque cum aquis connubium init, non tamen integrum, sed in vitriolum dissolutum. Testatum id faciunt plores in Hungaria fontes, in primis Neulohlii, e quibus immisso ferro, purissimum descendit cuprum. Sed nullius interni in Medicina hæc aquæ sunt usus, propter septicam & emeticam, quam ve nus nunquam non servat, virtutem: externo tamen usu, quibusdam in casibus, has non inutiles fore remur. Et praeter duo hæc metalla, nulla alia e mineralibus aquis erui & denudari possunt, licet omnibus vestigiis indagentur. Mars autem, ut omnium maxime virtute gaudet & saluberrimum est metallum: ita etiam aquæ quæ illum complexu suo suscep erunt, salubritate etiam præ reliquis sunt magis commendabiles §. XLV.

Progradimur ad salia, quæ ab aquis affluentius in societatem admittuntur, quum humidum ipsis liquandis quam maxime sit accommodatum. Primas autem ex iis tenet vitriolum. Etenim nullum sal magis catholicum & in subterraneis locis obvium est, quam hoc vitriolicum: quippe quod omnibus fere mineris adhaesit. Si ejus natales dispicimus, nascitur hoc ex sulphuris acido, quod omnium mineralium universale sal & ex ferri quidem substantia est, dum videlicet acidi sulphuris halitus, qui ex inferiori terrarum tractu sursum rapiuntur perlantes aquas contingunt, & ramentis terreo-martialibus per illas dispersis sese associant, & sic principium quoddam vitriolicum efficiunt. Discernitur vitriolum in aquis salubribus omnium optime per mixtionem cum pulvere gallarum: siquidem exiade mox purpureum, si minor, mox atrum, si major copia inest, suscipiunt colorem.

§. XLVI.

Observavimus autem, quod vitriolum illud quod aquæ in sinu fovent, sit duplex, volatile nempe & fixum. Sed in acidulis & thermis aliisque celebribus medicatis aquis, fixum talem vitriolum non hospitat: quæ vero volatile & tenuissimum vitriolicum elementum custodiunt, optimi sunt fontes medicinales & mira-

mirabili virtute præstant. Apparet hoc ex eo, quando frigidæ aquæ, aut recens ter haustæ, insperlis gallis nigrescunt; simulac vero admoto igne calorem con ceperunt, aut liberiori aeris afflati pa tuerunt, omnem tinteturam renuant. Ex quo luculenter patet, quantum erent, qui solius exhalationis, vel distillationis beneficio, aquarum mineralium elemen ta eruere & in apricurn ponere cont enunt; quum chymico hoc ministerio, vo latile illud miserale, in quo maxima vir tus consistit, unacum desideratissimo spi rituoso principio, aquis elabatur & dis fletur.

§. XLVII.

Quod autem post evaporationem re linquitur vitriolum, hoc merito dicen dum est fixum, & priori ratione virtutis longe inferius est. Dantur nimirum aquæ martiatæ, uti Lauchstadienses & Rade bergenses, que momentum vitrioli fixi admittunt, peculiari enchiresi eliciendum, sed non sunt dicenda acidulae. Et tales aquæ non tantum cum gallis mixtae induunt nigracantem colorem, verum etiam folia querens, flores balustiorum, cortices granatorum, extractum herbae thee & tormentillæ idem præstant, & tinctura quidem est constantior. Deinceps alias modus est, ex vitriolaceis illis, aquis illud quod martiale est separare atque præcipitare. Videlicet draehma una concharum ustorum aquarium libræ est indenda & per aliquot dies rite asservanda & quandoque agitanda mixtura: tum subtilis flavescens ochra ad ima dejectur. Vel melius adhuc, si ovum recens hamori immititur, per omnem ejus ambitum substantia flava flocculorum instar sese agglutinat, & postmodum decidens, fundum petit in eoq; colligitur. Idem contin git si lagene eijusmodi aquis ad dimidiā replete sub dio exponuntur: tunc exhalante spirituoso elemento, ad ima deser tur levissimus & tenuissimus croceus palvis. Generosum enim illud principium, quum scobem illam martialem compedibus suis intra aquarum nexum detineat, discessu suo, ut aquæ vehiculum hæc deserat, efficit.

§. XLIX.

Non raro etiam salutares fontes salis communis participes sunt. Hujus indolis fuerunt olim fontes Hornhusani & nu perius Stasfurdenenses. Et adhuc eodem fæti sunt Wisbadenses, nec non quos Ratzeburgi salire accepimus. Acquiritur com mune hoc sal, leni facta distillatione & omnimoda liquoris exhalatione. Ita enim in fundo eucurbitez remanet, & rite elotum, a rejectiis partibus liberatum & crystallisationi expositum, in cubicam figuram concrescit, carbonibus injectum crepitat, & aque forti inditum, eam ar mat, ut aurum solvat. Dignoscitar etiam sal commune exinde, si instillato restibili post resiccationem concremento oleo vi trioli, vapor exsurgit, instar spiritus salis nares feriens & aeriter compungens. In aquis autem salis communis præsentia colligi potest, si indita solutione lumen, turbantur & pulvrem album ad ima rejiciunt.

§. XLIX.

Porro in aquarum salubrium sinu ho spitatur sal alcali fixum. Deprehenditur hoc, prout ego primus asserui & demonstravi, in omnibus thermis æque ac acidulis: & in primis copiosius elici potest ex Carolinis, Emsensis, Selteranis & Buchensis. His autem sele prodit indicus. Aquæ, instillatis acidis, in primis vitrioli spiritu, effervescent & confluent edunt. Sal evaporationis ope ex iis paratum iterumque solutum, sirupum violarum viridi colore inficit, & cum spiritu vitrioli in tartarium vitriolatum convertitur. Præterea idem sal solutionem mercurii sub limati aurantio colore tingit, & sali am moniaco admixtum, hujus volatile libera rat, ut spiritus urinosus diffletur, & odore sele in sensu ingerat.

§. L.

Præterea plurimi & præstantissimi in Germania sunt fontes, qui sal quoddam innominatum, & ferme etiam incognitum, inter acidum & alcali ambigens, & medium quasi temperamentū obtinens, vehunt. Auctoris vulgo nitrum audit. Sed ne minimam quideam nitrii umbram refert. Non enim est inflammabile, non in crystallisatione pyramidalē figuram suscipit, neq; aquam fortē largitur.

Dicen-

Dicendum igitur potius est sal neutrum, dum neque cum acido, neque alcali pugnat, sed salis Glauberiani notatiorem similitudinem habet, & frigoris quendam linguae sensum imprimat. Hoc sale quam maxime foeti sunt Egrani & omnes illi fontes, quorum plures quam quinquaginta circa Egram scaturiunt; nec non Elsterani in Vogtlandia; omnium vero maxime is, qui ante aliquot annos in Bohemie pago, Sedlitz, dete-ctus & ad usum a me primum traductus est, unacum contermino huic, ad pagum Seydschutz, fonte, quippe quorum libra medica, duas minimum ejusmodi salis drachmas, largitur. Ejusdem quoque generis sal paratur ex aquis quibusdam Parisiensibus, quarum tres species ante plures annos mihi transmissæ, exhalatione facta, illud exhibuerunt.

§. LI.

Primus, qui hujus salis mentionem fecit, est LISTERUS, in lib. de aquis medicatis Angliae, & vocat illud nitrum calcarium, verba, quæ in cap. l. initio existant ita habent: *Ad hæc salia quantum adjiciendum est genus, quamvis e minus cognitis, tamen quod omnium longe copiosissimum est, nimirum sal, sive nitrum calcarium.* Et pag. 13. hæc prodidit: hujus salis minus cogniti (etiam si omnium salium fossilium, certe apud nos, frequentissimi) crystalli, tenues, longæque sunt, iisque mediis quatuor latera parallelogramma sunt, at fere inæqualia: ex altera vero parte, ipse mucro ex binis planis lateribus triangularibus formatur. Hoc sal originem procul dubio sortitur ex connubio acidi sulphurei & calcariae terræ, quæ indolis est alcalinæ. Quando enim aquæ acido hoc sulphureo perfusæ, per calcariam terram, cuius uber admodum in subterraneis cryptis est apparatus, labuntur, imbibunt illam, & cum illa congregientes, sal amaricans constituunt. Luculentus id patet, & ex eo declarari potest, si acidum sulphuris vulgaris, cum alcali quodam commiscetur, quippe, pariter ex harum locestate, sal sui generis, amaricans & abstersivus exsurgit. Sed

de hujus salis natalibus ac genesi, inservi, in fontis & salis Sédlicensis examine, fusius sententiam nostram expone-
mus. Id tantum hoc loco non præter-
mittendum, quod reagentium ope dif-
ficulter admodum, vel plane non, hoc
peculiaris ingenii sal erui & in aquis deli-
tescens detegi possit, sed sola liquoris
exhalatione & resiccatione, sese con-
spiciendum præbeat.

§. LII.

Per quirentibus autem nobis vera me-
dicatarum aquarum elementa, expo-
nendum etiam est & explorandum: an
alumen in illarum societatem admittatur? Communis ita fert opinio, subni-
xa potissimum experimento, quod in-
fillato aquis salubribus oleo tartari per
deliquium, laetè colore inficiantur,
eodem modo, ac solutioni aluminis,
infuso illo, nebula & albescens tinctura
inducitur. Sed fallax utique est tenta-
men ejusque fides admodum sublesta,
quum omnes calcariæ & falsæ aquæ,
admixto alcalino liquore, pellucidam
faciem evitant & albescant, immo ipsa
aqua calcis vivæ limpida, turbetur &
albo colore perfumeatur. Tum demum
experimento fides constaret, & dealu-
minis connubio non amplius dubitan-
dum esset, si candidus ille, post alcali-
norum mixturam præcipitatus pulvis,
igni injectus intumesceret & in spongio-
sum magma transiret: id quod tamen
non contingit. Quamvis igitur fatea-
mūr, nos nunquam in aquis soteris alu-
men deprehendisse, non tamen inficias
ibimus, quod iis in locis, ubi uber alu-
minis in subterraneis tractibus est pro-
ventus illudque copiose effoditur, fon-
tes eodem imbuti scaturiant. Id enim
testantur aluminosi illi Dibæ salientes
latices. Sed nemo etiam iis medicam at-
tribuet virtutem: quum potius interne
nullus plane usus sint, & austerioritate sua,
nec non rodente facultate, non solum
palato ingrati, sed corpori etiam inimi-
ci sint & nocivi. Largimur etiam, alu-
minis acidum, nonnunquam primor-
dialiter aquis quibusdam insinuari; sed
immutatur illud in hœ confortio, neque
neque

parum manet & simplex.

§. LIII.

Eadem ferme ratio est sulphuris. Constant plerumque & pervulgata Medicorum est lententia, omnes thermas sulphur in complexu suo acere; immo, ab ejus connubio, plurimi caloris in iis cauism derivare satagunt. At hi fere sunt, qui thermas non frequentarunt, aut tanquam canis Nilum eas degustant; ideoque non mirum est, si eximie fallantur. Paucissimæ enim calidarium solpitallium aquarum sunt, quæ sulphur videntur, & si Aquilgranentes & paucas forsan alias, exceptis, vix umbram ejus deprehendes. Sunt quidem plurimi, qui Carolinis Wisbadensibus, & Emtensibus, sulphur affingunt, lepidam somnii a colore croceo, quo industria alba in balneo inficiuntur, rationem cogentes, sed longe alias hujus tinteturæ est ratio, & mihi tam felici esse non contigit, ut ex his plurimis que alii sulphur eruere & denudare potuisse, licet summo studio & quæsitissimis artificiis examen instituerim. Est quoque fons fetens & inurbani admodum, ovorum putridorum instar, odoris, in confiniis Francfurti ad Mœnum, & qui ab ipso profluere putatur, in ipsa urbe, vernacula vocant, *den Saul-Braun*. Hic egregia laxante virtute pollet, & in febribus ad situm sedandam avide ab ægrotantibus hauritur: sed adornato curiose ejus examine, pariter nihil plane sulphuris in eo reperire licuit. Notæ autem & characteres, qui formalis sulphuris præsentiam produnt & arguunt, sunt: si aquæ argentum fulso vel nigru inficiunt colore, & post omnimodam liquoris exhalationem, concrementum relinquunt inflammabile, quod cum sale tartari in hepar sulphuris transit. §. LIV.

Ultimo loco disquirendum etiam est: an aquæ terrarum consortium patiantur? Videtur quidem hæc mixtio naturæ esse contraria: sed, licet aqua non congruum sit terræ solvens; nihilominus tamen, nulla illarum est, quæ non de terreo elemento quipiam comprehen-

hendat. Quare nullum est dubium, quin terra ex præcipuis sit principiis, quæ non modo salubres, sed etiam reliquias constituant aquas. Differunt autem terræ aquarum sinu exceptæ, eodem modo, ac illæ, quæ extra illum obviæ sunt. Videbet communissimæ & frequentissimæ sunt calcariae, quæ optimæ quidem non sunt notæ, affluenter tamen thermas inhabitant, & salsuginis quoque laticibus sese insinuant, unde ex nostris Halensibus extrahitur durum quoddam & splendens concretum, lamellas amianthi referens. Melioris indolis sunt pinguis argillaceæ; quippe quæ dulcem aquis conciliant saporem, easque molles ac mittes reddunt. Ochreacea denique substantia, licet a marte suum petat colorem, ab acido non ramen solvitur, quia lutoſæ & argillaceæ naturæ est, & virtutem roborantem, exsiccantem, quæ maxime in balneo appetet, aquis impertit.

§. LV.

Difficilis hæc terræ aquis immersæ deteguntur, & vix alia, quam per evaporationem, ratione, in apricum ponuntur. Et calcaria quidem, in stillato oleo tartari per deliquium, aut solutione sacchari saturni, lacteum colorem producit, ac redundantius aquas incolens, maxime calidas, sub aere frigidiusculo secedit, sese vasis & canalibus apponit, & injecta, brevi lapidosa crux obducit: id quod in primis contingit in Carolinis. Post exhalationem autem, partim ex effervescentia cum acido, partim ex effervescentia cum acido, partim etiam ex usione, qua tummam acquirit acredinem, innotescit. Ochreaceam prodit, si sedimentum, quod post evaporationem & crystallisationem salium in filtro manet, flavi est coloris, qui sub calcinatione in rubrum vertitur, prout superius jam meminimus. Si vero in fontibus quipiam lapidosi continetur, id sese optime per elutriationem, factam cum sufficienti aquæ affusione, qua omne terrium subtile solvit, manifestat. Hoc enim ob gravitatem in fundo residet, nec facile e loco suo dimovetur. §. LVI.

Sed hæc de elementis aquarum mineralium recte discernendis & eruendis sufficiant.

ffient. Id certe ex omnibus hisce intelligendum; iudicio luculenter patebit: pauca
admodum esse, quæ hospitalibus aquis re- | vera insunt, & multa illis ab ignariorum
temere assungi.

SCRUTINIUM PHYSICO- MEDICUM PRINCIPIORUM ET VIRTUTUM IN principiis medicatis Germaniae Fontibus.

§. I.

Si quid aliud, certe medicati fontes, qui passim & in plurimis regionibus, ad ingens commune mortalium commodum, salutarem laicem fundunt, luculentissima divinæ providentia & admiranda sapientia ac benignitatis documenta exhibent. Incomparabilem enim & plane divinam mineralibus hisce aquis, tam calidis, quam frigidis, inesse virtutem, ut in morbis afflictionibus, tum avertendis & tempestive praescindendis, tum protegandis & persanandis, omnia vel exquisitissima arte concinnata remedia, longissime exsuperent, nemo facile in dubium vocabit, nisi qui, ex supina quadam negligentia, in illarum cognitione rudis, intulsius ignorare rei existimator est.

§. II.

Profecto, avidissime quidem & per quam cupide, etiam a non ineruditis, universalis quedam medicina, quæ curandi indicationibus quovis in morbo responderet, hucusque expetita fuit, & adhuc omni arte atque ingenio operose conquiritur: sed non est, cur frustraneam operam conterant, quum benignissimus naturæ rerum parens, per beatissimum aquarium mineralium preventum, opitabile ejusmodi sanitatis praefidium nobis prorsus gratis elargiatur. Equis enim est, qui de ullo alio remedio, id vere praedicare, velet iam tantum sperare poterit, quod cito, tuto, efficaciter & sine omni virium diminu-

tione, per omnis generis emunctoria, excrementitias, quæ morbos gignunt & sovent sordes, foras e corpore educat atque proscribat, quam de soteriis aquis utpote quæ, non solum congesta in ventriculo & intestinis recrementorum colluviem promptissime exturbant, sed etiam, seri falso sulphurei per urinarios tubulos fecessum egregie adjuvant, & per commune illud subcutaneum cribrum subtiliora purgamenta eliminant. Neque aquæ haec medicinales evacuandis facultate praestant, sed insignem etiam alterandi virtutem possident, ita, ut ne quicquam aliud melius & præstantius lentis ac tenacibus humoribus dissolvendis, acribus & salinæ diluendis ac temperandis, acidis & austerioris invertendis corrigendis, & obstructionibus minimorum vasorum referandis, aptius & accommodatus iisdem excogitari & inveniri possit. Accedunt desideratissimæ tonicæ & roborantes vires, quas salutiferi fontes, si solidæ partes nitidum sunt resolutæ vel laxatae, abunde complectuntur & summo cum fructu imperiunt. Et quod maximum est, præclaras has virtutes secure & sine omni subsequente noxa exserunt; ideoque tutissime, non tantum robustis & valentibus corporibus, sed etiam, admodum imbecillis, e morbis brevi convalescentibus, puerperium egressis foemini, gravidis etiam, nec non senibus, suaderi & propinari possunt. Præterea minerales aquæ, hoc præ aliis medicis facultate instructis auxiliis peculiare sibi vindicant, quod omni ætati, tempore,

mento, sexui etiam, convenient, & quo-vis anni tempore, nec hiemali excepto, tuto & utiliter adhiberi possint.

§. III.

Neque etiam prætereundum est id, quod in fontium indole & genio suo salutarium consideratione maxime mirandum est: nimirum, quod præcipui eorum, contrariis quasi videantur pollere viribus, dum, si excretiones nimis sunt, eas tuto fistunt atque compescunt; & viciissim, si defectu peccant, earum successum efficaciter & fructuose promovent. Quod si enim prima regio, per quam ventriculum maxime & primum intestinum, duodecimum nempe, intelligo, faburra biliosa obfisetur, eandem vomitu egregie deplent: contra vero, contumacem illam & enormem, hypochondriacos subinde affligentem vomitionem, illico componunt & quam efficacissime percurant. Similiter, si menstruus sanguinis in foeminis fluxus, aut solennis illa sanguinea in viris per haemorrhoides excretio, minus legitime succedunt, sed subsistunt, tam præstans medicorum fontium in prioritatis his & revocandis est virtus, quam nullius medicamenti: nihilominus tamen, si ani & uteri venæ plus justo cruxis fundunt; eadem minerales aquæ, ad cohendendum nimirum profluvium, egregiam commodant opem.

§. IV.

Verum enim vero, præter incomparabiles has soterias fontibus inditas dotes atque virtutes, divinum etiam & sapientissimum Numen eosdem præcipuo quasi præ omnibus aliis charactere & peculiari prerogativa notare atque insignire voluit, quo im mensæ benignitatis in mortali genio ubertas eo testatus eluce feceret. Nimirum scaturigines medica facultate commendabiles, per multorum jam sæculorum decursum constanter, & perenni flumine undam suam emiserunt, neque unquam, sub ferventissima etiam tempestate, ut alii fontes, exaruerunt. Deinde eandem semper elementorum, sive ingredientium, & qualitatem, & quantitatem, sub certa mensura continent atque tenuentur. Et tandem neque ex minera-

lium, neque metallorum censu, ea, quæ infensi & virulenti quippiam alunt, licet subterranei tractus iisdem admodum referti sint, absorbent & secum auferunt, sed potius, delectu quasi instituto, ea tantum, quæ partibus corporis nostri, tam solidis, quam fluidis accommoda & amicissima sunt, e terræ visceribus elambunt & in societatem suam admittunt.

§. V.

Quum itaque tot ac tanta divina beneficia, pleno alveo per medicatas aquas immortales deriventur, ut summa cum ratione a veteribus sacræ appellatae sint: miranda utique & non sine censura dimittenda est, craffa illa & supina tam Physicorum, quam Medicorum, veterum æque ac recentiorum quorundam, in rete cognoscendis & debite examinandis salutarium fontium principis, operacionibus & effectibus, negligentia & ignorantia. Nam si monumenta hoc de arguento divulgata evolvimus, maxima certe coœcuentium est turba, & omnes non satis explicite & significanter vera & genuina mineralium aquarum ingredientia exposuerunt & demonstrarunt, sed potius plane incongrua & naturæ adversa elementa pro arbitrio confixerunt, & iisdem inesse tradiderunt, quorum tamen ne micam vel vestigium reperire licet. Hinc factum est, ut non solum ibi locorum degentes, sed etiam exteri Medici, quibus non data fuit copia fontes nostras soterias frequentandi eorumque aquas examinandi & harum elementa penitus scrutandi, eosdem valde intutos & suspectos esse precario crediderint, eamque ob causam nonnisi valentibus & robustis eorum usum suaserint, verentes, ne debiles & qui interiores partes non salvas & perfecte integras habent, ab his, tot mineralium, naturæ humanæ non adeo amicorum, consortio imbutis, & impetuose ac cum vehementia operantibus aquis, admodum læderentur, quin penitus interimerentur. Sed parum etiam hi ipsi sibi constiterunt, eo quod docente experientia, chronicis passionibus mirum quantum emaciatos, & quos nulla arte ad sanitatem reducere potue-

M. rant,

rant, irritis demum omnibus, ad fontes medicinales, tanquam ultimum refugium, & ut ita dicere liceat, ultimum appellationis forum, a legare fuerint: quasi vero illi, qui cum tam diuturnis confitati fuerunt morbis, robustis & quoad viscera integris annumerari deberent. Quare ultra fateantur necesse est, qui adhuc eadem mentis caligine premuntur, insignem mineralibus fontibus juvandi inesse facultatem, qua imbecillis corporibus neutram perniciosa, sed potius summopere proficia sit; licet ipsi ignorant, unde haec dependeat & quam agnoscat causam.

§. VI.

Quodsi vero primam caussam & originem, unde incerta haec, dubia, fluctuans & falsa prouersus auctorum de salutifera aquarum mineralium facultate opinio emanarit, sciscitemur: vix aliud quipiam accusari poterit, quam quod Philosophia physico-chymico-mechanica experimentali plane destituti, genuina eorum ingredientia, tanquam operationum fontes, explorandi modum ignorarint, ea que propter sine omni solida ratione vel firma demonstratione, ex imaginaria tantum probabilitate, omnis generis contenta & elementa subolere voluerint iisque audacter assignarint.

§. VII.

Et frivola haec opinio mirum invaluit, qui eo processit, ut nihil ferme ex metaliorum & mineralium, terrarum, lapidum, salium & succorum familia esset, quod secundum illam non cum medicatis aquis connubium iniret. Potissimum autem mineralium fontium ingredientia ubivis ferme ab auctoribus haec recententur: alumen, nitrum, vitriolum, sal commune, nitrum veterum, terra sigillata, ferrum, ochra, calx, bitumen & sulphur, quibus alii cuprum & arsenicum addunt: ast, quod certe mirandum, neque de nitro, phlogisto illo, neque de vitriolo, neque de alumine, neque de bitumine, neque etiam de sulphure vulgari, excepto unico tantum Aquisgranensi fonte, multo minus de cupro & arsenico, mica & vestigium allum, exquisitissime etiam instituto exa-

mine, deprehendi ulloque modo demonstrari potest; sed longe diversa & alia sunt quæ in sinu suo minerales fontes custodiunt, quorum ab iis, qui scriptis hoc argumentum exponere annisi sunt, nulla, plane facta est mentio. Neque minus gravissimum in eo & Medici & Physici admiserunt errorem, quod ad unum omnes acidulas fontes acidos esse, firmissime crediderint, eamque ob caussam non solum lactis usum, propter coaguli metum, maiorem in modum sub earum potatione prohibuerint, sed etiam quod eas, tanquam acido eminenter imbutas, non facile in chronicis sic dictis passionibus, quæ semper excessiva aciditate stipantur & exacerbantur, suaserint & ad usum prescripserint.

§. VIII.

Ego vero sicuti hunc nunquam non indu & servavi animum, ut nihil preclaro crederem, neque Medicorum dogmata populari approbatione metirer, sed omnia ipse subacto, quantum quidem valorem, iudicio curate expendarem, ipsique rerum ponderibus ac momentis libarem: ita eo minus ab utilissimo hoc more in doctrina de aquis mineralibus difendendum esse ratus sum, quo major illarum est præstantia & in arte medica utilitas. Unde factum est, quum a receptis huc usque sententiis assensum cohiberem, & ipse Chymicæ experimentalis ope, spiritalium aquarum examen molirer, variisque institutis physicis, chymicis & staticis tentaminibus, in genuinam earam indolem, principia & facultatem inquirerem, ut mihi ultra innotesceret, commenta esse & figura pleraque, quæ ab auctoribus de soteriis fontibus prodita sunt & adhuc traduntur. His autem perspectis, non potui, quin, ignava opinionum portenta strenue impugnarem, explosaque erroribus, ea, quæ medicatis aquis revera inesse deprehenderam, ingenue & dilucide exponerem, meaque sententiam solidi argumentorum robore in plurimis scriptis stabilirem. Et quamvis is non sim, qui gloriam ex hoc qualicunque labore ambitione aucupari velit; id tamen sine arrogantiæ nota dicere licebit: quod pri-

primus ego omnium fuerim, qui evidenter & momentosis rationibus docuit, quod in acidulis minime acidum, qua tale, sed potius acido contrarium, alcalinum nemp, tam terrem, quam salinum elementum, quod cum acido proutissime configitat, reperiatur. Ipse etiam eodem fundamento innitens, primum inveni & exposui, quo pacto aqua mineralis diuretica, mediante fortissimo acido, in purgantem transmutari possit, & hoc ipsum multoties felicissimo successu praestiti, ac Buchenses, spectantibus id & approbantibus viris praecipuis, in Egranas exemplo converti. Primus porro acidularum & thermarum ratione ingredientium & usus convenientiam, perspexi, monstravi & postmodum peculiari dissertatione fuisse illustravi. Et hac cognitione instrutus, divina sic adgubernante providentia, saluberrimos quosdam latices detexi; & derelicti antehac habitos, summo cum fructu ad usum traduxi. Id quod non solum exemplo Sedlicensis purgantis, falsi & amari in Bohemia, jam famosissimi, sed etiam martialis Lauchstadiensis in Misnia fontis, nec non tepidæ illius in Carolinis scatebræ, que Germanis der Muhlbrunn audit, & jam cum communis & servidissimo fonte, Prudel vocato, de prærogativa certat, luculenter constat.

§. IX.

Quum vero non negandum sit, quod fontes medica virtute pollentes, tam thermales, quam sic dicti acidi, in multis Germaniae regionibus scaruriens, multum ratione elementorum & principiorum, nec non puritatis aquarum differant, & aliud quoque atque aliud in his vel illis morbis, aut in his illis vel illis corporibus effectum exserant, ideoque majoris vel minoris in arte medica usus sint; operæ utique pretium esse, & ipsa salubrium aquarum dignitas atque præstanria exposcere videtur, ut eadem experimentaliter methodo, in quonam præcipiorum medicorum, nostris in regionibus salientium fontium, differentia versetur, a priori ostendatur, & tum ab experientia, effectu videlicet, peculiares cuiusvis & propriæ vi-

res confirmetur. Et hoc est, quod in hac physico-medica disquisitione plenius executere, & curatus paullo persequi statuta nobis est atque propositum.

§. X.

Initium autem faciemus ab acidulis, & quidem PYRMONTANIS, que ob penetrabilem & expeditam maxime quægaudent vim, principem inter reliquas locum tueri videntur. Omnia vero que cum ipsis instituimus tentamina, nec non observata phænomena, ordine sigillatim enumerabimus, quo hisce collatis, de illarum viribus & usu rectius judicium serre possumus.

I. De Pyrmontanis igitur aquis hoc in primis notatu dignum est, quod vasæ vitrea, & que ac terrea, ad fontem iisdem repleta & probe obturata, levitatemmodo calore accedente, vel agitatione facta, facilissime cum impetu disruptur: id quod cum aliis acidulis non facile evenit. Quare si ad alia loca transportandæ sunt, necesse est, ut lagena non statim penitus oppleantur, sed ut vacuum in iis relinquatur spatiū, & ipsæ per aliquot horas apertæ manent, quo volatile illud & elasticum elementum tantisper exhalat.

II. Si ad fontem frigidæ jejunio ventriculo matutino tempore hauriuntur & assumentur, subtili & penetrante vapore sursum elevato, narres feriunt, ipsumque caput quasi temulentum reddunt.

III. Pyrmontanaæ alvum aliquoties sollicitant, eoque copiosiores sedes carent, si non ad scatebram, sed ad remotiora loca delatae, bibuntur. Fæces vero post earum usum magis nigrae secedunt, quam post aliarum acidularum potationem contingere solet. Sed omnis hæc purgandi virtus perit, si eadem diutius libero aeri exponuntur, nec tum excrementa nigro colore tingunt.

IV. Si folia thee, flores balaustiorum, aut gallarum pulvis, in transparente vitro Pyrmontanis injiciuntur, primo cœruleus, brevi post purpureus & demum niger color in conspectum prodit: luculento indicio, nigrum colorem ex purpureo concentrato exsurgere, & cœru-

leum nonnisi purpureum dilatum esse. Sed instillato infectis hoc modo aquis vitrioli spiritu, omnis color protinus dispellitur.

V. Acido quovis affuso, sive sit fortius, ut vitrioli spiritus & aqua fortis, sive mitius, ut acetum, succus citri, vi-num Rhenanum, manifesto ebulliunt, & copiosissimæ bullulæ cum vapore emer-gunt & ad superiora eluctantur.

VI. Si vero liquores alcalini, sive fixi, ut oleum tartari per deliquium, sive vola-tiles, ut spiritus salis ammoniaci aquosus, cum Pyrmontanis confunduntur, nulla lucta vel effervescentia observatur, sed turbantur paulisper & albæ fiunt. Spir-itu autem vitrioli instillato, & alcalino elemento eodem saturato, pristinam pel-luciditatem recipiunt.

VII. Lac bubulum æquali mensuræ parte acidulis Pyrmontanis admixtum, minime abit in coagulum, sed porius fluidius redditur, & a corruptione acida, cui æstivo tempore alias promptissime patet, defenditur & præservatur, indubio testimonio, acidum in his neuti quam eminere.

IIX. Sirupus violarum si Pyrmonta-nis permiscetur, easdem intensius viridi-inficit colore, qui immisso aliquot spiritus vitrioli guttulis, mox evanescit.

IX. Libras quatuor medicas hujus aque moderatissimo igni commisimus, & evapo ratione peracta, materia siccæ scrupulos duos obtinuimus. Hujus dimidia parti in vitro conservali triginta guttas olei vitrioli instillavimus, quo factò, fortis contigit ebullitio, & exemplo vapor tenuissimus, nares acriter compungens, adscendit, haud fecus ac sale communi & oleo vitrioli confusis, evenire solet. Alteri vero parti spiritum vitrioli sim-plicem affudimus, eumque conflictu edi-to, amaricantem & falsum factum esse animadvertisimus, remanente multum adhuc calcariæ terræ, quæ aqua elota, cum spiritu acido non amplius efferve-scebat.

X. Aliquot Pyrmontanarum libras in ampla argentea patina per viginti qua-tuor libras libero aeri exposuimus, &

tantopere a pristina sua indole defecisse ob servavimus, ut vix eas dignosceres, ob summam inductam inertiam. Nam gustu exploratæ, mineralem, acrem & pene-trantem saporem penitus perdiderant, & plane insipida factæ erant. Pellucidam quoque exuerant faciem & turbulentæ evaserant, demissa ad fundum subtili flave-scente terra. Supernatans liquor affuso acido non amplius ebulliebat, ne c in per-fo gallarum pulvere nigresebat, nec etiam adjecto violarum sirupo viridiuca lum referebat colorem.

Ex memoratis igitur experimentis & ob servatis phænomenis, jam in proclivi est judicare: Pyrmontanas aquas spiritu minerali, purissimo, valde penetranti & elasticò copiose admodum esse imbutas; ita, ut ab hoc potissimum spectatissima earum virtus derivanda sit. Tenuissimum enim hoc elementum, quamdiu particulis terreis calcariis adhærescit, alcalini prin-cipiis indolem mentitur, subtiliori autem martiali terræ associatum, vitrioli inge-nium æmulatur, & saporem exhibit vi-trolicum, fæces nigras reddit, & inspersis gallis tinteturam edit; eaq; propter quam-diū hoc ipsum aquæ poris innidulatur, sub forma principii salini alcalini & vi-trioli subtilioris eandem summa agendi potentia instruit, eique in viscerum runc roborando, iis obstructis aperiendis, ext cretoriis stimulandis, vim certe scenera maximam. Aufugiente autem illo & de-perdito, omnis stimul aquarum efficacia perit atque exspirat. Quare quum Pyr-montanæ affluent & locupleti spirituosi hujus elementi materia nobilitatæ, & ob id vehementioris tantisper operationis sint; facile patet: earum usum magis corporibus carnosis & robustioribus, quam tenellis & mollibus esse accommodum. Tutissime tamen etiam a debilibus usur-pari possunt, si vel puræ, refracta dosi bi-buntur, vel cum alia fontana purissima aqua nuptæ, ad usum propinantrur. Summo quoque cum fructu cuen dimidia la-ctis parte remiscentur, & hoc pacto ar-thriticis & scorbuticis, ex multiplici no-stra experientia, egregio sunt præsidio.

§. XI.

Post Pyrmontanas ob præstantissimam virtutem secundum locum merito suo tenuerit EGRANÆ. Hæ ut ut non tam affluent spirituosa materia copia perfundantur & mitioris indolis sint: nihilo minus tamen ob hanc caussam tutiori efficacia præstant, & nostris temporibus multo familiariori usu præ Pyrmontensibus celebrantur; adeo ut ad remotissimas etiam regiones immensa propemodum copia quotannis deferantur. Quænam igitur Egrani hujus fontis genuina sint elementa, & in quo a Pyrmontensi diffideat, curatus etiam disquirendum & tentaminibus quibusdam adstruendum erit.

I. Ut alcalinum Egranarum principium expiscaremur, affudimus ipsis vitrioli spiritum, & manifestam inde ebullitionem annotavimus, licet non tantam quanta in Pyrmontanis fuerat & in Selteranis & Buchensibus esse solet.

II. Ad mixturam olei tartari per deliquium, limpidus permanit liquor & clarus, nulla pelluciditatis turbatione succedente; quum aliae fere omnes minerales aquæ, instillatis alcalinis liquoribus, obscurentur & lactescentes fiant, ob salis communis, vel terre calcarie connubium.

III. Si e scatæbra hauriuntur, insperso gallarum pulvere purpurascunt: si vero ad remotiora loca transportantur, nisi vase exquisitissime fuerint munita, nullam plane coloris ab hoc pulvere subeunt immitationem; argumento haud exiguo, quod parvum vel nihil martialis terræ alant.

IV. Admixto violarum sirupo, viridiuscule colore paulisper perfusa sunt, indicio, alcalinum elementum in iisdem quodammodo esse superius.

V. Solutio vitrioli martis flocculos flavescentes ad fundum deject: quorum tamen generatio non tam ipsi aquæ, quam potius vitriolo martis, humoris ope liquato, tribuenda est: eo quod acidum vitrioli martis, cum sale fontium alcalino congrederi, tenuissimas has martis particulas e nexus suo dimittit.

VI. Egranarum libram medicam, quæ, prout notum, duodecim uncias æquat, le-

niori ignis gradu in B. M. destillari curavimus, & chymico hoc ministerio pri-
mum obtinuimus phlegma insipidum
prorsus, & tum materiæ siccæ remanentis
grana 24. Huic affudimus oleum vitrioli,
nullo prorsus effervescentiæ motu suc-
cedente, nec etiam volatili fumo emisso,
eoque educti sumus, ne quicquam de sale
communi in ea recondi.

Ex hoc itaque Egranarum examin e di-
lucide patescit: quod vis illa, qua eminent
alvum ducens, copioso quod sovent sali
amaro, cathartico & mediæ naturæ a ccep-
ta referenda sit. Id quod etiam quotan-
nis eximia copia artificiose per coctionem
ex ipsis paratur & ad exterias regiones di-
mittitur. Neque hoc sal alia quam Södli-
cense & Ebshamense pollet efficacia, sed
ad unciam in una aquæ medica libra liqua-
tum, alvum ter aut quater summo cum
levamine solvit. Preterea Egranæ ob aque
quam vehunt subtilitatem, levitatem &
puritatem, in primis etiam comme ndabi-
les sunt, & hoc quoque nomine ipsis Pyr-
montanis, quæ largo ochreæ & calcarie
terra connubio scatent, anteponendæ.
Quæ cum ita sint, utique & rationi & ex-
perientiæ congruenter inde concludere
licet: quod Egranus fons ad viscidas, præ-
sertim primarum viarum, sordes in hypo-
chondriacis & cachecticis abstergendas,
eluendas & per alvi fecessum exturban-
das, nec non ad tollendum & referandum
vasorum sanguiferorum in visceribus in-
farctum, & ad lentes atque tenaces humores
dissolvendos ac dissipandos, aptissimus
sit & quam maxime accommodatus.

§. XII.

Succedunt jam SELTERANI fontes, ob insignissimam utilitatem longe lateq;
celebrati, qui in dieceesi Trevirensi, in pa-
go Rieder-Selk, in confiniis urbis Lim-
burgi, vena admodum benigna & larga
saliunt, & ob mitissimum quo agunt in-
genium, etiam valde debilitatis, emacia-
tis & in primis pulmonum labe affectis,
singulari cum emolumento præscribun-
tur. Quapropter ut hos etiam examini
subjiciamus, & quæ illorum mixtionem
ingrediuntur principia penitus scrutemur,
instituti nostri ratio postulare videtur.

I. Cum quoconque acido, sive fortiori, sive mitiori, promptissimam subeunt effervescientiam. Sique cum vino Rheano, adiecto contuso faceharo, miscentur, ingenti cum strepitu ac fumo ebulliunt, copiosissimasque bullulas, ut tota mixtura lacteo quasi colore perfundi videatur, emittunt, haud secus ac cum Antonianis & Wildungensibus contingere solet.

II. Si cum æquali parte vini veteris Rhenani generosi confunduntur, obscurantur, & colorem ex bruno rufescentem induunt, eodem modo ac videmus, si oleum tartari per deliquium, vel spiritus salis ammoniaci urinosus concentratus, generosiori vino infunditur.

III. Sapor hujus aquæ non tam compungens, penetrans & subacidus est, quam aliarum acidularum, sed lixiviosi quippiam resipit.

IV. Iniecto gallarum pulvere, non cœruleum, purpureum, multo minus atrum colorem reddunt: neque facies alvinæ, sub earum portatione egestæ, atra mentosi quid referunt.

V. Instillata salis tartari solutione, lactescensem tincturam receperunt: nihil tamen præcipitati ad fundum descendit.

VI. Ex duabus libris medicis Selteranarum, lenioris exhalationis beneficio, drachmam unam & grana duodecim materia salinæ impetravimus; quæ aqua iterum soluta & per chartam bibulam trajecta, lixivium præbuit, ex quo salis pure alcalini scrupulos duos collegimus. Hujus salis solutioni immisimus aquam mercurii sublimati, & illico præcipitatum aurantii coloris, turpethum minerale, sensim fundo prolapsum est. Neque iniucundum erat spectaculum, quando infusum rhabarbari hac solutione rubicundam tincturam susciperet. Idem sal, cum sale ammoniaco remixtum, reclusa ejus compage & acido ligato, liberum & sui juris fecit spiritum volatillem, nares acriter compungentem.

VII. Duabus libris medicis harum aquarum vitrioli spiritum, ad punctum visque, ut ajunt, saturationis, confudi-

mus, & postea leni igni ad evaporandum impossumus, & post omnimodam liquoris exhalationem, salis mediæ, quod tartari vitriolati notatiorem similitudinem habuit, drachmam unam & dimidiam obtinuimus.

VIII. Nullæ nobis ex medicatarum aquarum numero notæ sunt, quæ tam facile foetida putredine corripiantur, ac Selteranæ. Hinc ut lagenæ prorsus opulentur, subere firmius obturentur, picentur & curate muniantur necesse est.

IX. Si in ampliore vase Selteranæ liberiori aeris accessu patent, intra diei & noctis spatium, pristinum saporem penitus perdunt, & vere lixiviosum, ac si oleum tartari per deliquium instillatum fuisset, nanciscuntur: neque tamen quicquam flavescentis materie subsiderit.

Singula autem hæc phænomena, si attentius considerantur, clarissime innotescit: hunc fontem affluent & locupleti salis alcalini puri materia esse refertum, ita ut non sit in Germania, qui tantam ejus copiam custodiat. Neque vero quicquam de sale calcario amaricante, nec non martiali elemento, in connubio suo fovet: unde sit, ut parum alvum exerceat, sed urinosum maxime laticem moveat. Accedit, quod hic fons tenuissimo illo volatili & minerali spiritu parcias imbutus & afflatus, eamque ob caussam non admodum vehementis, sed mitissimæ indolis sit. Ex quibus junctim pensatis, id in usum medicum redundat, quod Selteranæ non modo innoxie, sed saepius summo cum emolumento, a maxime etiam debilibus, in primis scorbuticis, phthisicis & qui affectibus spasmodicis gravius detinentur, possint in usum vocari. Adhibentur autem vel solæ, vel melius adhuc, cum lacte asinino, aut caprillo, remixa: quem usurpandi modum primus in therapiam felicissimo cum successu a viginti abhinc annis invexi, meumque ductum, exoptato non minus eventu, plures Medicorum sequuti sunt. Neque enim ad crustos & male coctos humores diluendos, & ad sanguinis & humorum dyscrasiam in arthriticis & podagricis temperandam & emendandam,

nec

nee non ad spasticas nervosarum partium tractiones laxandas & componendas, præsentius, certius & præstabilius, Selteranis cum lacte adhibitis, datur præsidium.

§. XIII.

Accedimus nunc ad notissimum in Germaniae oris, & ob jucundissimum saporem palato maxime acceptum fontem, qui vernacula ver Connsteiner, latina autem ANTONIANUS audit, & dispiciemus: utrum palato tantum obelämento inserviat, an vero medico etiam quodam usu splendeat? Experientia autem quæ eum in finem adornavimus, hoc redeunt.

I. Id cum omnibus acidulis Antonianæ commune habent, quod cum acido ebulliant. Et hæc etiam ratio subest, quare vini & sacchari admixtione, cum magno strepitu & fumo, ob innumeras & collectius emissas bullulas, lactescensem quasi fermentationem efficiant.

II. Inspersis gallis tincturam recusant, & nativam claritatem integrum & illibatam retinent: quod insigni documento est, eas non fovere martiales particulas, nec complexu suo quippiam vitrioli ci suscepisse.

III. Sirupus violarum iisdem eodem modo ac aliis acidulis paulisper viridem inducit colorem, in non exiguum alcalini principii argumentum.

IV. Si tartari oleum, quod per deliquium paratur, iis instillatur, protinus turbantur, & lacteo colore tinguntur, sedente ad fundum levi quodam sedimento; indicio, salis communis, vel calcarii quippiam, iis inesse.

V. Si quando paullo diutius in ampliori vase liberiori aeris afflatus patent, haud secus ac reliquæ acidulæ, acutum saporem perdunt & faciem pellucidam exuent.

VI. Si in patina etianno confecta prunis carentibus imponuntur, & decoquuntur, cuticula in superficie concrescit, variis coloribus variegata; quod neque eum Selteranis, neque aliis acidulis, evenire solet.

VII. Demum libras duas Antoniana-

rum medicas leni igne exhalavimus, relictis, post omnimodam liquoris evaporationem, duobus materiae sicæ scrupulis, eaque soluta iterumque debita ratione resiccata, unus salis, & unus terræ calcariæ, remansit scrupulus. Sali in vitro apto conservati aliquor olei vitrioli acerrimi adspersimus guttulas, & mox ingerens suborta est ebullitio, cum denso & penetratissimo vapore, ejusdem profus natura & indolis cum illo, qui ex salis communis & olei vitrioli mixtura exspirat.

Et his experimentis clarissime evictum esse censeo: Antonianas parum salis alkalini, plurimum vero calcariæ terræ & salis communis, nec non insignem spiritus mineralis copiam, in complexu suo alere & quod proinde temperatissimæ indolis sint, nec nimium alvum subducant, aut urinæ fluxum proritent. Quocirea non dubitandum est, quin eadem in morbis, tam chronicis, quam acutis, loco cerevisiæ, quæ rarissime ægrotantibus conductit, cum vel sine vino, non solum innoxie, sed etiam summo cum fructu, abhiberi possint. Neque leve est præsidium & auxilium, quod extracto longius usu, in malo hypochondriaco spondent.

§. XIV.

Quum WILDUNGENSES multum affinitatis cum Antonianis alant, & vulgo ad usum magis diæticum, quam medicinalem destinantur; jam etiam harum seruitinium pervestigatus paulo inire placet.

I. Manifestum alkalini inhospitantis elementum indicium præbet, quod admixtum iis acidum conficitu excipient & leniter effervescent: tenuissimo autem quod afflate sint spiritu, ex eo innotefecit, quod diutius aeri expositæ, mineralem & acidulis proprium amittant saporem.

II. Instillata salis tartari solutione, lactescente colore perfunduntur, levi ad fundum deturbato sedimento.

III. A gallis, vel floribus balaustiorum, nullam plane tincturam recipiunt; violarum vero sirupus remissius tantum viridescit.

IV. Exhalatione instituta, libræ duas medicæ salis alcalini grana quatuor, & terræ albissimæ, spiritu vitrioli solubilis, grana octo præbuerunt.

Hæc puto planum atque testatum faciunt, quod Wildungenses, inter acidulas hæc tenus commemoratas mitissimæ sint, & ob id commodissime potus ordinarii locum vel solæ, vel vino remixtæ, sustinere possint. Quamvis vero ad molestas chronicas afflictiones expugnandas & sordes primarum viarum ejiciendas, minus accommoda sint: nihilominus tamen ad acerimoniam humorum in scorbuticis & arthriticis contemporandam & diluendam, largiori dosi & longiori usu, non sine eximio emolumento adhiberi poterunt.

§. XV.

Acedimus ad SWALBACENSES, quæ frequentissimi pariter ac præstantissimi usus sunt, & quid de his observavimus, strictim enumerabimus.

I. Si Swalbacenses in lagenis laxius paullo obturatis custodiuntur, putiscunt & sedimentum flavum deponunt.

II. Inspersus recenter hætis gallarum pulvis, purpureum colorem reddit, & ex scatebra potæ, feces quodammodo inficiunt, in non exiguum martialis elementi indicium.

III. Cum acidis effervescent, cum oleo tartari per deliquium turbantur & lactescunt, & liberiori aeris accessu expositæ, grato sapore & laxante virtute penitus privantur.

IV. Salina materia, quæ post duarum medicarum librarum exhalationem, reliqua fuit, ad lancem exacta, duos fere scrupulos exquavit, & tertiam ochreæ substantiæ partem continuit.

Quæ cum ita sint, quisque rerum physicarum & medicarum gnarus facile perspiciet: Swalbacenses inter Egranas & Pyrmontanas medium quasi obtinere locum, & ob tenuissimum minerale, quem connubio suo exceperunt spiritum, nec non ob martialis & subtilis vitriolici principii confortium, non modo excretiones per alvum, sed etiam per vias urinarias egregie promovere, simulque ro-

borare: & hinc hypochondriacis & melancholicis magno usui atque auxilio esse.

§. XVI.

Mentio etiam injicienda est SPADA. NARUM. Quamvis vero nobis non affulserit occasio, harum examen suscipiendi, sed de his instar omnium legi possit HENRICUS ab HEER, quiterissimum de iis tractatum, *Spadacrene* inscriptum, composuit: nolumus tamen celebratissimas has aquas siccæ prorsus pede transire, sed partim ex laudato HENR. ab HEER, partim ex NICOLAI VALLERII *tentaminibus physico-chymicis*, ea depromere & commemorare, quæ ad scopum nostrum maxime faciunt.

I. Si Spadanæ aquæ ad dissita loca, optime etiam in lagenis clausæ, transportantur, post longiorem moram, exiguae terrestris materia quantitatem dimittunt, similem fere ochræ flavescenti.

II. Unum pulveris gallarum granum, mox integrum aquæ Spadanæ unciam, colore satis intense purpureo tingit, sed si calefactæ eidem gallæ injiciuntur, omnem tintillaram recusat.

III. Laeti affusæ, illud non coagulant; vino autem permixtæ, fumum calidum quasi bullientis aquæ excitant, odoreque gratissimo nasum, & bullis alte salientibus oculos recreant.

IV. Fons Spadanus inebriare quasi solet; sed ebrietas raro horæ quadrantes equat, velexcedit.

V. Vitro eandem in altitudinem Spadana & postea communis destillata aqua, replete, & eadem bilance ponderata, aqua communis trium unciarum, quatuor drachinarum & 41. granorum gravitatem exhibuit. Spadana autem ad trium unciarum, quatuor drachmarum & quadraginta tantum granorum pondus accessit.

VI. Libra medica Spadanarum, ex allegato a VALLERIO calculo, post lenem evaporationem, unum circiter cum dimidio granuli pulveris albi dedit.

Quod si itaque memorata hæc ab auctoriis fide dignis observata & experimenta studiose pensata; haud difficult-

ter appetet: Spadanæ omnium fere aedularum esse subtilissimas & levissimas? adeo, ut pondere etiam aquæ communæ destillatae, VALLERIO auctore, cedant. Quia vero exiguum terreæ vel fixæ salinae materia, plurimum vero spiritus catholici mineralis vehunt, insignissima has medicinali virtute instructas esse, prona admodum consequentia elicitor. Et has Spadanæ virtutes atque laudes omnium optime & plenissime delineavit HENR. ab HEER l.e. ubi earum usum potissimum in renum & vesicæ vitiis extollit, quando nimurum vel calculo, vel muco tartareo, aut ulcere obsideatur. Ita enim pag. 81. habet: fontis bujus ea propria ac singularis est facultas, ut vesicae renumque dolores sopiat ac leniat. Nec non pag. 83. dixi, inquit, supra, mucum, aut humorem in vesica lenta, his aquæ elui, addo scabiem in ejus corpore & collo, aut ulceris in spinctere, ab iis abstergi mundarique & sœpe ad cicatricem perduci. Et pag. 79. ita rationes subducit: eadem (Spadana aqua), renum ulceribus & carnis in urinario meatu incremento, seu carnositat, utilissima est: tellit enim humorem, qui illum generat, ipsum deficeando; & si aquæ Spadana in meatum urinarium inieclio fiat, ulcus cicatrizat suaque vigorante vi, caruncula regeneracionem ac recidivam impedit. Hinc etiam earum usum laudat in gonorrhœa, aphthis, seu ulceribus gallicis, quæ os & linguam occupant. Præter has autem Spadanæ quasi proprias virtutes, eadem aliis adhuc, cum reliquis acidulis communibas, nobilitantur, & ad lento humores in canarium alveis incidentos, dissolvendos & in motum redigendos, neque minus ad fallos & acres diluendos & per congrua emundatoria eliminandos, egregii certe usus sunt.

§. XVII.

Procedimus ad CARBENSES acidulas, quæ in Wetteravia, in territorio Friedbergensi, diu quidem scatuerunt, sed a non adeo longo tempore innoverunt & frequentatas sunt; & quænam ipsis elementa insint, nec non quibus igitur sint viribus paucis dispiciemus.

Quum vero easdem inspiciendi & per variæ tentamina ex plorandi nobis non data fuerit copia; ea tantum, quæ D. PITZLERUS, Friedbergensis Medicus, in peculiari de iisdem schediasmate commemoravit, exponemus. His autem tradit quod Carbenses acidulæ

I. Circa scatebræ ora, nec non in canalibus per quos feruntur, successu temporis, ingentem molem duri lapidis & ochræ apponant.

II. Quod instillato liquore alcalino, sive volatili, sive fixo, turbentur & pelliculam faciemexuant; dejecto ad fundum sedimento terreo-alcalino.

III. Quod sal enixum & terram fixam alcalinam post liquoris exhalationem largiantur, hac proportione, ut ex quatuor libris, civilis ponderis, duo scrupuli & decem grana terræ fixioris, salis vero enixa tantum grana duodecim, remaneant.

IV. Quod, si paullo diutius in lagenis detineantur, ad fundum dimittant tenuissima ochræ ramenta.

V. Quod recenter haustæ, gallis inspersis, tinturam non recusent, sed colorē ex cœruleo beunum induant.

VI. Quod ingens & extraordinaria spiritus mineralis copia in iisdem delitescat. Nam si ampulla terrea, collo longius protenso instructa, ad dimidium iisdem repletur, & orificio pollice occluso, fortius agitat, æthereum hoc aquas incolens elementum, validiori quassatu in celerrimum motum abripitur, partes aquæ in vesiculos explicantur, coitu suo spumam efformant. & ipse liquor, remoto obturaculo, magno cum sleepitu & impetu proslit & ad decem vel octo passus dispergitur.

Quum vero Carbenses aquæ non solum urinam moveant, sed etiam alvum subducant, in proelivi utique est colligere: terram hanc, quam copiose alvit alcalinam, nonnisi calcariam esse, inagnesie alba exacte similem; quippe quæ, restante supra laudato PITZLERO, cum oleo vitrioli promptissime effervescit. Neque proinde dubitandum est, quin a calcaria hac terra alvum sollicitas virtus peteat.

petenda sit: eo quod, si in primis viis acidum offendit, quod solenne est in hypochondriacis, in sal amarum, cathartica virtute præditum, transit, eodem modo ac de magnesia alba notum est. Et sicuti omnes medicatæ aquæ, quæ multum subtilioris calcariæ terræ in connubium suscepereunt, urinarias potissimum vias exercent, mucum in iis dissolvunt illumque cum urina extrudunt, generationem calculorum impediunt, & si qui præsto sunt, e sede sua dimovent: ita ejusmodi diuretica virtute, Carbenses aquas etiam præditas esse, a fide dignis viris relatim nobis est.

§. XVIII.

Denique in hoc acidularum examine non prætermittendæ sunt BUCHENSES, quæ uno tantum milliari a Carolinis distant & in tractu fagis nemoroſo prorūpentes, Germanico nomine vocantur ver Buchsaverling. Hæc autem cum ipsis cepimus experimenta, & hæc annotavimus.

I. Admixto vitrioli oleo, fortiter effervescent, & sirupum violarum notabilis viridi colore inficiunt: injecto vero gallarum pulvere, nullam plane recipiunt tincturam.

II. Immissa vitrioli martis solutione, tenuissima martis ramenta, flocculorum instar, sensim fundo prolabantur.

III. Evaporatione instituta, ex duabus libris **xxii.** grana materiæ salino-alcalinæ obtinuimus: eaque denuo soluta, **xvi.** salis pure alcalini, & sex terræ grana impetravimus.

IV. Si elicito e Buchensibus sali oleum vitrioli instillatur, vehemens quidem exoritur ebullitio; sed nullus plane vapor spiritus salis communis volatilis exspirat.

V. Buchenses etiam si liberaliori copia hauriantur, alvum tamen non solvunt, sed maxime diuresin proritando operantur; quod si vero spiritus vitrioli debita quantitate ipsis commiscetur, sal in iis emergit salsum, & ipse illico alium saporem aliamque virtutem, alviducam nempe, fortiuntur.

VI. Spiritu minerali copiose etiam imbutæ sunt, & exhalato illo, insipidæ

fere redduntur; quæ Selteranæ alcalino elemento pariter admodum fœtæ, illo privatæ, saporem valde lixiviosum adsciscant.

Atque ex his liquido constare arbitror: Buchenses eximia puritate, levitate & subtilitate præstare, & eminenti salino alcalino, nec non affluentí spirituoso elemento imbutas & perfusas esse. Sed quia Egranæ & thermales Carolinarum præstantissimæ aquæ Buchensibus finitima & nitris confines sunt, hæc ab accolis ferme neglectui habentur, & ipsi etiam ibi locorum medicinam facientes Medici easdem rarissime, & nonnisi sub usu balnei, in Carolinis in usum vocant. Mirandum tamen est, quod Buchenses, quam tam eximia medica facultate nobilitatæ, & tam Selteranis, quam Antonianis virtute, si non superiores, certissime tamen pares sint, & præterea in vasis rite obtutatis, optime & commodissime asservari possint, non ad diffusa & remotiora loca transferantur & dimittantur.

§. XIX.

Perspectis sic & per varia tentamina exploratis plurimis & præcipuis Germanicæ acidulis: ulterius nunc pergendum est, & potiorum quoque thermalium aquarum scrutinium suscipiendum, inferendo pariter ad indeolem & virtutem eo plenius perspiciem, facta cum ipsis experimenta. Proinde hanc thermarum considerationem auspicabimur ab iis, quæ inter celebriores primum obtinent locum, CAROLINIS nempe. Quoniam vero harum naturam, elementa, operandi rationem, virtutem & usum in sequentibus peculiari disquisitione fusus prosequi animus sit: breviter carptimque ea tantum hoc loco commemorabo, quæ ad convenientiam & differentiam, quæ inter Carolinas & alias thermas intercedit dignoscendam, maxime conferunt.

I. Quod itaque Carolinæ multum salis & materiæ alcalinæ in consortium suum suscepereint, vel ex insigni, quam cuivis aedo confusæ concitant effervescentia & acerrimi olei vitrioli contemperatione, innotescit.

II. Idem

II. Idem etiam patet ex eo, quod librae duæ medicæ, lenius evaporatione instituta, drachmam pulveris alcalini largiantur, qui promte cum omni acido confligit, sirupum violarum prasino colore inficit, ex solutione mercurii sublimati flavum præcipitatum delicit, & in fusio rhabarbari nitidissimum sanguineum colorem indicit.

III. Ex hac pulveris alcalini drachma, per iteratam solutionem & resiccationem, salis alcalini drachma dimidia, & terræ grana **xvii.** colliguntur: reliquis ponderi drachmæ decadentibus granis sub ipso chymico ministerio dispereuntibus.

IV. Commemorabile est quod elictum hoc e Carolinis alcalinum sal, si majori copia paratur & diutius libero aeris accessu exponitur, medium quadantes-nus naturam induat, suscepto ex aere universali illo sulphureo acido. Hinc si hoc modo comparatum cum tertia pulveris carbonum parte in crucibulo ignito funditur, massa hepatis sulphuris analoga emergit, e qua soluta, purum sulphur, regeneratum nempe, præcipitari potest.

V. Quod vero Carolinæ, præter sal alcali, largam terræ ad calcis partim, partim ad ochræ martialis naturam accedentis copiam, præ omnibus aliis Germaniæ aquis, in societatem suam admittant, non solum laetitus ex tartari oleo, solutione sacchari saturni & lunæ instillatis, emergens color & probabens fundo sedimentum prodit; sed etiam ex eo patescit, quod ingenti propedium lapidis durissimi, & jaspidem & marmor fere æmulantis mole, scaturiginis ostia, obiectosque afferes incrustent, & simili, molliori tamen & magis friabili glomeramine, canarium ligneorum per quos ferruntur parietes, nec non balneorum alveos investiant.

VI. Eidem etiam origini debetur, quod thermalis aqua, in caldariis per **xxiv.** horas stagnans, albam cuticulam in superficie hærentem contrahat atque exhibeat. Et albus hic & subtilissimus thermarum tremor, qui dentibus deal-

bandis & detergendas, nee non ulceribus resiccas & consolidandas apprime inservit, non secus ac terreolapidosum illud in ductibus concrementum, cum quovis acido pugnat & nonnihil etiam solvit, dimidia tantum parte insolubili, crassiori & terrestriori relicta.

Jam si vires & operationem Carolinarum contemplamur, primo loco commemorandum esse censemus: quod eadem hoc præ omnibus ferme aliis thermis sibi proprium & quasi peculiare vindicent, quod calidissime etiam sumtæ, fortiter alvum vacuent & quandoque octo, decem vel etiam plures fedes provocent; quam alias liquida, actu nimis calida, dejectiones alvinas compescant & ad sudorem eliciendum promptiora sint. Sed valida hæc purgandi vis neque ciborum appetentiam prosternit, neque etiam vires subtrahit. Deinceps memorabile est, quod a continuato per aliquot dies & hebdomades Carolinarum interno usu, pedes plerumque intumescant; qui tumor, tamen balneo, vel ter tantummodo adhibito, illico discutitur atque disparitet. Porro monendum est, quod frigida & tepida earum potatio minus tutta sit, eo quod in corpore facillime stagnant, & per alvum aliaque excretoria ægerrime transeunt atque secedunt. Neque etiam prætereundum, quod lavacro paullo calidius admisso, balneantes, præsertim ante internum thermalis aquæ usum, perquam facile in capitib dolores, cordis palpitaciones, febres intermittentes, immo acutas, incident, Hos omnes vero ac singulos effectus, à copioso tereo calcario clemente, quo Carolina præ reliquis foctæ sunt, summa cum ratione ducimus ac derivamus.

Nam cathartica illa & valide purgans earum virtus, vix aliam agnoscit caussam, quam quod alcalina, terræ, calcaria, ipsas inhabitans materia, ab acido morboso & residua ab alimentis in primis viis aciditate, soluta, in tertium quoddam sal degenerat, & haud secus ac magnesia alba purgantem effectum conspectius exserit: quemadmodum ex eodem fonte virtutis alvum ducentis genuinam originem

nem in *commentatione de fonte Sedlicensi*, fusus exposui & solide demonstravi. Si vero terra hæc in primis viis non li-
quatur & solvitur, sed aquæ ea onustæ &
graves ad sanguinis massam volvuntur,
difficilius utique per minimos poros &
exilissima valcula, præsertim per caput
commeant & circulantur, sed passim in
canaliculorum alveis subsistunt, & non
raro minus exoptatum successum indu-
cent. Quare ob hanc aquarum ruditatem
& crassitatem opus est, ut non solum sub
earum usu, sed maxime etiam finito il-
lo, remedium quod alcum ducat offera-
tur, quo intus restagnantium aquarum
colluvies, ex intestinorum volumine
ipsoque corporis habitu, ceu nociva,
exturbetur. Et quam Carolinæ minus
expedita, sed difficilius paullo per inter-
iores & minimos tubulos ferantur, con-
tingit, ut in solutiōribus & debiliōribus
partibus, nec non affectis vel lœsis visce-
ribus flagrant, & extravasata corruptio-
nem magis augeant. Hinc phthisici,
vel hydrope pectoris laborantes, paraly-
si & hemiplegia olim tacti, & qui sero-
fius cerebrum obtinent, rebus suis me-
lius consulunt, si a potatione harum
aquarum plane abstinent, aut ad mini-
mum circumspecto maxime usu easdem
usurpan. Sed hæc omnia de fonte com-
muni & astuofissimo, vulgo Drudel di-
cto, intelligenda sunt & tenenda.

§. XX.

Nunc experimentalis hæc nostra con-
templatio transcendent ad scrutinium fon-
tis in Carolinis tepidi, qui extra urbem
prope molendinum graciliori vena pro-
dit, eaque propter Germanica denomina-
tionem der Muhlbrunn audit. Præstan-
tissima hæc scatebra olim despiciatui &
neglectui prorsus habita, neque ab ullo
medicationis caussa adhibita fuit, sed
aquařii loco inserviit, in quod equos la-
vatum agebant: viginti vero abhinc an-
nis ob extimam elementorum quam in ea
deprehenderam præstantiam, ægrotan-
tibus quibusdam ejus usum suasi, aliis
que Medicis ut idem facerent auctor ex-
stisti, & sic eandem ad usum magis ma-
gisque transstuli; ita ut renitentibus pri-

mum ordinariis Medicis, ante aliquot
annos a principiis tantum personis, ex-
terne & interne, summo cum fructu sit
usurpata. Quamvis vero phænomena e
varia liquorū mixtione prodeuntia,
facto cum molendino fonte experimen-
to, ferme ex toto respondeant iis, quæ
in examine communis observantur; ni-
hilominus tamen tepidus hic fons eam
maxime ob caussam commendabilis &
preciosus est, quod copiosiores alvi deje-
ctiones communi illo provocet, & ne-
que somnolentia, neque habitus subcu-
tanei intumescentia, quod calidissimo
nunquam non solenne est, utentes infes-
tet. Longe tutius etiam & sine gravio-
rum symptomatum metu, tepidæ hujus
aqua, tam potationis, quam balnei
gratia adhibitæ, usum ferre possunt ii,
qui teneroris & exquisitius sentientis
constitutionis sunt, & in quibus nervo-
rum sistema solennibus spasmis contur-
batur, nec non qui nimis hæmorrhagiis
detinentur, quam æstuosi illius fontis.
Quod si vero genuinam hujus differentia-
rationem scrutamur, nulla alia certe
suggerenda erit, quam quod molendi-
nus hic fons, terra illa calcarea, qua cal-
idissimus iste mirum foetus est, penitus
ferme desituatur, & hinc multo subti-
lier sit ac levior. Nam pretiosissima hæ-
scatebra, non solum ne minimum lapi-
dosi spissamenti egerit & fontis cana-
liumque lateribus apponit, sed etiam si
libræ duæ ejus aquæ ad exhalandum se-
ponuntur, drachmam quidem materiæ
ficcioris præbent, sed ex hac debita en-
chires tres scrupuli & tria purissimi salis
grana, terrei autem corporis, pauca
tantum, quinque circiter, grana, eli-
ciuntur: quum contra, in eadem e fon-
te communī haudæ aquæ parte, salis
tantum drachma dimidia, & terrei ele-
menti minimum grana XVII. reperiantur.
Præterea hic fons præter alcalinum
sal, neutrum etiam & amaricans sal,
quod Egrani similitudinem exactissime
refert, complectitur; id quod etiam sa-
cili negotio educi & oculis subiici potest,
quando nimis una hujus salis libra, in
duabus aquæ libris dissolvitur & in am-
plio-

plioris orificii vitro calidæ fornaci impo-
nitur: tunc enim jucundissimo spectacu-
lo, medium hoc sal, seu gravius, fun-
do & lateribus vitri se se agglutinat, li-
xiviosum vero, aquæ contubernium non
deserit.

§. XXI.

Venientum jam nobis est ad examen
& considerationem celebratissimarum
AQUISGRANENSIVM thermarum,
quaë multum conformitatis eum Caroli-
nis alunt iisdemque congeneres ferme
sunt. Aquisgranenses enim haud secus
ac Carolinæ servidissima sunt, & insig-
nem lapidosa materiae molem eructant
lateribusque alveorum apponunt. Flos
etiam inipidus, instar cremoris Caroli-
narum, tepescentibus iis innat, qui
igni admotus, neque crepitat, neque li-
quescit, sed fixus manet. Præterea non
solum dejectoria alvi facultas, aliis ther-
mis non adeo familiaris, Aquisgranensis
bus cum Carolinis communis est, sed ex-
perimenta etiam cum utrisque instituta,
& inde observata phænomena, non adeo
discrepant, sed ferme eadem sunt.
Aquisgranenses enim aquæ ac Carolinæ
cum acidis pugnant, a lixivio albescunt
& præcipitantur, a gallis non inficiunt
& post destillationem sal alcalinum,
quodammodo neutrius generis, relin-
quent, & quidem ex una libra medica,
salis XXV. terræ autem V. grana. Pe-
culiaris autem & Aquisgranensis tantum
propria virtus est, quod argentum
fusco colore obducant, manifesto indi-
cio, præter alcalinum elementum, etiam
quippiam sulphuris communis in earum
consortium transisse: quemadmodum
etiam in scaturigine balnei Cæsarei, in
putei collo & testudine, genuini sulphu-
ris flores calore sublimantur & concre-
scunt, ut nonnunquam aliquot eorum li-
bræ colligi possint. Præstant itaque hæ
thermæ propter sulphuris, salis alcalini
& mediæ copiosi connubium, præ omnibus
aliis calentibus hospitalibus aquis,
specialibus quibusdam & admirandis in
corrugendis & persanandis externarum
partium vitiis dotibus ac facultatibus.
Dum enim vitiosum tendinosis & nervo-

sis partibus altius insidens humidum vali-
dissime discutiunt & dissipant, tumorem,
dolorem, tremorem, torporem & para-
lysin artuum promissime expugnant &
profligant. Dum porro roborante & to-
nica sua virtute relaxatas & solutas nimis
partes fulciant & firmant, languorem
& movendi impotentiam tollunt. Liga-
mentorum etiam in arthriticis induratio-
nes emolliunt, contracturas persanant,
& omnes cutis sordes ac desedationes ex-
tergunt, eamque a subris insidente scri-
monia exsamt & erosam consolidant.
Conveniunt præterea morbis spasmoti-
cis, qui partibus nervosis ac membrana-
ceis incumbunt; & hinc iis, quibus pre-
cordia dura, tumida ac veluti tensa sunt,
non contemnendum afferunt auxilium.
Denique mulieres etiam hæ thermæ exi-
mie solantur, steriles grata fecunditate
beant, uteri lubricitati medentur, abor-
tus cohibent, & a fluxu menstruo defe-
ctis, vel lunare tributum male ad calcu-
lum solventibus, efficacissime opitu-
lantur.

§. XXII.

Excipiunt EMSENSES. Hæ pariter
uberem admodum salis alcalini appar-
atum, & duarum quidem librarum medi-
carum pondere, drachmam, compre-
hendont, elicitumque hoc ex iis sal cum
spiritu vitrioli promte ebullit & in sal ter-
tium concrescit, quod tartari vitriolati
indolem obtinet, & denuo in aqua solu-
tum ac frigido aeri expositum, haud se-
cūs ac Glauberianum, in solidam, cras-
sam & stabilem ossam coagulatur. Porro
Emenses aquæ, affuso quovis acido,
collectius emittunt bullulas & lanem su-
beunt effervescentiam. Oleum tartari
per deliquium his instillatum limpiditat-
em conturbat & lacteum colorem redi-
dit. Sirupus violarum viriditate eas in-
ficit. Et inspersus gallarum pulvis um-
bram & caliginem iisdem inducit. Quum
igitur ex his abunde pateat: Emenses
exquisitioris subtilitatis, & terreis par-
ticulis orbatas, insignis puritatis esse,
luculenter admodum constare arbitror,
quod ea dem tenerioribus & mollioribus
maxime accommodæ, & in penitissimos
vices.

viscerum recessus expeditissime transfuscæ, ad inertes ibique impactos humores attenuandos, diluendos & solutos per ductuum urinam excrenentium ostia promte everrendos longe aptissimæ sint. Ob singularem etiam qua pollut levitatem, desidis ac lenti humoris decubitus eliquant, resolvunt, & dissipatis iis, laxas & debiles partes fulciunt ac roborant, & ob id contractis & parens ac spastico comprehensis egregio sunt præsidio.

§. XXIII.

Ab Emsensibus provehimur ad WISBÄDENSES, five martias thermas, quæ jam TACITI ævo claruerunt, & quid de his observavimus, trademus. Wisbadenses igitur infusis acidis liquoribus levissime effervescunt; instillato vero liquore salis tartari, turbulentæ evadunt & albescunt: & exhalatione instituta, e libris duabus medicis, dimidia materiae siccæ drachma restibilis est, quæ ad salis communis ingenium accedere videtur, eo quod, non solum carbonibus vivis iniecta crepat, sed etiam adiectis aliquot vitrioli olei guttulis, intensam suscitat ebullitionem & album penetrans, difflat vaporem, ejusdem plane indolis cum illo, qui e salis communis & olei vitrioli mistura exspirat. Ex quo elicimus: has thermas præter alcalium elementum etiam salis communis momentum complecti, & ab hoc alvum ducentem Wisbadensem facultatem merito derivandam esse censemus. Neque etiam hospitales hæ aquæ subtili ochra deflitutæ sunt, sed eandem copiose admundum egerunt & scaturiginis ostia luteo coagimento, crustæ instar, obducunt. Quapropter non dubitandum est, quin Wisbadenses eximia agendi vi instructæ sint, & in multis morbis utilitatem præstant egregiam. Et quamvis olim non nisi ad externum usum inservierint; nihilominus tamen a viginti abhinc annis, internus quoque earum usus invaluit, & in pluribus morbis afflictionibus longe utilissimus deprehensus est.

§. XXIV.

Enumeratarum haec tenus thermalium

aquarum classi accensendæ adhuc fung BOLLENSES, haud ignobiles Ducatus Wirtembergici thermæ, quarum virtutes & effectus, nec non adhibendi modum, integro libro complexus est JO. BAVHINUS. Hinc quum nobis & locus & occasio defuerint, harum examen ut aliarum suscipiendi; quædam a BA. VHINO prodita huc transcribemus, & tum de earum operandi ratione nonnulla interferemus. Ita autem is lib. I. cap. I. pag. 7. tradit: Harum aquarum quinqua ginta uncias decoximus; resultavit salis albissimi & levissimi, neutquam acris, drachma dimidia. In cacabis vero, quibus aqua balnei hujus nostri incoquitur, accrescit lapis cruxos, spissus, durus, & qua cacabo adharet parte, cinereus, reliqua albus, pulvere albo sparsus, quam agroti balneantes, balneo egressi, salubriter ulceribus suis inspergunt. Quum igitur Bollenses thermæ intus haustæ vehementer alvum vacuent & urinosum quoque laticem moveant, & exterius usurpatæ, exsiccandi, roborandi & discutiendi facultate polleant egregia. nulla certe alia effectrix præstantissimarum harum operationum materia subministrari poterit, quam subtile calcarium terræ elementum, cuius hæ thermæ admodum seraces sunt. At vero ut non sine singulari cautione & circuvspectione calcaria ejusmodi aquæ interne & externe commendentur, auctor suasorum quippe, si acidos & lentos prima in regione offendunt humores & ad spissifcentem sanguinem pertingunt, egredi utique collocant operam, & acidum absorbendo, ex acidi & calcaria terræ connubio, catharticam demum nanciscuntur virtutem, prout §. XVII. & XIX. monuimus. Contra vero, si aque calcaria particulis onustæ hauriuntur, nec ab acido solvuntur, pondere suo intestina gravauit, tarde & cunctanter per vasa volvuntur, neque tam facile ad extrebas venarum angustias pertingunt, sed in corpore manentes, eidem oneri sunt, & debitæ secretiones & excretiones sufficiando, ad varias segritudines inducendas præmatissimum parant aditum.

§. XXV.

§. XXV.

Hactenus in eo sumus occupati, ut præcipios quosdam soterios fontes, qui plerumque & acidularum & thermarum nomine indicantur, & operaticem suam materiam maxima ex parte alcalino elemento debent, enumeraremus, & per vestigatus eorum contenta inquireremus: jam vero eadem ratione meditationis nostra argumentum erat, qui neque thermarum, neque acidularum censum subeunt, sed diversum plane & peculiare ingenium obtinent, & longe aliis principiis insignes sunt. In horum numerum referendi primum sunt e salutarium fontium classe, qui virtutis suæ cauissimæ atque originem ad martialem prosapiam referunt: & proinde a veteribus aquæ martiatae appellatae sunt. Hoc nomine in patria nostra haud extra famam sunt RADEBERGENSES prope Dresdam, LAUCHSTADIENSES in Misnia, BEBRANÆ in Thuringia, FREYENWALDENSES in Marchia, & WEISSENBURGENSES in Franconia fontes. Et omnes hi, si curatius & observatius examini subiiciuntur, nulla alia effectrix eorum materia erui ac in aperto poni potest, quam tenerrimus martis crocus, comodissimo aquæ purissimæ & levissimæ hospitio exceptus. Nam neque tam profusa ac promita spirituosi & tenuissimi inhospitantis principii in iis est diffatio, ac in aliis, neque etiam elementi alcalini participes sunt; quo fit, ut acidis confusis non effervescent, & adieicto violarum sirupo virideſcentem non induant colorem. Similiter in eo dispar earum cum plurimis medicatis aquis est ratio, quod inspersis gallis, atro-purpureum colorem reddant, & diutius libero aeris accessui patentes, aut decoctæ, flavum sedimentum ad ima reiiciant. Peculiarum vero earum indolem & proprium iis martiale elementum, ipsa fontium ejectamenta manifesto & oculos ferente indicio produant. Nam ipsa non solum scaturiginis ostia concretione lutea ochreacea subinde incrustata conspicuntur; sed simile glomeramen terreum etiam investit canarium partici-

tes, per quarum alveos aquæ defluunt, & in receptaculorum & labororum fundis pariter post aliquot hebdomadum decursum tale coagmentum colligitur. Ochreaceam vero hanc crustam nihil aliud esse, quam ferrum in subtilissimum pollen tenuatum, & naturalem maris ericum, ab artificialis similitudine non abludentem, ex eo patescit, quod non tantum calcinatione in genuinum converti possit ericum, verum etiam quod, si admixto æquali portione eidem sale ammoniaco, denso in crucib[us] igni committatur, nitidissimi & fragrantissimi in sublimis ferantur flores, qui assiso spiritu vini purissimo, egregiam martialem tinturam largiuntur: quemadmodum id pluribus in examine fontis Lauchstadiensis physico-medico exponemus. Si facultatem martiatarum aquarum dispicimus: eadem tam aperiente quam roborante virtute pollut, & interne æque ac externe haud exiguo cum fructu adhibentur. Et iūtus quidem haustæ, alvum non subducunt, sed corpus firmant, ventriculum roborant, appetitiana excitant & per quam commode iis in morbis, in quibus martialium medicaminum usus tutus & præstans est, suaderi & usurpari possunt. Exterius vero eminens & spectata earum operatio in balneis est, ad lassa, torpētia, immobilia, dolore & spastmo affecta membra robora[n]da & fulcienda, nec non ad ulceræ extergenda & ad consolidationem deducenda. Et licet tepide tantummodo in lavacro admittantur, nihilominus tamen corpus calefaciunt, & accedente in primis post balneum lecti calore, cutis meatus pandunt & sudorem elicunt.

§. XXVI.

Pari ratione adhuc alii fontes indole & genio suo salutares sunt, qui neque inter calcarias & alcalinas acidulas vel thermas, neque ferratas aquas connumerari possunt, sed sui generis sunt, & purum sal medium amaricāns catharticum complexu suo suscepérunt. Proventus autem harum aquarum rarissimus est, & nullæ huc usque in Germania innotuerunt, præter illas, quas aliquot abhinc annis

in agro SEDLICENSI Bohemæ reperi, & inspectis cum cura elementis, earum usum primus illostrius demonstravi & auspicio cum successu introduxi. Dignus autem virus mihi fuit nobilissimus hic fons, cuius genium, operaticem materiam & usum, peculiari examine erarem & explanarem; eamque ob caussam hoc loco ejus considerationem omittere & eo reiicere licebit, ubi speciali meditatione, plenius & per vestigatus omnia excutere constitui. Quemadmodum vero effectrix virtutis in Sedlicensi fonte materia, est sal amarum, ex calciformi & acido elemento compositum; ita quidam etiam e medicatorum Germania fontium familia sunt, qui diligenter explorati, praeter sal calcarium, haud exiguum salis coramunis quantitatem alunt, cuius rei præclaro argumento est salutaris ista fons, qui olim HORNHUSÆ viguit, nec non is, qui RATZEBURGI adhuc salis magnamque utilitatis famam habet. Hujus ingenii & ejusmodi salinis spiculis armatae aquæ, præstantissimi certe usus sunt & ad repurganda ventriculi & intestinorum a tenacibus & viscidis humoribus diverticula, in his quibus appetentia prostrata digestio vacillat & cruditatum sentina flatibus prognendis & spasticis commotionibus in remotioribus etiam partibus suscitandis infesta est, opem commodant longe exoptatissimam. Sed non consultum est, ut eadem copiosius & longius extracto usu hauriantur, ideoque iis in affectibus, qui altius visceribus innidulantur, & ab infarctu & obstructione eorum gignuntur & foventur, minus accommodare sunt, eo quod longe major aquarum copia requiritur, quo hæc ex minimis canaliculis conflata viscera penitus eluantur, & attenuati a sale intus stagnantes lessi humores, propellantur & tandem aquarum vehiculo eliminantur. Possunt tamen etiam huic scopo accommodari, si nempe affusa alia aqua, temperantur & diluuntur; id quod commodissime cum Sedlicensi in primis succedit, si eidem dupla Toplicensis aquæ pars permiscetur.

§. XXVII.

Postremo super sunt adhuc medicatorum fontium quidam, qui examine curassim etiam adornato, vix vestigium salis medii vel alcalini, nec non terræ mineralis aut martialis exhibent, sed ob aquæ quam vehunt summam puritatem, levitatem & subtilitatem pretiosi sunt. Horum classem ducant tum calidi, tum frigi nonnulli latices. Et inter illos insignem utilitatis celebritatem nascitæ sunt TOPLICENSES calidissimæ aquæ, quibus mira similitudine accedunt Fabriæ, sive Piperanæ in Rhætia, quæ dum mense Mayo, quo sol acutior vivem in præaltis montibus liquat & discutere incipit, ad finem usque Septembri, salutarem humorem fundunt. Quamvis vero Toplicenses thermales aquæ salis aut materiae terreæ inopes sint & planestiles; nihilominus tamen hunc defectum nature benignitas ubertim compensavit humoris singulari puritate & exquisita levitate, que tanta est, ut non solum commixtis quibusvis liquoribus, & acidis & alcalinis, nativam claritatem integrum ac illibatam servent, sed etiam post omnimodam liquoris exhalationem, nihil solidæ materie relinquant, & immiso frigefactis iis instrumento hydrostatico, incredibili levitate ipsas quoque celestes aquas superent. Quum itaque neminem fogiat, quod in reliquis dotibus a quibus aquæ laudari possunt puritas & levitas præcipue sint, que fontes peculiari quadam salubritatis nota insigniantur pro certo utique est, quod Toplicenses & Piperang, levissimæ & purissimæ aquæ eximiis in medendo polleant facultibus. Nam calens hospitalium harum aquarum lavacrum præstantissimi profecto usus est, non solum in variis exteriorum partium vitiis, & iisdem contractis, nimis arefactis, rigidis, torpentibus, tabidis, a robore & motu defectis, fibras duras emolliendo, corrugatas alaxando, solutas firmando & debitum sanguinis ac liquidi nervi in languentes astutum invitando, mirabilem edit efficaciam; sed egregie quoque solatur eos, quibus partes interiores, tendinose & ner.

& nervose, ut in malo hypochondriaco, colica, asthmate aliquo affectibus spasmodicis contingere solet, molestis tractionibus & distensionibus torquentur & gravius excruciantur, prorsum si non nimis calidum, sed tepidum magis, meo ex consilio in folio, domum delatis aquis, admittatur, eo quod non omnes excessivum balnei estum ferre possunt. Quare etiam fons extra urbis pomaria saliens, vulgo das Gthmefel-Bad, longe frequentior & salubrioris usus est, licet, si temperatum calorem exceperis, ejusdem plane indolis, ac ille, qui in urbe scaturit. Et quum trita vetustate omniumque Medicorum suffragis robusta sententia sit, quod leviores & puriores aquæ integritati corporis conservande & redunde mirifice patrocinentur, Piperanarum quoque internus usus nobili hujus rei exemplo sit: nullum utique est dubium, quin Toplicenses etiam refrigeratæ, intus hauste, multis in morbis valde prestatiblē latura sint opem, licet hic portandi mos nondum receptus sit, & eodem ad diluendum tantum vinum a quibusdam adhibeantur.

§. XXVIII.

Summa quoque partium tenuitas, exquisita puritas & maxima levitas vera & genuina causa est, que aliis etiam salutaribus aquis mirabilem prorsus vim inspirat, ut spectatissima in morbis sanandis polleant efficacia. Preclaro exemplo sunt laudatissimi SCHLANGENBENDENSES fontes, quibus naturæ favor Hassiam dotavit. Ex his nullum salinum, terreum, martiale, vel quodvis aliud minerale elementum, ulla arte alici potest, sed aquam tantum fundunt simplicem, purissimam tamen & levissimam: nihilominus tamen tam poterit, quam lavando & balneando adhibeatur, insignibus & maxime preclaris splendent virtutibus.

§. XXIX.

Neque aliunde, quam ab aquæ bonitate, prestantissimam suam facultatem trahit saluberissimus ille, a D. STEURLINO descriptus SCHLEUSINGENSIS fons, quem Germani den Milhelms-Brunn,

vocant. Quemadmodum enim puriores & optimæ aquæ his potissimum notis atque indiciis dignoscuntur: si vacuo annuliæ pneumaticæ subiectæ, collectius bulbulas reiiciunt, & oleo tartari per deliquum, nec non lunæ, vel sacchari saturni solutione instillatis, non turbantur, neque præcipitatum dimitunt: ita pari ratione Schleusingenses aquæ omnes hos characteres conspicendos præbent. & deposito in transitu & lapsu per arenarum & lapidum interstitia, quicquid absorberunt impuri, ab admixtis variis reagentibus nullam prorsus experintur mutationem, & disiecta sub vaporis forma aqua, nihil plane terreae substantiae relinquunt. Quo rariores igitur purissime ejusmodi fontanæ aquæ sunt, eo majori etiam in pretio habendæ, ob insignissimam quam ad sanitatem tuendam, morbos arcendos, quin etiam chronicas quasdam passiones persanandas, afferunt utilitatem; siquidem expedito admodum itinere per minimas vasorum angustias comitant, ad intima viscerum penetralia pervadunt & aliquatis lentiis humoribus, iterum per vasorum excernentium ostia promissime egrediuntur.

§. XXX.

Jam ex omnibus his que fusius in hac salutarium aquarum contemplatione tradidimus atque deduximus, luculenter constare arbitramur: quod benignissimum & sapientissimum Numen, non unius ejusdemque, sed diversæ nature elementis, fontes medicatos benignissime instruxerit, quo pro differentiæ morborum & naturaram indole, arcendis eque ac tollendis omnibus ac singulis vitiis, pares sint & accommodati. Nam si fortes primas vias obsidentes extergendæ & crassiora purgamenta per alvum exturbanda, calidos eque ac frigidos fontes faatrix natura protulit, qui huic scopo apprime satisfaciunt, & inter calidos quidem Carolinos & Aquisgranenses, inter acidulas Egranas, & inter salfos Sedlicenses & Ratzeburgenses. Si seroforum humorum colluvies per urinarios ductus evocanda, Selteranæ cum Emsensibus aquis commodissimam locant operam.

Si dejectum viscerum robur fulciendum & restituendum, Pyrmontanæ omnibus palmam præripiunt. Si crassi & viscidæ humorum decubitus expediendi, infarctus viscerumque obstructiones eluendæ, relaxatae fibræ firmandæ, & renes simul cum vesica a lento muco liberandæ sunt, Antonianæ, Wildungenses & Spadana exoptatissimam præstant efficaciam. Si salsa, acris & tartarea succorum in arthriticis & podagricis dyscrasias diluenda & emendanda, nervosaram partium laesio simul innoxie complacanda, puriores aquæ, ut Schlangenbadenses, Schleusingenes, vel Selteranæ etiam, præsertim cum lacte remixa, desideratissimam spondent opem. Et si denique biliosi & acres humores temperandi & cicurandi, ventriculi etiam & intestinorum tonus roborandus, martiatæ aquæ ex usu esse possunt.

§. XXXI.

Si externum hospitalium aquarum penitamus usum: is pari etiam ratione, pro dissidente laesionum, corporum & partium affectarum genio, discrepat, & peculiares ac diversæ etiam dotes sunt, quibus fontes nobilitati sunt. Quando enim exsuccæ nimis, tensæ, spastico crispatæ & duræ partium externalium fibræ, humectandæ, laxandæ, explicandæ & emolliendæ, Toplicensisbus, Emiensibus, Piperanis, Schlangenbadensisbus & Schleusingensisbus salutiferis aquis, nihil præstabilius est. Contra vero, si resolutus est vigor & partes debiles ac nimis humidæ, præclara & insignis martiarum aquarum roborans & confirmans virtus est. Et quando tumores discutiendi, lenti ac desidis humoris decubitus dissipandi & resiccandi, cutis sordes ac defœdationes, in scabie, impetigine & ulceribus extergendæ ac consolidandæ, balnei in Carolinis & Aquisgranensisbus usus summopere proficuus est.

§. XXXII.

Excussis itaque variaæ naturæ & principiorum, calidis & frigidis, dulcibus & salmis fontibus, uniuscujusque elementa & operationum fontes per institutas mixtiones, destillationes & resiccationes,

eorumque quæ post evaporationem remanserunt, examina sufficienter eruta & explanata satis tradita esse arbitramur; licet scrutinium non nimio reagentium supellectile & experimentorum apparatu aggressi simus. Notandus enim & tanquam inanis merito reiciendus est Physicianum & Chymicorum quorundam mos, qui in mineralium aquarum examine experimentorum multitudine splendorem affectare videntur, & iisdem innumeris propemodum, ad rem tamen nihil prorsus facientia, commiscere, & uti in primis cl. HIÆRNE & VALLISNERIO in more positum est, salis communis, nitri, vitrioli, aluminis, plumbi, argenti, cupri, sulphuris, auripigmentis & mercurii sublimati solutiones confundere solent. Nam supervacueus est labor, & licet vel centena adhuc mineralibus aquis adiificantur, nihil tam, præter ea quæ adduximus, erui poterit & oculis subiici: id quod iis, qui vires corporum & facultates norunt, a prime cognitum est.

§. XXXIII.

De industria etiam omisimus tentamina, que nonnulli instrumentorum, seu cylindrorum staticorum ope, ad pondus contentorum explorandum instituere solent. Quamvis enim nosmet ipsi primum opinati simus, quod materiarum in acidulis & thermis comprehensarum quantitas, ad hanc lancem eodem modo expendi possit, ac in vini, cerevisiæ, urinæ humanæ, fontium aquæ communis & falsuginis examine fieri solet: attamen re penitus expensa & probe subducto calculo, compertum habuimus, quod omnia hoc modo adornata experimenta lubrica admodum sint atque fallacia. Nam multiplici observatione edocti sumus, quod hydrometer, si in aqua a fonte recenti demergitur, admodum sursum feratur & gravitatem quandam mentiatur; contra vero, si posterum die eidem aquæ immittitur, altius descendat, & aqua maiorem præ se ferat levitatem. Et quum nemo, quantum quidem novimus, singulare hoc phænomenon annotarit, multo minus discusserit, non sine ratio-

ne in

ne in hanc ivimus sententiam : quod haec cylindri elevatio ejusque ascensus, in aquis a fonte recenter haustis, a spirituoso illo subtili & expansivo aereo, æthereo elemento, quod minerales aquas redundantius incolit, & majus in iis affectando spatium, in centrum nititur, dependeat. Refugiente autem ab aquis hoc spiritu, tollitur etiam nitus, & instrumentum, cessante elastica vi, priori statione dimovetur atque aliis mergitur. Ut adeo pateat, vim corporum elasticam eorum, gravitatem compensare, sive æquales vires potentiaæ elasticæ & gravitatis esse. Neque etiam justum aquarum pondus per lancem hydrometricam indagari & contentorum copia accuratius perspici potest, si exspectamus, donec subtile illud principium aquis se subduxerit : quum eodem penitus dissipato, aquæ ut plurimum fiant turbidæ, & ochreæ partes, unionem mixti, deserentes, ad imaderantur, ut adeo pondus earum explorari nequeat. Multo minus autem instrumentum hoc hydrostaticum, idoneum est ad thermalium aquarum pondus exigendum, quandoquidem omnes aquæ calore rarefactæ leviores fiunt & minoris gravitatis, quo sit, ut injecto calidis illis instrumento, eximiam levitatem referant, perfrigeratae autem, cylindro ad superiora elevato, gravitatem longe maiorem indicent.

S. XXXIV.

Denique differentibus nobis de medicarum aquarum examine, haec magni momenti quæstio, solvenda, etiam est ac decidenda: utrum videlicet incomparabilis illa mineralium aquarum in medendo virtus, ab iis, quæ per superius memorata, experimenta eruta sunt fixioris naturæ elementis, dependeat, & sali, sive alcalino, sive neutrō, & terræ, sive calcariæ, sive martiali, unice, vel maxima ex parte, accepta sit referenda? an vero præclaræ hujus & salutaris facultatis ratio ab alio quodam subtiliori principio, quod tantarum virium basis & anima sit, & tamen non facile in sensu cadat & in aprico ponî possit, ducenda sit? Jam vero in proposito est, quod thermæ, nec

non acidulæ omnes, diutius liberiori præsertim calidiori, aeri expositæ, vel evaporationi, aut distillationi subiectæ, mirifice immutentur & pristinum saporem, pelluciditatem & claritatem, nec non cum gallis tingendi facultatem, una cum potissima sua saluberrima virtute perdant atque amittant. Accedit, quod licet omnia illa, quæ chymico ministerio, educta fuerunt, salia, vel terra, denuo cum aqua, etiam purissima, misceantur: neutiquam tamen prioris indolis & virtutis medicinalis aqua, prodeat. Quapropter nullum utique est dubium, quin mineralibus aquis subtilioris indolis materia insit, quæ licet celerrime in auras diffletur & oculis minime subici possit, nihilominus tamen spirituascentia, virtutis expansivæ & elasticæ, innumeras bullulas concitantis, vasa disruptentis, penetrantis & compungentis saporis & odoris, neque minus eximie istius roborantis, & aperitivæ facultatis, fons atque origo sit. Et hinc etiam dilucide patescit, quod prestantissima hospitalium aquarum efficacia, ab intima unione & commixtione hujus subtilissimi, sive spirituosi elementi, cum particulis fixioribus, salino-terreis, ducenda ac derivanda sit; ita ut mutua horum secessione facta, spectabilissima simul pereat virtus.

S. XXXV.

Cujus vero indolis atque originis agilissimum hoc & maxime generolum principium sit, altioris utique paulo est indaginis. Nos quidem, in re tam difficulti & ardua, ita censemus: fluidum, quoddam catholicum, purissimum, & maxime penetrans æthereum, non modo per universum aeris, sive potius atmosphæræ, ambitum, sed etiam per opes subterraneos tractus dispersum esse, quod pro diversa salium vel terrarum, quas offendit & quibuscum sese conjungit, natura, varia subinde induit formas, & vaporem, vel subtilissimum acidum, vel sulphureum constituit, aut etiam alcalinis & calcariis terris adhæscens, in neutrū sali, vel martialibus particulis terreis cohærens, in subtilissimum vitrolum convertitur. Quod si igitur genium spiritus quo mine-

rales aquæ furgidae sunt despiciens : is ad acidi & sulphuris, purissimi tamen & subtilissimi, naturam accedere videtur, & idem plane esse cum illo, qui ex marcasitis sulphureis & martialibus, in acervum collectis, solet expirare ; quippe qui, in terræ visceribus præterlabentibus aquis feso ingerit, in ipsis sistitur, iisdemque pro diversa terrestrium quaæ vehunt elementorum indole, varias formas, variaque virtutes inducit atque conciliat. Et sane memorabile est, & ad hanc intentionem stabiliendam maxime facit: quod in tractibus, ubi thermæ vel acidula scaturiunt, plerumque in conterminis iiii locis larga sulphureorum & aciderum vaporum sit diffusio, quos neque animalia, neque homines propius accedentes, sine suffocationis meru ferre possunt. Sic PECCHLINUS lib. III. obs. 44. mentione facit Swalbacensis cryptæ, Puteolanæ illi similis, vulgo Grotta di cane, que nebula quadam sulphurea & acida tantopere perfusa est, ut iniecta animalia etiam perirent. Simile quid narrat de Carolinis

SUMMERUS in *Carolinarum descriptio-*
ne, pag. 7. nec non de Wildungenibus
RAMLOVIUS in der Beschreibung des
Milbunger Gaver-Brunnens pag. 61. Et
memoranda nobis a viro fide digno relata
est observatio : quod nimis fons in
Ducatu Wurtembergico, in silva nigra,
im Rikinger Zhal, a longo jam tempore
fatuus, omni sapore ac virtute protinus
orbatus fuerit, eam ob causam, quod vi-
cinis in locis facta rupium apertura, va-
por sulphureus & mineralis impetuose
eruperit ; clauso vero & obturato iterum
antro hiante, de novo pristinis viribus
armatus prodierit. Verum enim vero,
quom hoc spirituofum aquarum minera-
lium elementum, passim, in omnibus
ferme de mineralibus aquis editis scriptis,
tetigerim, & de eodem in subsequitur
disquisitione, de convenientia elemento-
rum ac virium in thermis & acidulis, co-
piosius agere constituerim: nolo diutius ei-
dem exponendo hoc loco immorari ; sed
precipuorum medicatorū Germaniæ fon-
tium examini jam satisfactum esse reor.

D E C O N V E N I E N T I A E L E M E N T O R U M A C V I R I U M I N T H E R M I S E T A C I D U L I S .

§. I.

Cum multæ sunt eque amplissime utilitates, que ex penitiori fontium soteriorum scrutinio redundant: tum vero preclarum & ad usum medicum insigne momentum est, quod exquisita illa, quam inter se alunt harmonia & convenientia, luculententer ipsa sub exploratione innotescat. Quamvis enim aliam hac de re in veterum monumentis sit silentium, neque vulgaris, per manus quasi tradita opinio, ita ferat: id tamen sa- niior quivis ultro largietur, esse utique af- finitatem inter latices, qui ad ejusdem matris, terre, gremium, ortum suum re-

ferunt. Altioris autem paullo indaginis est, mutuum hunc aquarum mineralium consymbolismum quoad specialiora perquirere & perspicue evolvere ; quo dilucide patescat: affines & similes non solum illarum esse natales, sed etiam vires & elementa. Id quod quidem de variis acidularum generibus verum esse nobiscum censemebunt plurimi: inter calidos autem & frigidos fontes, thermas scilicet & acidulas, ejusmodi similitudinem & convenientiam adstruere, paradoxo videbitur multis. Nihilominus tamen, facta paullo curatius inquisitione, & ratione bene puto, clarissime patet: eximiam quoque inter thermas & acidulas subesse equalita-
tē.

tem & affinitatem , tam ratione originis & principiorum , quam etiam facultatum & virium . Hoc igitur ut demonstremus & perspicuis argumentis stabiliamus , nostri jam erit instituti ; eumque laborem eo magis utilem fore plane confidimus , quo minus quisquam in eo industriam posuit .

§. II.

Ut autem ab ovo , ut ajunt , ordiamur , ipsa fontium adeunda erunt incunabula . De his multus & varius est Physicorum sermo . Sunt enim qui easdem in ipsis oceanii voragine constituant , omniumque , quotquot scaturiunt fontium , originem ex dissipissimo mari & terrae centro arcessunt atque derivant . Sed ut hæc , in primis veterum sententia , non modo omnibus legibus mechanico - staticis sed etiam ipsi rationi refragatur : ita eandem merito tanquam perversam & erroneam improbandam & reiciendam esse reor . Quin potius clarissimo & sensibus obvio argumento constat : omnium fluviorum & scaturiginum in nostro hoc terraquo globo ortum , ex supra coeli & aeris regione esse petendum . Videlicet , pluviae , nubes , nebulae , ros ac pruina sunt , quæ fontibus non minus quam fluvii , materiam & alimentum fuggerant largissimum ; adeo , ut quo copiosiores decident imbre , eo magis augeri scatrabas & flumina , & vicissim deescere & exarescere omnes in tellure aquas , his per longum temporis spatium deficientibus , observemus . Accedit , quod omnium fere fontium in vallis & depressioribus locis exsistet scaturigo , dum aquæ vel ex vicinorum fluviorum , altiori plaga constitutorum , alveis sedentes , vel etiam in montium ac collium apices per pluviam delapsæ , per copiosissimos terre pores ac marandros repunt & tanquam per cibrum colantur , donec in solida ad tenaciora conceptacula , strata nempe lapidea & argillacea , delatae , ibique copiosus collectæ , impedito ulteriori de scensu , ad superiora tandem eluctantur , & ex concluso flumine in salientem venam sese aperiant . Hæc est genuina origo & generatio fontium . Fontes autem dum jugiter undam erucent , prudente sem-

per posteriore priorem , rivulos primum dimittunt , qui imbrum delapsu & nivium discussione subinde aucti , terram secando alveos efformant , & longius evoluti , in itinere cum aliis coeunt & amplius sese in rivos & fluvios explicant . Et fluvii denique ejusmodi minores confluentes , grandiora ac majora efficiunt flumina , quæ latius diffusa , demum omnem , primum ex aere delapsarum aquarum colluviem , in oceanum convehunt eidemque infundunt . Amoenissimorum vero , qui nonnunquam in summis montium cacuminibus saliunt fontium origo , nubibus in præ altis & frigidissimis his locis condensatis merito tenuenda est & adscribenda .

§. III.

Quum igitur omnium omnino fontium origo in altioribus montibus & collibus querenda sit ac invenienda : jam quæ in horum cryptis reconduntur , & aquis perlabantibus mixta , iis medicam virtutem conciliant , scrutanda erunt & eruenda . Quod vero metalla attinet , horum nobiliorum venæ , videlicet auri & argenti , in universo orbe sunt rarissimæ , neque ipsa metallorum compactor & finior compages aquarum poros subire , multo minus salubrem ipsa vim addere potest . Perlustranda itaque potius sunt ea , quæ montes liberaliori apparatus suppeditant ; disquirendo : an ita sint comparata , ut aquis virtutem ac facultatem quandam insinuare queant ? Jam vero montes nostros ex stratis variis compositos esse & congestos , ad oculum patet . Horum potissima sunt fabulosa , lapidea & calciformia , lutosæ vel argillacea , ex quibus omnibus calciformis materia lubentius ipsius in aquæ contuberni recipitur . Deinceps inferiores terrarum tractus ubertim ac redundanter locupletatae sunt , martialium multisque sulphurearum marsharum stratis . Quemadmodum enim tam universalis ferri est usus , ut eodem nemino carere possit : ita etiam naturæ benignitas , insignem & copiosum martialium venarum proventum , omnibus fere terrarum tractibus & regionibus elargita est . Sunt autem ferri participes non modo

Lapides, sed & argillæ, luta, terræ flau-
velcente & ochreo colore conspicuæ.
Præterea sulphure quoque montium ca-
vernæ abundantissime scatent. In primis
in Germania & Italia multa sunt loca,
ubi illud mineralium genus, quod vo-
cant Echmesel Riest, ubertim nascitur,
& quod, si igne rite tractaveris, sulphur
vulgare, quod purum & nativum in ter-
ra vix occurrit, fundit. Genesis quoque
vitrioli ex ipsis marcasitis, e quibus pas-
sim præparatur, arecessenda. Denique
gas illud minerale, seu vapor sulphureus,
qui totum telluris ambitum pervadit, ejus
viscera montiumque recessus pervagatur,
metallicis venis ac mineris mutationes
inducit, & subinde a metallicolis non si-
ne suffocationis metu percipitur, nullum
alium agnoscit ortum, quam quod
marcasita sic dictæ sulphureæ, sive pyri-
tes, intestino motu, & mutua princi-
piorum, quibus constant, rectione,
penetrantem ejusmodi volatilē, sul-
phureum & inflammabilem vaporem ex-
spirent atque emittant.

§. IV.

Perspectis sic materialis, quæ in terræ
abditis reconditæ, in societatem aqua-
rum venire possunt: nostrum erit, ut
curatiorem fontium, tam calidorum
quam frigidorum, explorationem ador-
nemus, & perquiramus, quænam insti-
tuto eorundem examine chymica ele-
menta ac principia elici possint & revera
in conspectum veniant. Primum vero
animadvertisimus: omnes fere aquas me-
dicatas, quæ acidularum ac thermarum
nomine insigniuntur, martialis terræ es-
se participes, quippe quæ, non modo ex
ipso sapore paullulum adstringente to-
gnoscitur, sed & ex appositione ochrei
coagmenti, circa scaturiginem & cana-
lium, per quos aqua fertur, parietes,
dijudicatur. Nullum enim fontem me-
dicatum vidimus, nullas thermas, vel
acidulas, quæ non circa ora fontana,
ochream, magis vel minus flavescentem
massam deposuerint, quæ bene elota &
calcinata non exhibuerit pulverem, cu-
jus ramenta magneti prompte acceſſerint.
Horum classem in primis docunt ex ther-

mis Carolinæ, Aquisgranenses, Em-
senses, Wisbadenses, Toplicenses &
Hirschbergenses, & ex acidulis Pyrmon-
tanæ, Egranæ, Swabacenses, Wild-
dungenenses, Geppingenses, Spadana,
Carbenses, flavescentem ejusmodi sub-
stantiam circa scatebras largiter ei-
cientes.

§. V.

Præter hos sunt etiam alii fontes puri-
simi frigidæ, saporis penetrantis exper-
tes, qui, licet inter acidulas locum non
mereantur; nihilominus tamen spectata
in variis morborum generibus sunt virtu-
tis. Hi omne quicquid ab iis salubre ex-
spectari potest, debent martiali quo fac-
ti sunt elemento. Et martiale hanc
eorum indolem luculenter testatur, præ-
ter ochreaceum glomeramen, quo scat-
turiginis otia investiunt, non solum sa-
por quem linguae imprimunt subadstring-
ens, sed etiam atropurpureus color,
quem insperso gallarum pulvere susci-
piunt & pertinacius servant. Ex horum
familia sunt Freyenwaldenses, Bebra-
næ, Radebergenes, Lauchstadienses,
nec non nostræ Halenses, una cum ce-
leribribus in Italia Tetuccianis, Apo-
tanis, Pisanis & Caltherianis, Villen-
sibus, aliisque aquis, quæ omnem virtu-
tem suam ad martiale prosapiam refe-
runt, & quicquid in medendo præstant,
partim fibras a naturali tono dejectas fir-
mando, partim diluendo, eluendo &
evehendo crassos & saltos humores perfici-
unt. Ex quo utique conficitur: nullos
ferme medicatos esse fontes, qui a mar-
tiali confortio sunt immunes.

§. VI.

Deinde notatu perquam dignum est:
quod insignis ratione ingredientium in
thermis & acidulis deprehendatur conve-
nientia; dum utræque sal quoddam al-
calinæ naturæ, cum omnibus acidis pu-
gnans similesque cum aliis alcalinis effe-
ctus producens in sinu suo fovent & com-
plectuntur. De alcalini hujus salis in
thermis præsentia, qui amplius dubitet,
est fere nullus, postquam nostro hoc
tempore, accuratius fontium elementa
indagare & eruere cœpimus. In primis
autem

autem eodem admodum refertae sunt Carolinæ, adeo, ut ex mensura circiter drachma fatis colligatur. Neque minus Aquisgranenses eodem largius imbutæ sunt, quippe ex una illarum libra grana XXV. elice possunt fatis alcalini, quod cum quovis acido confitum edit, in aere deliquescit, sirupum violarum viridi colore inficit & argenti solutionem præcipitat, prout fidem facit VALLERIUS in *tentamen physico-chym.* pag. 119. Porro Bollenses in Ducatu Wurtembergico sal alcali manifesto conspicendum prahent, quod cum acidis confligit & solutiones menstruis acidis factas ex humoris sanguin deturbat. Emsenses quoque idemtide ejusmodi sal concedunt, quod cum spiritu vitrioli effervescendo congregitur, & postea in sal neutrum instar tartari vitriolati transit. Idem testatur de aquis Burbonensis in Gallia PASCALIUS de aquis mineralibus, memorans: quod extractum ex iis sal, cum acido in neutrum hermaphroditicum degeneret, tincturam coralliorum acidiope paratam, deiiciat & lactis coagulum dissolvat. Toplicenses denique & Hirschbergenses, quoquid demum solidi custodiunt, alcalina est indolis, licet tam parce iisdem inspersum sit, ut mensura decem vix dimidiam drachmam superdedit.

S. VII.

Verum enim vero, non solum thermæ, sed & ipsa acidula, quod mirum prima facie videtur, sal, quod characterem alcalinæ naturæ in omnibus effectibus refert, complectuntur. Pervulgata enim & per manus quasi tradita, at erronea, opinio mentibus inhæret, acidulas dici ab acido, quod insit; quam tamen nullus fons ullibi reperiatur, qui more acidorum cum alcali ebulliat, lac coagulet, aut sulphuris solutionem præcipitem det, sed omnes potius acidulae, quod ante nos nemo observavit, sal acidio e diametro oppositum, alcalinum videlicet, obtineant. Id quod cum examine instituto hculenter patescat: licet potiores in Germaniæ acidulas lustrare earumque scrutinium inire. Videli-

cet omnium validissimæ & vehementiores operationis sunt Pyrmontanæ, iisque vulgo magna vitrioli, nec non acidim mineralis portio, inesse creditur; cuius tamen ne granum quidem concedunt & exhibent. Contra vero id observatu innotescit: quod non solum instillato oleo vitrioli vehementer ebulliant, & adiecto violarum sirupo, pulchrum viridem colorem referant, sed etiam post omnimodam liquoris exhalationem, terreum quoddam calciforme crassamentum in fundo relinquent, quod itidem cum acido configendo alcalinum manifestat ingenium. Si autem acido, vitrioli prius fuerint liberalius imbutæ & saturatae, evaporatione, sal neutrum, tartaro vitriolato, vel arcano duplicato conforme, in conspectum venit. Similiter Egranæ vitrioli spiritu, vel alio acido affuso, insignem cum copiosa bullularum erubatione edunt confitum, a sirupo violarum immisso viridem suscipiunt tinturam, & oleo tartari per deliquium instillato, integrum mixtionem & imperturbatum servant colore. Porro Selteranæ, quæ insignem nostro tempore utilitatis famam nauctæ sunt, cum acido non tantum fortiter pugnant, sed etiam adiecto, violarum sirupo, viridi colore perfunduntur: & ex libra medica, senioris exhalationis beneficio, drachma dimidia & grana sex materiali salinæ colliguntur, quæ facta separatione, scrupulose salis exquisite alcalini concedunt si vero eidem aquæ mensuræ spiritus vitrioli ad punctum, ut ajunt, saturatio confunditur, sal exsurgit medium, cuius pondus ad drachmam dimidiad & quindecim grana accedit. Præterea nobil exempla sunt Antonianæ, Swalbenses, Wildulgenses, Gebersweilenses, nec non Greisbacenses, Landsteinenses, fons ad Andernacum, der Brudel-Brunnen, das Mild-Bodi, Scarurigo prope Geislingen dicta Überlingen, Goeppingenses & Deinacenses; quippe quæ omnes, uti partim propria, partim aliorum fide dignorum experientia comperatum habemus, non modo cum acidis fortioribus, sed etiam vino Rhenano,

subtili aciditate imbuto, effervescent atque ebulliunt, & igni ad exhalandum impositæ, terram tantum alcalinam, parum vero salis fixi, relinquunt. Accedunt Elsteranae in Voigtländia, nec non Buchenses in confiniis Carolinarum: quæ ambae, facta acidi spiritus instillatione, non solum effervescientiam sufficiunt, sed etiam adiecta ejusdem sufficienti quantitate, sapore, virtute & effectu Egranæ tam exacte referunt, ut dignosci invicem nequeant, quemadmodum ante aliquot annos in Carolinis, adstantibus plurimis Medicis aliisque præcipuis viris experimentum cepi. Eadem ratio est Geismariensis in Hassia fontis, qui teste cl BEAUMONT, in concinna-
to de eodem tractatu, a frupo violarum viridem, & insperhis gallis, atrorubicundam tinteturam recipit, & non solum ipse cum acidis ebulliendo congreditur, sed etiam elicitum ex eo sal eandem cum acidis pugnantem indolem exserit. Et licet in Suecia rarissimi alias sint medicati fontes, nihilominus tamen securit ibi fons dictus der Mestmann - landische Gaver - Brunnen, quem cl. GRACCHIUS, Archiater Regis Sueciæ meritissimus, latius descriptis, simulque sal alcalinum ipsi inesse docte demonstravit.

§. VIII.

Posteaquam igitur acidularum & thermarum, tam quoad ochreaceam substan-
tiam, quam alcalinum elementum affinitatem exposui & demonstravi: nunc ul-
terius progredior ad subtile volatile mi-
nerale ingrediens, admirandarum virium & mirabilium effectuum, quibus soterii fontes pollent, præcipuum atque palma-
riam caussam. Omnes enim, qui acidularum & thermarum nomine proprie insig-
niuntur fontes, eodem perfusi sunt & esse debent: quinimmo, quo parcus hoc fovent, eo minorem quoque in corpore exserunt virtutem, & vicissimi, quo magis eodem turgent, eo maiori efficacia & utilitate præstant. Non difficile autem & operosum est ejus in aquis præsentiam cognoscere, sed manifestum indicium præbet, copiosior bullularum ex recenter haustis ascensus, & collectior in margine

vitri & superficie confessus, quarum origo elateri hujus spiritus, aquarum poris innidulantis & exitum affectantis, merito adscribenda est. Jucundius adhuc spectaculum est, si aere regnante sereno pu-
ro & temperate calido, aut humore vi-
tro pellucente excepto fortius agitato, bullulae alte saliunt & agminatim exilire videntur. Quemadmodum vero tempe-
rato calore & quassatu æthereum hoc ele-
mentum expanditur & sub forma bullu-
larum aquis elabitur: ita cœlo subilo &
frigido gravius incumbente, intus co-
cetur. Et hinc ratio patet, quare, qui integra virtute & efficacia salubres aquas ad remotiora loca transferre cupiunt,
operam dare debeant, ut non solum tem-
pestate frigidiori & sereno ac matutino tempore easdem vasis infundant eaque curatissime obturent, sed etiam nocturno magis frigidiusculo tempore, quam interdiu & sole acuto, vehant atque asportent.

§. IX.

Est porro hic thermarum & acidula-
rum spiritus indolis admodum penetranti:
s: unde tam nares blando halitu, quam
linguam acuto sapore ipsumque caput te-
mulentia ferire solet. Et quoniam facil-
lime ab aquarum societate recedit & au-
fugit; instar regulæ tenendum est: quod
potatio earum ad scatram instituta,
longe præstantior & efficacior sit ea, que
in diffisis locis adornatur.

§. X.

Obtinet præterea tenuissimum hoc ele-
mentum elasticam naturam. Elateris ve-
ro ea ratio est, ut mirifice ab incumber-
tibus extrinsecus aliis corporibus compri-
mi possit, cessante autem horum com-
pressu, in pristinum locum sele iterum re-
cipiat, ita tamen, ut renitens hæc resili-
tutionis vis, semper ponderi gravavit
priori quadret atque respondeat. Hoc
est, quod elasticus hic spiritus frigore in
arctius cogatur & valde concentretur, ca-
lore vero & motu intestino rarescat & ex-
pandatur, tanta vi, ut vitra aliaque com-
pactiora vasa impetuose disrumpat. Et hoc
fontium salubrium aereo - elasticum ele-
mentum ejusque redundantia curiosorum
oculis.

oculis ameno aspectu situr beneficio antliae pneumaticæ. Scilicet suppositis eidem vasis variorum fontium aqua ad medium repletis vitreis, aeris incumbens pondere subtracto, mirum ebulliunt, adeo ut nonnullæ, quæ copiosius hoc spirito turgent, ipsa lagenarum ora transcurrent: id quod minime succedit cum vulgaribus aquis, tam subtili elemento orbatis.

§. XI.

Præterea notatu per quam dignum est, deliberatissimum hunc mineralē spiritum, omnis ferme medicinalis virtutis, qua loterii fontes nobilitati sunt, nec non grati odoris, & acris, stimulantis ac præfertim vitriolacei illius atramentosi quem lingue insinuant saporis, precipuam esse caussam arque originem. Quod ut luculenter confirmemus, placer in medium proferre examen Pyrmontanarum, nostro quidem judicio, omnes nobis cognitas spirituosi elementi redundantia superantum. Hec autem sub exploratione curiosa occurunt. I. Stativum vitreum instrumentum, quo specificas indagare soleo aquarum gravitates, in recenter haustris has immixsum, sex punctula alba in cylindro notat, quum alias simplex communis aqua tantum quatuor designet. II. Ipsi si gallarum pulvis inspergitur, color atramentum referens exsurgit. III. Instillato vitrioli spiritu, effervescentia vehemens oboritur. IV. Admixto violarum sirupo, viridis tintura excluditur. V. Gustu exploratae, saporem valde penetrantem, acrem & vitriolicum exhibent. VI. Motu & agitatione quassatae innumeris bullulas reiiciunt. VIII. Intus sufficienti copia haustræ, aliquot fedes cent, per urinæ ductus expedite feruntur & dejectam appetentiam revocant. Quod si vero Pyrmontanae in amplam patinam effunduntur & per 24. horarum decursum liberiori & tantum temperato calori committuntur: en videbis mirabilia. I. Gravitas antea notata & conspicua perit, & cylinder staticus ad quatuor puncta albicantia demergitur, manifesto indicio, aquas ejusdem cum aqua simplici esse ponderis. L. Ab injectis gal-

lis non amplius umbra & nigredo iis inducitur. III. Nec instillato vitrioli spiritu effervescentia exoritur. IV. Sirupus violarum non amplius viridiuseculum profert colorem. V. Omnis sapor, odor & penetrantia exspiravit. VI. Potæ ventriculum gravant & canalem alimentorum flatibus implent, distendunt & tardius secedunt. VII. Grata pelluciditas obscuratur & turbida fiant, concreseente in superficie cuticula variegati coloris, & descendente ad ima sedimento calcario ferruginoso. Tanta tamque celeris est aquæ medicamentosa & summarum virium catastrophe, in effectam, inutilem omnq; virtute privatam. Cujus caussam si rimamur, nulla alia, quam spirituosa substantiae, qua antea largiter imbutæ erant, jactura, menti eque ac sensibus sese offert.

§. XII.

Par ratio aliorum mineralium est fontium, neque hac prærogativa tantum Pyrmontanae gaudent, sed eadem plane phænomena similesque profus effectus circa Wildungenes, Swalbacenses, Antonianas, Elsteranas, Buchenses, nec non Egranas & Selteranas observantur. Quippe si haec liberiori auræ tepidioris afflatui exponuntur, perit pondus, exspirat gratus stimulansque sapor & odor penetras, omnemque purpurascensem a gallis, & viridescentem a sirupo violarum, tincturam recusat. Neque dubium est, quin eadem experimenta simil modo in aliis acidulis succedant.

§. XIII.

Denique non prætereundum est, quod mineralis hujus spiritus ea propria sit laus atque virtus, ut integrum ac salvum aquarum crastin atque texturam conservet earumque corruptionem avertat. Curiosum quidem, sed tamen in vulgus notum est, aquas in lagenis quibus transvehi solent, facile turbidas fieri, rejecto ad fundum sedimento; quinimmo corrupti & fatuas atque inutilles reddi, si quando spatium in vasis relinquatur, vel ipsa non curate maniantur, ut circumfuso aer ipatet aditus. In primis facillime viuum contrahunt fontes, qui aquam levorem & molliorem, (ein meiches Passer)

Spiritus & activi interflui elementi hospitium, vehunt: exemplo Selteraparum, qua corrupta intolerabilem ferme foetorem exspirare solent. Ex quo luculentem patescit: liberum aerem, aquis nostris esse inimicissimum, quippe qui, discensus inquilini hujus spiritus facile efficit, quo praesente aquis sua constat integritas & salva manet virtus. Custodire vero partium corpus constituentium, unionem ac mixtionem spirituosam posse substantiam, vel ex eo liquet: quod solus sulphuris communis vapor, vina etiam recentia, ab omni vappescientia, lente & corruptione, vulgari experimento præserves. Quæ quum ita sint, nemini amplius dubium fore autumo, quin convictus credat: medicinalem & salutarem fontium vim, non tam a crassa quadam ac materiali substantia, quam potius a tenuissimo volatili elemento esse perendam; eaque propter arduum, quin vacuum esse molimen, aquas soterias, ut nonnulli per imperitiam jactant, per artificium parare velle, ut nativas virtute exquent. Quippe, tam diu irritus & frustaneus, erit labor; quamdiu spiritus quidam subtilissimus, volatilis, elasticus imbutus, fontiumque spiritui exquisite similis, arte non poterit confici ac obtineri.

§. XIV.

Neque vero tantum acidulae, sed etiam thermæ minerali hoc spiritu afflatæ sunt. Prodit autem ejus connubium inter alia bullularum ex recente haustis thermalibus aquis emergentium copia, nec non sapor penetrans & compungens, unacum atramentolo & purpureo, quem gallæ injectæ conciliant colore. In eo tamen inter acidulas & thermas differentia intercedit: quod in his, utpote frigidis, volatile hoc clementum diutius coereatur; in illis vero ob calorem celerius in auras disi ciatur. Quo magis necessarium est atque proficuum, sine mora longiori eas bibere, ne elabatur & aufugiat id, quod est saluberimum. Proinde non possum non vehementer improbare receptum alias in Carolinis morem; dum ampullis amplioris orificiis aquas ad sca-

tebram excipiunt, & leviter tantum lin- teis testas, postea sèpius ad diffusa loca, ubi potaturi degunt, avehunt; quo fit, ut multum subtilis elementi in via exhalat & se se subducat. Longe vero consuli- tius est, aquam vasis angustioris orificii ope infundibili immittere, ea firmiter claudere & sic usui servare. Ubi tamen semper tenere oportet: uti aquas omnis generis medicatas; ita maxime thermas, & sapore, & virtute, longe efficacio- res deprehendi, quæ in superioribus, quam quæ in inferioribus, vasis contine- ntar: ideoque non sine ratione, ultra me- dium lagenas thermalibus aquis repletas non eporandas esse censeo. Succurrit in hujus rei notatu dignum experimentum, quod videlicet omnes in vasis asservatae minerales aquæ, superiora occupantes, in vacuo longe copiosius bullulas rei- ciant inferioribus, qua hanc etiam ob causam neque tam penetranti sapore, neque odo- re pollent. Hinc est, quod thermas, præterim Carolinas, frigefactas, bibe- re non tutum sit, quippe quæ, calida haustæ, cito per universi corporis ductus feruntur; refrigeratae autem, non modo tardissime recedunt, sed & flatibus progignendis, aliisque in abdominis re- gione producendis, incommodis fayent.

§. XV.

Quum igitur tenuissimus hic spiritus æthereo-elasticus, omnium mineralium aquarum delibatissima pars & quasi anima sit, qui ipsis virtutem inspirat mirabilem, unde spectatissimi earum effectus emanant: mirandum utique est, quod a veteribus æque ac recentioribus, qui de medicariis fontibus scriperunt, ejus na- tura ac virtus neque explanata tradita, neque pro dignitate exposita sit. Ex omnibus solus TABERNÆMONTA- NUS, insignis & cum cura in examine aquarum versatus auctor, multa utilia de eodem prodidit. Is enim in *Hydrop.* pag. 441. ita scribit: Mann die Sauer- Brunnen warm getrunken werden; so verschwinden die mineralischen Oester, und wird also aus einem heilsamen, ein unheilsames und schadliches Masser, da- vor sich maniglich huren soll: denn die Rist.

Ritazt dieser Masser bestehet einig und allein in der Spirituositat. Porro assertit: matutino tempore fontem penetrantio-rem observari: si vero transportetur, aratii virtutem illam penetrantem. Quo propius, pergit, aqua bibitur a son-ze, eo efficacior, quo remotius, eo fit lan-guidior; adeo ut aquæ Svalbacenses, spatio centum passuum profluente a fonte, omnem fere vim ac virtutem exuisse vi-deantur, secundque pisces in iis degere pos-sint, qui in aquis fonti propioribus mox extinguntur.

§. XVI.

Quamvis vero non diffitear inter dif-ficiles & perobscuras quæstiones non ul-timam esse: unde tam hujus spirituosi elementi, quam caloris in thermis ratio sit petenda? neque omni dubitatione ca-reant opiniones huc usque de eadem in medium prolatæ; præ omnibus tamen arridet mihi nobilissimi Angli, Martini LISTERI, sententia, cui etiam cl. BERGERUM, in eleganti tractatu de thermis Carolinis, accedere video. Hic nimurum subterraneum, quo incalescunt thermae, calorem, non minus, quam motus terræ & flammæ subinde erumpentes & quas ignivomi montes eructare solent, a marcasitis sulphureis, sive pyritibus, in terra intimoribus accensis, deduci debere asserti atque confirmat. Etenim huic asserto lucem affundit charissimam illudque stabilit, notissimum illud chymicum experimentum, quo as-sumta æquali & sulphuris communis & li-maturæ martis, in subtilissimum pulve-rem redactorum parte, his commixtis & adspersa simul ad sufficientem hume-rationem usque aqua, tam calor quam ignis producitur. Videlicet: massa ita præparata intra XXIV. horarum decursum vehementer primum ebullit, incaleficit, majus occupat spatum & colo-rem mutat; exempta deinde & in frusta distracta, si in acervum congeritur & aer circumfuso committitur, paulo post fumum & flamam emitit. Quum ita-que marcasitæ, omnium Chymicorum consensu, ex marte & sulphure sint coag-mentatae, in proclivi est judicare: quod

ubi ingens earum in subterraneis tradi-bus reconditur copia, & humili cum aquis accessu, elementorum quibus con-stant dissolutio, & postea mutua inter se actio & reactio suscitatur, intensissimus oboriri & exsurgere possit calor & æstus; qui quam facillime, si quando per orculos terræ meatus liberior ab aere motus accesserit, in apertam flammatum erup-pit. Solus enim aer est, qui ignem oc-cultum in manifestam lucidamque flam-mam ciet. Hoc igitur subterraneo & in abstrusis terræ recessibus gliscente igne, præterlabentes aquæ incalescant, & pro-hujus differentia, situ & loco, propin-quiori vel remotiori, magis vel minus infervescunt.

§. XVII.

Et his marcasitis sulphureis earumque mutua inter se actioni, tribuendus quo-que est mineralis ille & sulphureus, quin-immo ipsius salis alcalini & subtilis vi-trioli ortum ab ipsis derivandum esse cen-seo. Vapor enim, qui ex accensis sul-phureis marcasitis exspirat, naturæ est penetrantissimæ, simplicissimæ & sum-me elasticæ; unde etiam thermæ æque ac acidulas promte pervadit, in ipsis si-stitar, colligitur ac coercetur. Quippe ea aquarum indoles est atque facultas, ut siccos & subtilissimos halitus facile vincere, coercere ipsisque vehiculum & hos-pitium præbere possint; exemplo spiritus vitrioli, nitri, salis, qui nihil aliud sunt, quam siccii acidique vapores in ha-mido concentrati.

§. XVIII.

Hic mineralis & sulphureus vapor lo-ca subterranea frequentius pervagatur, & metallicolis quandoque, non sine in-signi vita periculo, occorrit. Mena-ribilis certe, ante aliquot annos, sed tra-gicus, hic loci contigit casus: quum me-tallurgus in suburbio puteum fodere mo-litus, & jam ultra viginti ulnas proye-ctus, nullum aquæ vestigium deprehenderet, eamque ob cauſam, ad riman-dum aquæ venas, magna opera & labo-riose inferiora ingenti terebræ machina perfoderet, insigni cum strepitu siccus erupit vapor, arenas sursum proiciens.

Cujus

Cujus penetrantiam & deleteriam viam persentifcens operarius, adstantium auxilium implorat, sed frustra. Quamvis enim illico ipsum admotorum instrumentorum ope ex trahere niterentur, mortiferi tamen halitus, ipsi, antequam ad superiora liberumque aerem evehetur, cum spiritu vitam ademerant, adeo ut ad imum relapsus interiret.

§. XIX.

Fontium vero calidorum, nec non frigidorum, hæc mihi esse videtur ratio. Ubi aquæ paullo proprius illud marcasitæ incendium præterlabuntur, calorem concipiunt; si vero marcasitæ profundius locatae sunt, neque tantus, quantus ad ignem suscipiendum requiritur earum cumulus congestus est, sed ipsæ mutua actione & reactione tantum vaporē emittunt; contingit: ut hic expirans halitus, per fissuras ac fissuras rupium, terræque poros raptus & sublatus; frigidis superius transeuntibus aquis se se insinuet & sic acidula exsurgent. Unde jam perspicua sit ratio quare semper fere in confiniis thermalium aquarum acidulæ scaturiant: & circa thermas æque ac acidulas, plerumque larga & copiosa sulphureorum vaporum diffusio deprehendatur; id quod jam in præcedente scrutinio precipiorum medicatorum Germania fontium §. 35. aliquot exemplis illustravimus & confirmavimus.

§. XX.

Incidit vero hoc loco non exigui momenti dubitatio: cur videlicet, si mineralis fontium spiritus vapore sulphuris debeatur, is non ejusdem cum sulphure vulgari tetri ac foedi odoris sit? Hanc vero ita facillime diluendam esse reor. Constituenda videlicet est differentia inter sulphur minerale commune, arte ex mineralis elicitem, & inter illud, quod purum ac nativum in subterraneis tractibus reperitur. Nam vulgare sulphur, nonnisi ope ignis culinaris succensusque lignis vel carbonibus cogitur, quo fit, ut cum pura illa nativa sulphuris materia etiam empyreumaticum, quo omnia ligna foeta sunt oleum, in se recipiat. Nativum autem sulphur, ignis

torturam nondum expertum, empyreumatico contagio non temeratum, simplicissimæ ac purissimæ est indolis, omnisque specifici odoris expers. Id quod sequenti curioso experimento eximie illustratur. Quando in phiolam vitream uncia una martialis scobis injicitur, & boni ac puri olei vitrioli portio instillatur, & his permixtis, tres aquæ partes adsperguntur; protinus ingens cum spuma exoritur ebullitio, simulque vapor penetrans sulphureus, qui vix pollice coerceri potest, sursum fertur: quo paullulum, obturato orificio, suppresso, & admota postea remoto digito candelæ flamma, magno cum impetu halitus erumpit & cum fragore fulgoris instar flammam vibrat. Hic autem vapor, licet totus sit sulphureus, omnis tamen terti sulphurei foetoris expers est. Neque dubium est, quin, si liberalem hujus spiritus copiam obtainere liceret, is, nostro minerali spiritui, ratione virium & effectuum, quam simillimus futurus sit.

§. XXI.

Evoluta sic atque perspecta mineralis spiritus viribus, genesi ac indole, e re fore existimo, ut redeam ad sal alcalinum, hujus etiam generationem indagaturus. Constans ac recepta adhuc in schoolis, physicis æque ac medicis, suis opinio, sal alcali, tam volatile, quam fixum, formaliter & nativum in rerum natura non reperi: sed tantum artis & ignis beneficio produci. Sed directe huic asserto refragatur ipsa observatio & experientia quotidiana, dum ex thermis & acidulis, fine ullius additione, decente enchirosis adhibita, fixum sal alcali satis copiose extrahi & colligi potest. Deinceps, nec illis, qui rerum geographicarum notitia vel tincti sunt, ignotum esse potest: quod in orientalibus quibusdam locis, præsertim in Ægypto, insignis salis alcalini, quod veteres nitri nomine insigniunt, copia, e terra visceribus eruatur, quo ad saponem & vitra conficienda artifices uti solent. In primis haec de re legi meretur *Voyage de Levante lib. II. pag. 780.* ubi auctor scribit: in deserto

de St. Maehaire, in Ægypto, invenitur lacus Nutron, qui duo tantum millaria ab hec distat & valde notabilis est. Apparet enim tanquam fluvius glacatus, in quo parum nivis jacet. Is lacus in partes duas divisus est: septentrionalis fit per aquam, quæ sicut ex terra, verum non observatur locus, meridionalis quæ per fontem scaturientem fit. Aqua alta est usque ad genua, & mox sese coagulat & natron sal perfectum fit per hanc aquam anni spatio. Aqua ipsa est rufa, sub qua sal est rubrum, latitudine sex vel septem digitorum. Sub hoc est sal nigrum, quo utuntur Ægyptii loco lxxvii. Et id est natron veluti primum, sed solidum. Sub hoc est aqua fontana. De hoc lacu provenit, ut circa Pentecosten visitur, sal pyramidale. Porro Carolus CLUSIUS, de exotic. lib. 2. tradit: in Cairo nitrum veterum adeo vulgare est, ut ejus decem libras, vix uno matin (est monetæ genus) afflentur. Varius apud illos hujus est usus, & vasa eo inducunt, & siliquæ acaciae admixtis coria parant.

§. XXII.

Quæstio igitur nostra indagine non indigna hic occurrit: utrum alcalinum, quod fontes medicati complectuntur, sal, ex terræ visceribus sit arcessendum? & an illud nitrum veterum appellari mereatur? Plura vero, ne veritatem diffimulemus, sunt, quæ, quo minus in hanc sententiam descendere queamus, impediunt. Siquidem nusquam in terræ interioribus sal alcali siccum reperitur, neque illud alii fontes nisi medicati & spiritu minerali afflati subministrant. Accedit, quod BELLONIUS, observ. cap. 21. afferit, in Europa ne micam quidem veri nitri extare, quod in Ægypto tamen vilissima res sit.

§. XXIII.

Proinde restat, ut aliunde ejus genesis derivemus. Nostra autem sic fert sententia: sal alcalinum thermarum & acidularum esse fecundum ac fobolem spiritus mineralis, qui, quando cum calcaria terra, quæ abundantissime fontanas aquas incolit, coit atque miscetur, tunc propter factile, quod in recessu solet acidula

degenerat in sal, characterem salis alcalini exacte referens. Constat enim variis experimentis, e Chymia petitis, ex calce viva, creta, gypso, topo & omnis generis alcalinis terris, per mixturam acidorum spirituum, vel etiam tantummodo salis aluminosi, salis vitriolicæ, aut salis communis, alcalinae indolis salia confici posse quibus cum eadem, quamquæ cum sale fontium instituimus tentamina, succedunt. Quis vero neget, thermas, præfertim Carolinas aliquæ medicatos fontes frigidos, ingredi topheaceam materiam? quando perpendet, lapidescentem eorum vim & crustam topheaceam, quam fontana investiunt, huic unice esse tribuendam.

§. XXIV.

Neque tamen existimandum est: quod ex lapidibus, quos ignis vehementia in calcem urere solent, illud, quod aquis calcarium inest, repetendum fit. Prostant enim toti montium tractus, ut in Helvetia, Italia, Anglia, ex terra alba calcaria congesti, qui ob id a quas transiunt contaminiant & insalubres reddunt, ut strumarum generationi veliscentur. Plurimæ quoque ex aquis nostri fontanis ejusmodi calcaria terra onustæ sunt, id quod luculententer patet, modo ipsis oleum tartari, quod dicunt per deliquum, instillatur, ita subito nebula profunduntur, conturbantur & lacteo colore inficiuntur, secedente mox ad fundum materia alba.

§. XXV.

Est autem alcalinum quod aquæ fœtræ hospitio exceperunt sal, vel volatile, vel fixum. Per volatile hic non intelligimus urinosum, quale ex animantium partibus igne elicetur, sed ejusmodi, quod versatilis indolis est, & calores & coctione prompte dissipatur. Tale reperitur in plurimis acidulis, quæ cum acidis pugnant, simulac vero igne calorem conceperant, aut coctionem expertæ sunt, falsam saporem exiunt & in imis vasis parum vel nihil salis alcalini, plurimum autem calcariæ terra relinquent. Solæ excipiuntur, quantum

tum quidem nobis cognitum est, Burchenses, Selterana & Antoniana, quæ salem fixum alcalinum post exhalationem largiuntur. In thermalibus vero plurimis aquis, affluens salis fixi, alcalinæ indolis, copia, post resiccationem in conspectum prodit.

§. XXVI.

Hujus rei causas si scrutamur, hæ potissimum subesse videntur. Quando marcasitæ sulphureæ vehementer incandescent, magna spiritus sulphurei, non tantum subtilis & volatilis, sed etiam fixioris ecopia exhalat, qui, facto cum terra calcaria connubio, arctiori vinculo concrevit & conflat sal fixum. Quando vero marcasitæ non tam eximio gradu carorem concipiunt, vapor tantum subtilior elevatur, qui aquas pererrans, cum terra ipsis innatanter calcaria laxius congreditur, & tenerioris ac parum constantis naturæ connubium efficit, quod calore accedente, facile disjicitur iterumque rescinditur.

§. XXVII.

Eadem ferme ratio & cædem natales vitrioli illius subtilis, quod aquis quibusdam inesse diximus. Etenim in vulgaris notiæ est, vitriolum ex spiritu acido sulphuris, sive vitrioli, & materia quadam martiali concrescere. Jam vero id cuiusvis intelligentis judicio jam ex superioribus luculenter patet, plerasque aquarum salubrium, insignem ferreæ & ochreæ materiæ apparatum fovere, qui partim ex sedimento, partim sapore dignoscitur. Quando igitur subtile illi acidi sulphuris halitus sursum rapti, particulis martialibus per aquam dispersis occurunt, iisdemque sese associant, nascitur ex eorum connubio principium quoddam vitriolicum, cuius complicatio eo minus est firma, quo facilius, spiritu avolante, hæc ipsa rescinditur atque destruitur. Neque enim stabilis connexio esse poterit, quum vapores isti sulphurei non solum indolis sint tenacissimæ & constans vinculum renuant, sed insuper etiam cum tenerioribus martis ramentis intercedente aquarum vehiculo cohærent, quo firmior earum con-

gressus impeditur, & enatum exinde elementum vitriolicum versatilis admodum nature est, ac facilime iterum a societate ausugit. Ex quo jam elicetur, quare calesfactæ acidulæ illico omnem saporem penetrantem & attamento sum exulant, nec amplius inspersis gallis tincturam recipient. Fixum vero vitriolicum sal, quod ignis torturam ferat ac substat, nunquam in acidulis reperies; id quod nec Dn. LISTERUS, nec nos metipsi, licet omnibus vestigis illud indagaverimus, invenire & eruere possumus.

§. XXIX.

Mirum quidem & paradoxon quam plurimis videbitur, thermis, quarum pleræque sal alcali fixum obtinent, vitrioli quippiam inesse, autumantes omne alcalinum sal vitrioli crasin destruere, eaque propter ambo hæc in uno nullo subsistere posse modo. Verum enim vero & hoc dubium haud difficulter dilai poterit. Quippe experientia & quotidiana observatio docet, sal alcalinum & vitriolicum una existere posse. Praclaro exemplo sunt omnes fere acidulæ, quæ vitriolicum non solum referunt saporem, sed etiam admixtis gallis, vel floribus balaustiorum, purpureo-atrum colorem suscipiunt, & his vitriolicum suum luculenter testantur elementum; nihil minus tamen cum acidis eminentem consequit effervescentiam, & alcalinam indeolem produnt. Idem etiam cum thermalibus Carolinarum aquis, licet remissiori paullo gradu, succedit; utpote quæ, manifesto vitrioli principii documento farces tingunt & injecto gallarum pulvere purpuram induunt. Neque observationi refragatur ratio; siquidem uno actu mineralis iste spiritus aquis in nexus, partim cum alcalina terra concurrit, & sic alcalinum sal gignit, partim terræ martiali allabitur, & tenue ac subtile vitriolum excludit. Secus verores comparata est, longeque alias subsequitur effectus, quando liquoribus, sale alcalino jam imbutis, demum vitrioli solutio iniiicitur: vel vicissim, si vitriolicis aquis alcalinus liquor affundi-

tur.

tur: quandoquidem ambo hæc hoc patet illico conflictum edere & sese mutuo destruere incipiunt. Pro diversa itaque ratione temporis ac ordinis, horum mixtione, diversus utique ut consequatur effectus necesse est.

§. XXIX.

Neque ex his que hactenus adduxi & fusius prosequutus sum luculentissime cuvis constare arbitror: eximiam & sommam ratione elementorum thermas inter & acidulas subesse affinitatem & convenientiam. Jam ordo rerum dicendarum exigit, ut ad alterum hujus disquisitionis momentum deveniam, & eadem ratione ostendam ac demonstrem insignem illam conspirationem & similitudinem, quæ eriam quoad vires & operationes medicatorum thermalium & sic dictorum acidulorum fontium obvia est. Hoc autem ut a priori evincam in proclivi est. Etenim ubi eadem agendi principia similiaque ingredientia; ibi eadem etiam operatio idemque effectus ut resulset necesse est. In utrisque vero, thermis & que ac acidulis, mineralis penetrantissimæ indolis spiritus, nec non partim subtile, volatile, partim fixum alcalinum sal hospitatur & offenditur; ideoque virtus & facultas æqualis respondet.

§. XXX.

A posteriori ipsa experientia & constans observatio hanc convenientiam evidenter adstruit. Quemadmodum enim generales & fundamentales indicationes, quibus universa & theoria & praxis medica innititur, huc potissimum redeunt: ut medens obstructa expeditat, infensas ac nocentes materias corrigat, dejecit fibrarum robur fulciat, & tandem si opus est, noxia & inutilia e corpore proscriptat: ita omnibus hisce, ex toto saluberrimi, tam thermarum, quam acidularum fontes, satisfaciunt. Siquidem ob elasticum, æthereum, penetrantem, quo afflatæ sunt aquæ soteriæ spiritum, nec non alcalini salis connubium ipsiusque liquidi aquosi copiam, humores in tubulorum alveis stagnantes incident, resolvunt, colliquant,

eluunt veterumque obstructionum repugna laxant. Deinceps sale quo fetæ sunt alcalino, acidos & ponticos primis in viis stabulantes succos obtundunt & contemperant, viscidumque sanguinis mucum disfrarant atque resolvunt. Aquarum copia crudos & male coctos diluunt, iisque intersertas salinas acies imbibunt, hebetant ac dispersunt. Porro fontes hī medicati, ob spiritus elasticī & subtilis vitrioli redundantiam, ipsum robur ac tonum labefactatum solidorum erigunt & firmant, & sic reciprocum humorum cursum egregie adjuvant. Denique omnis generis excretiones vegete promovent, dum non solum elateris sui adnisi canales expandunt, & oclusa emunctoria referant, stagnantes humores visceribus elidunt, ut congesta intus faburra corpus exoneretur, sed etiam salinis quibus aquarum interordinia referata sunt spiculis, nerveas sensibilioris texturæ fibras ac membranas lacesunt ac vellicant, ut aucto harum motu, superflua & inutilia in organorum secretoriū dicatorum officinis separantur, exprimant & soluta e corpore proscribantur. Hinc est, quod thermæ & acidulae per omnes generis emunctoria, alvi secessum, urinæ emissaria, cutis meatus, salivales ductus, quin ex ipso stomacho per vomitum superflua & recrementias fôrdes evehant atque exturbent: idque, quod mirabile, aliisque remediis plane negatum est, citra singularem irritatiōnēm viriumque dejectionem. Ut adeo pateat, divina prorsus & incomparabilia minerales aquas esse remedia, neque immerito a veteribus sacros fontes appellatos, quippe quæ, non solum omnibus in medendo indicationibus respondent, sed insuper etiam & plethorae, & caco-chymia, & perverso humorum motui, quæ tanquam solennes & fecundæ morborum genetrices removenda sunt, abunde satisfaciunt.

§. XXXI.

Placet vero jam paullo specialius, brevibus tamen, vitia percurrere, quibus thermarum & acidularum potus medetur. Is igitur dicatus est omnibus ventriculi

culi morbis: siquidem ejus molestam inflationem & inde ortam præcordiorum anxietatem egregie tollit, sicut restinguunt, appetitum emortuum suscitare, stomachi gravitatem, cujus causta inhærescens crudorum & male coctorum humorum pondus est, feliciter submovet, neque minus nimiam ciborum appetentiam, exsuperantis plerumque acidi saporem, promte destruit, vomitusque viscidæ plerumque materiæ matutinos cohabet & abigit. Deinde acidulæ potæ intestinorum vitiis opitulantur; dum duram ac tensam alvum molliunt & laxant, ut munus suum obeant; flatulentias quoque ac spastos in intestinorum volumine seenam adornantes & hypochondriacis admodum familiares sopiunt ac discutunt, pristinum robur fibris intestinalibus reddendo, fordes acidoviscidas & biliosas ex plicis & diverticulis anfractuosi hujus canalis fructuose cluendo easque e latibulis suis trudendo penitusque eliminando. Thermæ ani lubricitatem & procidentiam, laxatis fibrillis robur addendo, resiccant ac reponunt, ac tenesimum, dissipato ibi deside humore, percurant. Porro eadem tam frigidæ, quam calidæ aquæ, dum oppilata in mesenterio, hepatis & lienis viscere vasa referant, ductusque biliosum humorem convehentes ab impactis exonerant & liberant, cachexiæ, scorbuto, icteritiæ, melancholia hypochondriacæ, hydropi, contumacibus quartanis febribus, nec non aliis intermittentibus, in primis præmature, caussa earum adhuc intus delitescente, suppressis, insigni cum levamine succurrunt.

Et quoniam enormes sanguinis excretiones, tam per vasa ventriculi brevia, quani hemorrhoidales, uterinos & pneumonicos tubulos, viscerum vel infarctui, vel spastodicæ constrictioni originem debent, facile patet: soteros hos fontes iis compelcendis & in ordinem redigendis admodum esse idoneos, hac tamen semper cum cautione: ut prudenter & circumspecte eorum usus administretur & instituantur. Vicissim, si conuetæ & ordinariæ per uterina aut hemor-

rhoidum vasa sinceri sanguinis evacuationes non rite, nec justo succedant tempore, vel plane suppressæ fuerint, illas majorum nascitur; cui superandæ & extirpanda præsentius & efficacius ipsis aquis mineralibus non opponi potest præsidium, quippe quæ, tam calidæ, quam frigidæ, roborante, resolvente & stimulante sua facultate easdem revocant, moderantur & ordini restituunt.

§. XXXIII.

Maxime omnium vero urinariis viis, tam in renibus, quam vesicæ, mineralium aquarum usus est accommodus, eamque virtus efficacissime corrigit atque emendat. Dum enim haec diverticula mundana & mucum cum cordibus tartareis, in concretiones calculosas facile abituris, abstergunt, a calcuло, quem renum, tum vesicæ, præservant, eamque jam intus delitescentem, ductus laxando & expandendo, ad expulsionem urgent. Dysuriam quoque & mordetem ex urina acri dolorem, vesicam & sphincterem obsonit, mucum eliquando & eluendo, tollunt & sopiunt.

§. XXXIV.

Præterea pulmonalia vasa ab infarctu liberant, eoque pacto respirationem in asthmate humido interclusam liberiori rem reddunt. Neque phthisicis sunt intensæ, præsertim si ex viscerum obstructione, obortus fuerit morbus, eaque propter ad arcendum periculosum hoc malum MORTONUS in phthisiol. lib. 2. cap. 2. aquas medicatas Islingtonenses etiam atque etiam commendat; fidem faciens, quod saluberrimam illarum facultatem non tantum in multis aliis, verum etiam in semetipso, efficissime expertus sit. Omnibus vero in hoc effectu palmam præripiunt Selternæ, præsertim æquali lactis caprilli portione remixtae. Haec enim lenitate sua apprime utiles sunt debilibus ejusmodi corporibus, & pulmonales tamen obstructions promte expedient, simulque humores acres & noxios per urinarias vias evocant, & omne, in primis præservatoria curationis, in hoc morbo ferunt punctum.

§. XXXV.

§. XXXV.

Non minus eximiam salutares aquæ opem afferunt in arthriticis podagricis, nec non rheumatismo, salsisque acribus catarrhis & defluxionibus afflictis: quandoquidem impuritates, vitales succos conspurcantes, non modo diluant, sed & per dicatas excretioni officinas ejiciunt. Et omnes hos quos enumeravimus præstantissimos effectus, thermas æque ac acidulas præstissime, partim experientia firma, eaque quotidiana, partim auctoritate eorum, qui observationes de salubri aquarum mineralium facultate memoriae prodiderunt, ipsaque ratione judice convincimur.

§. XXXVI.

Si extremum aquarum hospitalium usum dispicimus: similiter eximiam inter thermas & acidulas vigere affinitatem & convenientiam deprehendimus. Etenim utræque balneando usurpatæ duros tumores emolliunt, cutis meatus pandunt, partes nervosas & musculosas, ob lenti & desidis humoris decubitum, a tono suo dejectas, mirifice firmant ac roborant, spasmo vero ac rigore prehensas, solantur & laxant, eamque ob eaussam paralyticis, contractura imbecillitate & languore, nec non dolore & tumore affectis membris, egregie opitulantur, cutis impuritates ac defœdationes extergunt, scabiem reslicant, impetiginem tollunt & lepram una abigunt.

§. XXXVII.

Quemadmodum igitur thermarum & acidularum conspirans usus est longe amplissimus & præstantissimus: ita utrisque communis etiam est noxa, quam imprudens & intemperatus earum usus infert. Videlicet neque acidularum neque thermalium aquarum potatio tuta est atque proficia, ubi viscera nimium sunt inducata & scirrhosa, ubi humores e vasorum alveis feceslerunt vel eruperunt & cavitates capitis, thoracis & abdominis jamjam occuparunt, ubi ventriculus, pulmones, mesenterium & intestina exulcerata aut empyemate & abscessu exesa sunt atque affecta. Insalubris ita-

que & nocivus earum usus est iis, qui ad apoplexiā, epilepsiam & hemiparā invenientiam proni, & memoriæ & sensuumque, tam internorum, quam extermorum, vigore destituantur. Porro non consultum est, ut aquis minoribus utantur, qui asthmatice convulsivo detinentur, polypum cordis gestant, hydrope pectoris impliciti, consummata phthisi contracti, vel cancerosis depascētibus & late serpentibus ex lue venerea ulceribus afflicti sunt, vel etiam seminis fluxu attentantur. Cautus denique & maxime circumspectus esse debet eorum usus in omnis generis inflammationibus, tam internarum, quam externarum partium, nisi morbi vis jam conquieverit atque remiserit.

§. XXXVIII.

Tandem mutuam acidularum & thermarum harmoniam quoque arguunt, regimen, diæta omnesque cautiones & regulæ, quæ in utrarumque usu æque studiose tenendæ sunt ac observandæ. Hæ autem potissimum huc redeunt. Antequam cura adornetur, si corpus succis & sanguine turgat, sanguis e vena mitten-dus, ne ejus abundantia moli aquarum capienda ac regendæ obstat. Deinde primæ viæ a sordibus bene sunt repurgandæ, ne aquæ per vasa citato cursu raptæ, recrementa, in primæ regionis diverticulis latitantia, secum una abripiant, vel illa etiam humoris salutaris medicinalem facultatem impedianter atque eludant. Purgatio autem minime molienda validioribus, que tonum ventriculi & intestinorum destruunt, sed potius lenioribus mannatis, rhabarbarinis salinis, que sine virium diminutione, operatione suam exsequuntur. Et hec alvina evacuatio non solum sub initio curæ, sed intermedio etiam tempore, & finita hac suscipienda est. Neque nimia copia aquarum ventriculus simul obruendus est, sed hæ sub auspicio parcus & deinde largius hauriendæ. Conveniens quoque vietus ratio habeunda & servandæ exquisitæ diæteticae leges, corpus etiam decenti motu excernendum, solicite semper evitando impetuosas omnes animi

commotiones & ad tristitiam ac in moerorem occasiones: ne his neglectui datis, utilissima fontis effecta destruantur. Subveniendum in omni aquarum potu ventriculo roborantibus & balsamicis, quo solennia illo labefactato mala arceantur & salutaris humor æqualiter & promte per universum corpus dimittatur & distribuatur.

§. XXXIX.

Quamvis vero ex his iunctim pensatis, nemini non clarum ac perspicuum fore credam, summam & exquisitam inter thermas & acidulas vigore affinitatem & convenientiam: neutquam tam negare auium, subesse etiam inter utrasque differentiam quandam, licet hæc tanti non sit, ut cum harmonia asserta æquiparari possit. Videlicet differunt in eo, quod thermæ calore, & acidulae actuali frigore, conspicuae sint, eamque ob causam tam quoad curationem, quam ipsorum corporum habitum, probe sint discernenda & cum judicio suadenda. Discrepant quoque quod acidulae salia magis alant volatilia, thermæ vero fixa. Porro quod subtile vitriolum uberioris infit acidulis quam thermis, harum autem nonnullæ, sulphur commune foveant in substantia, exemplo Aquisgranenium. Et denique haud levis in eo acidularum & thermarum est differentia, quod hæc semper uberiorem spiritus mineralis copiam alant præ illis, quæ ob calorem facillime eodem orbantur.

§. XL.

Ipsas quoque inter acidulas discrimen deprehenditur, quippe nonnullæ redundantius spirituoso elemento afflatae sunt, ut Pyrmontanæ; aliæ parcius eodem imbutæ, ut Wildungenes & Antonianæ. Quædam præter sal alcalinum, sal etiam neutrum alunt, uti sunt Egræ, quædam hoc etiam solum complectuntur uti Ebshamenis sors in Anglia & Sedlicensis in Bohemia. Nonnullæ magis vel minus chalybeatæ sunt, quo nomine Pyrmontanæ in primis, Egræ & Carbenes celebrantur. Aliæ sal fixum in societatem admiserunt, cuius generis sunt Selteranæ, Buchenses & Geismarienses

in Hassia. Diversa etiam omnium in genere tam thermalium, quam acidularum aquarum quodammodo indeoles est, ratione humidi, cuius sinu, quæ relata pars medicamentosa, comprehenditur. Quippe vehunt quædam ruidiorem & ponderosiorem aquam, uti Carolinæ, aliæ leviorem & purioram, Toplicensium & Emselfensium exemplo. Ex acidulis Pyrmontanæ, duriorem & graviorem fundunt humorem; molliorem vero & exquisitæ levitatis Selteranæ, Spadanæ, Wildungenes & Antonianæ obtinent.

§. XLI.

Et ex cognita hac ac intimum perspecta aquarum mineralium diversitate, multa eximia usibus medicis axiomata depromi & accommodari possunt. Possim hæc sumto. Qui vasa angusta & fibras teneriores, admodum mobiles & exquisitius sentientes habent, & quibus nervorum systema imbecille & ad solenes spasmos proclive obtigit; his calidi fontes magis sunt accommodi & utiles quam frigidi. Deinde, robusta corpora, quibus firmior est fibrarum contextus, & obstructionum morbique urget contumacia, ex acidulis & thermis fortiores & validiores earumque aquas paullo graviores melius ferre possunt, quam teneriora, sensibiliora & spongiola laxoque habitu prædicta corpora, quibus thermæ & acidulae subtiliores & quæ tenuiores aquam trudunt, utiliores magisque proficiunt. Quoad externum usum vero hoc conspectius est discrimen. Thermæ, quæ graviorem ac duriorem aquam natæ sunt, fortiter repellunt, hinc facile febres, capitis dolores sitimque accidunt, & exterioribus incumbentia mala ad interiora urgent, eamque ob causam, exemplo Carolinarum, earum usus magna cum cautione administrandus est. Quæ vero mollem, mitem ac lenem undam trahunt, dura & rigida potius emolliunt, meatus pandunt excretionesque, quæ a centro ad circumferentiam tendunt, eliciunt & provocant.

§. XLII.

§. XLII.

Denique de acidularum genio, discrimine & usu hæc adhuc monenda arbitror: inesse quidem iisdem præ thermis nobilorem & præstantiorem facultatem, ob spiritus mineralis, quo valent, copiam. Leviores quoque eas ac subtiliores volvere aquas ipsis thermis, quæ calore quo imbutæ sunt, impuras & rudiores multas in terra visceribus latentes materias facile colliquant & sorbent. Nihilominus tamen plus damni ab acidulis, quam thermis, induc & procurari experientia testimonio constat. Culpa autem frequentioris hujus noxæ, merito in frigore, quod nonnullis corporibus infensissimum & potis iisdem, interioribus allabitur, rejiciendam esse puto. Quantum enim periculi & noctimenti, & homini bus & reliquis animantium generibus frigidus incutiat potus, notissimum & quotidie num est. In primis perfrigerata potio damnola & maximo sanitatis dispendio stat iis, qui corpus labore & motu exæstuarunt, qui contractum & angustum pectus gerunt, solitoris stomachi sunt, quibus tonus intestinorum labefactatus est ac debiles nervi obtigerunt, cuius generis potissimum sunt senes & infantes. Eo majus autem inducitur damnum, si jejuno ventriculo f. rigida potatio instituitur,

quippe ingurgitate in vacuum stomachum aquæ nulliusque occursu contemporatæ, protinus sensibilioribus tunicis allabuntur iisdemque noxam affrictant. Unde auctor sum, ut orans generis acidulæ, quæ matutinis horis hauriuntur, non frigidissimæ, prout e seatebra asportantur, sed paulisper tepescitæ, bibantur: ita enim spes est, fore, ut non modo longe præsentior in sanandis morbis effectus consequatur, sed & omne ex frigore metuendum damnum arceatur & evitetur. Quando tamen facile contingit, ut ad morte calore, subtilissimus ille spiritus, delibatisima aquarum pars, iisdem elaboratur & in auras disiicitur; consultum utique fore judicio, ut vasa acidalis repletæ, semper antequam potatio adornetur, probe adhuc obturata aquæ fervidissimæ aliquandiu imponantur, quo tepestant, & sic egelidæ, circiter ad medium tantum lagenæ epotentur: ita enim neque jactura nobilissimi spirituosi elementi, neque frigore noxa timenda erit. Sed de iis, quæ circa acidularum eque ac thermarum usum, tam culpanda sunt, quam inculcanda, in sequentibus uberior & plenius agam; his autem affinitatem & convenientiam sufficenter erutam ac demonstratam esse arbitror.

OBSERVATIONES

ET CAUTELÆ CIRCA THERMARUM ET
ACIDULARUM USUM ET ABUSUM.

P. R. O. O. E. M. I. U. M.

Egregium certe & in omnium o-
mnino mineralium aquarum usu
studiose tenendum est monitum,
quod **Joan. GRATIANUS**, in
disput. de viribus fontis Lelii acidi Recor-
bari, de acidularum potu sigillatum con-

siderate inculcat: dicere ausim; inquiens;
vix ad ullum aliud medicaminis genus
exhibendum, tenta circumspectione atque
tam accurata consideratione opus esse,
quantam in prescribendis acidulis adhi-
beant Practici necessum est. Etenim præ-

stantissima quidem medicatarum aquarum est virtus & amplissimus usus: at in eo par illarum cum omnibus medicamentis generibus est ratio, ut quicquid deum salutaris praestent, nonnisi recte adhibeant perficiant; perperam autem usurpatæ, damnum inducent, & gravius noceant. Is autem rectus est usus, qui exquisito nititur judicio, & omnium tam ægri, quam morbi circumstantiarum ratione curiose habita, adornatur singulisque prudenter accommodatur. Ad hunc vero felici cum successu instituendum, post exactam morbi, ejus caussarum & corporis afflicti dignitionem, nihil magis confert & necessarium est, quam penitior cognitio tam facultatum & virium quibus soteria aquæ polllent, quam modi quo operationem suam exsequuntur. Hec enim qui cognita habet atque perspecta, non solum exakte rationes subducit & ex illarum censu, quæ maxime aptas & proficias fore putat, felicit, sed etiam ipsum usum ita disponit & circumspece ita dirigit, ut exoptatus non possit non respondere esse. Contra vero neutquam certe mirandum est, si his neglectui datis, ii, qui imprudenti conamine hoc sanitatis præsidium in usum vocant, nisi casus felicem attulerit eventum, plus danni quam emolumenti eodem procurant. Nihilosecius tamen multis certe Medicorum salutares fontes sunt idolum; idolum inquam, de quo precario multa credunt & lepide fabulantur, non solum quoad elementa & ingredientia, sed etiam quoad vires & facultates. Videlicet ea multorum animis insidet ignava superstitione, ut gravissima a mineralibus aquis metuant, & tantum in desperatis casibus ad easdem tanquam ad aram confugiant, ablegantes eo omnes, quos aut prava medicatione insanabili malo affecerant, aut omni sua arte ad sanitatem reducere dubitant, quum tamen ipsi, tam nocendi, quam juvandi rationem, nec perspexerint, nec ut intelligerent, unquam annisi sint. Ego vero, ex quo a plurimis annis non solum studiose in mineralium fontium elementis factæ examine inqui-

sivi, sed etiam ipse multos illorum frequentavi, & experientia optima magistra usus, earum effectus & virtutes in variis ægrotantibus solicite observavi & annotavi: ultro compertum habui, commenta esse hæc omnia, & salutares aquas præstantissimum & maxime innocuum esse sanitatis præsidium, quin unquam utilissimo effectu destitui, si modo medens iisdem recte & opportune uti noverit. Quare neque inutilem, neque ingratum me suscepturn fore laborem confusum, si ea, quæ in fontium soteriorum usq; ab aliis minus caute & perite acta nocuisse, & quæ ipse multiplici experientia profuisse & felicem successum attulisse deprehendi, ingenue ediffererem, ac cautelas & observationes quasdam, circa acidularum & thermarum tam usum quam abusum, hoc in schediasmate exponerem ac dilucide commonstrarem.

§. I.

DE variis itaque circa fontes mineralibus aucturus observationibus, antequam eas in medium proferam, necessarium erit, brevissimis tantum, quædam de ingredientibus & elementis, quibus constant & agunt hæ aquæ, prelibare, quo postea facilior fiat aditus, ad falsas aliorum opiniones, inde natales suos habentes, discutiendas. Scio equidem, esse nonnullos, inter quos præcipue nominandus, *Vrb. HIÆRNA*, qui in libro cui titulum fecit, *Brevis aquarum explorator*, incertas & suspectas plerasque hucusque notas explorationes, quæ ad harum aquarum naturam investigandam, instituuntur, sat ingeniosus perstringit; nec negandum, difficulter esse tales cognitionem, quam desiderat, omnibus numeris absolutam, ob innumera in terræ visceribus, quæ aqua transfluit, contenta, e quibus facile subtilissima quædam ramenta in suos recipere potest poros: nemo tamen cui methodus rite examinandi aquas est cognita, inficias ire poterit, et si non omnia, præcipua tamen, & e quibus solis earum operationes optime explicantur, ingredientia, examine erui ac clarissime demon-

demonstrari posse. Si quis autem veterum, hac de re consulit monumenta, is sane spe sua frustratus inanis recedere cogitur, & præter absconam confistorum elementorum farraginem, nihil solidi deprehendit. Neque etiam, quod certe mirandum, nostra adhuc ætate, cuitamen splendidissimum philosophiæ naturalis lumen affulget, desunt, qui vel vetustatis veneratione, vel contradicendi libidine, vel alia, nescio qua, causa commoti, antiquatis sententiis pertinacissime inhærent.

§. II.

Sed quum jam in superioribus quam insulsa sit precaria ejusmodi opinio abunde evicerim: licet hæc tantisper supponere atque omittere, & in præsentiationum ea tantum afferre, quæ ad uberiorum confirmationem & errorum refutationem faciunt. Hos inter autem primo merito consumerandū est loco, per vulgatum illud commentum, quod sere omnes, qui de aquis medicatis aliquid litteris prodiderunt, amplectuntur, easdem continere vitriolum, ad naturam, quæ saniorum adhuc est sententia, vitrioli martis proxime accedens. Quo vero ad oculum vitriolum inhabitans demonstrant, phœnomena aquæ minerali, ac solutioni vitrioli martis, aqua simplici factæ communia, studiose elegant, sequentia: Videlicet I. & aquam mineralēm, & vulgarem vitriolo imprægnatam, eodem propemodum sapore afficere linguam. II. Utramque aquam, a minori portione gallarum, acquirere purpureum colorem, intercedente differentia hactantum, ut purpureus aquæ mineralis color, ad rubrum, solutionis vero vitrioli, ad cæruleum magis accedat: quod tamen discriben ochræ subrubra, mineralibus aquis combinatae, tribuendum censem. III. Aquam utramque a majori pulveris galharum copia atramentoso ita tingi colore, ut nigredinem hanc modo cum pecciditate pristina, adjecto, alcali committere, modo etiam acido instillato, denuo recuperet. IV. Aquam neutram concilia re latè coagulum. V. Utramque parum

ab oleo tartari per deliquium turbari & præcipitatum ad ima dimittere. VI. Terram subrubram, ab aqua minerali pariter atque illa, quæ vitriolo imbuta, post evaporationem relixtam, itemque ochram sponte sua subsidentem, aliquot guttulis spiritus &que nitri ac vitrioli instillatis, notabilem, cum spuma sumoque suscitare ebullitionem, & huic similem quoque in vitriolo martis a spiritu nitri, non tam a spiritu vitrioli, quum ab hoc ferrum in vitriolo martis jam tum perfectius, ac in aqua minerali ab acido esurino saturatum sit, annotari effervescentiam. VII. Denique sal, e terra insipida post exhalationem omnimodam superfite, convenienter extractum, colorem quidem pallidum, figuramque irregularē obtinere, eisdem tamen cum vitriolo martis exserere effectus. Hæc sunt palmaria argumenta, quibus SAM. DERHAM in descriptione aquarum mineralium, apud Ilmington repertarum Oxonii 1685. edita, confitit, satis vitriolaceam solpitallum aquarum naturam comprobatam esse, sibi persuadet. Act. Erud. Lips. A. 1686. p. 446.

§. III.

At vero, quam imbecillis & fculneis fundamentis hæc sententia superstructa sit, jam considerandum erit. Nolumus tamen omnia refellere, quippe quæ ita sunt comparata, ut ad confirmationem asserti nihil faciant; sed id tantum ex eorum numero expendemus quod præcipuum est, & quo diluto, reliqua sponte concidunt. Videlicet, vitriolaci quid reperi in aquis mineralibus, nemo quidem facile in dubium vocabit, cui sensus adhuc sunt integri: sapor enim & tinctura, quam ab injectione omnium adstringentium assumunt, testes sunt omni exceptione majores; sed hoc potissimum in quæstione est: an hoc vitriolum tale sit, quale communis usus est in rebus variis mechanicis? id quod nullo modo, nec rationibus demonstrari, nec experientia probari poterit. Illud enim, quod in aquis medicatis latitat, volatile est, hoc autem, sc. vulgare fixum, & ambo naturam ac operationes inter se totò celo exhibent

bent diversas. Quippe multiplici experientia constat, coloris mutationem, quam ab injectis gallis hæ aquæ suscipiunt, in thermis levem esse ac vix notatu dignam, nisi id statim fiat ad ipsam scaturiginem. Quamprimum enim breve tantum tempus in vase, ad quod aer externus libere pertingere potest, thermalis aqua steterit, non amplius idem appetet phœnomenon. In acidulis autem hæc tinctura major quidem est magisque in oculos incurrit & a purpureo ad nigredinem vergit, sed par ratione perquam facile sapor æque ac color, accidente levi etiam calore vel liberioris auras afflato, illico fugatur. Sic aquæ Antonianæ, Egranæ, Schembergenses, Spadanæ, Wildungenses, Elsteranæ in Vogtlandia, & non procul a Thermis Carolinis distantes, Buchenses, facile hanc alterationem & mutationem ab externo aere & commotionibus patiuntur. Nullæ vero diutius & pertinacius hanc tincturam & atropurpureum colorem servant, quam Pyrmontanæ, & in Bohemia Tupponenses, sub ditione Comitis de Lutzau, a thermis Carolinis non ultra duo millaria remotæ, nihilominus tamen, ambæ calori admotæ, aut aeris liberiori accessu expositæ elapsis 24. horis, pariter umbram renuant & omne vitrioli vestigium exuant. Deinceps candem volatilè vitrioli in aquis delitescentis indolem, fixioris autem defectum conspectius arguit: quod nemō unquam eorum, qui plenò ore vitriolum crepat, vel contentissimo studio ex centum harum aquarum libris, tantum unicum vitrioli veri granum chymico quodam ministerio elicere & oculis exponere potuerit. Etenim licet HELMONTIUS Paradoxo 4. jactantius glorietur, quod ex Spadanis destillationis ope vitriolum extraxerit, vana tamen & falsa hæc esse, inde luculenter patescit, quod nemō alias eadem methodo, vel quæsitissimo artificio, verum vitriolum eruere & adipisci possit. Id igitur potius ex versatili & parum constanti quam minerales aquæ recipiunt colore eliciendum erit: inesse quidem

aquis aliquid martiale, quod cum spirito sulphureo junctum, saporem & colorē vitrioli emulatur, neutiquam tamen ad vulgaris naturam accedit & cum illo est comparandum. Multo autem minus hanc ob caussam, iis fides habenda, qui auditio vitrioli nomine, illud ex effectibus vulgaris nostri metientes, ipsas aquas suspectas, reddere, immo infamare, non dubitant.

§. IV.

Huic adjungendus & aliis est error, qui plerorumque animos obsedit; ac si aquæ minerales, in primis quæ acidularum nomine insigniuntur, sal quoddam acidum, a quo non tantum nomen adipiscantur, sed & vires, quas in corpore exserunt, trahant, connubio suo suscepserint. Est hæc sententia, in qua omnes superioris ævi de hoc argumento scriptores confidenter versantur, unicum si exceptiam Petrum GIURIUM, qui jam anno 1667. Parisiis publicæ luci exposuit librum, cui titulus est, Arcanum acidularum novissime proditum, in quo communis opinio, de aquarum mine ralium aciditate, convellitur: licet ipse hic libellus neutiquam inscriptioni respondeat, sed ut SENECAE verbis utar, multum habeat inanitatis & vani; plus sonet quam valeat. In thermis quidem sunt & fuerunt, qui sal quoddam ex alcalinorum genere admittunt; de acidulis vero qui idem asseruerit & momentolis rationibus experimentisque demonstrarit, nemo fuit, antequam id a me factum. Et licet Henr. ab HEER in Spadacr. cap. 2. pag. 13. luculentis verbis effervescientiam acidularum cum acidis prodiderit: hanc, inquiens: aquæ temperiem & Spadanæ & plerique Germanie fontes acidi servant, ut affuso vino, sumum calidum, quasi bullientis aque, quidam excident, odore que gratissimo namum, bullis alte salientibus, visum, mire recreant: nunquam tamen laudatissimo huic auctori de alcalino in ipsis latitante elemento, suspicio oborta, sed eandem de aeido principio retinuit & professus est sententiam. Plura autem sunt quæ alcalinum in acidulis delitescens elementum produnt & demon-

demonstrant, quæ superius jam in dis-
quisitione de elementis aquarum mineralium recte dijudicandis. Ex examinando
enumeravi & fusiū evolvi, eaque pro-
pter hoc loco lubens prætermitto. Id
tunc monendum esse reor; alcalinum
acidulas inhabitans sal-, nonnunquam
cum alio ad medii, aut salis communis
ingenium accedente, nuptum & so-
ciatum.

§. V.

Præter salinum vero hoc aquarum mi-
neralium elementum; aliud adhuc ipsi
innudatur nobilissimum principium,
quod quidem oculis subjici & artificiose
elici nequit: nihilominus tamen earum
delibatissima pars est, quod ipsas mira-
bili agendi potentia instruit: videlicet
subtilissimum æthereo-elasticum. De
ejus origine superius sententiam no-
stram passim exposuimus simulque mo-
nuimus illius connubium disruptione va-
forum, bullularum erustatione, pene-
tranti sapore & compungente odore, nec
non hydrometere & quod aquis eo perfu-
sis diu integritas constet, potissimum
manifestari. Eadem vero tenuissimo spi-
ritui etiam tribuenda sunt omnia ea,
qua Veteres de inebriantibus aquis tra-
diderunt, uti ex AGRICOLÆ libro de
natura eorum quæ effluent ex terra l. 11.
cap. 2. & 11 & Henr. ab HEER. in Spad.
cap. 11. p. 13, evidenter cognosci potest.
Inde quoque vera desumitur ratio, quare
piscis loca scaturiginis proxima, incole-
re nequeant; sed simulacrum deferantur,
spiritu præcluso jugulentur. Quin ipsos
quoque homines, in majori copia pro-
diens & scaturiginis horum fontium ostio
penetrans vapor, in præsentissimum
vita discrimen adducit. De qua re haud
supervacaneum erit ETTNERI transcri-
bere verba de acidulis Egranic cap. 1. sic
patrio sermone scribentis: *Mann der
Rämer sich gulange in dem Duelle vermei-
let, so benimmt ihm der starke auffeigen-
de Meruch den Uthem, wie der junge
Most oder Mein und nevez Bier im Bäh-
ren und Brausen juthun ussgeget, dag-
mosern er niche algald herans gegogen,
und gesettet merde, muste er non den*

Dualm. vergehen. Deinde reperiuntur
aqua, quæ tam cito suam emittunt vir-
tutem, ut & tantum vasis exceptæ, ut
& tantum vasis exceptæ, & ad alia loca
translatæ, cum recentibus, ad ipsam
scaturiginem hauſſis, nullam amplius,
tam ratione saporis, odoris, quam alia-
rum virtutum, habeant convenientiam.
Quod de aqua Charterensi testatur
HIÆRNA, in Brevis aquarum explorare,
quæ ob summanam suam volatilitatem,
quando Lutetiam Parisiorum portatur,
saporem & virtutem perdit, id quod &
Swalbacensisbus, aliisque facile accidit.
Accedit, quod multæ & mineralium aqua-
rum censu, in primis Selteranæ, si diu-
tius in vase asservantur simulque aeri ac-
cessus patet, aufogiente spirituoso hoc
elemento, odorem contrahant inurba-
num, effectum maximeque abominabilem.
Idem clarus patescit in fonte, ve-
ris acidulis Egranic proximo qui dicitur
Germanis der Milde oder Belber-Caur-
ling. Hujus enim aqua admodum est
impura & horrendum spargit odorem:
quo etiam accolæ commoti, huic fonti
adscribunt vim quandam venenosam &
lethalem; in primis quum rana injecta
mirum in modum distendatur, aliqua
animalcula vita spolieatur. Unde supra
quoque citatus HIÆRNA, hanc aquam
mortuam, ob defectum spirituosi princi-
pii, appellat, & alio loco, dysenteriam
moveare credit. Ast vana haec est opinio.
Fœtor enim ille aliunde non provenit,
quam quod hic fons ex terra prorumpit,
pingui & ad corruptionem aquis inve-
hendam valde apta, nec a sordibus suis,
ut alter ille, cuius major cura ob fre-
quentem usum geritur, repurgatur.
Accedit, quod & sal, quod evaporatio-
nis ope ex fonte hac aqua elicetur,
eandem plane habeat cum illo naturam,
quod ex altero fonte paratur. Id quod
etiam testatur & confirmat supra lauda-
tus ETTNERUS, qui cap. 8. de hoc
fonte fusiū agit.

§. VI.

Sed haec de elementis aquarum mine-
ralium carptim indicasse sufficiant: jam
sub examinis incudem revocandæ sunt

variæ virtutes, quas interius assunti sortierii fontes exserunt. Hic vero se magnus talium effectuum ficit numerus, quales nullum unquam medicamentum, speciosissimum quoque & mire dilaudatum, præstare poterit: quibus omnibus haud obscure visis, multi eam arripiebant sententiam, dependere has singulares facultates a solis, quibus foetae suat medicatæ aquæ ingredientibus, eidemque tam firmiter inhærebant, ut ferme ipsius humoris, cuius finu reliqua, quæ medicamentosa pars est, comprehenditur, obliviscerentur. Quum vero salia, vel pure alcalina, vel etiam neutra, immo ipse spiritus ille, quo afflata sunt tenuissimus, sine aquæ ad tales effectus edendos, minime reperiantur sufficientia; gravissimis certe de caussis in hanc ivimus sententiâ: quod aquarum mineralium virtus, tam in præscindendis, quam curandis morbis, præcipue & principaliter sit adscribenda aquæ, reliqua autem eidem nupta elementa, tantum loco stimuli inserviant. Si enim conservatio & sanitas corporis nostri, a perpetuo, æquabili & temperato fluidorum omnium in humana machina motu dependet circulari, morbus contra ab ordine hocce perverso. atque turbato; quis non videt, id, quod hunc motum in debito suo tenore & itinere conservare, deslelementem vero, revocare potest, esse illud, quod sanitatem præsestem conservare, amissam vero restituere optime possit? Quo autem hic motus in offenso cursu procedat, nihil magis requiritur, quam ut illud, quod movendum est, ad motum suscipiendum aptum reddatur & præparetur: id quod nulla re melius, quam fluidis aqueis perfici potest. Quum enim humores, qui in corpore nostro jupiter circumaguntur, maximam partem ex fluidis aqueis constare particulis, experientia probatum sit, nihil sane quod proprius ad eorum naturam accedat, nisique convenientius sit, aqua, ex cogitari potest. Nec desunt exempla eorum, qui ex quotidiano aquæ usu, loco ordinarii potus sumto, vel ad canam & decrepitam per venerunt senectutem, vel a gravissimis liberati sunt morbis. Aqua enim est,

que omnes humores, quibus tum nutritionis, & reliquarum functionum negotiorum absolvitur, in debito motu atque temperie conservare potest. Aqua est, quæ impedit, quo minus subtiliores terrestres, salino-sulphureæ partes, in humoribus existentes, putredinem inferant, corpusque labe irreparabili afficiant. Aqua est, quæ omnes viscidos humores, in minimis tubulis obhæscentes, eosque obstruentes, dissolvit atque diluit. Denique aqua est, quæ omnes excretiones adjuvat & promovet, quibus tam per alvum, urnam & sudorem, quam per alia loca, materia corpori initica expellitur.

§. VII.

Et quid ulterius de iis aquis dicendum erit salubribus, in quibus vix ullum salini vel mineralis principii reperitur vestigium, quæque nihilo minus virtutis in medendo sunt longe spectatissimæ? Quoniam celebrantur, Schleusingenses, Freyewaldenses, Toplicenses, Bebranza, Fabariae & in Hassia Selangenbadenses, aliq que quas jam silentio prætermitto, quippe harum salutaris effectus non aliud, quam a levi & purissima aqua potissimum pendus ac derivandus est. Attamen quia ab ipsa aqua nihil præstari potest laude digni, nisi copiose hauriatur, & a parciore haustu, sepe plus damni, quam emolumenti corpus nostrum accipiat, liberalior, vero ingurgitatio facile naturæ oneri cedat, quod non facile sua sponte, neque accidente aliunde auxilio, superare & vincere potest, sed inde stagnationes & extravagationes suscitentur: ad præcavenda omnia hec incommoda, nihil certe erit aptius, quam aquas salino & activo quodam stimulo acuere. Hoc enim non solum fibromotrices, ad promptiorem edendum motura sollicitantur; sed & materia viscida crassa, tubulorum lateribus apposita, impedimentumque liberiori transitui obiciens, promptius dissolvitur & elicitur. Hinc utiq maxima laus, nec exigua præstantissimæ utilitatis pars tribuenda est illis principiis, quæ aquarum mineralium consortium subierunt, salino activis & spirituosis; caveando tantum, ne plus iis adscribatur quam re ipsa præstat ac demonstrari potest.

§. VIII.

§. VIII.

Ex eadem falsa & erronea, quam de effectu aquarum mineralium nonnulli tueruntur, opinione, alius, non minoris momenti error, traxit ortum. Sunt enim quamplurimi, etiam ex Medicorum ordine, qui de harum aquarum salubritate judicium laturi, eam nulla re melius, quam ex ulteriori ingredientium mole, post evaporationem relicta, explorari & monstrari posse, autumant: nulla ratione habita, quod ignis neque hic fidus corporum sit analysta. Hujus quippe auxilio, tantummodo eruuntur & in apicum ponuntur fixiora, minime vero subtiliora: in quibus tamen haud exiguum salubritatis positum est momentum. Terrestris enim tropheacea & calcaria materia, qua multæ sunt onusæ, impedit magis aquarum mineralium laudabiles effectus, quam promovet, in primis calore & spirituoso principio jam fugato. Hinc etiam ejusmodi aquæ frigefactæ & per aliquid temporis spatium aeri expositæ, in corpore nostro, si assumuntur, multas procreant molestias, neque ut aliae nativæ genium adhuc perfecte obtinentes, tam pronte excernuntur. Quia de re nihil est, quod clarius perhibere possit testimonium, quam ambo notissimi fontes in Carolinis securientes. Ibi enim communis ille & calidissimus, qui furiosus dicitur, Germ. der Drudel, salit, qui facta leni evaporatione, ex libris duabus aquæ, pulveris alcalini circiter drachmam largitur. Jam si aquæ huic tempus, quo refrigerescat, concedas; solitæ materiæ nihil quidem decedit: attamen experientia docet ejusmodi aquam frigefactam & spirituoso suo principio cum calore naturali orbata, non sine gravi incommodo assumi. Est vero ibidem aliis fons, Molendinus dictus, Germ. das Muhl-Bad, antea quidem, ob temperatum reponem & parcioem calcaria materiæ apparatus, neglecto datus, a me autem ante 24 annos variis tentaminibus exploratas, & perspecta ejus saluberrima indole, Medicis non modo, sed & illustribus personis, quoties has thermas frequentavi, ad usum summi & comfructu commendatus. De quo tamen

inferius, ubi de Carolinis thermis speciales singula exponemus, uberior discendi erit occasio.

§. IX.

Quo graviores itaque & magis decumani multorum Medicorum de mineralium aquarum elementis & facultatibus sunt errores: eo minus certe mirandum est, quod ex erroneis his theoreticis opinionibus, mendosæ non solum, sed etiam maxime periculosæ, in praxin de fontium salubrium usu, pullularint sententiae, quas ut etiam breviter stringamus, instituti nostri ratio postulat. Scilicet multi sunt, qui levè tantum audituncula de salutaribus aquis respersi, nunquam vero easdem frequentarunt & coram utilissima earum effecta spectarunt, sed sexcenta & noxia multa iis inesse elementa insipide confuxerunt, non verentur earum usum pro auxilio vehementi atq; drasticæ & ancipiæ, valgo Dferde-Suren, judicare & audacter proclamare; quodque nonnisi in corporibus robustis & quadratis inveniat locum: minime vero in iis, quibus natura sensibilius texturæque tenerioris obtigit corpus. At vero vulgari huic & quasi civitati adscripto commento, quantum non ratio solum, sed & experientia repugnet, declarabunt sequentia. Quis enim est, tam perficiens frontis, qui aquam puram remedium astimare velit vehemens? quum eadem nihil aut fingi aut excogitari possit innocentius. Quid est porro in arte medica, quo securius uti possimus, salibus, in primis vero neutris, alcalinis? Quid magis violentiae-expers & a robore defectis proficuum, quam subtilis calciformis & martialis terra, aquæ purissimæ & levissimæ hæspatio excepta, aut sali amico nupta? Quid denique, quod corpori nostro majoris robur inspirare possit, quam subtile fluidum, insipidum & spirituosum? Quorum singulorum nomina, minime draconicorum eorumque, quæ corpori nostro inimica sunt, generi accenseri possunt: & a quibus tum fluidorum, tum solidorum motus, aut turbæ, aut intercipi possint. Nihilominus tamen haec sunt astiva ista principia, vigore & leni.

lenitate mixtissima, a quibus medicinales aquæ omnem suam facultatem trahunt. Hinc etiam est, quod minerales aquæ, quicquid agant, tranquille, placide & sine ullis molestiis perficiant. Sic moventur sedes, sic proritantur vomitus, sic provocatur urina. Nulla enim inde sentitur virium destrutio, nec ulla appetitus dejectio, licet stomachus subveratur, & singulis diebus plus quam vices deponatur alvus; quin potius jam antea languidus & emortuus revocatur. Urinofus latex copiose, sed sine acrimoniæ sensu, placide stillat. Et cutis meatus sese pandunt sudorque liberaliter prorumpit, sine ulla molestia viriumque languore. Quid? quod magis mirandum, vidimus personas utriusque sexus constitutionis tenerimæ, quæ gravioribus morbis, febribus, hæmorrhagiis aliisque malis, quinimmo foeminas, quæ puerperio, nuper erant defunctoræ, cum pallido faciei colore viriumque maxima infirmitate thermarum Carolinarum potum intrepide suscipientes, ne minimum quidem inde tulisse detimentit. Secesserunt per singula excretoria aquæ quam optime, nec leue fuit solamen & virium incrementum, quod inde reportarunt. Hinc jam olim, pueros ac prægnantes his aquis tuto uti posse, luculenter probavit Henr. ab HEER in *Spadacr. p. 143. seq.* Hæc enim divina & plane singularis salubrium aquarum virtus est, ut in tenerioribus & sensibiliorebus subjectæ, longe facilioris sint operationis, quam in robustioribus: quo eadem, non tantam aquarum copiamingerere teneantur, sed a portione mediocri ad votum commoveantur & expurgentur. Illud tamen dissimulandum non est, liberaliorem aquarum, saporis non admodum suavis, haustum, qui interdum ad decem ascendit libras, singulis diebus, intra aliquos horarum spatium infundendum, quandam molestiam aetatem gignere iis, qui huius potui nondum fuerunt assueti: ex quo tamen neutrquam conficitur, uberiorem ejusmodi operationem esse dicendam *cine Uferde-Car.*, quum a copia haurienda aquæ, ad

violentiam operationis, argumentatio ducatur longe injustissima.

S. X.

Quamvis autem minerales aquæ, si earum indolem & vires spectemus, remedium sint quam maxime innocens & omnisque violentiae expers, & ejusmodi scumba sumopere insulsum: multo tamen contingit, ut ipsorum mendacium, qui earum operationem consiliis suis dirigere & pro circumstantiarum ratione dispensare nituntur, culpa, cura iisdem instituta fiat, *cine Uferde-Car.* Perversus enim & undique a Medicis receptus mos est, usui harum aquarum, vel in ipso die, quo cura incipitur, vel diem ante, præmittere purgans quadam drasticum: quo corpus, ut vesana eorum fers opinio, ad earum potationem & operationem reddatur aptius. Certe si absconum hoc molimen accuratius ponderamus, detrimentum inde corporibus infligitur, vix ullis auxiliis reparabile. Purgantium quippe fortiorum, ut sint ea, quæ ex colocynthide, resina gialappæ, scammonio, elaterio, gummi guttae, helleboris, aliisque conficiuntur, ea vis ac natura est, ut virulento suo & caustico, quo constant & agunt elemento, ventriculi & intestinorum robur, eorumque motum peristalticum, ob immediatum. scilicet quem cum his habent contactum, plane pervertere & destruere possint. Quod quam intempestive hic fiat, inde patet, quia nihil est; quod magis ad optatum harum aquarum effectum requiritur, quam harum partium integer adhuc incorruptus que motus ac tonus. Longe vero periculosior & funestior validissimum ejusmodi pharmacorum usus iis est, qui aeidularum & fontium frigidorum, potum adornarunt. In his enim hæc omnia mala, ob frigus, augmentur potius, quam imminuuntur; quum contra thermarum aquæ, ob calorem, noxam hanc & labem quodammodo diluere, constrictiones solvere, & deperditum motum quadantenus instaurare possint. Maximum autem damnum, a medicamentis his drasticis proveniens, quodque magis in

in oculos incurrit, illud est, quod mox sequenti die, quo aquæ bibuntur, non tam promte, ut debebant, per omnis generis colatoria transeant & excernantur: ob constrictiōem nimirum, quæ inde in intestinorum canali & contiguis partibus relinquuntur: eodem prorius modo, ac quotidianæ experientiæ testimonio constat, quod in aliis etiam hominibus, medicatis aquis non utentibus, post fortiorum purgantium usum, alvus sequentibus diebus, siccior fiat, magisque quam antea constringatur.

§. XI.

Verum enim vero, quemadmodum abusus in aliis rebus non tollit usum legitimum: sic & hic non omnia omnino damnamus purgantia, modo ea adhibeantur, quibus non tam vehemens, corporique nostro inimicum inest principium. Etenim summopere utique necessarium est, ut antequam mineralium aquarum usus instituatur, prima corporis regio expurgetur, praesertim in iis, quorum intestina tenacis & viscidæ humoris sentinascant, quæ liberum aquarum transitum cohibendo, salutarem earum operationem non modo remoratur, sed varia etiam incomoda affert. Aut si exterius tantum iisdem uti animus sit, idem ut perficiatur ex usu est, ne in motum acta & magis acri reddita intus delitescente corrupta & aliena materia, salutaris effectus impediatur, vel plane novi morbi inducantur: id quod insiprimit omnes ii cum danno suo experientur, qui corpus minus preparatum incuti balneo in Carolinis committunt. Hinc summo jure horum loco commendanda sunt ea, qua primarum viarum colluviem & fordes clementer abstergunt, & sine ulla molestia educunt. Ad quod obtainendum, nihil erit efficacius, quam infusum mannae, cum cremore tartari, aut rhabarbaro paratum: vel pro circumstantiarum ratione, semunciam vel drachmas sex salis Anglicani, Egrani, aut Sedlicensis in mensura dimidia aquæ, quam potare constitutum est, primo die assumere, vel etiam quod mirifice prodest, Sedlicensis aquæ sedecim

circiter uncias bibere. Quod si vero fæces induratae intestinis inhærent, tunc optimo quoque cum successu his superaddi possunt clysteres demulcentes: e quibus præ omnibus nobis arrident ii, qui parantur ex floribus vel radicibus emollientibus, decocto avenaceo, vel lacte & oleosis, adjecto sale. Cæterum moneo, in iis, quorum prima regio non humorum scatet insigniori colluvie, sufficere primo haustui aquarum mineralium drachmas tres salis cuiusdam stimulantis superiorius laudati admiscere, quo aquarum transitus mirum quantum facilitatur. In cuius rei veritatem placet apponere verba H. ab HEER p 94. Spadacr. quæ sic habent: *Ii, qui corpore sat laxo fuerint, ut sunt qui bis, ter, indies secundunt, nullo medicamento prævio, Poubontii vel Gerosterii aquis, per se satis album jam incitatam promoturis, uti possunt.*

§. XII.

Non minori reprehensione dignus eorum censendus error est, qui, finita aquarum cura, purgantibus utuntur vehementissimis, nullo modo, vel de diversa corporum natura, vel regimine hic necessario, solliciti, quo sine ulla mora reliquæ aquarum e corpore exturbentur. Illud quidem certum & solerti experientia comprobatum est, quod aquæ tam copiose & longius extracto usu haustæ, in variis corporis partibus, in primis vero in intestinorum plenis, stagnare soleant, & quod eadem in his diverticulis neutiquam relinquenda, sed potius expellenda sint: ast hoc non imprudenter & cu. o virium jaætura, sed potius blandis perficiendum. Quia de re circumspecti Medici est, ea hunc in finem discernere atque feligere, quæ huic vel illi corpori, ratione texturæ & roboris, in singulis maxime differentiis, optime convenient. Non quidem hic omnem fortiorum tantisper medicamentorum usum rejicimus, sed ea tantum præponimus, quæ non virulento quodam principio agunt & validam tamen & expeditam operationem exserunt, cuius generis potissimum sunt mannae,

auctiori dosi data , cum salibus & amara, ac inter hæc extractum rhabarbari, ellebori nigri , rite præparatum , it. extr. aloes , utpote quæ longe facilius a liquoribus intestinorum soluta: in actum deduci possunt , nec ut resina gialappæ , scammonii , gummi guttæ , lateribus intestinalibus adhærent , eademque la-cessendo , vel acerbissimos dolores , vel etiam inflammations lethales produce-re solent , in primis si sola , nec cum amaris mixta , offerantur . Si quis vero nihilosecius singularia hisce purgantibus fortioribus effici posse sibi persuadeat & firmius usui eorum insistat , huic auctor suasorque sum , ut ea in minori propinnet dosi , & sequent i mane , per sal Ebshamense vel alius neutrum , ad drachmam unam porrectum , hujus purgantis operationem promoteat . Notum enim est , quantopere ejusmodi salia intendant atque augeant horum medicamentorum efficaciam , ita , ut unicum diagrydii vel resinae gialappæ granum , cum 10. vel 15. granis salis neutrius mixtum , majorem in operando præstet virtutem , quasi si gr. sex de his solis fuerint assumata ; nihilominus hæc , quam nupta sic & purgantia & salina , facultas exserunt , tutissima est & non facile inde sanitatis periculum timendum . Sed singamus , occurrere nobis quendam , natura & ventriculo robustiori dotatum , in quo magna stagnantium restet aquarum copia: tunc utique for tuis quoddam eligendum erit purgans , idq ue etiam sine ulla noxa offerri poterit , modo cum regimine convenienti hoc præscribatur , id est omne frigus a corpore arceatur , calidus in quo degat astutus eligatur locus , & tam ante , quam post medicamenti operationem , jusecula calida demulcentia , ut sunt avenacea , interponantur , ne ventriculus , his delinitus quasi , ab acrimonia arrodente caustica , tam facile læsionem accipere possit .

§. XIII.

Circa purgantium usum , adhuc alias occurrit error , a quo multi Medicorum , magni etiam nominis , qui hos fontes frequentant , non sunt immunes . Vi-

demus enim plerisque unicam tantum purgantis formulam , in usum trahere , quam omnibus , sine ulla distinctione , offerunt , quasi natura ad unius medicamenti regulam corpora aptasset omnia . Alii , & quidem maxima pars , pilulas secum gerunt ex extracto ellebori , aloes vel diagrydio paratas , quibus alii resinae gialappæ addunt . Alii vero extra-stum aloes cum extracto colocynthidis acuere solent . His quidem non omnem derogamus usum : sed hoc tantum urges-mus , quod pro tanta corporum differen-tia , ratione sexus , ætatis , tempera-menti , & humorum in primis viis lati-tantium , non commodum ubique in ve-niant locum . Etenim ii , quibus ventri-culi & intestinalum tonus est destructus , & qui immodicis alvi fluxibus sunt ob-noxii , ut in hypochondriacis , gravi-dis , puerperis accidit , item ubi ex ira-cundia magna in primis viis colluvies acerrimorum humorum est producta , nullo medicamento melius , quam rha-barbarino , expurgantur . In iis , ubi acrimonia humores peccant , quorum corpora arthriticis , rheumaticis & catarrhalibus vexantur passionibus , & quandoque in melancholicis & hypo-chondriacis , manna adjectis salinis , effectus sunt exoptatissimi . Ubi bilis abundat , ad copiam & fervorem ejus infringendum simulque evocandum , nihil tamarindis erit præstantius . Quæ omnia vero inverso ordine adhibita , inversos quoque & plane sibi contrarios edere ne-cessum est effectus . Ut adeo pateat , ve-terum tententiam non ludibrio prorsus habendam esse , qua singulis humoribus singula etiam purgantia opponenda esse , statuebant , si modo non ultra fines ab experientia , ratione suffulta , positos , procedamus , de quo vero copiosius hic agere , ab initito nostro erit alienum .

§. XIV.

Alia potius mihi de purgantium in a-quarum mineralium usu oblatione dis-quirenti sese offert quælio curiosa , que saepe Medici & ægrotorum animos his aquis utentium anticipates tenet , atque crucem figit : num scilicet semper sit neces-

necessarium, una potus cura absoluta, ante, quam balneum ingrediantur, phar-maco sumto corpus expurgare? Cui ut satisfaciam, eorum subscrivo opinioni, qui purgantia non semper balneo præmittenda esse, asseverant. Si enim bene & ad votum aquarum secessio respondit earum ingestioni, nec in pedibus, aut totius corporis ambitu, aquarum stagnantium vestigium amplius superest, & præterea curatio hæc tantum præservationis causa instituta est, quid est, cur tam crebra purgantium assumptione ventriculum totumque corpus fatigemus? Nihilominus tamen, si verum fateri licet, sèpius Medici magis quæstui suo, quam ægrotorum hac in re serviunt saluti: liberaliter & officiose obrudentes purgantia sua, quo auctis his, fostrum quoque increscat. Longe vero aliter se res habet, quando aquæ eadem mensura, qua haustæ sunt, per excretoria non redundunt, sed in corpore stagnant ac moras nestunt, vel si cum corporibus nobis res est hypochondriacis, quorum ventriculus magna viscidorum & acidorum, ob alimentorum digestionem depravatum, est obesus faburra, tunc utique non dissuadenda, sed potius etiam arque etiam commendanda sunt alyum ducentia, nisi ea majoribus exponere velimus periculis corpora. Ut vero jam in superioribus in-eulcavi, sic & hic summa adhibenda est diligentia, ne fortioribus, sed levioribus naturæque magis amicis illud moliamur, e quibus semper summo cum fructu eliguntur, potus conveniens aque Sedlicensis, vel infusum mannatum, aut etiam pilule Rusi, Aloephanginæ, & Avicenna, vel ex earum ordine aliæ.

§. XV.

Excussis itaque ac discussis variis, de incepto & perniciose purgantium usu, opinionibus, sequitur: ut jam de venælectione, quatenus ad thermatum & acicularum euram proficia est, quedam edisseram. Multi adhuc reperiuntur, qui ERASISTRATI, HELMONTII, aliorumque hujus farinæ hominem salivam lingentes, summa cum autoritate, salis & in ipsorum cerebra tantum enatis

rationibus ducti, venæctionem tanquam remedium, quo nihil magis ad vitæ thesaurum & animæ vehiculum exhauriendum sit commodum, prescribunt & e foro medico ejiciendam pleno ore pronunciant. De eujus autem sententia valore fusus hic agere, nostrum non est; sufficit ostendisse, sanguinis missionem sèpenumero, ad aquarum potum rite & cum fructu suscipiendum, summe esse necessariam, eandemque nonnisi maximo cum ægrotorum danno omitti posse. Non quidem omnibus subjectis eam imperare convenit, sed tantummodo iis, quorum corpora nimia sanguinis & humorum copia sunt repleta. Qualia sunt feminarum, in quibus mensium fluxus, vel a morbo, vel a gravitate, est interceptus, virorum, in quibus hemorrhoidalis excretio est suppreesa, & quorum vasa in totius corporis ambitu sanguine turgida prominent, item, qui vinoso & lauto vivendi generi sunt addicti, nec non ii, qui faciem rubro & vivo colore perfusam gerunt, quoque accurate depingit CELSUS L. 2. cap. 2. Si plenior, ait, aliquis & speciosior & coloratior factus est, suspecta habere sua bona debet. Que quidem nec in eodem habitu subsistere, neque ultra progressi possint, fere retro, quasi ruina quadam, revolvuntur.

§. XVI.

Quo vero hujus remedii utilitas, ad harum aquarum potum, magis elucescat, nobiscum paulo altius considerabimus: an fluidorum, qui in corpore nostro jugiter circumaguntur copia, aquarum operationes turbare & impedire possit. Ad facilem autem salutaris humoris per omnes corporis tubulos transitum, requiritur, ne vasa maiori humorum copia sint oppleta, quam motus eorum impellere, trudere, subigere & vincere potest. Si enim hæc maiore est, tunc motus fit remissior & tantisper suspenditur, & sic totius sanguinis circulus, a quo tamen omnes excretiones dependent, impeditur ac sufflaminatur. Id quod haad. obscure patet in corporibus ple-

plethoraicis. In his enim ordinario arte-
riæ debilius atque languidius micantur,
quam primum, vero sanguinis copia. ve-
næ sectione immoventur, tunc presso pede
sequitur pulsus, multo quam antea, for-
tior, ac robustior. Quod si itaque, omni-
bus vasis jactu sanguine tumefactis & in-
flatis, tanta accedit aquæ copia, tunc
eadem non solum minus expedite per ca-
nales decurrunt, sed stagnat & corrum-
pitur, sed etiam facile, ob aquarum mo-
lem a tergo prementem, excitari pos-
sunt sanguinis ad partes nobiliores con-
gestiones: ex quibus deinde hæmorrhagiae,
dolores, inflammations, infar-
ctus vilcerum, aliaque mala facile pro-
venire possunt: ut sic ii, qui ejusmodi
constitutum corpus obtinent, neglecto
hoc remedio, in presentissima vita ad-
ducantur pericula. Quando vero, haec
subiecta, unum vel duos dies ante aqua-
rum potum, venæ sectione minuant san-
guinis abundantiam, neutiquam jam re-
censita mala iis timenda sunt; sed aqua-
rum usus exoptatissimos potius feret fru-
ctus. Id quod saepius ii, qui cum pruden-
tia fontium usui præsumunt, observarunt.
Multi enim ibi inveniuntur, qui a prima
aquarum cura, pessime fere habuerunt,
aquis non rite per convenientia excreto-
ria exenitibus, sed corpus mirum quan-
tum aggrauantibus, & gravia incommo-
da inducentibus, ita, ut desistendum esse
a potu jactu crediderint & curam abrum-
pendam: alio vero Méđico in consilium
adhibito, & admissa venæ sectione, non
solum ab omnibus liberati sunt his mole-
stis, sed & alteram incipientes curant,
maximam & incredibilem inde persense-
runt utilitatem. Sic saepè miseri ægro-
tantes gravissime luunt Méđici imperi-
tiam.

§. XVII.

Circa acidularum & frigidorum fô-
nium mineralium potum, nonnullorum
quoque hic proponenda erit opinio: qui
se nimis scrupulosos in iis ordinandis ge-
runt, nec easdem iis suadere audent,
qui ob genus nervosum nimis debile,
frigida ferre nequeunt, & sic valetudine
quam intundam suscepunt gravius ob-

sunt. Id quidem certum & experientia
calculo confirmatum est, non solum ab
externo frigore saepè periculosissima in
corpo nostro produci mala posse, ne-
que etiam est, quod dubitemus, quin
idem longe certius & magis contingat,
si ad interiores partes, frigori ferendo
nondom assuetas, ei conceditur aditus.
Sunt enim multæ certe in promptu histo-
riæ, hoc luculenter comprobantes, ex
quibus autem tantum illam, quæ in M.
N. C. D. I. A. VI. & VII. Obs. 211, nar-
ratur, proferam, ubi ex totius corporis
refrigeratione, visus privatio omnium
que membrorum tremor secutus est. Et
BARTHOLINUS in Hist. Anat. Cent.
1. hist. 76. refert de viro, qui ex frigido
clystere injecto, gravissimis ortis lym-
ptomatis, æterno frigore obrutus, esse
desit. Porro, si auctoritatibus hic agere
licet, audiamus CELSUM L. I. cap. IX.
sic dicentem: *Frigus inimicum est seni,*
tenui, vulneri, præcordiis, intestinis,
vesica, auribus, coxis, scapulis, naturalibus,
*ossibus, dentibus, nervis, vul-
va, cerebro.* At vero, si quis hanc ob-
caussam acidulorum usum penitus rejice-
re veller, is certe injurius esset in præ-
stantissimum hoc remedium & stupida-
tem suam nimium proderet. Quin potius
si quid ex jam recensitis malis, & grot-
orum infestat corpora, perfrigerata quidem
nimis potio serio interdicenda, &
methodus potandi excogitanda & admi-
nistrandæ, qua accommoda reddatur
aqua imbecillis ejusmodi corporibus. Id
quod, ut cum bonis ægorum rebus
pericerem, a longo jam tempore solen-
ne mihi fuit, potantibus imperare, ut
vasa aqua acidularum, frigida impleta,
calida altius imponerent, usque dum
calorem corpori & palato assenserint
magis convenientem: hac raptummodo
cautela addita, ut subtili foramine, acu-
facto, vasorum obturacula pertundent,
ne contentus spiritus summe elasticus,
a calore expansus, nullum exitum
inveniens, vasa diffingere. At in-
quis: hoc modo haec aquæ spirituoso suo,
de quo tanta prædicta, & quæ earum
quali anima est, privantur principi-
Ego.

Ego vero, non intensam hic intelligo calefactionem, sed tantum leviorēm, quæ ex acidulis, utpote majori præthermis hujus spiritus copia abundantibus, non omne subtile auferre potest; in primis quum lagene adhuc obturatae manent, nec liberior aeri pateat accessus, nec per exile foramen tam brevi tempore omnis omnino elabi possit is spiritus. Notum enim thermas, licet sint calidissimæ, non penitus destitutas esse hoc volatili principio. Et quid opus est verbis, ubi rerum adsunt testimonia.

§. XVIII.

His vero veluti in conspectum quendam, quatenus scire tam Medico, quam iis, qui potum aquarum subire volunt, necessarium est, adductis, nunc descendendum ad ipsos morbos, in quibus curandis mineralibus aquæ superius nihil est. Ex his autem tantum persequar ejusmodi morborum genera, quibus maxima Medicorum pars plus obesse, quam prodeste aquas has medicatas, docet, paucis, tam ratione quam experientia sobnixis, ostensurus, quam longe hic a veritatis aberretur tramite. Inter notissimos autem morbos, a quibus minerales aquæ alienæ censemur, primo loco expendemus nimium mensum & haemorrhoidum fluxum. Medicis, quibus vera harum excretionum causa nondum est cognita atque perspecta, quique falsæ adhuc, de variis metallicis, vitriolaceis & stipticis harum aquarum ingredientibus, opinioni inhærent; experientia quoque edocti, nihil esse, quod majora in his morbis excitare possit damna, quam adstringentium usum, interdum quoque thermarum vel acidularum potum: his singulis collectis, non tantum hic nihil juvare, sed potius magis nocere, aquarum medicatarum ulum, interponunt judicium. Quum vero nobis ex divino illo circuli sanguinis invento, longe alia, de vera causa harum evacuationem, si excessu delinquent, illuxerit sententia, nec inanis amplius de iugendentibus stipticis nos terreat timor: eorum sententiam jure meritoque, ut variam repu-

diamus. Si enim paullo accuratius in causam haemorrhagiarum enormium inquirimus, nihil eam esse aliud invenimus, quam liberioris progressus sanguinis in partibus quibusdam turbationem & impeditioem. Hoc autem non rite procedente, viscerum infartus generantur atque obstructiones, per quæ quum sanguis non, ut antea, tam prompte transire possit, & a tergo semper major appellatur copia, tunc in alia ut irrumpat loca necesse est: quæ scilicet vel ja mafice excretionibus sunt assueta, vel ubi levissima sentitur resistentia, ibique viam sibi faciunt, & sic impetuosis & nimium erumpunt. Quare primaria utique ejus, qui his vitiis feliciter & cum ratione opitulari ntitur, erit intentio, ut viscerum infartus & obstructiones referet, easque aperiatur, circumquæ sanguinis per ea rursus æquabilem ac leberum reddat: id quod nullo certe præsidio melius & efficacius perfici & præstari potest, quam aquis leni salino stimulo armatis, quippe quæ copioso suo liquido humores diluunt attenuant & ad motum aptos reddunt, salinis autem aciebus viscida dissolvunt, & canales, ut fortius & crebrius intus contentam molem premant atque protrudant, sollicitant. Disertis verbis id de Spadanis testatur Henr. ab HEER in Spadacr. cap. IX. pag. 83. inter cetera, inquiens, membris novendis haæque imprimis idoneæ sunt, quod millies experientia conprobavit. Et ramen nimium eorum fluxum, quovis alia medicamento felicius, sunt. Quo vero eo certius & majori cum fructu saluberrimus hic mineralium aquarum effectus impetretur, probe & accurate erit circumspicendum: ne corporibus, hisce malis conflictantibus, major & intemperantior aquarum potus permitatur, sed potius acidæ & thermæ temperatores, nec nimis calidæ commendantur. Quantopere enim exquisita haæ digniorio & circumspetio necessaria sit, luculento in primis exemplo sunt fontes ambo in Carolinis; quidem ex molendini temperati usu optimus & quam maxime proficius subsequitur effectus, com-

titus vero a stufo majus reddit damnum, ut malum majora inde capiat incrementa. Id vero serio monendum, ut si his in casibus & ægrotantibus nimiis sanguinis profluviis detentis, aquarum mineralium potus instituitur summopere ante, inter & post eundem evitent purgantia aloetica & fortiora omnia, quibus major sanguinis orgasmus producitur: & potius, eorum loco, in usum vocentur leniora, & qua simus roborantem virtutem habent, ut sunt amara, rhabarbarina & sennata.

§. XIX.

Quemadmodum vero harum aquarum virtus, in excretionibus hisce nimiis, plane est eximia: sic & in harum suppressione, non minori splendent efficacia; de qua nemo amplius dubitat, nisi qui nunquam easdem vidi & frequenter, sed in earum cognitione rudis, insulfus ignotæ rei existimator est. Quum enim harum solennium & criticarum sanguinearum evacuationum suppressio & impeditus successus, nonnisi vel ab obstructione, vel spastica constrictione vasculorum, quorum oscula alias sanguinem plorant, proveniant: idem tiderat, ad easdem revocandas iterumque promovendas, apprime usui esse salubres aquas, quæ promte ad tubulorum angustias provehuntur & non solum ibi obhærescentes & alveos obstipantes crassiores substantias incident, eliquant & elateris sui annisu elidunt, sed etiam humoris largi ope, crispatas & strictas fibras laxant & strictroram tollunt, & sic ut crux effundatur viam pavidum. Quod ut eo testatus innotescat, licebit in confirmationem inserere historiam notatu dignissimam, quam ante aliquot annos contigisse novimus, & ex quamplurimis feligere placuit. Vir scilicet quidam honorator, annum quinquagatinum circiter agens, temperamenti sanguineocholerici, viræ aulicæ, vinosa & inordinata diæta a multo tempore affuetus, incidit in podagram fluxumque hæmorrhoidalem, stata tempora tenentem, quorum tamen incommoda levissime pertulit, quantum venæctioni, justo

tempore institutæ, indolit. Ante vero aliquot annos, necno quis Medicus, sanguinis missionem dissuadet, senectutis ingruentis prætextu usus, cui quum obtemperaret æger, tempore aestivo, horrendis colicis, cum durissima alvi obstructione, affligebat doloribus. Medicus ejus ordinarii, veram caussam hujus doloris ne suspicantes quidem, in podagram retropulsam, reiciebat culpam, & venæctionem plane inutilem & suspectam, unanimi consensu, judicabant. Alius vero rerum caussas proprius sciscitus, statim ut vena in pede pertunderetur, invitis licet ordinariis, & clysteres emollientes subiungerentur, præcipiebat. Quo facto, dolorum vehementia præsentissime fracta, sensim in meliorem æger redactus est statum, donec tandem appetente ordinario tempore, ad thermas Carolinas transferri se curaret, ex quarum usu, tam interno, quam externo, hæmorrhoides cum podagra felici cum successu redierunt, colici autem dolores penitus remiserunt.

§. XX.

A sanguinis excretionibus nimiis, transitum faciam ad lymphaticas & serofas, e quibus exæ, quæ corpus nostrum frequenter molestare consueverunt, in viris sunt gonorrhœa, & in feminis fluor albus. De hoc morborum genere multi sunt & fuerunt in hac sententia, quod aquæ minerales iis minime convenient, sed potius hi fluxus inde augeantur. Hen, ab HEER jam suo tempore sat evidenter hujus rei falsitatem annotavit in Spadacr. cap. IX p. 80. sic dicens: Gonorrhœa venerea quicquid alii dubitent, certo auxiliatur: quod & ego eum alias, tum hoc anno, in duobus Parisiensibus & alii observarunt: paraestatarum dyscrasie hinc natu etiam utilissimæsi. Tuto itaque qui morbo vel gallico, vel suo veritus laborant, utantur. Sed lepida lane est, quam de hac re ibidem sibi fingit ratio, ita pergens: si enim metallæ, patentibus omnibus, vim specificam ad hunc morbum debelandum habent, hujus autem aquæ facultas tota ex metallis est; cui dubium, quin Adonidis nepotis, propitius his aquis

et quis usuri sint? Alii, & quidem emunctoris nasi Medici, vanitatem hujus rationis videntes, suffragante quoque experientia, quæ docet, quod ab aquarum mineralium usu hi fluxus plerumque siant copiosiores, pristinam deserentes sententiam, in contrarium ruebant; ignorantibus, posse adhuc aliam veritati longe similiorem, de hac re erui rationem, ad quam vero, horum fluxuum veram originem nescientibus, iis pertingere non licuit. Nimirum quum hæc nostra artas nos longe certiores de vera sede & causa fluxus feminis in viris & fluoris albi in foeminis inveterati, reddiderit, quod scilicet, ille plerumque ex imprudenti curatione benignæ gonorrhœa originem trahat, dum glandulae prostatæ aliæque in quibus seminis officina est, scirrhosæ & fistulosæ factæ: hic autem ab acri sub serventiori & crebriori congressu generato, aut per impuram coitum insinuato humore proveniat, qui postea glandulas vaginales ipsasque lacunas glandulosas vitiat, ut non solum copiolius succo suo circumjectas partes irrigent eundemque per inferius genitalium ostium dimittant, sed is etiam simili labe infectus, fibrillas lancingando arrodendo & excedendo, excoriationes & ulceræ efficiat, quorum materia virulentum reddit fluxum: non minus liquido constat, ad abstergendas & contemperandas has fordes, glandulas induratas reserandas, a robore dejectas fulciendas & erosas has cum reliquis partibus consolidandas utilissimum esse aquarum mineralium usum. Hoc quidem certum est, quod eo tempore, quo aquæ potantur, hi fluxus incrementum capiant: absoluto autem potu, certior postea & constantior fabratio ac consolidatio est promittenda. His aquis vero semper adjungenda sunt medicamenta balsamica, & lignorum decocta temperata, pro potu ordinario prescribenda: quibus omnibus mirum quantum hæc cura facilitari potest.

§. XXI.

Neque vero tantum in harum glandularum vitiis aquarum medicatarum usus summopere est laudandus, sed etiam in

universo corpore constitutis glandulis, vel obstructis, vel a naturali defectis tono, ob aperientem, diluente m, resolventem & abstergentem facultatem, mirifice prodest. In cujus rei fidem curiosam aliquam observationem ante aliquot annos annotatam, adjungam. Femina, præcipua in Lusatia familie, ætatis, quantum memini, triginta annorum, ante aliquot menses a Medico quodam poscit laxantem medicinam, non quod è gram se sentiret, sed morbum prævertendi gratia. Et ille quidem officiosus, electuarii forma aliquid exhibet, a cuius usu, non multo post, in ptyalismum largum ac continuum, per VIII. fere menses durantem, incurrit, omnes vires penitus depascen tem & corporis venustatem ac robur deturpantem. Thermas adit Carolinas, hisque per paucos dies, tam interne, quam externe usa, debiteque expurgata, non solum salivæ molestum fluxum evanescere cum gaudio vidit, sed pristinas quoque vires non lento gradu recuperavit. In hac femina notabile illud accidit, quod omnibus optata curationis jam defuncta partibus, quam balneo nimis calenti diutius insideret, quam præceptum ipsi esset, subito ad pristinum malum relabi videretur. Et relapsa sine dubio fuisset, nisi Medicus citu succurrens, inferiora emunctoria laxando, majus malum anteversisset.

§. XXII.

Hunc errorem excipit alius, antecedenti non multum cedens, nec minori reprehensione dignus: scilicet aquarum mineralium potum noxiam inferre pulmonibus, eorumque vicia pejora reddere solere. Cui tentatrix nihil aliud quam falsa, de harum aquarum ingredientibus, opinio, & incongrua ac immatura experientia, quam de iis, quorum pulmones jam ulceribus corrupti ac consumti erant, desumebant, ansam dedit. Id quod deinde in omnibus pulmonum morbis fieri, sibi imaginabantur ignari. Pleraque autem pulmonum vicia a glandularum, quibus hoc

wiscus est resertissimum, obstrukione & induratione oriri, ex quibus deinde tussis inveterata, phthisis, respiratio difficilis, asthma, aliaque proveniunt, solers & accurata cadaverum, his morbis defunctorum, patescit inspectio. In quibus singularis morbis unica medentis cura & intentio eo dirigenda, ut tubercula & scirri hie latitantes & morbum cauillantes, dissolvantur atque referentur. In superioribus autem jam satis superque, ut spero, ostendi, nulla re praefentius, quam aquarum potu, id effici posse. Ne vero acrimonia salina harum aquarum, quæ utique pulmonum substantia spongiosa & subtilis est inimica atque contraria, damnum inferre possit, summo cum fructu, non soluni ad salsas in aquis delitescentes partes infringendas, sed & totius massæ sanguineq; acrimoniam temperandam atque obducendam, aquæ hæ commiscentur lacti vel asinino, quod teste experientia optimum est, vel caprino. Nullum enim, quæ multorum falsa est opinio, ab acidulis lacti infertur coagulum, quin potius magis præcavetur. Nec defunt varia exempla, quibus aquarum salubrium in pulmonum vitiis ultum ulterius corroborare possem, & quibus tamen illud, quod recentius animo obversatur, reliquis præfero. Virgo viginti annorum, temperamenti sanguinei, quæ faciem præ se ferebat pallidiusculam, & tributum lunare parce, & male ad calcum persoluebat, corripiebatur ante aliquot menses, feroci tussi, tempore præsertim matutino & post meridiem, cuius vehementia ventriculum ita sæpe in consensum trahebat, ut vomitu pituitæ parum, nec sine anxia difficultate, rejiceret. Alvis inter hæc dura & sicca erat. Hæc cum thermarum Carolinarum aquas triduo ad præscriptum & consilium bibisset, efficacia non obscura eluxit; quippe tussis molestia soplebatur, ut brevi post, absoluto remedii justo usu, sana & hilaris ad suos remeasset.

§. XXIII.

Sed quod de pulmonibus jam dixi, idem quoque fatum reliqua viscera, in imo ventre sita, sustinuerunt omnia.

Quam multi enim e Medicorum reportantur numero, quorum sermones & libri de maximo aquarum mineralium damno visceribus inflicto, pleni sunt atque referti, & quibus tantum produco AGRICOLAM, qui in libro de natura eorum quæ effluunt ex terra L. II. cap. 2, hæc omnia sat crasse explicat, cujus verba, ne L. B. stomachum commoveam, transcribere dubito. Monendum vero ante omnia, nobis non cum iis hic controversiam esse, qui de viscerum jam jam plenaria consumptione ac labe id intelligunt, vel ubi humorum jam adeat extravasatio, ut in thorace & abdomen, a disruptis vel erosis vasibus, vel præsentibus a postematibus, quo in loco utique, ne maior fiat extravasatio morsque acceleretur, ab his aquis est abstinentia. De quo singulare exemplum tradit Cl BERGERUS in descr. therm. Carol. cap. 9. p. 252. Minime autem id de omnibus viscerum dicendum est monobis. Maxima quippe morborum, quæ lentis incrementis adolecent & diu affligunt, par, ab infarctu & obstrukione harum partium, indeque sanguinis cursu impedito, originem sumit, ad quos præcavendos vel tollendos, aquis mineralibus convenientius est nihil. Hæc enim sunt quibus viscerum robur conservatur obstrukionesque referantur. Hinc optime anteverunt scorbutum, cachexiam curant, asthma præcavent, abortus & sterilitatem tollunt, podagram jam præsentem minuant, & imminentem repellunt, hydropon avertunt, & calculorum generationem impediunt. Ex quibus clarissime intelligitur, quam inanis, insulsus, immestolidus sit multorum Medicorum timor, quem de harum aquarum noxa sovent, licet iis non desint varie similitudines, sat ingeniose fictæ, quibus ad veritatis speciem obtinendam, opportune uti solent, quorum vero meritas laudes si audire cupiunt, adeant BAGLIVUM, considerante & scite in eos perorantem, in Prax. L. I. cap. 6. §. 42. Populares ha similitudines magno in pretio a rudioribus habentur Medicis, qui morborum curaciones instituunt non per leges dogmaticas & ex ipso

ipso natura penu eductas, sed potius ad normam effictæ alicujus, aut incomplete similitudinis..

§. XXIV.

Hactenus ea proposui, quæ ad internum mineralium aquarum maxime usum pertinere visa sunt: nunc ad ea progediar, quæ ad externum sunt referenda, quo & hic varii indicentur errores, a quibus se pessime sanorum & agrotorum salus periclitatur. Quam varia enim & quam gravia ea sint mala, in quæ ab incauto balneorum mineralium usu, præcipitanter homines, pervulgatae his in locis sunt querelæ: nullibi tamen frequentius audiuntur, quam in thermis Carolinis, quæ singulari pra aliis thermis hac gaudent virtute, ut non tam, ut aliae, partes emollires soleant, quam potius ob contentam copiosam terrestrem & constringentem materiam, constringant, relaxata robustor porosque occludant, & sic effectum aliis balneis plane contrarium edant. De quo vero multi Medici minus solliciti, nulla habita, vel morborum, vel temperamentorum ratione, dum sine discriminâ eas suadent, quantum corporibus damnum proeurent, ne verbis quidem persequi possunt. In primis maximam nocendi facultatem in iis exserunt, qui sunt sensibilioris naturæ, quorum corpora sunt impura, qui spasmodicis affectionibus, qualis est hypochondriacus & colicus laborant, quorum extrema corporis superficies variis exanthematibus est obfessa, qui articulib[us] morbis vexantur, in quibus menses vel hæmorrhoides fluunt, quibus caput dolerit, cor palpitat, qui veneris morbis infestantur, & quæ hujus generis alia adhuc sunt mala. Quæ omnia nervose ac erudite, WEDELIUS in Amoen. nat. med. L. 1. S. III. cap. XI. his verbis effert: *therma ubi robur addendum est articulis, ubi ligamenta & tendines suaviter in motum citanda, ubi exsiccandum, habent locum: cavidum tamen. Et in illis est, ne in extremum alterum membrum dederint, dum motum, exsiccando nimis, minorem扇enerare possint. Quæ in re sæpius Medicis aliisque hominibus aqua hæret, mirantes, quod*

omnibus potus tempore rite & ad votum respondentibus, ultimo demum balneo egressi, gravissimis corripiantur morbis, & omnia in pejus ruere videantur. Hujus autem tam inopinatae mutationis causa, ex superioribus facile reddi potest. Eo enim tempore, quo ejusmodi homines potui aquarum adhuc indulgent, tantas in corpore nostro molestias balnea excitare nequeunt, quoniam internus calidarium usus constrictiones allaque mala, a balneis produeta, rursus resolvit atque emollit; idque quod ab externis ad interna est repulsum, iterum expellit & ex corpore rejicit, id quod vero potu finito amplius fieri nequit.

§. XXV.

Quoniam itaque tam anceps & periculosus thermarum Carolinarum usus est externus, (de his autem loquor aquis, quæ ex fonte sic dicto furioso scaturiunt, aqua enim ex molendino, ut pote longe subtiliori, multo quoque tutius uti possumus) ob copiosam scilicet, quam vehunt topiaceam & adstringentem substantiam: hinc ægrorum rebus melius consulunt ii, qui non exactam & pleniorē ejus cognitionem tenent, neque ejus usum pro circumstantiarum ratione discernere & dirigere norunt, si ejusmodi thermæ aquas ad usum præscribunt, quibus tam valida & minus tuta vis non inest. E quorum numero agmen ducunt thermæ Toplicenses, quarum facultas in emolliendo, relaxando ac deobstruendo externas partes, summis merito laudibus est extollenda. Quippe accuratori examine liquido patet, easdem vir quippiam calcarii in societatem suam admittere, eamque ob causam neque cum acidis configere, neque ab oleo tartari per deliquium turbari ac præcipitari, sed omnino omnino nobilissimam suam facultatem ab exquisita humoris levitate & singulari puritate trahere & sine metu damni exercere; eaque propter ad tumores duros emolliendos, membra rigida & spastico comprehensa refocillanda & strictum ac corrugatum corporis corticem laxandum & referandum, usus sunt longe exoptatissimi. Securiore quoque virtute dotatae:

sunt Emenses & Wisbadenses, quæ idem-
tidem non adeo redundanter calcareo
elemento foetæ sunt, sed aquam purio-
rem & leviorem vehunt. Quin immo co-
dem nomine, laudem merentur balnea,
ex acidulis Egranis & aquis leniter mar-
tiatis confessæ, ejusdemque virtutis alia,
quæ silen tio hic sunt prætereunda..

§. XXVI.

Porro quoad externum thermarum
usum sèpe haud levis in eo admittitur er-
ror, quod balneum nimis calide & fer-
vide usurpetur, & sic graviori noxa ægri-
ffiantur. Quum enim ab admisso ex-
teriorius fervido calore sanguis incalescat,
humores motu intestino vehementer agi-
tentur & nimium expandantur: nibil
certe aliud contingere potest, quam ut
cordis palpitatio & anxietas praecordiorum
oboriantur, dolor capitis & inquietu-
tudo suscitetur, ipsæque corporis vires
frangantur ac dejiciantur. Et hoc dam-
num eo gravius eoque perniciosex est,
quo magis corpus balneo calenti immis-
sum succis & sanguine turget & impuris
humoribus lcatet: inde enim exsuperans
moles fortius in partes impingitur easque
vitiat, sordes autem calore magis subtili-
santur & aciores ac peiores fiunt, ut
non possint non gravius corpori nocere.
Quare semper ita balnei calor circumspe-
cte est instruendus, ut tepidus tantum
sit, & jugiter æqualis, eumque in finem,
si longiori inesse opus, fervida subinde
aqua affundenda, ne nimium refrigerescat.

§. XXVII.

Ultimo loco pauca quædam de iis, quæ
in diæta bibentium delinquuntur, dicen-
da restant. Quemadmodum enim nulla
est medicina, quæ debito vivendi regimi-
ne neglecto, fructus proferre posse
felices; sic & aquarum mineralium
usus exquisitam hac in re desiderat cu-
ram. Multi autem in his locis inveniun-
tur, qui hic in alterutram peccant par-
tem, dum aliis nimium indulgent, aliis
nimium prohibent. Sunt quippe multi
hac in re tam scrupulosi atque timidi, ut

bibentibus omnem omnino acidorum,
salsorum, aromatum, aliorumque gra-
tissimorum usum summo cum rigore in-
terdicant: quum tamen pro cuiuscum-
que consuetudine se hic gerere Medico
maxime necessarium sit. Multi enim
deprehenduntur, quorum a longo tem-
pore ventriculus his ita est assuetus, ut
eos cibos, in quibus ejusmodi condimen-
ta non sunt, plæne vel respuat, vel non
bene digerat, ex quibus deinde varicæ
generantur cruditates. Alii, qui accu-
ratiorem ventriculi rationem habere ni-
tuntur, multa spirituosa, carminativa
& aromatica præcipiunt & suadent, a
quibus tamen omnibus salutare excretio-
num negotium admodum turbatur: al-
vum enim inde fieri constrictiorem, vul-
garis est experientia. Denique ægrotan-
tes ipsi sibi sèpius magnopere nocent
nimia voracitate & animi affectuum in-
temperantia, dum evocatis e digestione
officina fôrdibus, appetitu auctiore fa-
cto, eidem obtemperant & ventriculum
ciborum copia nimis aggravant, ut si
ab aquis tantisper relaxatus, iisdem sub-
igendis impar sit & cruditates excludan-
tur, & ipsæ copiosius haustæ aquæ, lon-
gius in ejus cavo remorentur variisque
inducendis incommodis velifcentur.
Animi autem impetuofarum commotio-
num quam pernicialis in corpus nostrum
sit effectus, sanus quilibet novit & expe-
ritur, eo majorem itaque noxam corpo-
ri ægro & aquarum potu in motu jam
actis humoribus ac fôrdibus, induci ab
iisdem necessum est. Siquidem experien-
tia teste, inde apoplexiaz, epilepsiaz,
paralyticæ affectus aliaque id genus gra-
vissima mala oboriantur. Sed hæc de
iis, quæ circa acidularum & thermarum
usum & abusum tenenda sunt, sufficiente,
quibus coronidem impono saluberrimo
SAVANAROLÆ præcepto: Medicus
bonus & prudens, oculos mentis diligenter
apponere debet, antequam infirmis de-
transitu ad fontes & balnea consulat.

DISQUISITIO PHYSICO-MEDICA

D B

THERMIS CAROLINIS

EARUM CALORIS CAUSSA, ELEMENTIS, VIRIBUS, UTILITATE ET USU.

P R O O E M I U M .

Postequam haec tenus in eo fui, ut
explosis sterilibus veterum opinio-
nibus & lepidis commentis, ea, que
in genere de elementis, viribus &
usu mineralium aquarum scitu & cognitu
necessaria erant atque utilia, traderem, &
haec jam sufficienter non minus, quam so-
lide, exposuisse mihi videor: constitutum
nunc est, ad specialiora descendere, &
quorandam medicatorum fontium scruti-
num sigillatum inire. Quemadmodum
vero omnes omnino fontes, indole & ge-
nicio suo salutares, ad duplex potissimum
genus reduci possunt, ut sint vel calidi, vel
frigidi: ita antiquioris usus & in majori
honore & admiratione nunquam non
fuerunt ii, qui insito & nativo calore sin-
gularem suam indolem apertius prodide-
runt & tantum non in sensu ingesserunt. Sane fabulosa & lumine divino nondum
collustrata antiquitas eo perducta est, ut
thermalibus aquis non solum divini quid
ineffie afferuerit & fontes eas fundentes
sacros appellaverit, sed etiam, ut ipsos
Deos in earum confiniis concedisse & do-
miciuum constituisse crediderit, eamque
obcaussam his in locis superstitionis cul-
tum religiole & frequentissime exercue-
rit. Labentibus quidem temporibus,
quod velanæ erat superstitionis evanuit,
& beatior lux animis affulxit: dignitas
tamen & celebritas thermarum duravit
& cum usu ad nostra usque tempora pro-
pagata est, quibus ad penitorem earum
dem cognitionem insignis facta est acce-
sio; Etenim a multo quidem ac longo
tempore magni ingenii viri, omnibus co-

nati sunt viribus, ut admiranda illa circa
thermales aquas obvia eruerent & inti-
mius pernoferent: sed quam inauspicia-
tus & sterilis eorum fuerit in dagini in-
sumtus labor, satis constat & paucim a me
est monitum. Quin, profecto neminem
adhuc novi, qui genuinam rationem red-
dere potuerit perennis quo perfusa sunt
thermæ caloris; vel qui ad veritatem ac-
commodate exposuerit, unde ex minerali
regno proventus iste fiat salis alcalici; quo
plurimæ earum foctæ sunt. Neque adhuc
intelligenter traditum est, quomodo ther-
males aquæ, licet fortiter & efficaciter, si-
ne virium tamen singulari dejectione, se-
des cieant, nec non sudorem, urinam, vo-
mitum vocent & saepè contrarios etiam
effectus edant. Quæ omnia licet difficilli-
ma sint expositu, non tamen desistendum
nec desperandum est, quum nostræ arti i
ea obligerit felicitas, ut philosophiæ expe-
rimentalis variorumq; tentaminum præ-
flantissimorum ope, abscondita antea &
miranda in rebus naturalibus plurima de-
tegere & in apricum ponere possit. Sicuti
autem calidi loterii fontes non unius ejus-
demq; indolis atque præstantiæ sunt, sed
haud levis inter easdem intercedit diffe-
rentia, tam ratione caloris, quo alios fer-
vidissimos, alios tepidos esse constat, quam
elementorum ipsiusque facultatis, ut alii
alius virtute antecellant: ita certe in Ger-
mania nostra nullus ex illorum censu est,
qui tantam nactus sit celebritatem, tam
frequenter invisetur ac tam eximia &
conspicua agendi potentia instructus sit,
quam Carolinus ille in Bohemia. Hunc

ego ipse saepius & plus quam vicies frequentavi, & accurate omnia quæ vidi, audivi, & observavi, notavi; instituendo varia cum ejus aqua experimenta, percontando ex Medicis ejus loci aliisque effecta, & propria multiplici experientia in diversis corporibus ac morbis operationem & virtutem spectando & animadvertingo. Quare dignæ omnino mihi visæ fuerunt celebratissimæ hæthermæ, quas examini subiicerem & per vestigatius paullo explanarem, additurus, quæ ab aliis omissa sunt, emendaturus, quæ perperam exposita, & proprias meditationes & observationes collatus: ita quidem, ut omni præjudicio damnato, nullam ullius auctoritatem vel metuerem vel respicerem, sed liberrimo animo & debita modestia, quæ rationi solidæ & experientiæ non fallaci responderent, edisterem.

C A P U T I.

D E

Causa caloris in Thermis & specimen Carolinis.

§. I.

INTER plura stupenda & singularia, quæ in thermarum scrutinio obvia sunt: nihil certe magis magnorum virorum torsit & fatigavit ingenia, quam calore ille actualis perennis, quem teste sensu in quibusdam e terræ visceribus salientibus scatebris deprehendimus. Nullibi ferme majus opinionum divertivum & major Medicorum & Physicorum dissensio occurrit, quam in enodando hoc argumento atque phænomeno. Nolo tamen hoc loco omnes enumerare & excutere sententias, sed breviter tantum quasdam magis receptas stringere. Plurimi, præsertim veterum, nunquam evanescerent hanc aquarum fervorem ex barathro Platonic & centro terræ cogere satagunt, astumantes, in hoc perpetuum ignem soveri & per rimas teluris apertæq; vias dispergi. At vero tale

quid phantasie ludibrium sapit, omnique solidi ratiocinii vel conceptus expers est. Alii solis operationi calorem thermalium aquarum tribuerunt: quum tamen solis radii in terra intima non penetrant, & thermæ eundem fervorem semper retineant: licet sol noctu ab hemisphereis recesserit, & hiemali tempore debile micet & terra gelu constricta rigeat. Neque etiam ratio reddi poterit, si soli calor esset adscribendus: cur non & alii fontes, ejus radiis similiter patentes, fervarent?

§. II.

Quidam, in Chymicorum scholis versati, ab effervescencia acidi & aleali, nec non calcis vivæ cum aqua congressa, mirabilis hujus phænomeni originem & causam arcessere annisi sunt. Verum, ut alia taceam, si calor iste ex acidi & alcali confictu & connubio exsurgeret, necessarium utique esset, ut sal neutrum, quod semper ex horum commixtione conflatur, in thermis obvius esset, quod tamen non contingit. Et utut calcari montes in tellure existant, neutrum tamen eorum materia, nisi prius igne fuerit perusta, aquæ ullum concedit & insinuat calorem. Viva autem calx rarissime in terræ cryptis visa & ex iis effossa est: Meliorem sententiam imbibisse persuasum habent ii, qui sub ipsa universi productione, aquis his inditum & insitum esse calorem putant, sed hæ veritate omnium maxime remotissimi mihi esse videntur. Si enim innatus est hic fervor, cur tam cito dispereat & aqua recedat non video? ut potius exinde prona admodum consequentia conficiatur, eundem a communicatione & accessu igneæ substantiæ dependere; eodem modo, ac in illis aquis, quæ igne admoto calorem concipiunt, eodemque remoto, perfrigerantur.

§. III.

Proinde non est quod dubitemus, quin aquæ frigidæ calorem in terræ quæ peritant visceribus contrahant, non vero terra ipsa ex aquarum fervore calida redatur: quum sicuti extra terram ignis ope aqua calore imbratur & calescit, eodem

dem prorsus modo etiam in telluris recessibus reconditus occultus ignis præterlamentem humorem tepidum aut candenter efficiat. Quod vero ejusmodi ignis non precario asseratur, sed certo in maxandris terræ delitescat, tot ignivomi in diversis regionibus montes, motus immanes & tonitrua subterranea, horrenda flammarum fulgura & saxonum ac montium incendia clarissime testantur. Dispiciendum itaque est, qua ratione ignis in terra visceribus generetur & quo pabulo tam diu & jugiter soveatur & sustentetur.

§. IV.

Ut autem per obscura hæc & explanatione difficultima res clarissime exponatur: necessarium est, ut ex mechanico-physicis & chymicis repetamus, qua ratione origo ignis & flammæ productio continet. Dicimus itaque: materiam & matricem, sive pabulum, igni subministrari corporibus pinguis & sulphureis. Hæc non tantum originem dant flammæ, sed & mox ac celeriter abripiuntur in ignem motum. Sulphura vero in ignem convertuntur, per motum celerrimum concitatissimum intestinum: ut adeo ignis nonnisi motus intestini velocissimi sit species, unionem & mixtioneum corporis destruens ac diruens. Quare, qui ex frigidis corporibus ignem & flammatum producere nititur; necesse habet, ut assumat materias sulphureas easdemque motu vehementissimo attritivo & collisione in celerrimam igneum commotionem cogat & redigat.

§. V.

Nobilli exemplo est ferrum, metallum valde sulphureum, eamque ob caussam præ omnibus aliis metallorum generibus ad calorem suscipiendum aptum, unde dum in fusione stat, innumeras stricturas reicit, ejusque limatura candela flammæ inspersa & insufflata, illico lucidas scintillulas dispergit. Hoc sulphur martis, collisione in acceleratum motum abruptum manifestum ignem producit: hinc enim est, quod baculus ferreus, sola celeri & iterata cum malleo percussione, plane igneus & candens

reddatur, ut urat & sulphur accendat. Eandem caloris & ignis genesis luculentiter adstruit curiosum experimentum, quo lucidissima flamma in momento producitur, dum spiritus concentratissimus fumans debita enchiresi oleo caryophilorum confunditur, & oleum hoc sulphure denso copioso turgidum, spiritu hujus admixtione, in agitatissimum intestinum motum, qui ignis est, cietur.

§. VI.

Quando igitur in questionem venit: quænam prima ignis in subterraneis cryptis sit origo & quoniam pabulo soveatur & sustentetur? ita sentiendum esse reor: quod hæc nulla alia ratione perficiantur, quam quod recondita in terra recessibus sulphurea corpora, mutua inter se actione in vehementissimum motum agitata, primum excludant ignem, qui deinde facile per appositas sulphureas, bituminosas maxime & facile inflammabiles materias, multiplicetur & latius propagetur. Proinde circumspiciendum est, quænam substantia in terra promptuario absconditæ, ad ignem suscipiendum aptæ, reperiantur. Hæc vero secundum nostram sententiam, potissimum sunt mineræ ferreae nec non sulphureæ. Ferreis enim mineris magnos terrarum tractus refertos esse notissimum, itemque certissimum est, profundissimas cryptas totas repletas esse sulphureas & vitriolaceis mineris, cuius rei præclaro documentum est, sulphuris & vitrioli effusio, jam per mille fere annos Goslariae, in monte, quem vocant den Rammelsberg, adornata ac celebrata.

§. VII.

Quinimmo loca nonnullæ Italæ abundantissime sulphure scatent, & hæc insignis ejus copia, potissima caussa est montium incendiorum, terræ motuum, hac in regione frequentissimorum. Probe hinc annotavit Illusfr. TSCHIRNAUSEN, de medicament. pag. 112, quod quatuor maxime annotaverit circa montes ardentes, Vesuvium & Etnam hunc Siciliæ & illum Campaniæ notissimum montem, nempe primo sulphur commune inflammabile, secundo terram

porosam , tertio aerem & quarto mare . Sulphur enim ibi accensum non modo horrenda illa incendia conflat , sed etiam terram intensius calefaciendo , aquas perlabentes calidas reddit .

§. VIII.

Et haec etiam ratio subest , quare in Italia , ubi sulphur in subterraneis tractibus ardet , thermales aquæ copiose & affluenter saliant : id quod disertis verbis testatur Laurentius GRYLLUS in orat. de peregrinat. studii medicinal. ergo susceppta pag. 5. ita scribens : in agro Senensi supra 15. scaturigines habentur. IDEM ibid. haec memorat : postea Puteolis vidi sulphuris vivi , quod in multis officinis desideratur , integros montes , quos olim Phlegreos appellant . Vidi & varias thermarum mixturas prope Baias , & in sinu Baiano , prope lacum Avernum , vapores e terra prodeentes , qui vim thermarum propemodum superant . Invenitur quoque sulphur ejusmodi in quibusdam Germania thermis , in primis Aquisgranenbus , de quibus jam superius meminimus : quod non solum argentum fusco colore obducant , sed etiam purissimum sulphur in balneo sic dicto Cæsareo in sublime erudent & florum instar apponant .

§. IX.

Adstruximus iraque & sufficienter confirmavimus : sulphur esse materiam uti omnis ignis , ita etiam ejus , qui in subterraneis mæandris gliscet ; sed qua ratione hoc sponte accendatur & ignem concipiat , hoc nondum est expositum . Nostra autem ita fert sententia ; id fieri inutuo corporum sulphureorum congresso intestinaque inter se vehementissima commotione . Et ut paucis mensis exponamus , id contingere existimamus : quando sulphur solutum agit in terras & mineras martiales , vel terram bituminosam . Concipimus scilicet rem sequenti ratione . Quando in terræ visceribus sulphur cum bitumine , sive ligno fossili , sale acido referto , nec non marcasitis martialibus , sulphureo - vitriolicis , est commixtum & in magnos cumulos acer- vatim congesatum , & aqua ad hæc mince-

ralia accedit , tum acidum vitrioli , quod in sulphure delitescit , liquatur , & actio- ne sua in terram illam bituminosam & sulphureas martiales mineras , non modo intensissimum calorem suscitat , sed etiam , si terra porosa est & aeri aditus sufficienter patet , luculentam excluditflammam .

§. X.

Evidenter res fiet sequenti experi- mento chymico . Quando una sulphuris vivi in pulverem redacti libra , cum tan- tudem tenuioris martialis scobis exacte permiscetur , & his vitro inditis , aquæ tantum aspergitur , ut mixtura humida instar pultis fiat , massa hæc , elapsis duo- decim horis , in spumam attollitur & internus calidissimus ex oritur conflictus , ut ob calorem vitrum disstringatur , colore antea flavo , in nigrum degenerante , ipsoque magnate per calorem admodum compacto reddito . Hoc e vitro exem- tum & in minora frusta comminutum , in acervum collectum aerique libero ex- positum , exiguo temporis spatio , non modo vehementius quam antea incal- scit , sed & manifestam flammatum cum fumo sulphureo eructat & vibrat .

§. XI.

Plura adhuc in promtu habemus mo- menta , quæ natales ignis subterranei di- lucide ostendunt . Videlicet non est igno- tum , sed vulgari experimento constat , quod marcasitæ & glebæ sulphureæ , e quibus vitriolum conficitur , aeri humili- & pluvioso subiectæ & commissa , brevi tempore intensem astum concipient . Idem fit , quando remanentis , post sub- limationem sulphuris ex marcasitis sul- phureis , capit is mortui nigrifragmenta , in cumulum aggeruntur & aurae nimbo- sa patent ; quippe , hoc facto , fervorem contrahunt tantum , ut manus sine adustionis periculo proximus admoveat nequeat : id quod oculis & manibus per- spicie patet in pago Bohemia , millia- ri a Carolinis sejuncto , dicto Ult-Sattel , ubi alumen , sulphur & vitriolum copio- se & affluenter coquuntur .

§. XII.

§. XII.

Ulterius subterranei æstus ortum & genuinam caussam apertius testatur, commemorabile illud phænomenon, quod iis in locis, ubi aluminis coctio viget, uti Diebat in Missnia & Commoda in Bohemia, quotidiana observationis est. Nimirum novimus, aluminis præparatio nem ita adornari, ut primum eruantur e terræ cryptis carbones fossiles, sive terra nigra bituminosa inflammabilis, in qua sat sulphureum acidum aluminosum delitescit. Hæc terra deinceps in acervum congeritur, & delapsi pluviis infersa ac mafacta, non modo vehementius infervescit, sed etiam fumum, immo quandoque apertam flammam emitit; nullam aliam ob caussam, quam quod acidum aluminis sulphureum, aqua liquatum, aggrediatur terram sulphuream bituminosam, & facta hinc mutua partium inter se actione & reactione, sulphur incalefat, vel accende aeris motu, plane in ignem convertatur. Quin immo, curiosum non minus quam apprime hoc faciens experimentum est, quo ex aluminis usci, cum materia quadam inflammabili sulphurea connubio, mafia conficitur, quæ e vestigio in liberum aerem protracta, post calorem sponte ignem concipit & ardet.

§. XIII.

Enumeratis & suppositis hisce luculentis tentaminibus & observatis, ignis originem adstruentibus; non erit difficile, generationem & veras caussas eruere ignis & caloris subterranei, qui fervoris in thermalibus aquis, terræ motuum & montium ignivomorum caussa ac fons est. Scilicet, quando sulphur, per mutuam actionem mineralium variorum bituminosorum, ferreorum & vitriolico-sulphureorum, vehementissimo interno motu agitatur, & aer in terræ cavernis conclusus, insufflando calorem adauget, ac intestinam collisionem & motionem magis excitat: luculentus ex ardore potest ignis, qui in cryptis subterraneis latius serpens, terrarum tractus saepe concutit, horrenda fulgura & tonitrua subterranea ciet ac nonnunquam in-

gentes terræ faxorumque obviorum molles in sublime agit ac longe protrudit. Sunt autem hæc phænomena potissimum solennia & obvia iis in locis, quæ mare alluit, & in quibus marina aqua cœco lapsu in subterraneos meatus irruens, aerem intus contentum in artius spatium cogit, & sic ventum excludit; eodem modo ac notum est, quod aquæ lapsu ventum per canales excitari possit, qui multis in locis folium vices sustinent. Contra vero ubi validior auræ afflatus deest, & loca longius ab oceano remota sunt, uti sit in Germaniaæ interioribus, æstus quidem exoritur maximus, sed ignis quasi conclusus tantum gliscet, neque in manifestam flammam erumpit: nihilominus calidissimas exhalationes longe lateque dispergit, qui terram suffervefaciunt & per ejus poros ac rimas transentes, aquas perlantes calore imbuunt, & fervidas reddunt.

§. XIV.

Verum, haud levis prima fronte dubitatio hoc loco occurrit: qua scilicet ratione continuus & perennis per tot seculorum decursum calor, æquali semper fervore aquas inficiens in subterraneis specubus subsistere possit. Respondemus: rem conceptu non adeo esse difficultem, ut prima fronte videtur. Etenim minime existimandum est, parcum & exiguum esse memoratorum mineralium in terræ visceribus apparatum; sed inexhaustæ potius sunt profunditates sulphuris, bituminis & marcasitarum vitriolicarum. Nobili in primis exemplo sunt fodinae illæ, in Bohemæ pago Ut Sattel, ubi ultra duo secula sulphur, bitumen & vitriolum eratum atque consecutum est: nec non Puteolis in Italia, ubi per multa fæcula alumen & sulphur excoctum fuit, & immensus tamen adhuc ejusmodi mineralium proreatus superest. Deinceps quando in intimis terræ cryptis, aquæ transentes accessu, per mutuam illata mineralium actionem & reactionem, sulphur in concitatissimum & igneum motum vel semel abreptum est, ipsa hæc intellata motio circum circa offendit simile pabulum, & sic facilime se propagat similem.

qualemque motum communicat, cum pinguibus inflammabilibus, uti potissimum est terra bituminosa inflammabilis carbonum fossilem.

§. XV.

Porro crebriori obseruatu constat: omnem ignem occultum & liberiori aeris accessu præclusum, diutissime sine notabili pabuli absuntione & combustione durare nec facile dissipari. Norunt certe, qui tristi spectaculo conflagrantibus adibus interfuerunt, quod collapsis ex incendio trabibus & materie, ignis sub cineribus diu delitescere & gliscere possit, ut etiam saepe post aliquot demum dies denuo exardescat. Idem præstant carbones fossiles, qui, si semel ignem conceperunt, perdiu sub favilla cundem servant & retinent. Est quoque curiosa observatio, quod in machina Papiniana, quæ firmissime occulsa est, adeo, ut ipsi vapores aeris & aquæ calidi non possint elabi, subjectis paucissimis carbonibus vivis, carnes etiam duriores coqui possint, & ænea hæc machina iis imposita citocalefiat & diutissime contractum semel calorem retineat. Et ut in exemplum adducamus ipsum nostrum corpus: hoc poris occlusum, vel transpiratione prohibita, in febris longe majori aestu jaëtatur, quam si vapores calidi per partulos cutis meatus ventilatione facta libere difflantr. Simili fere modo calidissimi sub terra halitus, dum non in aërem liberum dissipantur, sed elapsi recidunt & quasi in se redeunt ac resorben- tur, facta hac in gyrum circulatione, longissime durant, nec tam citè absumentur.

§. XVI.

In primis commemoratu dignum est diu occultati ignis exemplum, quod carbonarius ille prope Zwickaviam in Misnia mons suppeditat. Narrant videlicet accolæ, quod hic mons elapo sæculo a Suecis incensus sit, & per longum tempus arserit, ut opus fuerit, rimas & antra dehiscentia iniecta terra opplere & ignem sic suffocare: ante tria autem circiter lustra, dum meatus denuo fuerunt aperti, adhuc ardescere interiora obser-

vatum novumque exortum est incendium, ut rursus scissuras & hiatus oculare & oppilare coacti sint. Verum jam ante centum & quod excurrit annos montis hujus mentionem fecit Georg. AGRICOLA de ortu & causs. subterrani. lib. II. cap. 20. it. de nat. eor. quæ efflunt ex terra lib. IV. cap. 17. ita perhibens: mons in Misnia prope Zwickam semper ardet, in superficie decidentibus paullatim fossis, quas si quis intueatur, fornaces ardentes esse apparent, materia non prorsus admota, sed ex intervallo quatuor pedum distans, ignem accendit. Et porro scribit: in multis locis Germania ardentes vapores de nocte emittuntur, in Misnia vero ad Muldam fluvium, toto illo campestri tractu, qui est inter Zwickam & Glaucham. Meminit quoque hujus montis Laurent. GRVLLUS, l. c. pag. 71. Non procul, inquit, a Zwickavia urbe mons est, qui perpetuo incendio, non aliter quam temporibus Traiani, Vesuvius in Campania, flagnat, & sulphureum quid, quod in Medicina utile est, eructat.

§. XVII.

Nullum quoque dubium est, quin in isto tractu ubi Carolinæ scaturiunt, olim exarserint ignes & adhuc occultentur, qui vaporibus calidissimis difflati & per superficiem terræ dispersi, ex altis montibus decidentes aquas calefiant. Egregiam hac de re fidem facit idem AGRICOLA de metall. pag. 562. his verbis: Præterea loca videntur adusta, ignes quondam arserunt, & ejus somitem plenumque in visceribus adhuc continent. Sicut in Germania in agro Elbogano, inter Lessaviam & Culnam pagos, licet cernere. Ibi enim testaceæ terre effodiuntur, exustæ nonnihil, nec mirum, quum ibidem sint acetosæ, & prope Sattel pagum fodiatum bitumen, atque etiam non longe ab oppido, quod ex Falconum planitate nomen invenit, in loco, cui ardenti collis nomen est, a quo absunt calide Caroli IV. circa octavum lapidem.

§. XVIII.

Sed memorabilius & illustrius hac de re testimonium exstat in Bogisl. BALBINI, hist. regni Bohem. cap. 32. pag. 81. hæc

hæc memorantis: *Ellbogen* sit districtus carbonibus fossilibus abundat, sed non utuntur, quod in silvosa regione lignorum sit satis. Ad Falckenaviam prope Egram fluvium, (ad pagum Konigswehr iter est, ubi sanctæ Cunigüdæ ecclesia visitur) mons, vel potius quoddam concavum, aut grandis crater occurrit, magnum olim malum viciniq; daturus. Subterranei ignes viscera montis depascuntur; & si aurem penitus solo admoveas, quod ego feci, tantum intus murmur ventorum, aut flammarum exundies, ut parvum quandam Vesuvium ipse sibi timor cogitatione depingat. Ardet mons ille noctibus, immo & diebus; quoties gravis aliqua aeris mutatio regoni impendet: jam & terra aliquem tremorem cum tristi mugitu non semel vicina illa sensit; fuisse eo in loco quondam ferri fodinas accolæ narrant. Sunt etiam eo in loco carbones fossiles permulti, sed nigri & scure jam in ipsa terra flammis absunt, quales per reliquam Bohemiam aliquando inveniri BOETIUS testatur. Quæ recensita verba, apertissime fidem faciunt, quod olim in hisce tractibus subterranea incendia arduerint, & furent.

§. XIX.

Et notatu perquam dignum est, quod ubi fontes nostri saliunt, terra circumiecta calida observetur. Hæc enim ratio tibet, quare Carlsbadii, propter calorem subterraneum cellæ non possunt effodi ac instrui, sed in vicinis montibus constituantur. Inde quoque est perspicuum, quare nix tempore hiemali, mox in vico diffloat, & omnibus circum circa nive & frigore obiectis, non diu peristat, sed circius discutatur. Præterea inveniuntur adhuc alia loca, extra urbis pomœria, propæ molendinum, in quibus nix mor colliquescit: ut adeo patet, universum hunc tractum, in quo Carlsbadium exstructum est, igne subterraneo delitescente suffervesceri, qui præter labentem aquam proprius contingens, eandem calore imbut, longius vero ab eadem remotus, halitus tantum per meandros dimittit & dispergit, qui quis insinuati, iisdem medicata nobis-

lissimam virtutem conciliant. Quod enim aquæ a terra, per quam fluunt, calorem & fervorem fortiantur, luculententer adstruit, quod complures existant aquæ dulces calidæ, nulla prouersus minerali substantia foecæ, sed exquisite puræ ac leves, cujus generis sunt in Italia balneum St. Joannis in agro Lucensi, nec non Pisanum, Senense & id quod dicunt de Cornetto. Eudem genium obtinent celebratissime illæ Piperane in Rhætia thermæ, quarum aqua, ex nive in montium jugis calore solis liquata, calida subterranea loca in transitu pervagans, calorem suscipit ac fervida erumpit.

CAPUT II.

DE

Natura & contentis Fontis in Carolinis communis, quem vocant den Prudel.

§. I.

Superiori capite satis superque, uti arbitror, expositum est: quænam causa & origo sit caloris subterranei, qui tam in genere frigidas aquas calidas reddit & thermas constituat, quam speciatim fervorem Carolinis conciliet. Jam ordo rerum dicendarum exigere videtur, ut, quænam elementa & contenta mineralia salubria contineat communis ille in Carolinis fons, Prudel dictus, eruamus. Ut vero eo melius, & quasi a priori, ejus natales & cum solidioribus substantiis connubium perspicere & evolare possumus: primo omnium prælibare quædam breviter strictimque de fontium origine opportunum visum est, Sunt nonnulli in hac opinione: cauسام fontium, præsertim perennium, esse circulationem aquæ in globo terraquo: ita, ut hæc per alveos subterraneos juxta fabulum bulliens, volvatur ex mari in mare, ex oceano scilicet ad scatariginæ fontium, inde in rivulos, ex rivulis in amnes, ex amnibus in oceanum, & hæc ratione in orbem quasi agatur.

§. II.

§. II.

Verum, utut non negemus, aquas dari subterraneas, & in tellure non fecus ac in corpore humano, certas venas ac canales aquas vehentes existere, in quibus aquarum fluxus & refluxus continet; minime tamen arbitramur, ad perennium fontium scaturiginem sufficere has aquas subterraneas. Sed potius nostra sententia ita fert: aquæ quidem terra a prima statim productione universi sunt concessæ & in interioribus ejus recessibus ubique deprehenduntur, etiam in montium altissimorum abditis, sicuti metallurgi norunt: subterraneæ vero haæquæ alimentum & incrementum continuum suscipiunt ex pluvialibus, quæ e nubibus delapsæ, per porosam telluris substantiam repunt & colantur, donec tandem circa argillola compactione loca sustentur & colliguntur, ac postea copiosius aggregatae, viam sibi pandunt & in depressioribus locis, montium radicibus ac convallibus erumpentes, per certos canales & rivulos distribuuntur ac dimittuntur, prout jam superius meminimus. Et observamus, quod quo longior & magis continuus est montium tractus, immo quo montes sunt altiores, eo diuturniores & in altum magis profiliunt scaturire fontes. Praclaro hujus rei exemplo sunt Piperanæ in Rhætia prope Curiam thermæ, vernacula, das Ueffer-Bad: quippe quæ quotannis circa tertium Maii prodeunt, ac die decimo quarto circiter Septembribus resiecantur ac fluere desinunt. Caussa enim hujus annui & stati fluxus est, quod circa hoc tempus nives in altissimorum montium jugis restibiles auctiori solis calore liquecant, per mæandros terræ descendant, calore in his recessibus delitescere subterraneo, fervorem contrahant ac tandem ex concluso fulmine in apertam venam se se evolvant.

§. III.

Quapropter nullum etiam est dubium, quin aqua fontis nostri Carolini, ex subterraneis hydrophylaceis, & collectis cœlestibus aquis, montium rimas perreptantibus corumque cavernas pervagan-

tibus, suam petat originem. In primis vero longe videtur simillimum: quod ex sic viso cervorum monte, quem vocant den Dischstein, & qui ad aliquot millaria porrigitur, primum incunabula ducent hæquæ, & per ejus cryptas transmissæ, calorem, immo mineralem & medicatam virtutem suscipiant. Quod enim aquæ nostræ ex hujus montis penetralibus dimittantur, ex eo haud fallaci suspitione concludendum esse reor: quia admota solo, ubi curia exstructa est, aure, inferius aquarum sub terra cum strepitu & murmure fluctuantum cursus, auditu percipi potest. Nec ignotum est incolis ac Pharmacopœo maxime hujus loci, quod subinde in ejus laboratorio calidi latices profilient, qui vix compesci ac obturari potuerint. Visitur quoque circa ejusdem montis radicem: item non procul a molendino, fons, ex durissimo saxo prorumpens, tepidus & subtilioris naturæ, quam celebris impetuosus: qui, quod non tam calidus sit, neque tantam copiam tophaceæ substantię contineat, hæc mihi videtur subesse ratio, quoniam anticipato alveo nimis cito effluit, nec per mæandros ignem & calcem custodientes, qui dubio procul sub vico & fluvio, cui Tepia nomen existunt, transeat. Denique lapsum humoris, quem fons noster fundit, ex sublimi, conspectius arguit impetuosa ejus eructatio & per scæbrae ostium ejaculatio elatusque in aereni ascensas, ante plures annos ad decem, jani vero duas circiter ulnarum altitudinem accedens; quippe, qui nonnisi accelerato aquarum ex alto casui & pressioni tribuendus est.

§. IV. *Viam invenimus*
Jam res ipsa & ipse ordo postulat, ut fontem nostrum paullo specialius describamus, & ejus indolem ac elementa investigemus. Natale solum ipsi obtigit ager Elbogamus, in confiniis Bohemiæ, ubi olim a CAROLO IV. Cœfare, anno 1370. inventus, brevi mirum exsplenduit, & in rei memoriam, ab Augusti inventoris nomine, Carolinus nuncupatus est. Duo autem ibi consistunt montes,

qui

qui vallem spatiostam aperiunt, in quae
tons noster lato flumine in salientem ve-
nam sese explicat, non procul a Teplo
fluvio, qui a calidis his aquis Bohemi-
cum hoc nomen accepit: Teply enim ca-
lidum Bohemis significat. Spuit hæc
scatebra aquam fervidissimam, tanto
calore præditam, ut ter vel quater in-
tineta animantia, gallinæ, sues, gla-
brentur ac pennas & pilos amittant. Ad-
juncti sunt scatebra oris & solo implan-
tati ampliores tres tubi & canales, qui
continuo largissimeque effundunt humo-
rem, qui ex duorum alveis derivatur per
incilia alia plura lignea, huc & illuc ten-
denta, ad ædificia incolarum, balnea-
que, ut copiam ibi habeant pro lavando
satis insignem. Ex unico vero canale im-
petuosus effunditur aqua & in altum ejau-
culatur, intervallo brevissimo interie-
to, crassitie brachii, ubi eam petunt
incolæ & hospites pro potu in urcis ar-
gillaceis, eum in finem confectis. Pro-
pter fervorem, ibi visuntur copiosissimi
vapores & halitus in aerem elevari, præ-
fertim cum aer densus & nebulosus est,
& vapores condensari oculis patent, qui
sicco & sereno cœlo regnante, rarius dis-
sipari, non ita veniunt in conspectum,
ut hinc incolæ ex densissimis his halitibus
circa fontem, pluvias præsagiant.

§. V.

Hisce expositis, princeps noster labor
esse debet, ut solerter examinemus, que-
nam elementa & contenta, a quibus vir-
tus salubris petenda venit, foveant no-
stræ aquæ? Mirari autem hoc loco subit,
ab omnibus ferme, qui de Carolinis qua-
dam in publicum emiserunt, ingredien-
tia plane aliena fuisse adducta, & vera
minus clare evoluta ac demonstrata.
Quippe falsissimum est, eas custodire
sulphur minerale in substantia, alumén,
nitrum, vitriolum: multo minus au-
rum vel cuprum in exilissima quantitate
recipiunt, dilucide id confirmantibus
experimentis chymicis eum in finem in-
stitutis. Nam argentum non fusco colo-
re imbuunt, neque ad infusionem galla-
rum notabiliter nigrescent, aut cum
alcali effervescent. Nitrum vero in-

flammabile, cum sal sit aereum, nec
sub terra, nec in ulla aquarum reperitur.
Verum Carolinæ nostræ custodiunt sal,
& quidem tale, quod permultis mirum
videbitur, dum artis tactum, non na-
turæ productum id esse a magnis Chymicis
hodienum creditum, nempe purissi-
mum sal alcali. Hujus præsentiam satis-
insignem testamat facient experimenta a
nobis adornata.

§. VI.

I. Thermæ hæc cum quocunque acidō,
sive sit mite, ut acetum, sive forte, ut
spiritus salis, vitrioli aut nitri efferve-
scunt, cum magna bulularum & exhalationum in aere copia. Acidum valde
corrosivum, uti est oleum vitrioli mox
mitescit, obtunditur & exuit suam aci-
ditatem. Fecimus experimentum cum
hoe, & in uncias duas aquæ instillavi-
mus ejus guttas decem, quibus satura-
tum fuit alcali, & evaporatione debita
facta, nacti sumus sal neutrum, dupli-
cate sali vel vitriolato tartaro non ab-
simile. II. Affuso sirupo violarum ther-
ma hæc viridem colorem induunt, quod
contingit, quando sal tartari in aqua
solvit. & haec solutioni idem sirupus
infunditur. III. Quando pulvis rhabar-
bari inspergitur hisce aquis, tunc rubi-
cunda tinctura inde emergit, qualis et-
iam alias extrahitur ex rhabararo, per
menstrua alcalina. IV. Mercurii subli-
mati solutio nostris aquis instillata, gi-
gnit solutionem aurantii coloris: que
omnia faris superque alcalitum sal pa-
tescant.

§. VII.

Vérum enim vero non hic substitui-
mus, sed partim destillavimus, partim sim-
plici infusione examinavimus has a-
quas, & ex libris duabus medici ponderis,
obtinuimus drachmam materiæ salino-
terreæ; quæ aquæ ope iterum liquata &
per chartam emporeticam trajecta, con-
cretione facta salis puri dedit drachmam
circiter diuidiam. Hoc sal, teste sapore,
proxime accedit ad ingenium salistartari,
intense alcalitati. Confligit enim cum quo-
vis acido, & cum sale ammoniaco mixtum
penetratissimum volatilem spiritum elicit.

Cum.

Cum sulphure maritatum & igne tractatum, transit in hepar, ex quo cum spiritu vini elegans sulphuris tinctura paratur. Quando tres partes nitri, cum parte una sulphuris, & hujus salis partibus duabus, miscentur, pulvis emergit, qui in cochleari impositus carbonibus vivis, horrendum fragorem instar sclopetae edit. Quae omnia satis declarant, sal purum alcalinum contineri in thermis nostris. Monendum autem hoc loco de sale e Carolinis elicito alcalino est, quod si hoc ipsum, per aliquot menses libero aeris accessui patet, illud quodammodo in medium naturam transeat, non secus ac sal tartari & sal ex cineribus clavellatis, assumto scilicet & absorpto ex aere acido catholico. Hinc est, quod si ejusmodi sal in aqua dissolvatur & solutio fornaci calide imponatur, neutrum sal, tartari vitriolati notatiorem similitudinem exhibens, crystalliniforme, fundo & parietibus vitri fere apponat. Porro si hoc diutius in libero aere detentum alcalinum ex Carolo fonte sal, cum pulveri carbonum quarta parte miscetur & igni in crucibulo haec mixtura ut fluat imponitur, massa sanguinei coloris, instar hepatis sulphuris conflatur, ex qua non modo affuso spiritu vini purissimo rubicunda sulphuris tinctura parari, sed etiam asperso ejus cum aqua factae solutioni aceto, verum lac sulphuris ad imajdejici & confici potest.

§. VIII.

Ast non existimandum est, nostras thermas tantum imbutas esse alcalino sale, sed in aliis quoque hoc ipsum deprehenditur. Nam fecimus experimentum ante plures annos Darmstadii, praesente Ecell. Dn. HERTIO, cum sale ex incisis Embensibus thermis parato, quarum librae sex medicæ concedunt drachmam unam hujus salis, quod identidem effervescit cum spiritu vitrioli, sal neutrum producit, & omnibus requisitis & effectibus salis alcalini splendet. Notatum quoque hoc sal alcali est a celebri Medico Dn. JUNGCKENIO in descriptione aquarum Embensium: Aqui granenses effervescent quoque cum acido, & ma-

teria alba præcipitatur, in argumentum alcalini salis. Sunt vero etiam aliae calidaru[m] hospitalium aquarum, quæ alcalinum sal non vehunt: nam cepimus olim tentamen cum Wisbadensibus apud Moguntiam, & in illis nil nisi sal enim instar salis communis invenire ac detegere potuimus, quæ nihilominus ex iiii in medendo virtute pollent, & antiquissimi pariter ac spectatissimi usus sunt.

§. IX.

Progedimur iam ad alterum elementum nostrarum aquarum, quod est calcaria, rophacea terra, cuius quantitas non est exigua. Deponitur haec & crescit subinde in canaliculis ligneis, per quorum alveos fertur aqua ad balnea. Neque facile inveniuntur aquæ in eo nostris æquiparandæ, quæ intra 24. horarum spatium omnia imposita, sive stramina sint, sive ligna, ovorum teste, argillaceæ imagines, vel folia arborum, crusta lapidea obducunt. Ingentes quoque circa balnea conspicuntur lapides, qui ex aquæ guttis stillantibus acreverunt, coloris flavi & fusci, jure merito que stillatitii, vulgo *Tropff-Stein* nuncupati. Verum non unius generis lapidosa materia est, quam thermalis haec aqua vehit. Quippe curiosum est, quod sub terra, ubi scaturit fons, lapis gypseus durus, albus στλαγμιτης Græci vocant, eruatur & ibidem etiam progignatur. Nam aquæ ex montium penetralibus, in quibus spathii lapis ubi est proventus, effluentes, clambunt & secum abripiunt quasdam ex eo partes, & calore ac ebullitione interveniente, in superficie terræ deponunt, & cortice quasi lapideo ita scaturiginem incrassant ac muniunt, ne aquæ alienæ ex Tepla fluvio proximo incurvant & commisceantur. Quando vero crusta haec & numinem lapideum, violentia inundationis, vel glaciei tempore hiberno lreditur & disfringitur, uti ante aliquot annos factum esse memini, tunc torrentes irruunt & aquæ peregrinæ ad scaturiginem accedentes, languidorem hospitalis aquæ virtutem efficiunt, donec elapsis aliquot men-

ibus

ibus, cortex lapideus iterum accreverit & meatus apertos obturarit, ut suas dunt taxat undas fons trahat.

§. X.

Præterea aliud lapidem adhuc continent & formant nostræ aquæ. Nam juxta ostium fontis, ubi ebullit & prorumpit aqua, quando alliditur afferibus circumpositis & substratis, concrescit ibi lapis elegantissimæ structuræ, ex variis lamellis & stratis superstratis coagmentatus, qui colorem obtinet variegatum, lateritium præsertim & fulcum, instar rubricæ, textura satis est firma atque compacta, ac politus & levigatus, elegantissimas jaspides coloris varietate simulatur. In superficie exteriori varias eminentias & tubercula quasi polita gerit, quale frustum insignis magnitudinis & aspectus jucundissimi nobiscum aliquoties testulimus. Ignitus autem hic lapis nihil sulphurei vel penetrantis odoris emitit, cum omni vero acido effervescit, ejusque color tam intense rubicundus, ac varius, nec non compages densior firmior dependet a fortiori allisu aquarum ad objectos asseres, & debetur potissimum appositioni sub calore & motu violento magis arctiori & compressio- nis factæ, ex qua etiam, non tantum speciose, sed etiam ex vero, gemmarum in subterraneis locis ex fluido genesis erui potest & explicari.

§. XI.

Aliud lapidis genus in canalibus & ipsis in balneis, de quo antea dictum est, conspicitur. Hic magis est friabilis quasi arenosus, tophaceus, flavi, ochrei coloris, naturæ fixæ. Nam igne etiam fortissimo nihil volatilis emitit, ebullit autem & solvit spiritui acido injectus, manifesto documento alcalinae naturæ. Circa hunc lapidem & ejus generationem hoc potissimum commemorabile est, quod non ubique ejusdem deprehendatur consistentiæ vel texturæ; nam quo calidior & scatibræ propius per canales decurrit thermalis aqua, eo durior, rubicundior, sed parcior lapis iste generatur, quo magis autem tepidus & temperatus est humoris calor & quo longius a scatu-

rigine porrigitur alveus, eo mollioris naturæ & coloris dilutioris lapis conflatatur.

§. XII.

Denique reperitur adhuc alia species terræ subtilis, albæ, unctuosæ, levis in Carolinis. Hæc instar tremoris vel cuticulæ transparentis, folium crassitie æquans, aquis tepelatis in balneorum receptaculis ligneis contentis innatat & in superficie earum visitur, quando videlicet tarde aqua influit in balnea, & per viginti quatuor horas in caldariis immota stat. Melius succedit negotium & cuticulæ separatio ac appositio, si tempestas fuerit serena, neque pluviosa, nec nimis frigida & ventosa, januæ quoque ac valvæ probe clausæ, ne aer aquis impetuose allabatur, easdemque motu quodam concutiat. Hæc substantia tenuis calcaria exemplata & siccata, albissima est, saporem habet instar ossis sepiæ, effervescit cum acido, & loco dentifrici ad dealbandos dentes commode adhibetur. Externe quoque ejus usus egregius est ad siccanda ulcera: interne vero drachma assumta dicitur urinam pellere.

§. XIII.

Hæc sunt contenta, quæ in communī & furioso Carolinarum fonte, accurato facto examine, deprehendimus. Mineralis vero vel metallici nihil invenire potuimus. Et licet odor circa scaturiginem obvius volatile quoddam principium salinum prodat; non tamen urinosis quippiam redolet, sed similis odor ferme est illi, quando coquitur sal tartarium cum ejus cremore mixtum in aqua. Nullus etiam mineralis sulphuris halitus narres compungit, & thermalis aqua deflationi subjecta, nullum vel peculiarem saporem vel odoris vaporem præbet. Ex quibus omnibus clarissime elucescit, omnem Carolinarum virtutem ex sale alcalino, terra calcaria indolis teneriori & crassiori, nec non ex ipsis aquæ qualitate & quantitate esse petendam ac derivandam.

CAPUT III.

DE

Differentia & prerogativa Fontis in
Carolinis tepidi, vulgo
deg Muhl-Brunn.

§. I.

Quum vero ea, quæ de contentis & natura Carolinarum modo exposuimus, potissimum & sigillatim ad fontem communem & furiosum, quem vocant *den Drudel*, referenda sint præter hunc autem alius adhuc ibidem scaturiat non minus celebris & frequentis usus, Germanis, *dag Muhl-Bad*: utile omnino erit ac necessarium, ut differentia quæ inter utrumque intercedit, & quibus peculiaribus dotibus splendeat molendinus hic sic dictus fons, evolvamus & tradamus. Situm obtinet hic fons mox ad radices illius montis, cui urbs Carlsbadium inhæret, & a communi intra sclopeti jactum abest, nec ut ille solum subter flumen, Tepla dictum, perreptat, sed eis illud, non procul a molendino humorem effundit, eamque ab caussam molendinus vocatur, vernacula *der Muhl-Brunn*. Præstantissima hæc scatebra diu admodum neglectui data in occulto jacuit, nec ab uilo tam interne, quam externe, medicationis caussa exhibita fuit, sed primum aquarii vices sustinuit, in quod equos morbos egerunt, postea vero quidam vilioris sortis periculum fecerunt, & balneando eodem usi sunt. Quum vero viginti abhinc & quod excurrit annis, primum Carolinas frequentarem, & facto accuratori examine, in earum elementa ac vires curiosus inquirerem, hunc etiam disquisitioni subjeci, eademque instituta, illico deprehendi, saluberrima & salubriora furioso ejus esse principia & facultatem spectatissimam. Quare primus auctor existi permultis, quibus utilissimum fore hujus aquæ usum a priori no-

veram, ut eandem adhiberent; quod cum exoptatissimo cum successu fieret, exsplenduit magis magisque nobilissimi hujus fontis præstans virtus, ita, ut non solum repurgato scaturiginis ostio, domo superinstructa includeretur, que duobus balneis instructa est, aliaque adhuc conclavia potantium usui destinata obtinet, sed etiam nunc frequentissime, tam interius quam exterius, a principibus maxime & præcipuis aliis personis, usurpetur, ac cum communi de prærogativa certet.

§. II.

Quod si vero hujus fontis elementa tanquam operationum veram caussam curiosus rimamur, instituto quidem per variorum reagentium commixtionem, examine, non adeo magna differentia inter hujus & communis aquam observatur. Etenim ambo infusis acidis spiritibus, vitrioli intensius, & nitri ac salis mitius effervescunt & ebulliunt; instillato tartari oleo, quod vocant per deliquium, turbantur & flocculos albos rejiciunt; admixta solutione sacchari saturni lactescunt & præcipitatum dimitunt; mercurii sublimati liquamen iis admixtum aurantium colorem suscitat & præcipitat ex mixtura partes teneras; si rupus violarum viridem induit tincturam, gallæ autem inspersæ neque umbram neque nigredinem inducunt, eodem plane modo prout superius de fonte communi meminimus. Nihilominus tamen plura sunt, quæ differentiam & peculiarum molendini hujus fontis indelem uculenter monstrant & conspectius arguunt, ja.n seorsim consideranda.

§. III.

Videlicet caloris in molendino fonte remissior longe est gradus, quam in furioso communi, ita, ut comparatione instituta, ille tantum tepidus dici mereatur. Hinc est quod sensibiores & delicatores nausea & vomendi conatu crebrius post ejus potum attententur, eamque ob caussam ut hoc incommodum arceretur, ii, qui sine fastidio tepidum hanc aquam bibere nequeunt, vasa eadem repleta ferventi & calidissimæ com-

munis

muniſ aquæ immittenteſ ſolent, ut ma-jo-
re calore imbuatur minusque fastidioſa
ſit. Porro tepida hæc aqua ſeatriginis,
ex qua effunditur oſta & canalium per
quorum alveos fertur latera, crux to-
phacea & lapidoſa non ut communis in-
veſtit: neque etiam in caldaria immissa
& aliquandiu immota detenta, cuti-
eulam teneram in ſuperficie, quam vo-
cant, *Bade-Schaum*, contrahit & ex-
hibet.

§. IV.

Exhalatio tandem ſi ador�atur, ex
libris duabus hujus aquæ drachma mag-
matis ſalino-terrei colligitur, ex quo
per iteratam ſolutionem colationem &
coagulationem ſalis duo ſcrupuli & 13.
grana, & terræ grana circiter ſep̄tem
eliciuntur. Terra quidem educta ean-
dem plane alcalinam & calcariam natu-
ram exhibet ac illa, qua ex communi
refiſcationi ſope producitur; ſal vero
extractum, licet alcalinam ſuam indol-
em eminentem per iuſtituta tentamina
abunde comprobet, nuptum tamen
eft, cum tantillo alijs ſalis, quod ad
medii naturam accedit & Egrani nota-
torem ſimilitudinem refert. Quod ſi
enim ſalis ita parati portio, denuo in
dupla aquæ parte liqueſcit, & liquamen
calidæ fornaci in vitro amplioris oſtiū,
eujus generis eft ſic dictum conservale,
imponitur, medium hoc ſal, ceu gra-
vius, fundum & parietes vitri occupat
iijdemque adhæreſcit: lixiviosum vero
& alcalinum, ab aqua non recedit, ſed
eideſ implicitum manet.

§. V.

Et hæc puto planum atque teſtatum
ſaiuent, diſverſitatem ac diſferentiam
qua inter molendinum & communem in
Carolinis fontem, ſubeft, in eo poti-
ſimum & unice eſſe quaerendam: quod
ille teſpore ac moderato calore imbutus,
parciore terreftri ac tophacea materia
ſeetus fit, & præter alcalinum copio-
ſum ſal, neutrius momentum, com-
pleteſtatur: ex quibus certe haud tra-
lata eideſ accedit commendatio.
Quum enim ponderoſior & calcaria
ſubſtantia adeo onuſta ex communi a-

qua, non poſſit non tarde & cunctan-
ter per corporis canales volvi, neque
tam facile ad extremas venarum angu-
ſias pertingere: prima utique & pal-
maria molendini fontis in eo conſti-
tuenda eſt prærogativa: quod longe
promtiuſ per vafa decurrat, intiuiuſ
ſuccos vitales perluat, & expeditius
longe emunctoria ſubeat, tranſeat ite-
rumque reddatur. Hinc etiam eſt, quod
poſt ejus potum caput neque temulentia,
neque ſomnolentia infesteretur, ſed idem
qua ante vigor eademque alacritas
animi perduret: neque etiam habitus
ſubcutanei, inprimitis pedum, intume-
ſcentia, bibentes terreat, qua perquam
ſolennis eſt poſt communis uſum. Deinceps ob moderatum calorem ac teſpore,
quo molendini aqua perfuſa, longe mi-
tior & magis accommodata corporis in-
tegritati ejus uſus eſt, quam quidem
ſervidiffimæ, qua humores cum intus
contentis ſordibus in vehementiore
motu impetuofe ciendo, variis in-
commodis inducendis velificatur. Et
denique ipſa ſalini elementi ubertas,
omnis generis excretionum ſuccellum
efficacissime promovet, inprimis ob
neutriuſ connubium, quippe quod lon-
ge certius & totius alvinam vacua-
tione ſuſcitat, quam calcaria furioſi ter-
ra, qua niſi priuſ ſoluta fuerit in primis
viis acidi accessa, potius conſtipat &
officit, quam prodeſt.

§. VI.

Ut vero paullo ſpecialius pateat, qui-
bus in morbiſ, quibusque corporiſ mag-
gis accommoduſiſ & utiliſ inolendinus
fonteſ: non ab re erit, pauca quaedam
hunc in finem afferre. Et de uſu quidem
interno hæc moſenda habeo. Omnes ii,
qui cerebrum habent debile ac ſerosius;
teneſorisque & exquisitiuſ ſentientiſ
conſtitutioniſ ſunt, ut melius tepida
hanc aquam ferre poſſunt, quam ca-
lidiflimam illam: id quod etiam te-
nendum de iis, qui ſolutioniſ ſunt ſto-
machi variisque inde pullulantibus mor-
biſ patent. Deinceps id tanquam uni-
verſale præceptum, de noſtro hoc
fonte inculcadum: quod omnes ii,

Q qui

qui magnam saburram acido-biliofam in primarum viarum diverticulis gerunt, & in quibus magis alvum, quam sudorem movere ex usu est, ut sunt podagrī, arthritici, hypochondriæ, hystericae ejusque generis alii, longe salubriorem & magis exoptatam facultatem ab eodem sperare possint, quam communī. Molendinus enim maxime alvum & urinam movet, furiosus autem corpus ejusque succos magis exæstuat, ac sudorem & vehementius quidem, elicit, siveque fordes in prima corporis regione latitantes facile in motum agit; in massam sanguinis corporisque habitum impellit, ut inde non solum phlogoses, pruritus molestissimi, dolores capitis, erysipelata, purpurata aliaque exanthemata oboriantur, sed etiam paroxysmi podagrī & arthritici novi facile producantur. Neque denique si, qui temperamenti sunt calidioris, & quorum sanguis ad motum acceleratum & enormes profusiones pronus est atque dispositus, variisque hæmorrhagiis & colliquativis sudoribus hanc ob causam obnoxii sunt, ex hujus nostri fontis aqua, tam facile damno afficiuntur, quam a communis, quæ omnia hæc mala non raro auget & exacerbat.

§. VII.

Quoad usum externum dupli pariter nomine molendinus fons communis est preferendus, tempore nempe & calcariæ substantiæ parciori connubio. Gravissima enim sunt dannata quæ ex admisso omni nimis calido balneo resultant: quippe, eodem non solum humores corporis nostri in acceleratum & intestinum vehementer motum abripiuntur, sed etiam nimum expanduntur & rarescunt, ut hypothymia insidentes attentent, vires dejiciantur, impuritates augeantur, & latibus excusæ, subtiliores ac pejores reddantur, sanguinique non sine subsequente ejus labe insinuentur. Quod si vero per aliquod tempus aqua ut refrigeretur seponitur, aufugit cum calore subtile & delibatissimum ejus elementum, ipsiusque humoris tenuiores & subtiliores partes exhalant, ut residuum minime

per cutis meatus ad intimiora pervadere possit: in primis quum eidem largus calcariæ constringentis materia apparatus insit, ut non tam cutis meatus pandat, quam potius oculudat & subtus contentas fordes ad interiora reprimat, quæ, nisi corpus studiose ab earum noxia vi munatur & defendatur, ægros in periculum adducunt. Sed molestandi fontis ea precipua laus atque facultas est, quod aquam vehat tepidam, subtiliorem, & contingentis terrestris materia mole careat, ut hinc ejus usus tam longe tutor, quam etiam plerisque morbis magis convenienter censendus sit: quum non modo partes a naturali robore deiectas egregie fulciat ac firmet, verum etiam ad duras empliendas rigidasque laxandas, facultate polleat longe saluberrima.

C A P U T IV.

D E

Generatione salis alcalini in Thermis.

§. I.

Salem alcalinum, ignis torturans flinentem & in eodem fixum manentem, artis tantum esse productum, omnes ferme Chymici firma conceperunt opinione, & ita quidem, ut non nisi in vegetabilium substantia delitefacat ac reperiatur, quippe quæ, igne perusta ac concremata, ex residuis abustione cineribus, aqua prius solutis & elotis, colatu per cibrum & exhalatione accidente, sal largiuntur fixum alcalinum, cuius generis est tartaria, absynthii, lignorum & elicitorum ex omnibus vegetabilibus sal. Quod autem ab ipsa natura ejusmodi sal generetur, & in subterraneis cryptis, immo aquarum sive, ubi admodum ejus continetur apparatus, hucusque, quantum quidem memini, nostris in regionibus, parum cognitum fuit ac notum.

§. II.

§. II.

Simili modo inter non entia relatum fuit sal volatile, idque urinosum, ex terra & mineralium familia oriundum: nihilominus tamen per vulgata huic & per manus quasi tradito asserto, ipsa experientia apertius refragatur. Etenim commemorabile certe hanc in rem est, quod in agro Ruppinensi Marchiae effodiatur terra alba argillacea, spongiosa & levis, ex qua calcem coquunt, tam eximia in copia, ut ejus tractus quadrigenitos pedes, in longum latumque, & altissime profunda versus, porrigitur. Missus mihi hujus terrae largus ante plures annos est Berolino apparatus, ejusque libram igni debito modo commisi, & chymico hoc ministerio, ex eadem primo spiritus unciam unam, deinde salis volatilis drachmam unam & tandem olei foetidi, eandem cum illo, quod ex cornu cervi paratur, indeo restringens, ferme drachmas duas obtinui, superlite capite mortuo gryleo & valde spongioso. Quin haec terra, carbonibus tantum infecta, volatilem & foetidum odorem difflabat, non secus ac ossa animalium facere solent.

§. III.

Ad fixum vero alcalinum sal quod attinet, de eodem in terra cavernis reperito ac delitescente, parum quidem constat: nihilo tamen secius ex fide digna illorum, qui orientales regiones Graeciam præcipue Syriam & Aegyptum inviserunt, relatione compertum habeo: nitrum illud veterum esse purissimum alcali, & hodienum in Aegypto confici, incolas id vocare natron eodemque ad lapponem & vitra conficienda solenniter uti. Præterea Smyrnæ reperitur terra genus, perpetuo madens & sale alcalino penitus refertum, ex qua illud aquæ ope educitur, & quam proxime ad cinerum clavellatorum genium accedit, eamque ob causam Lutetiam Parisiorum magna copia devehitur, ibique ad varios usus cinerum clavellatorum loco adhibetur. Id quod etiam testatur auctor libri *Voyage de Levante* libr. 2. pagina 780. nec man. Carol. CLUSIUS, prout in-

antecedentibus jamjam exposui.

§. IV.

Porro eandem salis alcalini naturalem in terræ interioribus genesin & provenit, luculentem adstruit id, quod ex curatiori mineralium fontium inquisitione nostra demum state innotuit. Videelicet nemini amplius ignotum esse poterit, celebratissimas Germaniæ thermas, uti sunt haec nostræ Carolinae, Aquisgranenses, Emenses, Bollenses aliaque, sal ejusmodi alcalinum fixum connubio suo suscepisse & fasta exhalatione concedere. Quinimmo, quod magis adhuc mirandum est, non tantum in thermis, sed etiam in acidulis sic dictis omnibus fontibus, ejusdem alcalinæ indolis sal delitescit, ut eadem hinc cum acidis pugnent, cum sirupo violarum viridem colorem efficiant, & elicitum ex iis sal, omnes alcalini salis effectus, exhibeat ac commonstret. Confirmavimus autem ad jam superius Buchenium, Selteranum, Wildungenium & Antonianarum præclaro exemplo, eaque propter hoc loco ibi dicta omitimus, contenti, nemini amplius in re tam clara ac perspicua dubium alicuius momenti superesse posse.

§. V.

Quod si vero curiosius paullo alcalini hujus salis natales rimamur; id potissimum enodandum ac dilucide evolendum occurrit: unde proveniat vel generetur sal alcali in terra penetralibus & aquarum sine, utrum scilicet sit nativum simplex, an vero compositum & ex aliorum connubio prognatum? Et certe, ut nihil dissimilemus, non possumus negare, posteriore sententiam nobis magis arridere, nosque asserere, quod ex varia corporum inter se commixtione, sal alcalinum in terra recessibus producatur ac signatur. Ita enim merito rationes subduci posse putamus: quemadmodum sal alcali fixum extra terram conficitur atque paratur; ita similis prorsus ratione ejus genesin in subterraneis cavis contingere verisimillimum est. Jam vero per experientiam & chymicas plurima experimenta notissimum est,

naturam, nunquam sponte in ullo regno hoc sal proferre, sed id demum ex commixtione & intimiori vaigarum rerum connubio emergere.

§. VI.

Videlicet latius jam olim & explanate satis tradidi atque deduxi in *dissertat. de salium generatione*, vegetabilium fixa alcalina salia, confari ex commixtione salis acidi cum terra sulphurea alcalina, ministerio ignis, intime has substantias unientis. Nam ex tantum plantæ, quæ acidum sal tartareum, vel principium oleosum & acidum custodiunt, insignem largiuntur hujus salis copiam. Demonstravi quoque, ex nitro, arcano duplicito, tartaroviolato, acedente terra inflammabili sulphurea carbonem, ignis ope, salia alcalifata concinnari posse. Quinimmo acetum destillatum, vel ejus spiritus, nec non spiritus salis communis, juncta cum terreis alcalinis, quas corallia, lapides cancerorum, testæ ovorum aliaque ostracoderma complectuntur, facta solutione, degenerant in sal, quod tam in præcipitatione, quam solutione, effectus sicut salis alcalino. Eodem porro modo, quando vitriolum, vel etiam sal culinare, cum calce viva miscetur, & ambo affusa sufficiente quantitate aquæ, decoquuntur, emergit sal, tam ratione saporis, quam effectus, pure alcalinus.

§. VII.

Quocirca neutiquam certe errabimus, si ex his experimentis atque productis, generationem alcalini salis in terræ visceribus eliciamus ac deducamus; & quidem hanc potissimum obrationem, quia in ejus abditis similes deprehenduntur materiae, ex quarum intimo connubio confici potest alcalina salina. Similis substantia. Adsum enim in terræ cryptis lapides calcarii, quorum censum etiam subit spathum, copiosissimi: quinimmo passim, & maxime in Helvetia, Anglia & Italia spatioli tractus montani existant, qui cretacea calcarea terra adeo referti sunt, ut transfluentes aquas eadem largiter imbuant: ac insalubres red-

dant; ut adeo non necessarium sit, quem intensus in terra ignis configatur, qui lapides perurat & molliores & liquationi obsequentes reddat. Adsum porro sulphurea, acida, mineralia & vitriolacea salia, in primis subtilissimus ille acidulus ex marcasitis exspirans spiritus, qui longe lateque dispersitur & per rimas quaquaerum diffatur. Quæ ambo si invicem miscentur, præsertim accedente intensiori caloris gradu, partes magis rarefaciente ac subtilisante, cur non sal alcalinum simili modo, uti per artificium fieri solet, produci possit, nullas certe in contrarium inventio causas?

§. VIII.

Jam si haec specialius paullo ad generationem alcalini in Carolinis applicemus, & curiosius rimemur: num in tractu isto in quo Carolini saliunt, ejusmodi substantie præsto sint, quæ ad generationem hujus salis requiruntur; deprehendimus utique, si in ullo loco, certe in hoc districtu, easdem redundanter adesse. Quemadmodum enim salium mineralium & spiritus istius tenuissimi, qui ex marcasitis sulphureis exhalat, præsentiam luculentem confirmat; quod semper ubicunque thermales aquæ alcalino salē foetæ scaturiant, in vicinia etiam acidulæ existent, & sulphur, vitriolum & alumem eruunt: ita omnino patrium Carolinarum solum his omnibus affatim doratum esse constat. Et de vitriolicis, sulphureis & aluminoisis quidem mineris, eorumque in nostrorum fontium confiniis largo apparatu, jam superius capite 2, fidei nobis præstruximus & in testimonium adduximus Commodam & pagum *Ult Sattel*, locos non adeo magna intercapidine a Carolinis sejunctos, una cum universo Falckenviensi districtu. Acidularum autem in hoc tractu tam numerosus est proventus, ut vel quinquaginta hospitalibus nostris calidis aquis, contermini numerentur aciduli latices. Horum celebratissimi sunt Egrani, qui non modo quotaonis, ibi ad bibendum confluentium frequentia, sed etiam transporatione ad exteris regiones, virtutemq; spectatissimam, dudum nobilitati sunt. Deinde millari a Carolinis sa-

lit in silva acidus fons, qui Carlsbadium advehitur & balneantibus potus loco inservit, eumque a loco uidi scatet fagi obsoito, vocant den *Buchsauerling*. Porro non procul a communis fonte, meridiem versus, in monte dicto der *Sauerlings-Berg*, ubi in planum descendit appositus mons, quem nuncupant den *Buch-Berg*, acidula effluunt. Quinimmo quod mirandum est, pone ipsum craterem bullientis in Carolinis aquæ, in inferiori loco, erumpunt acidula tepida, quæ sapore non minus, quam nigrante ab inspersis gallis colore, mineralem suam & acidulis propriam indolem conspectius arguunt.

§. IX.

Non minus etiam alterum ingrediens & ad salis alcalini productionem necessarium elementum, in vicinia Carolinarum in promtu est, terra scilicet calcaria. Ut enim taceamus, quod distantia unius milliaris, ab iisdem lapides in calcem optimam urantur: id tantum hoc loco in primis commemorabile est: quod non procul a fonte ejusmodi calx affluenter reperiatur. Meretur certe in confirmationem adduci egregius locus ex SOMMERI libro de thermis Carolinis pag. 10. ita perhibentis: *Locus circa templum situs*, plenus est exhalationum sulphurearum, ubi terra effuditur sub cæmeria, ubi sovea in gratiam sonis calcarii effossa est. Copiosi adscendent venenati vapores, tanta efficacie, ut & non paucæ illapse bestie iisdem suffocatae perierint: atque hec spelunca parum differt ab illa, que in Campania ad Puteolos cernitur, & vulgo nomen ipsi tribuitur Apozolo, nec procul distat a lacu Agnano. Sub sepulcreto etiam lapilli quidam effodiuntur, pisces non dissimiles, in ingentia frusta coagmentati. Iisdem in locis mulsum calcis effuditur, & quidem variorum colorum, partim rubri, partim albi. Alibi cineritii coloris calx reperitur: aliis in locis marmoris & lapidis arenosi formam prese fert, qui colores debentur materie, que ab aquis advehitur.

§. X.

His itaque definitis jam atque deducitis, veri videtur longe simillimum, salem illum alcalinum, qui in locis subterraneis gignitur & non adeo exili mole in aquis mineralibus calidis & frigidis, quas vulgo, sed minus recte, acidula vocant, continetur, vix aliam sortiri originem ac genesis, quam ex intima acidi sulphurei, cum subtilioribus terræ, quæ alcalinæ est indolis, sive calcaria, sive alia sit, particulis, in terræ visceribus unione. Neque etiam est, ut quisquam, ob æqualem semper in thermalibus aquis, salis alcalini copiam, earumque perennem per trecentos annos effluxum, & calcaria materia inde factam, absentionem, hæc in dubium vocet, quem humori, illo, quo per terræ meatus eodem semper cursu transfluit, certo tempore, certa & eadem tantum non solum salium & vaporum acido-sulphureorum, insinuari possit copia, qui cum certa tantum calcariarum particularum quantitate congreguntur earumque coniunctio in sal alcalinum transeunt, sed is etiam non plus tophacea materia imbibat, quam in transitu elambere & hospitio suo excipere potest. Prætere a inexhaustum etiam mineralium & terrarum in cryptis subterraneis est promtuarium & latissime patet, ita, ut si vel mille centenarios horum elementorum ex illo secum auferant aquæ, exilissima tamen hæc sit pars, respectu immensæ propemodum ibi reconditæ quantitatis. Sane Halenses nostræ saline, ultra mille annos, si fides historiis adhibenda, viguerunt & cultæ sunt, ac quotidie mille propemodum centenarios salis incolis largiuntur, jugiter adhuc eandem semper in eadem falluginis mensura salis concedunt quantitatem, licet calculo subducto, incredibilis ex terræ penu fossilis salis per aquam educta videatur copia, ut spatiofissimus tractus tantum, vix capere possit.

C A P U T V.

D E

*Carolinarum viribus operandi ratione
O' in morbis variis usu.*

§. I.

Excessis sic qua fieri potuit exploratio fontium in Carolinis elemen-
tis atque contentis; descendendum nunc
est, ad vires quæ ab iisdem dependent,
inquirendo potissimum: qua ratione
has exserant, & quibus in morbis usum
præsent longe exoptatissimum? Prima-
ria vero & palmaria Carolinarum facul-
tas est, quod fortiter & crebrius alvum
subducant, ita, ut iisdem sufficienti in
quantitate potis, alvus vel vicies ad eva-
cuationem sollicitetur. Neque tamen,
quod omnibus aliis validius paullo pur-
gantibus nunquam non solenne & tan-
tum non proprium est, ab crebrioribus
his dejectionibus sanguis exæstuantur, vi-
res imminuantur, & tonus ac robur ven-
triculi neque labefactantur, neque de-
struuntur, sed potius via semel patefa-
cta, viribus integritas servatur, quin
augetur, ipseque appetitus in luculentum
vigoris ventriculi testimonium, sem-
per vegetus est & inerescere solet.

§. II.

Tribuenda autem est nobilissima hæc
& eleætissima fontium nostrorum virtus
in primis terræ calcariae, qualiter fœti
sunt. Quemadmodum enim rationis
suffragio ipsiusque experientiae calculo
constat, quod magnesia, quæ nil nisi
flos calcis vivæ & insipidus fere calcarius
pulvis est, laxantem, quin nonnunquam
purgantem effectum edat; nullam aliam
ob rationem, quam quod in ventricu-
lum & primas vias delata, cum delite-
scientibus ibi acidis succis congregatur &
in sal amaricans transiens, virtutem al-
vum vacuanter adipiscatur: ita pariratione
non est quod dubitemus, quin cal-
caria illa sub potu Carolinarum ingestâ
terra, cum residuis & ciborum digestio-

ne aciditatibus in ventriculo connubium
ineat, in sal tertium degeneret & sic pur-
gantem virtutem consequtatur. Hinc
etiam est, quod si hæc terra in prime
regionis diverticulis accessu acidi non li-
quatur, ipsæ aquæ restagnent, tardius
per corpus volvantur, cunctanter per
excretoria organa transeant, sed corpus
aggravando, variis incommodis indu-
cendis faveant. Accedit vero etiam al-
calinum illud nec non neutrum in molen-
dini aqua contentum sal, quæ purgantem
effectum mirifice adjuvant & intendunt,
ita, ut nativa hæc, & illud in corpore
generatum sal acre amarum, obhære-
scensem in intestinorum plicis ac diver-
ticulis mucum, cum recrementitis sordi-
bus resolvant, abstergant & spiculis suis
sensibiles intestinorum tunicas fortius at-
tentent atque sollicitent, quo eædem
validius & crebrius se se contrahant, in-
tus contenta citatius protrudant & sic
frequentiores alvi dejectiones producant:
in primis, quum ipse ingurgitatus copio-
sus calidus humor, viscidos & spissos suc-
cos diluat, eosdemque excretioni obse-
quentes & aptos reddat. Quod autem
post validam & fortioram a thermalibus
aquis purgationem, nulla virium immuni-
tatio & toni intestinorum labefactatio
exoriatur, has ob rationes fieri arbitror:
tum, quod salia hæc elemento agant
corpori amico ac blando & mitius stimu-
lent, quam quidem valida purgantia,
virulesto principio acris arrorente in-
structa, tum etiam, quod ipsa calcaria
& indole sua constringens terra, simul
fibris tantisper delassatis & crebriori mo-
tu laxatis, robur addat eisdemque ite-
rum fulciat.

§. III.

Altera, qua Carolinæ nobilitantur
dos est, quod urinæ fluxum efficacissime
proritent. Exserunt hanc virtutem po-
tissimum, ubi pori sunt arctiores, fibræ
etiam tensiores & strictiores; operatio
autem non tam cito & expedite succedit,
quam ab infuso thee, vel veronica, sed
successive eadem absolvitur, & sapientis
ad quintam pomeridianam usque exten-
ditur; & ita quidem, ut primum se-
dant

dant urinæ parium tintæ & remissius citrinæ, deinde tenues & limpidæ, ac demum turbidæ & crassæ. Et curiosum non minus, quam commemorabile est, quod urinæ hæc, diurno spatio ex eodem corpore redditæ, insigniter differant. Quod si enim remissius tinctæ & limpidis, primo & medio tempore midis, spiritus vitrioli instillatur, nullus conflictus nullaque effervescentia percipitur; contra ea, si turbidioribus & vespertinis horis excretis, spiritus iste admiscetur, pugna & ebullitio magna exoritur, non fecus, ac si ipsis thermalibus aquis adjicitur, luctuoso indicio, tenuorem primo humoris partem, ac postea crassiores salinam substantiam per renales tubulos transisse.

§. IV.

Jam si effectricem hujus diureticæ facultatis materiam indagamus: nulla alia suggerenda erit, quam sal tam alcalinum, quam neutrum, quod thermalis aquas incolit. Quum enim salium, tam neutrius, quam in primis alcalinæ indolis, ea propria sit laus ac virtus, ut non solum humores viscidos liquefiant, resolvant & attenuent, sed etiam renales tubulos stimulent, ut urinosi seri citatior, major & expeditior per eosdem fiat sequestratio: ita Carolinas utique, largius alcalino salino elemento & ad neutrius genium suscipiendum apto imbutas, hanc ob rationem diuretico esse eti polle, extra omnem positum est dubitationem.

§. V.

Accedit tertia & spectata Carolinarum virtus, qua easdem transpirationem augere, sudorem movere & salivæ fluxum suscitare constat: id quod potissimum contingit eoque efficacius, quando aquæ potæ ægrius per ani secessum effluunt, ita ut quandoque potantes bis vel ter industria mutare cogantur. Causa autem hujus effectus non nisi in salinum earum elementum rejiciendam esse censeo: quippe hoc funduntur & auxiliores redundunt corporis succi, & subcutaneæ non modo, aliæque salivalis humoris secretioni dicatae glandulæ ad promulgationem separationem extimulantur, sed etiam fibræ universi corporis motrices in acceleratum & validiorem motum cidentur, ut fluida vehementius premant, citatius trudant & velocius circumagant, quæ ad secretorias & excretorias officinas crebrius appulsa, ibi deponunt jugiter & relinquunt partes per aperta meatuum ostia demum copiosius erumpentes. Notissima enim est virtus horum salium, in primis diaphoretica, dum eum in finem in febribus intermittentibus, cachexia & hydrope summo usurpantur cum fructu. Succurrit tamen etiam in nostris fontibus actualis ille quo perfusi sunt calor, utpote qui sanguinem & humores calefacit, eosdem in concitatorem motum cogit & ad corporis corticem propellit, eodem modo ac notum est, quod post assutum potum calidum, decoctum aut infusum theiforme, pulsus, auctiori facto sanguinis progressu, crebrius & fortius micet, ipsaque perspiratio liberior & expeditior redatur.

§. VI.

Præterea Carolinæ hanc etiam ob causam summopere commendabiles sunt, quod acidum cicurent ejusque noxiari indolem efficacissime contemperent. Et enim non solum copiosum, sed etiam morbosum acidum saepius in corpore, in primis in ventriculi & intestini diverticulis, obliterescit, praesertim in melancholicis, hypochondriacis, hysterics, vita sedentariae addictis, menstruum suppressione laborantibus, quiniam dant corpora, ubi omnia assumta coace-scent, ut ventriculus ex Germanorum proverbio sit *mis ein Sbig-Rug*. Hæc autem præternaturalis aciditas, quum digestionem turbet, ventriculum inflet, ruetus, molestum in præcordiis sensum, alvi obsipationem & fæces albas gignat, variisque morbis inducendis velificet: thermarum certe præclaræ est facultas, quod interius assumtae, non solum copiosa sua calcaria terra, sed ipso etiam alcalino sale, aciditatem imbibant, obtundant, infringant, & cicurata illa, neutrius salis naturam induendo, inter-

Qipis stimulum insinuent, quo acidi hi
immutati succi sine damno per ani secef-
sum exturbentur.

§. VII.

Accedit præstantissima aperitiva & inci-
cidens virtus, qua Carolinæ splendent,
ad quam exsequendam aquæ copia, sal
contentum ipsaque alcalina terra suum
conferunt symbolum. Dum enim aqua
copiosius ingurgitatur, crudos & male-
coctos, viscidos ac crassos succos offen-
dens, eosdem diluit, attenuat, fluxiles
reddit & altius impactos abstergit, ut in-
motum redacti, prompte per organa ejici-
possint. Dum porro sal quod velunt al-
calinum non tam lecitorem, crassorum
humorum disjungit & incidit, quam po-
tius tunicas alveorum, in quorum car-
vis lenti & viscidii succi subsistunt, lacef-
fit, & ad motum extimulat, sit, ut
cædem crebriori & validiori compressa
intus contenta trudat & volvant, & sic
obstructiones expediantur. Dum deni-
que calcatia, alcalina terra, acidum sor-
bet, quod antea minima constringerat,
ipsisque succis spissitudinem induixerat,
apprime inservit, referans obstructorum
repagulis, in primis quum simul virtus
exsurget stimulans, ipsosque sensibilium
tunicarum parietes, ad contractionem &
contentorum expulsionem sollicitans.

§. VIII.

Non minus hæc nobilissima therma-
rum Carolinarum facultas est, quod to-
num viscerum roborent & relaxatas lassa-
tasque fibras erigant ac firment, quo his
ad motum animatis, omnia in corpore
officio suo rite perfungantur, sanguis per
omnes corporis partes vegetius transpira-
matur, omnes humores promptius per
vasa volvantur, infusoque cum his vea-
triculo aliisque robore ac vigore, omnes
omnino functiones liberius & expeditius
succedant. Dependet autem eleætissima
hæc virtus potissimum a terreo illo calca-
reо elemento, quo largius foeta sunt
thermales nostræ aquæ; quippe quod hu-
midum sorbendo & fibras leniter strin-
gendo efficit, ut partes fibrosæ proprius
ad se invicem coeant, & arctiori conta-
quædiores & compactiores reddantur,

quo dum elater intenditur, majus robur
nanciscuntur majoremque vim acquirent
sele contrahendi & humores quos vehunt
propellendi.

§. IX.

Denique non ultima Carolinarum laus
est, quod ferme omnibus temperamen-
tis & naturis convenient, calidis & secis,
æque ac humidis & frigidis. Nam dum
poros aperiunt, perspirationem libe-
riorem reddunt, sulphurearam & cali-
darum partium exhalatione, intestina
motio languescit, calor remittit, cor-
pusque ab æstu liberatur. Frigidis ve-
ro & humidis succurrunt partim calore
suo, fovente ac refocillante, partim
roborante virtute, qua humidum re-
dundans resiccant & ex corpore pro-
scribunt. Et sica corpora humido suo
humectant, aquarum copia stricta e-
molliendo, tensa laxando, crispata sol-
vendo, & moram nebstentes, omnes
partes liquido perfundunt.

§. X.

Jam in prono & facili est judicare,
multis morbis Carolinarum usum pro-
ficuum esse. Sunt vero potissimum ven-
triculi morbi quibus accommodus est.
Videlicet sæpe contingit, ut interior
stomachi tunica nerva muco crasso &
lento inviscetur, qui prohibito affluxu
menstrui ad digestionem necessarii, inti-
mati ciborum dissolutionem impedit,
& cruditates, pressiones, inflationes,
nauseam, sitem & appetitus prostratio-
nem caussatur: ad quem abstergendum
& expellendum Carolinis nihil est aptius.
Alii ob delitescentem in ventriculi cave
acidorum succorum copiam appetentia
nimia & avida divexantur, quæ itidem
non melius percuratur, quam ingestis
copiosius aquis alcalino sale & calca-
ria terra imbuvis, quæ acidum prompte
imbibunt & ex corpore eliminant.
Porro admodum obvium est, ut caput,
ob contentam in ventriculo crudorum
& male coctorum humorum saburrat,
& intercedentes consensum, gravius
luat: & diurna cephalalgia afficiatur;
quæ itidem non melius submoverti &
persanari potest, quam iis, quæ canse-

sam tolliendo & ventriculum a fôrdibus deplendo, eidem medentur.

§. XI.

Deinceps opitulantur quoque intestinorum morbis, eadem lubrica reddendo, & alyvinæ excretionis successum ita fulciendo, ut etiam post earum usum non obstopetur. Inprimis auxilio sunt hypochondriacis, qui torminibus, & tensionibus molestis in abdominis regione afficiuntur & torquentur, dum flatus dispellent, robur intestinis addunt, & acidos, viscidos ac biliosos humores, in intestinorum plicis obhærelecentes, eliquant, abstergent ac tandem exturbant, canales minutissimos, tam sanguineos, quam lymphaticos, nec non glandularum tubulos, aperiant, & liberum omnibus humoribus commeatum concedunt. Et ut ut potè alvum crebrius sollicitent, ejus tamen nimium fluxum diuturnum sedant, & intenesco, procidentia aai & uteri, tam interno, quam externo usu, sese mirifice quoque commendant.

§. XII.

Porro etiam eximie profunt in morbis qui ex perperam coratis & suppressis febribus exoriuntur, & spastica strictura tenuium secretioni dicotorum tubulorum in ventriculo, duodeno, mesenterio & hepate in primis infesti sunt, quo fit, ut circulatione humorum turbata, eorumque repurgatione impedita, corpus in primis inferiores partes, intumescant, lividus color faciem ocepet, id est gigantatur, monstruus sanguinis fluxus in foeminis & hæmorrhoidalibus in viris, suppressimus & quæ plura alia sunt incommoda. Quod si autem haec mala & constrictiones organorum non tempestive removentur, facilis ad hydropem, aut saltim ad molestissimum hypochondriacum malum, est transitus: quam in rem nihil certe magis ex usu est, quam mineralium aquarum, & in primis Carolinarum usus, quippe quæ, non solum aquarum copia fôrdes eluant, sed etiam ob sal contentum, intestina a fôrdibus repurgant, & in primis crassam, villosam a muco lento ac spissò liberant, ut sanguinis materiam iterum

transmittere possit, in dratas porro in mesenterio glandulas molliunt: sanguinem fluxilem reddunt, ut liberior ejus per venæ portæ ramos ipsumque hepaticat cursus, & biliosus humor ab eodem seceruntur, siveque sublata causa, ipse morbus arceatur & abigatur.

§. XIII.

Neque in levi habenda est Carolinarum efficacia, quam in molestis torsionibus, preisionibus & tensionibus in abdomine stenotibibus exserunt. Scilicet, quando sanguinis copia nimium increvit, vel retardato nimis & lentius procedente ejus cursu, non debite in colatoris officinis a fôrdibus repurgatur, sed acrimoniam suscipit: fit, ut vasa, in primis venæ portæ, per abdominis viscera dispersa, sanguinis mole infarciantur, iisdemque nimium distentis, spastica oboriatur strictura & tensio. Qua quum liberum sanguinis iter magis adhuc intercipiatur, is non potest non ad alia loca impetuosiuss ruer, & in primis ad caput & pectus ferri, ubi dolores, vertigines, languores, melancholias, somnia terrifica & gravia, quin apoplecticum quandoque insultum caussatur, vel ad pectoris regionem magis vergens, anxietates, palpitationes, sanguinis sputa, inflammations & id genus plura excludit. Vel si sanguis copiosius & impetuosiuss ad renum tubulosum cibrum, vel vesicam adigit, mictus ingruit cruentus, calculum, tam renum, quam vesicæ, haud raro in sequenti tempore signans. Non unquam etiam præcluso in lienem influxu, per vasa brevia sanguinis impetus regurgitat ad ventriculum & in ejus cavo effunditur. Ut vero omnia haec mala arceantur, nihil certe magis utile & accommodum est, quam opportunum & sub initia institutus nostrarum potes, quæ sanguinem crassum diluendo fluidum reddunt, & spasticas stricturas laxandos, & remittendo eidem viam pandund, quo inoffenso cursu per omnes corporis partes æqualiter decurre posse. Quod si autem sanguis jam

præter consuetum ordinem per hemoptysin, mictum vel vomitum cruentum ejicitur: tutius utique est a thermalibus aquis abstinere, ne hemorrhagia augetur magisque exagitetur, sed sanguis per congrua remedia ad suetas & tutas vias derivandus est.

§. XIV.

Porro Carolinæ opem ferunt egregiam in renum & vesica muco tartareo & sabulo obsideantur, sive calculus & lapidosa materia in ureterum cavo subsistat & dires dolores suscitent, tam præclara Carolinarum est facultas, ut copiosius ad renales tubulos delatae, intus contentas sordes & materias alienas eliquando & fluxiles reddendo eiiciant, spasticis autem stricturis ureterum resistendo, eisdemque laxando & ampliando, humoris ope obhærescentem in eorum alveo lapidem protrudant & elidant. Quin ipsam etiam generationem calculi ejusque incrementum anteverterunt: dum humores diluunt & falsedinem & acrimoniam eorum contemperant, quo minus mucosæ & salsa materię coire & concrementum lapidosum exoriri possit. Accedit & illud, quod thermales hæ aquæ, si urina cum ardore & dolore stilleret, exoptatissimam spondeant opem: nullam aliam ob caussam, quam quod humoris largius poti ope, salsa tam sanguinis, quam lymphæ acrimonia temperatur & infringitur, eademque per excretoria organa educta, urina tenuior & nulla acri materia referta, exquisitius sentientem interiorem vesicae & urethrae membranam non gravius extinguit, sed sine doloris sensu excertitur.

§. XV.

Præte rea quando universa sanguinis massa, multis recrementiis, acribus & heterogeneis particulis onusla est, sive etiam spissitudinem contraxit, eodem per exteriores corporis partes difficiens commeante, oriuntur tumores, dolores artuum, cutis dœfationes, glandularum intumescentiae, in collo præsertim, scabies, malum ischiadicum aliaque incommoda gravia. Ad hæc au-

tem abigenda & persananda quis thermalibus nihil certe est præstantius, ut pote quæ, omne indicationis in eorum cura punctum compleat eidemque sine vehementia & virium noxa satisfaciunt. Scilicet aquæ copia lentorem eluant, acredinem diluunt, quo minus nervosæ partes lacinare & dolore afficere possit, & id, quod partibus jam altius impavidam, perspiratione liberiori reddit, sensim discutunt. Neque minus per alvi secessum & urinarios meatus sordes acres eliminant & ulteriorem ecarum generationem impediunt, quandoquidem clostis & repurgatis iisdem ventriculo & intestinis, purus, delibatus & simplex chylus sanguini affunditur. Et hæc etiam ratio subest, quare scorbuticum quam maxime contumax malum, nullo alio remedio, tam cito, tam secure & tam efficaciter extirpetur, quam usu nostrorum thermarum, cum debito in vita & victu regimine adornato. Quinimmo novimus plures ulcera sordida diu gestasse, quæ tandem exhibitis tam interius quam exterius Carolinis, penitus coverunt & coaluerunt, nulla plane, quod alias solenne est, subsequente noxa, quia impuritates & recrementiæ materiæ, alias per hoc ostium eliminari solitæ, partim per aquæ potum antea evocatae, partim ad organa eorundem excretioni dicata iterum derivatae sunt.

§. XVI.

Jam si roborantem & firmantem Carolinarum facultatem dispicimus: exdem virtute splendent longe exoptatissima, in omnibus morbis, ubi tonus partium lassatus atque dejectus est, unde tumores dissipant, ventriculum fulcunt, nauseam emendant, appetitum erigunt, paralyticas partes eximie fovent, involuntarium urinæ ex sphincteris laxitate oriundum stillicidium compescunt, alias que plures præclaras operationes edunt. In primis etiam sterilitati, mulierum, ex uteri laxitate & humiditate nimia proveniente, medentur. Quomodo enim uterus contorta & plurima alat in complexu suo sanguinea vasa, venosa aquæ ac arteriosa, fibris nimium remissis & laxis,

sanguinis per labyrinthos hos & implicatos admodum canales cursus intercipitur, eoque sufflaminato, ipse uterus vitium contrahit & ad conceptionem inepta redditur officina. Ut igitur lubricitas hæc tollatur, laxum adducatur & sanguini cursus reddatur, humidum resiccando & robur addendo, thermæ nostræ egrediam conferunt opem.

§. XVII.

Balnei in Carolinis utilitatem quod attinet, ejus facultas longe spectatissima est in tumoribus dissipandis, membris resolutis, paralyti tactis, luxatis & a robore defectis firmandis, ulceribus, scabie aliisque cutis descedationibus extergendis & consolidandis: quandoquidem calor quo perfusæ sunt, unacum constringente quam complexu suscepunt materia, altius in balneo insinuata, quod subitus offendunt discutiunt, & redditio partibus tono, efficiunt, quo minus denuo ibi acris, lenti ac desidis humoris decubitus colligatur, sed per congruorum excretiorum ostia e corpore dimittatur. Et has Carolinarum laudes compendio exhibet BAYERUS in epistolis a Cratone collectis pag. 129. ita scribens: *Caroline ad miraculum usque membra debilia & luxata, nervosque lasos confortant, dolores articulorum leniunt, tumores ex affluxu humorum frigidorum, ut in me ipso expertus sum, dissipant & absunt.* Idem testatur CRAUTO in epist. 257. *Caroline, inquiens, efficaciores sunt Hirschbergensisibus ad membra resoluta & contracta, discutiunt dolores spinae, coxendicun, articulorum; dissipant etiam copiosos tumores flatuosos & laxos, renunque & vesice tumores abigunt.*

C A P U T VI.

De noxa & abusu harum aquarum.

§. I.

QUAMVIS vero thermarum nostrarum usus incomparabilem in plurimis morbis, tam arcendis, quam

persanandis, præstet utilitatem; monendum tamen est, quod non omnibus morbis omnibusque subjectis conveniat, sed debita cum cautione administrandus sit. Sunt enim non solum morbi in quibus irrita & frustranea est earum usurpatio, sed etiam, ejusmodi effectus, in quibus ob metum gravioris subsequuntur mali, vel morbi incrementi, ab iisdem abstinerre tutius est & melius.

§. II.

In genere autem tenendum est, nihil valere Carolinarum usum in nimis diuturna & firmiori viscerum induratione, multo minus si in scirrhū jam transit; quandoquidem hoc facto, nulla amplius spes superest, fore, ut aquæ perrumpant, & licet in principio difficilis, postea tamen expeditius patefacta via, per tubulos commeent. Pari ratione incassum adhibentur, ubi vasis disruptis humor effluxit, & in capite, thorace vel abdomine jam restagnat; quippe nullum, vel quæstitissima arte confectum & summpere dilaudatum medicamentum, hoc in calu quippiam vere & constanter salutaris præstare potest. Idem fit, si ventriculus, intestina, hepar, pulmones, renes, pancreas, mesenterium vel aliae nobiliores interiores partes, ulceribus obsidentur vel jam exsæ sunt. Porro perperam commendantur iis, in quibus metus est apoplexiæ, qui epilepsia infestantur & hemicrania diu affliguntur: eo quod sectione compertum est, in his plerumque serum ventriculos cerebri occupare, & propter partium & tubulorum debilitatem verendum est, ne aquarum graviorum accessa & retardato sanguinis cursu, serofus humor extra vas constitutus magis augeatur. Eadem etiam ratio subest, quare si memoriae vis, & sensuum externorum cum ratione vigor & usus, simul & semel intercidit, thermarum usus, non accommodus, sed infructuosus, quin plane damnosus sit.

§. III.

Qui astmate convulsivo, polypo cordis & aqua in pectoris cavo natante stipato, detinentur, caveant sibi a thermarum usu, ne morbum exacerbent sibi que necem

necem accercent. Non minus hydrops, si jam eo processit, ut vasis lymphaticis ruptis, in abdominis cavitatem humor effusus sit, thermarum potum non fert, eo quod aquæ copiosius haustæ, afflum & tumorem augent, tantum abest, ut ad ejus diminutioiem quicquam faciant. Similiter frustaneus prolsus eorum est usus in phthisi, pulmonibus jam profundius exulceratis, nec non consummata hectica & qua jam diu corpus attrivit. Quinimmo SOMMERUS in *Descript. therm. Carolin.* perite monet: nō cere easdem siccis & calidis, phthisicis & hecticis, sanguinis defectu laborantibus, tabidis, ira & tristitia affectis, qui venas angustas & parvas habent, nec non qui ex diurno morbo convaluerunt, cuius hanc esse caussam reor; quod ob virium defectum languente humorum progreso, aquæ potæ non expedite per corpus volvantur iterumque exturben- tur, sed moram nestantes, eidem oneri fint & damnum inferant.

§. IV.

Porro nunquam cum bonis ægrorum rebus propinantur thermales nostræ iis, qui sordida, serpentia & fetida ex infestatione venerea ulcera gestant, vel virulento semenis fluxu laborant. Harum enim potu, sordes istæ perniciales, per ulcerum ora & semenis stolidicum antea e corpore secedentes, non sine gravi detrimento succorum laudabilium confortio iterum insinuantur, iisdemque universa humorum massa inficitur, non vero e corpore ita proscribuntur, ut ipse morbus sanescat. Quinimmo crebriori obseruatu compertum habemus, hos, qui ante plures annos semenis fluxu detenti, ab eodem liberati sunt, post calidaru potum, molestissimo affectu denuo tentatos esse. Eandem quoque ob causam thermarum usus minus tutus est iis, qui antea enormes sanguinis profusiones experti sunt, & metus est, ne suscitata vel levi commotione & exastuatione, iterum sanguis prorumpat, & copiose effluat.

§. V.

Denique internus quoque Carolinum usus, parum accommodus est, qui cum maximo sanitatis dispendio stat iis, qui durante insultu doloris arthritici, podagrī, chiragrici & qui id genus plures sunt, eundem suscipiunt. Nam quia sub dolorum tormentis, haud leviter stratura partibus affectis inhæret: aquæ potæ non possunt libere cum reliquis in corpore succis circumagi & vim suam quaquaversum explicare, sed potius retinentur, & corpus aggravando gravius obsunt. Contra vero utilissime bibuntur, si dolorum sevita penitus conquievit, ægrotantes non nimis ætate graves & senectute enervari, ac præterea per exquisitam vietus rationem aliaque congrua remedia ipsum curationis successum secundant. Et dicet inchoato potu, lollennes hi dolores repete videantur, transitorii tamen & paucorum dierum nulliusque momenti sunt: neque ab eodem desistendum, quum aquæ, simulac viam sibi pareficerint, fibras emollient & spasmodicam illarum strituram, doloris caussam, solvant, ut is brevi sopiauit. Tenendum autem, quod, si erysipelacea inflammatio doloribus accesserit, suspendendus sit ad aliquot dies aquæ usus.

§. VI.

De balneo monendum: quod quum ob copiosum terreum elementum, constringente & poros occidente facultate polleat, non adeo conveniens & salubris sit ejus usus his, qui spasmodicis tensionibus, vaga arthritide, podagra, convulsionibus & erysipelate detinentur, eo quod acre illud serum, articulorum ligamentis incumbens, nec non erysipelatis materiam, ad interiores partes repellit, & sufflaminata perspiratione longe saluberrima, sordes augendo noxiam infert. In primis THONERUS lib. IV. obs. 5. illustribus aliquot exemplis confirmat: quod balneum in thermis podagrī & arthriticis impense noceat, & pneumoniam, febrem, anorexiā & paralysin suscitare possit. Aliud exemplum memoratu dignum relatum legimus

mus in M. N. C. Dec. 3. An. 2. obs. 115. de dolore podagrico thermarum externo usu sedato quidem, sed subsequente subita morte, translata scilicet morbi causa ad alvum & veticam. In colica quoque ipse PAYERUS l.c. pag. 29. balneum dissuadet his verbis: *caveat colicus, ne sedeat in balneo, quia in exitu intenditur colicus dolor, sicut in pluribus vidi.* Et idem Auctor pag. 64: ita dicitur: *ad balnea non absque discrimine mittendi sunt diversis morbis languentes: vidimus enim multos thermas ingressos; lethali gravamine periclitatos.* Paucis, balnea nocent impuris omnibus corporibus, eamque obcausam premitenda est purgatio, vel potus thermalis aquæ.

§. VII.

Sunt etiam multi, in primis qui hypochondriaco malo affliguntur, & hanc obcausam variis spasmodicis tractionibus & constrictionebus, anxietate, flatibus nec non doloribus a tormentibus in abdome detinentur, vel levi saltim de caussa horum vehementiam persentientur; quibus minus salubris & tutus est balnei usus: id quod etiam contingit in iis, qui stricioris alvi sunt & quibus potus tempore ægius per corpus aquæ transierunt. Etiam licet thermalium aquarum potatio his ipsis feliciter admundum & cum insigni levamine successerit: attamen si ad balneum descendunt, illi co pejus se habent, & perducto ad finem ejus usu, maximo damno mactantur. Melius igitur rebus suis hi consulunt, si quam auspicata & salubris fuit aquarum potatio, valetudinem non in alearant, sed a balneo abstineant, & dies eidem dicatos, quieti corporisque refactioni impendant.

§. VIII.

Quæ quam ita sint, prudentis utique & perspicacis erit Medici, ut exquisitam rationem habeat corporis cui tam externe, quam interne thermas nostras ad usum præscribit: dispicio potissimum etatem, virium & temperamenti rationem, cui vita generi assuetus sit æger, quibus olim & haud ita pridem tentatus morbis, & quomodo ab iis liberatus,

quænam animi sit dispositio, an is quietus & tranquillus, & quæ plura alia sunt. Ad hæc enim si non dirigitur curatio, non salutariter cedere, sed potius dispensifica esse solet. Quare saluti suæ parum prospiciunt ii, qui neglectis Medicorum prudentum consiliis, ex arbitrio suo usum hunc moluntur, quum ipsi, neque an proficuus sit discernere, neque eundem singulis circumstantiis prudenter accommodare, longius extrahere, vel abrumperem, sciunt, neque variis sub ipsa cura obvenientibus symptomatibus succurrere posunt. §. IX.

Vehementer autem certe optandum esset, ut ipsis medentes, qui regimen Carolinarum administrare sibi sumunt, tantum haberent ingenii & habilitatis, quantum ad incomparabile hoc divinum munus, ægris ex aquo & cum fructu dispensandum, requiritur. Sed multi profecte horum præconceptis opinionibus occecati, vel nescio quid metuentes, supervacaneam fore putant laborem huic disquisitioni impendendum, sed contenti sunt, si levi de iisdem audituacula respersi, nonnihil sermocinari norunt, licet hanc obcausam stolidorum nonnihil consilium dare possint, in re ipsis ignota minusque perspecta. Ut igitur errata sua palpant & aquarum vires penitus cognoscant, frequentandi ipsis erunt fons fontes, & ex vero omnes circumstantiae in tot tamque diversis ibi confluentibus ægrotantibus observandæ & anno-tandæ: neque dubium est, quin si hoc fecerint, eandem inde reportaturi sint convictionem, quam STRAUSSIUS in descript. Carolin. p. 57. sibi contigisse ingenuè profinetur. Non minus etiam ad præcavendum damnum, quod ex abuso aquarum redundat, multum certe faceret, si Medici, ibi locorum aut degenes, aut eo, quo iisdem uti solenne est tempore, ibidem medicinam factitantes, curiose, prolixius & candide notarent omnes casus, ubi thermarum usus well obfuit, vel profuit; quo exinde magis elucescerent peculiares ejus dotes, neque a quovis per longam demum experientiam addisci deberent.

C A P U T VII.

D E

Ratione potandi Carolinas.

S. I.

Thermæ quidem antiquioribus non fuerunt ignotæ teste BACCIO lib. de therm. lib. 7. cap. 1. Et ipse HIPPOCRATES de aer. aqu. &c loc. cap. 13. inicit mentionem aquarum calidarum, quibus insit sulphur, bitumen & nitrum. Sed usus earundem magis fuit externus & in deliciis maxime, quales erant desides Baizæ, inter Romanos celebratissimæ, de interno autem earum potu, exigua in veterum monumentis sunt vestigia. Et de Carolinis etiam nonnullorum fert sententia: easdem interne demum ante septuaginta circiter annos in usum esse vocatas, & antea nonnisi exterius usurpatas, verum duo effluxerunt saecula, quum celebris Ellboganus Medicus Wencesl. PAYERUS de Carolinis scripsit, & quidem omnium optime & peritissime, carumque usum interne maxime commendavit, ita, ut eundem longe balneo anteponendum esse censuerit. Et revera plus etiam in morbis internis efficiunt, quam externis.

S. II.

Necessarium igitur erit, ut quæ circa internum usum tenenda tradam, quo salutaris respondeat eventus. Antequam is inchoetur, corpus est preparandum, & prima regio blando laxante expurganda, ne aquæ moles, ocluso per villosum tunicam transitu, restagnet, habitu corporis in tumorem attollat & nausea, anxietate & vomitu molesta sit. Nam licet ipsæ thermales alvum aliquoties potæ sollicitent: nemo tamen incommoda illa, quæ neglecta preparacione ingruunt, labens suscipier, & exspectabit donec aquæ viam sibi aperuerint: in primis quum ipse humor salutans, prius non sublati sordibus, his utique conspurcetur & inquinatus ad san-

guinem volvatur. Perficienda autem est hæc purgatio neutiquam validioribus & acrioribus, quæ tonum intestinorum & ventriculi, ad felicem curationis successum summopere necessarium, labefactando ac destruendo, graviter nocent; sed lenioribus & laxantibus, quo nomine laudem mereantur salia digestiva & abstersiva, nec non mannata & rhabarbarina, pro varia ægrotantis corporis conditione & vigore, sufficienti in quantitate propinanda. In primis etiam ex usu esse possunt pilulæ balsamicæ temperatae, quæ aloes aliquid complectuntur, aliquoties iterato deglutienda; quippe quæ, non solum primarum viarum diverticula a sordibus liberant, sed etiam ventriculum cum intestinis & vicinis partibus simul roborant.

S. III.

Porro ad felicem potationis effectum etiam summopere necessarium est, quo sub inoffenso sanguinis & humorum per corporis compaginem progressu, aquæ assumtæ, iisdem infundi, permittæ ad omnes partes libere & sufficienti in copia diffundi, ac tandem per dicatos sordium excretioni tubulos iterum expelli possint. Quod quum facto sanguinis plenitudine corpore fieri nequeat: expedit utique, quo ante potum aquarum incisa vena, superfluum exantletur & liber commeatus procuretur, quin, si exundans nimis plethora adest, sanguinis missio utiliter iterato suscipi potest. An vero laxatio prius instituenda, quam venæ apertio, non adeo multum refert, sed sufficit nosse, alvum commoventibus sanguinem non esse subducendam. Nihilominus si nimia sanguinis redundantia urget, aliquot ante purgationem diebus venæ sectio admittenda, cavendo tantum, ne venæ sectio & alvi subductio simul contingent: quandoquidem debilitatis per sanguinis detractionem tantisper ventriculo & intestinis, verendum est, ut medicamentum exhibitum desideratum effectum exsequatur.

S. IV.

Præterea ad exoptatum curationis successum impetrandum, confert, quo-

perspiratio libere & expedite succedat, eamque ob causam eandem astivo potissimum inchoante & declinante tempore adornare moris est, licet aquis brumali non minus, quam astivo tempore, eadem insit facultas. Animus ab omni aegritudine liberetur, officia & labores suspendantur, & potatur exquisitum, tam in cibo, quam potu, sibi indicant temperamentum, omniaque ea studiose evitent, quæ ullo modo salutarem aquarum operationem turbare & impedire possunt.

§. V.

Ad ipsum potandi modum quod attinet, is quidem non ita prescribi ac delinari potest, ut omnibus quadret; sed discrepat utique pro varia virium, sensibilitatis & tempermentorum ratione, nec non diversa morborum quibus afflitti accedunt indole ac causa. Hinc est, quod alii largiorem, alii parciorem aquæ copiam bibere debeant, quidam brevi sanitatem recuperent, nonnulli longius extracto usu eandem adipiscantur. Quod si igitur corpus ad aquarum usum rite preparatum, elapsu uno vel altero post purgationem die, inchoatur potus, cui quam maxime accommodum est tempus matutinum, quo firmato per somnum corpore, aquarum operatio ante prandium absolvatur. Qui lecto se subducere nequeunt, eubantes bibant & stratorum calore madorem elicant, reliqui vero aquam deambulantes, vel melius sedentes, capiant, quippe lessu, non solum abdomen simulque ventriculum tantisper comprimitur, ut aquæ citius, fulto sic motu peristaltico, intestinorum volumen trajiciat, sed etiam æqualis perspirationis successus servatur, qui moto sub deambulatione aere, per allapsum ejus, facile pororum occlusioni, saltim in ea quam contingit parte, intercipitur.

§. VI.

Aqua ex scatibra hausta & asportata, nulla interposita mora, quantum quidem calor permittit, forbilletur, ne longiori mora delibatissima pars iisde elaboratur, aut si diutius steterit, inferio-

ra in ollulis & lagenis sunt seponendas. Praefat autem sub initio aquam parcias, ac subsequentibus diebus largius bibere, & tandem curatione peracta, converso ordine, in copiam magis accisam desinere. Quum enim omne insuetum naturæ mutationem inferat, minus consultum est, largam aquarum copiam prius ingerere, quam de expedito earundem transitu constet. Proinde tutius est, primo die XV. tantum vel XIX. eibere ollulas, nisi majorem dosin firmitas minusque mobilis corporis constitutio suadeat. Insequenti vero tempore, plurimi ad XXX. usque quotidie ollulas, paucioribus ad XL. ascendere conducti. Optime legitima portio dignoscitur ex sedium numero & mole, quæ si sexies vel octies a temeridianis horis secundunt, simulque urina prompte fluit, sufficientem aquæ copiam fuisse assumtam patet. Notandum tamen est, quod, si sudor & urina copiosius manant, alvi secessus non adeo frequens esse soleat, nec tamen majori aquarum copia urgendus, quum per has vias lordes & aquæ sufficier proscribantur. Vicissim non virum est, si in his, quibus alvus vel vices solvit, parcias sudor & urina prodeant. Quod si vero aquæ ægrius per corpus transeat & non in debita quantitate iterum effluant, secessus, per usum salium, Ebshamensis maxime, Sedlicensis & Egrani, nec non illius, quod in Carolinis paratur, promovendus.

§. VII.

Non raro etiam contingit, ut ventriculo & tenuibus intestinis crasso & leproso muco firmius obductis, aqua subsistat & non ad interiora admittatur, sed moram ne ostendo, aliquata spissa mucositate, nauseam & vomitum fuscitet. Quod si evenierit, a potu non desistendum, sed stomacho subverlo, illico iterum aliquot ollulae ingerenda, coque facto, aqua retinebitur & potus feliciter ceder. Portio sub potu nonnunquam in hypochondriacis, flatu & dolores pungentes, tam in dextro quam sinistro hypochondriorum latere, infesti sunt, a crudis & viscidis succis, nec non facibus indura-

tis,

tis, ab aquis in motum deductis & in flexuriscoli obhærescentibus, oriundi quibus submovendis, apprime conductant clysteres emollientes & strictrum mulcentes.

§. VIII.

Alii torporem capitis persentiantur, inclinationem ad somnum, vertiginem, uulæ lapsum, coryzam & hujus generis alia experientur, ob lentiorem aquæ per capitis tubulos & glandulas colli commeatum. Quidam de dolore & ardore circa cordis scrobiculum ad dorsum tendente conqueruntur, forsitan ob bilis commotionem, vel nervorum ventriculi ab aquarum pondere tractu. Non nulli, in quibus sanguinis massa multis acribus sordibus referta, propulsis ad superficiem corporis ab aquæ recrumentiis materiis, purpura, maculis, scabie & erysipelate infestantur. In habitoribus & pinguioribus, urinæ fluxus sub initium tantisper nonnunquam suscitatur, quia liquati ab aqua crassi & viscidæ tucci, ad renum angustiores tubulos delati, egrius pertransirent, & urina postmodum stillans turbida mingitur. Sed omnia hæc symptomata, neque Medicum terrere, neque laborantes ab instituto abalienare debent, qua continuato aquæ potu, sponte exspirant & gemittunt.

§. IX.

Non minus experientia compertum habeo, quod in iis, qui arthritidi, podagræ, chiragræ & doloribus ex calculo antea obnoxii fuerunt, sub initium curæ, horum morborum insultus leviores repetant, brevi iterum ultro discessuri. Idem usu venit in tumoribus, pedum maxime corporisque inferiorum, haud raro in spongiosa, laxa carne præditis, obviis, qui nisi extracto longius potu, Iponite subsident, certissime tamen, aliquoties adhibito balneo, evanescunt. Quod si vero mensum vel hæmorrhoidum fluxus incident in hanc temporis periodum, qua aquæ bibuntur, latius est, potissimum fœminis, ad aliquot dies a potu desistere.

§. X.

Ut vero ad ea, quæ de modo bibendi monenda, redeam, optimum quidem, si peritus Medicus dijudicet, quamdiu potatio, pro morbi ægrique conditio, sit extrahenda; interim tamen communis est mos, ut septem dies primum potui, & duo vel tres balneo, impendantur, quibus exactis, denuo potatio cum balnei usu instituitur, & his quoque absolutis, nonnunquam tertia vic eadem ratione aquæ usus iteratur. Verum, si dicere licet quod res est, longe consultius utique esse videtur, viis semel patulis redditis, eosque potui insisteret, quo usque morbus exposcit, quam balneo interpolare successum, meatus iterum adducere, & demum nova potatione easdem rursus reserare. Quare, nostra quidem sententia, optimum foret, si potui tamdiu indulgeretur, ad decem circiter dies, donec corpus sufficienter expurgatum, & post duorum dierum intercedinem, paucis adhuc diebus, altera modo cura susciperetur & absolvetur, nisi enatus tumor, ut balneum interponatur, jussit.

§. XI.

Solenne etiam est in Carolinis, ut bidentes, ob inficetum tantisper aquæ saporem, ori indant & mandant cortices citri & aurantiorum conditos; sed quia iidem, ob adhaerescentem interiorem album corticem, difficiles concoctu sunt, melius est saccharo instillare oleum de cedro, velescentiam corticum aurantiorum, & epotis aliquot ollulis, tantillo hujus elæofacchari ingratum saporem emendare; quippe quod, nihil quod noxiū relinquit, sed potius ventriculi robur solatur ipsumque sanguinem balamica sua virtute egregie perfundit. Si autem qui tabaci fumo affluerunt, sub potu thermalis aquæ eodem uti possunt, ne tamen quid nimis fiat.

CAPUT VIII.

DE

Modo utendi balneo in Carolinis,

§. I.

RESTAT ADHUC UT DE EXTERNO CAROLINARUM USU DISSESSAMUS & QUÆ IN HOC TENENDA TRADAMUS. IS PLERUMQUE ITA ADORNATUR, UT UNIVERSUM CORPUS BALNEO IMMITTATUR: NONNULLI TAMEN EMBROCATIONEM AFFECTARUM PARTIUM ETIAM SUADENT. IN GENERE AUTEM MONENDUM, LAVACRUM IN CAROLINIS NUNQUAM PRIUS ESSE ADMITTENDUM, QUAM THERMales AQUÆ AD ALIQUIT DIES ASSUMTÆ. NON MINUS DIE ANTE BALNEUM, PER LENc LAXANS, CUIUS GENERIS SUNT PILULÆ BALSAMICÆ, AQUÆ, A POTU IN CORPORE RESTIBILES SUNT EVOCANDÆ; ITA Tamen UT PILULÆ MATORÆ DEGLUANTUR, NE LONGIUS EARUM OPERATIO DURET, SED ANTEQUAM TEMPUS BALNEI APPROPINQUET, FINIATUR, QUANDOQUIDEM LANITATI NIL MAGIS DISPENDIOSUM EXCOGITARI POTESIT, QUAM UNO EODEMQUE TEMPORE, PER LAXANTIS USUM APERTIONEM, & BALNEUM OCCLUSIONEM MOLIRI.

§. II.

UBI AD BALNEUM VENTUM, CORPUS AQUÆ NON NIMIS CALIDÆ EST IMMITTENDUM, SED TAMDIU EXPECTANDUM, DONEC REPORE TANTUM PERFUSA sit: QUOD SI ENIM NIMIS FERVIDA EST AQUA, NON SOLUM VIRES DEIICIT, SED ETIAM SITIM, QUIN PLANE FEBREM ACCENDIT. QUARE ETIAM MORIS EST, UT FERVIDISSIMA EX CALIDISSIMO FONTE, IN CALDARIIS PER 24. HORAS DETINEANTUR, QUO TEPESCAT. NIHIL OMNIS Tamen PAULLO ANTEQUAM E BALNEO EGREDIENDUM, CALIDA AFUNDENDA & EIDE. N CORPUS IMMERGENDUM. POST BALNEUM CAUTE PROVIDENDUM NE FRIGIDIOR AURA CORPORI ALLABATUR, SED IN TEPIARIO CORPUS CALEFACTIS LINTEIS ABSTERGENDUM & PERFRICANDUM. EANDEM QUOQUE IN REM APPRIME UTILE EST, SI BALNEO EGRESSI, STRAGULIS, PRIUS LENITER CALEFACTIS, CORPUS IMMITTUNT & LENEM MADOREM EXPECTANT.

§. III.

TEMPUS QUO LAVACRO UTENDUM QUILIBET, SIBI MAXIME ACCOMMODUM & OPPORTUNUM ELIGERE POTEST, CAVENDO TANTUM, NE MOX POST PRANDIUM VEL COENAM IN BALNEUM DESCENDAT: APITISSIMUM Tamen, TEMPUS EST MATUTINUM, INTER SEXTAM & SEPTIMAM HORAM, & POST MERIDIEM, QUINTA HORA, QUIBUS CONCOCTIONE PERAETA & CHYLO DISTRIBUTO, NIL NOXÆ TIMENDUM. QUAMDIU VERO BALNEO INSIDIENDUM, PRO CIRCUMSTANTiarum RATIOne PRÆSCRIBENDUM EST. PLURIMI HORARIUM COMMODISSIME FERUNT, QUOD SATIS LONGUM EST, QUUM QUOD PRIMO LAVACRO NON ABIGITUR, REPETITO CEDIT, & PERICULOSUM EST DIUTURNIORI INFESSU SIMUL OMNIUM DISCUSSIONEM URGERE. Sunt etiam, qui suadent ut eadem ratione, quam de potatione monuimus, PRIMO BREVIUS, & DEINDE LONGIUS IN BALNEO MORENTUR æGRI. ITA QUIDEM, UT PRIMO PER HORAM, DEINCEPS PER UNAM & DIMIDIAM, TUM PER DUAS BALNEI USUM EXTENDANT, & GRADATIM POSTEA ITERUM DESIMANT. VERUM LICET HIC MODUS NON PENITUS REPROBANDUS ESSE VIDEATUR, NEUTQUAM Tamen indiscretim omnibus est imperandus, sed Medicis curam dirigentis judicio relinquendus.

§. IV.

SUPEREST ALIA CAROLINIS EXTERIUS UTENDI; RATIO. SCILICET MULTI AD EAS SE CONFERUNT, NULLA ALIA PLANE LABE AFFECTI, QUAM QUOD RESOLUTIONE FEMORIS, AUT ALIUS CUJUSDAM EXTERNÆ PARTIS VITIO, DETINEANTUR. HI UT PLURIMUM NIL ALIUD AGANT, QUAM UT AFFECTUM MEMBRUM TANTUM TEPIDAE IMMERTANT, & EGREGIUM INDE EXPERIUNTUR LEVAMENT. EUNDEM IN SINEM ALII EXCIGATARUNT MODUM, QUO AQUAM THERMALEM PARTIBUS LABORANTIBUS SENSIM INSTILLANT, QUO IN IISDEM EXQUISITUS MAGIS SUSCITATUR SENSUS. SED QUUM ITA ADMISSUS USUS NONNULLIS BENE CELSERIT, ALIIS NON ITEM; MAGIS E RE EST, SI IN CONSILIIUM ADHIBETUR USU POLLENS MEDICUS, QUI PRO JUDICIO OMNIA DISPENSET. SALTIM MINUS TUTUM EST EXTERNE TANTUM UTI, NISI PRIUS USURPATA SINT LAXANTIA.

§. V.

Absoluto autem penitus omni, tam interno quam externo Carolinarum usu, necessarium est, quo aquarum in corpore restagnantium colluvies per oblatum paullo efficacius purgans, exturberatur. Sed multum certe interest, quo prudenter id perficiatur, ne ægotantes corpus magis caussarium ex thermis reportent, quam eo adduxerunt. Sunt enim plurimi, qui hunc in finem misericorde commandant fortiora purgantia, quorum censum subeunt resina jalappæ, aurum fulminans, mercurius dulcis, trochisci alhandal, gummi guttae, extractum esulae, scammonium & hujus farinæ plora: sed quam præpostere ipsa docet experientia. Quippe metallica, ut mercurius dulcis & aurum fulminans, licet alis nupta, in quibusdam casibus utilitate non destituuntur: minime tamen ex usu sunt, in primis resina jalappæ juncta, post aquarum mineralium usum, eo quod ob gravitatem suam, diutius incumbunt nervosis tunicis easdemque ob accessum aquæ falsæ gravius rodunt. Resina jalappa autem ab aquis non liquatur, sed firmiter adhæscendo intestinis, eo majora concitat tormenta, quo exquisitiore sensu hæc pollent. Et omnia denique omnino purgantia tonum & motum peristalticum in intestinis pervertunt & plane destruunt, qui tamen ad vitam & sanitatem summopere necessarius est. Quare, utat non penitus validorum usus in robustioribus sit rejiciendus, absit tamen in omnibus tenerioribus & sensibilioribus. Longe certe commodius, tuto non minus quam efficaciter, huic scopo infervit manna, paullo majori dosi cum sale digestivo, vel rhabarbaro exhibita,

nec non pilulæ ex aloe rite præparata, extractisque amaris-concinnatæ & extracto ellebori nigri aquoso, nec non extracto rhabarbari acuatæ, quippe quæ, necessitate exigente, iterato propinari possunt.

§. VI.

Ultimo loco quædam adhuc de vixit & vita ratione, toto curationis tempore servanda, monenda supersunt. Primum omnium abstinentiam est a nimis cibi & potus repletione & ingestione. Vitentur omnes cibi indurati, sali, concoctu difficile, marini, acidi, fermentisribiles, lacticinia & flatuum preventi facientes. Ex cerevisiis laudem merentur diureticæ, uti sunt lochimatalensis, Sneebergensis & Neukirchen-sis. Vinum Hungaricum. Languedicense, & hujus censu aliud inter cibandum admitti potest. Post pastum, potum & balneum somnis est discutiendus & arcendus. Aer frigidus, pluviosus & crebrius immutatus sedulo evitandus, per totius curæ tempus. Motus corporis que exercitium, quo aquarum operatio egregie promovetur, subinde institendum; omnes autem animi perturbationes, curæ & profundæ meditationes omni studio fugienda, & cuncta ita adornanda, quo is qui propositus est finis, fortunante Deo impetretur. Et hæc de Carolinis physice & medice exposuisse sufficiant, quin plura, potissimum ad legitimum thermarum usum facientia, desiderat, adeat descriptio nem Carolinarum Cl. STRAUSSI, SOMMERI, PAYERI & STROBEL-BERGERI, nec non libellam, quem vernacula, de conservanda per convenientem mineralium aquarum usum valetudine, ante aliquot annos evulgavi.

EXAMEN CHYMICO - MEDICUM
FONTIS SEDLICENSIS

AMARI IN BOHEMIA NOVITER DETECTI , NEC
NON SALIS EX EODEM PARATI .

P R O O E M I U M .

INGENS DIVINÆ MISERICORDIÆ DONUM aquas minerales medicatas esse , recte omnino dictum est ab AR. NOBIO ; eo magis & admirandum & venerandum , quo magis patet : eas non unius ejusdemque esse indolis , virtutis & usus , sed in tanta ægrotantium ipsorumque morborum diversitate , ita sapientissime dispensatas , ut non unitantur aut alteri , sed quamplurimis saluberrimani præstare possint opem . Etenim licet in propatulo sit , eximiam inter fontes suo genio & indole salutares subesse harmoniam & convenientiam : neutquam tamen negari potest , quod haud levius etiam inter eosdem vigeat differentia , ratione virium & elementorum , ut alii his , alii aliis morbis , magis dicari esse videantur , & nonnulli reliquias salubriores , præstabiliores magisque efficaces sint . Scilicet jam ex superioribus in aprico esse reor , multas salubrium aquarum , omnis terrei , vel mineralis contagii expertes , potissimum facultatis suæ partem trahere , a singulari humoris puritate & levitate , & ob id mitissimæ , lenissimæ omniumque tutissimæ esse operationis . Alias terram calcariam , vel martialem ochram complexu suo suscepisse . eademque effectum exsequi maxime roborantem & debilia sufficientem . Pleraque autem amaras esse salinis principiis , vigore & lenitate mixtissimas , ita quidem , ut vel alcalini aliis genium referant , vel ad neutrius naturam accedant , vel etiam sal fixum alcalinum & medium , amico connubio junctum exhibeant , & his effectum vel diureticum , vel alvum ducentem , vel etiam utrumque simul , mox efficacius , mox remissius : prout parcus vel uberioris salino elemento imbutæ , edant . Quemadmodum igitur tria hæc postrema fontium soteriorum genera , præ aliis medica virtute splendent , & tam in arcendis , quam debellandis , quamplurimis morbis , facultate polent longe saluberrima : ita in horum numero haud ultimum certe merentur locum ii , qui sal neutrum in consortium admirerunt . Quum enim saluum mediorum ea propria sit laus & peculiaris indoles , ut non solum naturæ humanae omnium maxime sint convenientia & ne minima quidem alterationem sanguinis & fluorum vitalium texuræ ac mixtionis inducant , sed etiam post egestias corpori præstitas utilitates expedite admodum per ductuum , excretiorum ostia , alvi maxime secessum ,exeant , sordesque simul everrant : facile confat : aquas iisdem instructas , venis totique corpori esse amicissimas non modo , tuas & ad usum internæ egregie accommodas , verum etiam efficacissimas & longe utilissimas . Quo salubriores autem & præstantiores sunt fontes salis mediis connubio nobilitati : eo magis certe mirandum , quod in Germania , nescio an ipsorum raritate , an inquirentium desidia & infelicitas nullus plane huc usque innotauerit , qui purum ejusmodi neutrius ingenii sal , sine omni alcalini vestigio , continuerit , præter hunc , qui paucis :

R. 2. abhinc:

abひne annis, meo potissimum studio
meaque commendatione, ad publicam
cognitionem pervenit & ad usum tradu-
ctus est. Et licet hoc nomine dudum in
Gallis Burbonenses & maxime in Anglia
Ebhshamenses celebres fuerint: noster
tamen fons, his, ob uberiorem salis ca-
thartici copiam, longe praeferendus est.
Quare quum is, neque in Germania,
neque in aliis regionibus, aequalē &
parem habeat, excepto illo, qui nuper-
rime demum in hujus confiniis salire de-
prehensus est, ac de eodem parum ad-
huc inter eruditos constet: non dubita-
vi, ejus natales & virtutes quas possidet
longe nobilissimas, inque primis salis
istius amaricantis, a quo praecipua ejus
virtus pendet, naturam, indolem ac
genesin paullo penitus exponere atque
evolvere, ut Medici & aliorum locorum
eruditii intelligent, quam salutares vires
& dotes, immensa Dei benignitas, in
Bohemiam per novum hunc fontem in sa-
ludem atque incolumentem ægrotan-
tium, clementissime obtulerit.

§. I.

Exposituro mihi eximias, quibus Sed-
licensis fons splendet, dotes ac faculta-
tes; ordo rerum dicendarum exigere vi-
detur, ut prius breviter strictimque ejus
originem & incunabula lustrem, quam
ad eruenda ejus elementa & dependen-
tes inde virtutes progrediar. Est autem
natale nostri fontis solum Bohemia,
a quarum mineralium feracissima, iisque
tota propemodum irrigua regio: & pa-
tria quidem obtigit Sedlicium, ignotus
alias & ignobilis vicus, de quo non est ut
quicquam commemoremus, praeter id,
quod ditioni ac potestati, religiosorum
Canonicorum Brixienium, qui vocantur
die Treug-Derren, pareat, & uno
Brixia, duobus vero Toplio, qd ther-
mas celebratissima urbe, distet millari-
bus. Ipsam scaturiginem tenuis rustici
villa comprehendit, de qua illud inpri-
mis commemorabile e&: quod tempe-
state brumali & celo pluvioso, longe
abundantius salubrem latice mitterat,
quam æstuoso anniue gravissimo tempo-
re, nihilominus tamen eundem semper

seruet saporem, virtutem & eandem
salis contenti quantitatatem.

§. II.

Diu admodum in occulto jacuit & ne-
glectui datus fuit nobilissimus hic medi-
catus fons, qui nec ad usum domesticum
& culinarem, nec animantium potum
ob inficit saporem aptus, levit tantum
audituncula eo nomine inquilinis notus
erat, quod ad mensuram dimidiā haui-
flus, moveret alvum tamque obstru-
ctam referaret: tandem vero, in usum
& in publicam notitiam ut proferretur,
hæc oblata fuit occasio. Labebatur jam
annus MDCCXVII. quum adulto Majo
iter ad Carolinas suscipiens, illud per
Dresden primum, & deinde Toplicium
dirigerem, hanc maxime ob causam,
ut celebratissimas Toplicenses thermas
inviserem easdemque curatius paullo ad
ipsam scatebram examini subiicerem.
Toplicium igitur delatus, visitatis &
inspectis quæ notatu digna erant, explo-
rationem thermalium aquarum ador-
navi, per varia tentamina, reagentium
admixtionem ipsamque exhalationem
in earum elementa inquirendo & cuncta
studiose annotando. Intererat autem
huic negotio præter Excell. Dn. D.
ZITTMANNUM aliosque, illustrissimi
Comitis de CLARY aulæ præfектus,
jam vita functus & impensis omnia oculi
usurpans, tandem mentionem facie-
bat aquæ amarissimæ salsa, purgan-
tis, in pago Sedlitz scaturientis, ad-
jiciens: se quidem vehementer opta-
re, ut eandem pari ratione explo-
rarem.

§. III.

His auditis, animum naturalium ra-
rum curiosissimum, illico ingens incel-
lit cupidø, ignotæ hujus aquæ indolem
penitus perascendi, eaque motus, ab
eodem, qui cupiditatem iniecerat aulæ
præfecto, petii, ut copiam ejusdem
mihi faceret. Is illico perito annuens,
postera die duas lagenas aqua hac reple-
tas, afferri curavit mihiique transmisit.
Aeinxī igitur me ad examen, & his po-
tissimum experimentis indagationem in-
stitui. Infudi primum undam vitro puro &
trans-

transparenti, in quo summam ostendit perspicuitatem & per luciditatem: gustu autem explorata, saporem insigniter amarum & salsum exhibuit. Tum spiritus acidos validiores, vitrioli nempe & nitri, affudi, nullum tamen ebullitionis motum observavi, eoque comperatum habui, non redundare alcalinum principium, id quod etiam adiectus sanguis violarum, qui viridem colorem, si quicquam alcalini salis accedit, induit, parum, vel nihil mutatus, confirmavit. Ad mixturam gallarum nullus purpureus color in conspectum venit, indicio, nihil martialis substantiae hanc aquam continere. Instillato oleo tartari, quod Chymici dicunt per deliquum, perspicuitas quodammodo conturbata fuit, quod semper fere fieri solet, si quicquam calcaria terra in aqua sinu delitescit. Tandem ad evaporationem ventuni, qua lenius administrata, ex libra medica drachmas duas & aliquot grana obtinui salis amari mediae naturae, quod Ebshamensis Anglicani notatiorem similitudinem habebat.

§. IV.

Hinc perrexii ad Carolinas, inservitrus pro more consilio & studio ægrotantibus, frequentissime circa id tempus ibi confluentibus. Tum autem sors mihi obtigit, ut illustrissimus Bohemiae Cancellarius, Comes de KYNSKY, tutelata sanitatis mihi committeret, cui data occasione fideliter acta retuli & vires præstantissimæ hujus scatebræ exposui. Is acceptum sibi hoc esse non solum gratiose testificatus est, sed etiam animos addidit & a me exegit, ut ulterius in hujus fontis salisque ex eo extracti indolem inquirerem, & ad Augustissimum Cesarem illius notitiam perferrem. Domum vero redux ex thermis his factus, non destiti examen hujus fontis, noviter detecti, ejusque virtutes, a priori perspectas, in dissertatione de acidularum & thermarum usu & abusu, brevibus cum eruditis communicare.

§. V.

Quamvis vero discedens a Toplicensibus, Medicis ibi medicinam factitan-

tibus, hujus aquæ usum, ad purgandam primam regionem, loco a liorum purgantium mirifice commendassum, sim ulque rogassum, ut efficaciam & virtutem ejus per experimenta practica magis adhuc explorarent: vix tamen quisquam fuit, qui hoc ipsum cum peculiari attentione & observatione perficeret; donec tandem peropportuna obtingeret occasio, qua saluberrima hujus fontis virtus penitus ex latebris & occultis quasi emergere & illustrius explæderetur. Accellerat nimurum ineunte vere anni 1721. ad Carolinas Augustissima Imperatrix iisque utebatur sub præsentia & con filio Perillustris Consiliarii & Archiatri Cesarei, Dni. PII NICOLAI GARELLI, quocum a longo jam tempore & amicitia & litterarum commercium mihi intercesserat. Appuleram & ego in Carolinis, & hunc consummatæ eruditio- nis Medicum invisebam, qui inter alios, quos mecum ibidem miscebat sermones, Sedlicensis quoque fontis reminisciebatur, cuius notitia iam ex supra memorata dissertatione ad ipsum pervenerat, & ingenti hanc aquam videndi desiderio flagrans, ut asportaretur rogabat. Ablegato igitur Sedlicium tabellario & aqua per eundem advecta, non solum superius memorata experimenta iterata vice infinita sunt, sed periculum etiam fecimus, & eandem debito cum regimine quibusdam febre intermittente decumbentibus cum insigni levamine obtulimus. Validissime placuerunt omnia ex- cellentissimo Archiastro, & finito Caro- linarum usu, Pragam cum Augustissima Imperatrice concedens, mirificis laudibus hanc aquam Bohemia Proceribus commendavit, quo factum est, ut ingenti copia Pragam & Viennam adveh- retur, ejusque virtus ad alvum solvendam & roborandum stomachum insigniter ap- probaretur. Subsequente vero autumno Illustrissimi Bohemiae Comites ac reliqui Proceres, qui quotannis in thermis Toplicensibus confluunt, exoptatissimo cum emolumento hac aqua unicum balneo usi sunt. Exsplenduit exinde magis magis que medicata hujus fontis virtus, & fama-

de eodem Dresdam etiam, Berolinum aliasque præcipuas urbes perlata fuit, ut ibide tam familiaris jam sit Sedlicensium aquarum usus, quam Egranarum.

§. VI.

Quum vero in sale potissimum residat laudatissima fontis virtus, neque semper opportuna occasio ad dissita loca a quam hanc asportandi detur, nec quilibet sumitus transportationi impendere valeat: auctor & suos exstiti pharmaceo & Chymico Illustrissimi Comitis de CLARY, Toplicensi, MULLERO, ut debita enchiresi, seniori nempe conditione, evaporatione & purificatione, sal ex eadem pararet exterisque divenderet. Nec spem fecellit eventus. Is enim, pervulgata hujus salis nobilissima effacia, jam ranta in copia ejus præparationem adornare solet, ut vix quinque centenarii sufficient, qui quotannis consumuntur & per remotas regiones distribuantur.

§. VII.

His ita peractis, quum fontis hujus laus & spectatissima virtus, fama longe lateque celebraretur: factum est, ut solerterius excuteretur circumiectum solum & terra fonti propinqua, ex quo id frustulerunt rimantes, ut aliam adhuc salam & amaram scatebram haud ita pridem detergerent. Salit hæc, vena admodum benigna, in patenti agro, ad pagum Seydlschutz, & haud adeo magna intercedepine a Sedlicensi recedit, itum autem obtinet hac paullo altiorum, & sapor intensius amaricans magisque salus est: neque dubitandum videtur, quin hæc per mæandros declivi itinere Sedlicium etiam laticem dimittat, & fonti ibi securienti pabulum & materiam præbeat. Elementa quidem ipsiusque salis indoles in utroque fonte non discrepant, sed examine facto, eadem ambo exhibent phænomena: posterior tamen hic tantisper uberiorem salis apparatum vehit, & libra medicae pondere, duas ejus drachmas cum decem granis, & terræ calcarizæ tenerioris grana sex complectitur: hanc, uti reor, ob rationem, quod in loco elatiore con-

sitptus, a torrentium incursu tutior sit, quam quidem Sedlicensis, cuius unda depressiora permeans, facile aliarum aquarum accessu diluitur.

§. VIII.

Admissus ad fontis nostri incunabula, & vidimus, qua ratione innoverit, & indies magis magisque inclaret, nec non quod salino potissimum, ad medii naturam accedente, elementa polleat: nunc, ut paullo penitus & exquisitus hujus salis indolem pernoscamus, instituti nostri ratio exposcere videtur. Quum vero hoc sal & sapore & virtute proxime accedat ad illud, quod Ebshamensis nomine venit, non abs fore puto, si prius hujus brevibus mentionem injiciam, & cum nonnulla experimenta & tentamina afferam, quæ cum utrisque institui, quo comparatione facta, uniuscujusque indoles & peculiaris virtus eo testatus elucescit. Vocari autem solet Anglicanum hoc sal Epsomense, sive potius Ebshamense, quoniam celeberrimus Angliae Medicus, D. GREW, primus ex fontibus Angliae Ebshamensisibus ejusmodi sal amarum purgans præparavit, ac de eodem eleganter libellum composuit. Quum autem harum Ebshamensium aquarum libra medica, non ultra drachmam dimidiam salis præbeat, certo utique certius est, Ebshamense ita dictum sal, quod in magnis vasis, immo dolii, ex Anglia ad portatur; & cujus libra vix octo grossis venit, ex hujus fontis aqua non præparari, sed artefactum esse. Et præparatur illud etiam non modo in Anglia a famigeratissimo Chymico HANCKWITZ, ex residuo a coctione salis communis lixivio, vulgo *Mutter-Soole*, sed & in Germania a celebri Liphsieni Physico & Medico, LEHMANNO, in Thuringia Sulzæ, exigua in quantitate conficitur. Neque dubium est, quin aluminosum quoddam acidum, cum alcalina salis communis terra congregiens, in hoc lixivio continetur. Notandum tamen, non ex omnibus salinis, neque nostris Halensibus, tale sal medium præparari posse, hanc forsitan ob rationem, quod

quod mineræ aluminis in tractibus subterraneis, quos falsugo perlabitur, deficiant.

§. IX.

Experimenta autem, cum utrisque uno eodemque tempore adornata, hoc potissimum redeunt & hæc observavimus. I. Paratum e fonte Sedlicensi sal, coloris est opaci, nivei & quasi lactei; Ebshamense vero majori gaudet pelluciditate, unde etiam gravitate specifica Sedlicense antecellit, & multo promptius humiditatem ex aere imbibit. II. Sal Sedlicense, tam in aqua solutum, quam solida forma gustu exploratum, sapore insigniter amaro non solum Anglicanum superat, sed etiam simul saporem nauseosum exhibet. III. Crucibulo ignito injecta, ambo fluunt, & utrumque dimidiari sui partem in vaporis aquei forma amittit: fluor vero hic igneus, in Sedlicensi limpidissimus & aquæ similis, in Esponiensi autem magisterianus est atque lentescens. IV. Rectificatissimus vini spiritus utriusque ne granum quidem absorbet. V. Utrumque sal cum cineribus clavellatis & pulvere carbonum in crucibulo ignito debite tractatum, massam hepatis sulphuris & mulam largitur; magna vero ex sale Ebshamensi paratum, si aquæ iniicitur, eandem longe intensiori viriditate inficit, quam cum Sedlicensi confectum: quemadmodum quoque illud, admixtis aliquot acidi guttulis hoc, multo ubeiore lactis sulphuris quantitatem exhibet. VI. Utrumque sal cum vitriolo ad robedinem calcinato mixtum, & crucibulo candefacto immissum, vaporem primo emittit, qui spiritui salis haud assimilis est, hunc vero elapsò exiguo temporis spatio, spiritus vitrioli volatilis excipit. VII. Adjecto violarum sirupo, Sedlicensi sali viridis, Esponiensi vero cœruleus color inducitur. VIII. Utriusque solutio cum oleo tartari per deliquium in adeo spissum coagulum abit, ut vitro inverso nil fere effluat; major tamen coagulationis gradus in Sedlicensi observatur. IX. Pari ratione per instillationem spiritus salis ammoniaci, utri-

usque solutio, ante limpидissima, turbulentia admodum evadit, multisque flocculis crassioribus conspicua redditur.

X. Una aquæ communis uncia absorbet salis Sedlicensis unciam unam cum scrupulis duobus, Epsonense vero æquivalentum portione absumentur. XI. Saturazione ejusmodi salis Sedlicensis solutio citrinum exhibet colorem: Ebshamensi non item, sed remanet eadem aquæ, quam antea perspicuitas. XII. Crystalli, quæ ex utriusque solutione post exhalationem concrescunt, hanc multum differentiæ alunt, nisi quod Epsonensis majores sint ac speciosiores, nitro quodammodo similes. XIII. Sal Epsonense, per aliquot dies in fornace calido detentum, omnem deponit pelluciditatem, atque exteriori quoque facie Sedlicensi simile evadit. Ex quibus clare patescit: Sedlicense & Ebshamense sal multum utique convenientiæ alere, tam quoad elementa & principia, quam in dolem ipsamque virtutem.

§. X.

Eadem fere ratio est salis istius nativi cathartici, cuius proventum D. HERRMANN in Hungaria, primum Neofolii in sodinis, & postea Chemnitii in fodinarum maxima, auf der Mind-Schacht, it. Drensaltigkeit-Stellen, deprehendit, & in dissertatione epistolica, ad Pérrillastrem GARELLI directa, anno 1721. unacum ejus examine & virtute fusius exposuit. Etenim Hungaricum hoc sal, non solum ratione saporis & formæ exterioris, notationem similitudinem & Anglicani & Sedlicensis refert, sed etiam ratione ipsius operationis & facultatis cum iisdem admodum conspirat, & sufficienti in quantitate oblatum, alvum efficaciter solvit, eamque ob caussam jam in Hungaria, Silesia aliisque terminis locis usus est frequentissimi. In eo tamen disparatejus a Sedlicensi est ratio, quod non per coctionem & coagulationem ex aqua elicatur, sed jactum siccum, filamentorum instar cuniculorum parietibus adhaerescens, colligatur ac postmodum depuretur. Neque ob caussam dubium est, quin Hun-

garicum hoc sal quoad natales maximam affinitatem obtineat cum aphronitro illo, cuius circa Jenam in montibus, & maxime in notissima illa spelunca, quam vocant die Eenselg-Dohle, uber efflorescit apparatus, & quod pari ratione abstergente virtute præditum, urinam movet, & liberalius datum, alvum quoque exercet. Quemadmodum enim hoc sic dictum aphronitrum, nonnisi sal amarum, acre & fixum est, concretum, ex terra gypsea spatiformi, in cujus poros acidum primigenium sulphureum ex aere sepe insinuavit & cum ea societatem iniit; ita pari etiam ratione Hungaricum hoc sal, ex iisdem principiis in cuniculorum alveis conflatur & generatur: quandoquidem terra spatiformis ex solutioione illius, adjecto alcali, ad fundum deici, ob insitum acidum vero catholicum, admixto sale tartari & pulvere carbonum, verum sulphur minerale ex eodem præparari potest.

§. XI.

Quod si vero ullum sal arte paratum, & Chymicis non ignotum, ad naturam & virtutem salis Sedlicensis vere nativi & Epsomensis artificialis accedere videatur; certe illud est, quod a celebri Germanorum Chymico, GLAUBERO, nomen mutuatur, & ex oleo vitrioli diluto & sale communii, abstracto prius leni calore per alembicum spiritu salis & elutriato capite mortuo, paratur. Est illud quidem, si quis punctum saturacionis exacte tetigerit, media naturæ, amari saporis, virtutis quoque abstersivæ & catharticæ: attamen re propius paullo inspecta, a Sedlicensi & Epsomensi non parum differt. Etenim sapor ejusdem longe acerbius linguam ferit, ac Sedlicensis & Ebshamensis, licet multo majorem copiam aquostatis in complexu suo soveat, ita, ut si fornaci calido imponatur ad uncias tres, id ipsum liquefacat, & instar aquæ fluat, remanentibus vix duabus unciiis. Præterea si in æquali portione æqua solvitur & frigori committitur, in coagulum & solidam massam abit, ut effundi nequeat: contra vero, si solutioni instillatur oleum tartari

per deliquum, eadem non coit, quemadmodum cum Sedlicensis & Ebshamensis salis solutione contingere supra minimus. Hujus differentia caussam si quis investigare velit, veri valde est simile, terram salis communis culinaris esse quidem naturæ alcalinæ subtilioris, calci seu spatiformis: sed in muria, e qua paratur sal Epsomense, contineri paulo crassiorem ac graviorem, quæ a solutione, lixivio admixta, fundum petit, quod non contingit in sale Glauberiano, ex puro sale communi & oleo vitrioli parato; neque etiam dubitandum est, quin acidum e vitriolo vehementia ignis prolectum, non parum etiam ratione subtilitas differat a sale subtiliori acido, quale sub terra ex aluminis, sulphuris & vitrioli mineris accedit.

§. XII.

Porro non quidem negandum: esse adhuc alia plura salia media, ad quarum concinnationem vitrioli acidum usurpat, & que non solum saporem amarcantem obtinent, sed etiam liberalius data, alvum aliquoties sollicitant, cujus generis sunt arcanum duplicatum, vel tartarus vitriolatus. At vero in nativis istis fontium salibus, & amarities & vis cathartica longe major est, & exquisitor quoque partium subtilitas in iis observatur, quod vel ex eo clarius eluet, dum salia nativa amara expedite ab una parte aquæ communis solvuntur, ut una aquæ uncia salis quoque unciam recipiat, quoniam tartari vitriolati & arcani duplicati vix quarta pars, in eadem aquæ quantitate liquefiant.

§. XIII.

His excussis questio incidit: unde sal hoc media naturæ quod non modo in aquis Sedlicensibus, sed etiam in omnibus fontibus, qui sedes fortiter movent, in primis Egranis, continetur, saporum amarcantem nec non purgantem virtutem accipiat & mutuetur. Ut autem hac de re mentem nostram clarius exponamus, asserimus: peculiares has proprietates, quæ salibus istis nativis adhaerent, amaritatem puto & purgantem facultatem, non tam ab acido illo sub-

sulphureo catholico, quod non modo in aere, sed etiam in subterraneis locis abundantissime minoris adhæret & ex iis elicetur, tanquam a caussa derivandas, sed potius a solidiori terreo-alcalinae indolis elemento, quod ad lapidis calcarii, sive potius spati, naturam accedit, petendas esse. Lapide enim calcario & rudiore & subtiliore, qui vocatur *Spat*, item *Marmor*, *Mabaster*, subterranea loca referta esse, extra omne dubium est, quemadmodum etiam res per vulgatae cognitionis est, oranes hujus lapidis species vehementissimo igne in calcem urit. Similiter calciformis ejusmodi materia quoque in marinis, maxime ostracodermatum & cochlearum generibus deprehenditur.

§. XIV.

Quod vero salia calcariam ejusmodi substantiam in societatem suam admittant, facile comprobari potest. In primis autem sal commune culinare uberioris eandem alit: unde fit, quod in ejus coctione, præsertim nostri Halensis, cornua lateribus copiose & firmiter sese agglutinet lapidea materia, dicitur *Schdp.* oder *Salz-Stein*, ut etiam singulis hebdomadibus igne submisso, eam exurere & postea malleis excutere cogantur saltinatores, quæ elata prius quæ restat salis portione fortiori ustione in calcem rediguntur. Ejusdem quoque indolis est lapidosa illa alcalina & fere calcaria materia, quæ abundantissime in Carolinis conspiciuntur, & non solum in præcipuo earum fonte, vulgo *Drudel* dicto, nec non in canalibus, per quos decurrit aqua, ingenti in copia adponitur, sed etiam circa seaturiginis ostium, ubi aqua cum magno impetu ad circumposita ligna fertur, in lapides concrescit, qui politi & variegati, elegantissimum marmor vel jaspidem nitidissimum referunt. Neque ea propter dubitandum est, quin calcarea hæc terra cum acido universaliter subterraneo commixta, præcipuum Carolinarum ingrediens efficiat, a quo cæthartica earum virtus pendeat; præsertim quum circumjacens solum adeo lapide calcario tenuissimo & crassiori, instar

marmoris, scateat. Denique magna illud salino terreum, quod ex ipsis Sedlicensibus aquis extrahitur, si denuo iterum aqua solvitur, relinquit etiam materiam pure lapideam.

§. XV.

Quod porro amarities & purgatrix salis fontium nativa vis: a subtilissima calcaria quadam, valde tamen alcalina materia, arcessenda sit, sequentia planum ac testatum faciunt experimenta: si solutio salis Sedlicensis vel Ebshamensis oleum sic dictum tartari per deliquum instillatur, spissum admodum & album emergit coagulum, quod sufficienti aquæ communis quantitate dilutum, per chartam bibulam trajectum, relinquit terram albissimam in filtro, quæ magna effervescientia ab affuso spiritu vitrioli iterum solvitur, & rursus salēm præbet amaricantem laxantem. Posterior vero hæc solutio, quæ fit ex solutione salis Sedlicensis, mixta cum oleo tartari per deliquum, idem tamen in sal tertium coagulatur, quod tamen non tanta amaritie ac vi laxante pollet, quam prius. Quo experimento evidenter confirmatur, terram hanc calcariam, acido non tam firmiter & intime adhæscere, sicut terra procul dubio tenerrima, quæ in tarato vitriolato & arcano duplicato reperitur: siquidem hæc ipsa minime, affuso solutioni oleo tartari per deliquum, mixtionem suam deserit, ut ab acido admixto separari possit. Porro videmus ex hisce: terram hanc esse valde alcalinæ naturæ, & plane integræ ac illibatam manere, si ab acidi connubio, liberetur.

§. XVI.

Clariss. vero adhuc assertio nostra sequenti experimento stabilitur. Magnesiam, quæ ex lixivio a coctione nitri relicto, vulgo *Mutterlauge*, per solam inspissationem & calcinationem paratur, alcalinæ & calcariæ esse naturæ nemo facile inficias ibit, maximesi consideraverit, calcariæ naturæ esse terram illam, quæ nitrum ex aere suscipit, & ex qua nitrum coquitur, item terræ effigie

effectæ nitroſæ , calcem vivam & ſal-
commune admisceri , ut nitroſo ſale fo-
cundior fiat. Deinceps non amplius in
artis exercitio versantibus obſcurum eſſe
poterit , magnesia pulvrem albiflumum ,
& fere inſipidum , ad drachmam unam
oblatum , fortiter , licet non ſemper
cum ſtimulo quodam , alvum movere ,
præſertim ubi acidum copioſum in pri-
mis viis offendit ; tunc enim ambo de-
generant in ſal amaricans purgans. Quod
ſi vero de veritate hujus rei quis umberius
convinci cupiat , is ſpiritu murioli af-
fundat magnesia , & tota ſolvetur in
liquorem amarum & ſallum , qui inſipi-
fatus , dabit ſal amaricans purgans : quod
ſi rurſus , liqueſcid & ſolutioni oleum tar-
tari per deliquium inſtillatur , albiflumus
pulvis fundum petit , non ſecus ac fieri
ſolet cum ſolutione ſalis Sedlicensis &
Epsomensis . Hic pulvis elotus , deuo-
promtiſſime ſolvitur cum ſpiritu vitrioli ,
& liquor rurſus emerges amaricans , ſal-
lus , laxatiua virtutis .

§. XVII.

Et ex hiſ luculenter admodum pater e-
arbitramur , ſalia illa amaricantia , quæ
fontibus catharticam vim conciliant ,
ex ſubtiliori ealcaria terra & acidocatho-
lico , quale in ſulphure , vitriolo , &
alumine deprehenditur , eſſe composita.
Circa diſſeruent autem ſalum media
naturæ , quæ omnia ejusdem indolis ac
virtutis acidum , ceu ingrediens admit-
tunt , illud utique notatu dignum eſt :
quod illa , quæ ex ſale alcalino vegeta-
bili , & quod facile in vitrum abit , ſunt
composita , præſertim ſi alcali quodam-
modo præ acidō emineat , ſi mixta cum
pulvere carbonum , debita quantitate
flant in igne , verum hepar ſulphuris
exhibeant , quod ſolutum , non ſolum
præcipitatione cum acidō facta , ſulphur
largitur , ſed etiam cum reſtitutioſi
vini ſpiritu ſolutum , veram ſulphuris
reſtituram concedit . Neutiquam vero
hoc ipium contingit cum ſale Sedlicensi ,
Epsoniensi , Egrano , aphronitro &
artiſciali illo , quod cum ſpiritu vitrioli
& magnesia paratur , eo quod ſo la cal-
caria & alcalina terra omni & fuſioni , &

vitrificationi , reſiftit . Si autem hæc ſa-
lia cum ſale tartari & cineribus clavellatis ,
præſertim diuitius aeris libero expoſi-
tis , miſcentur , & tune adjecto carbo-
num pulvere igni committuntur , tartari ſal ,
aut cineres clavellati , ex ſale amari-
cante recipiunt acidum & in fluorem
abeunt , ut maſſa hepati ſulphuris æmula
exinde emerget .

§. XVIII.

Tandem diſpiciendum eſt : num ama-
ra hæc & cathartica ſalia , quæ exhala-
tionis beneficio ex medicatis aquis eli-
ciuntur , ſi iterum in aqua ſolvantur ,
eandem cum humore nativo ſalutari vir-
tutem ac efficaciam obtineant ? Nos cer-
te negativam hic tueri mallemus , quam
affirmativam , ob non exigui momentu
rationes . Nimur experientia , certiſſima
rerum magistra , reſtatur , maximam
ratione virutis , eſſe diſſeruentiam inter
ſoterios omnis generis fontes , ſive aquas
ſic dictas minerales , quæ ex ſcaturigine
hauiuntur , & inter contenta eorum ,
quæ evaporatione & ignis ministerio edu-
cuntur , ſi in alia , puriſſima etiam aqua ,
iterum liqueſcant . Nam præparatæ hoc
modo per artem medicatæ aquæ , non
tam expedite per corpus feruntur : neque
tam promte emunctoria ſubeunt atque
rurſus e corpore egrediuntur , neque tam
efficaciter languidum appetitum exci-
tant , aut vires dejectas erigunt , neque
denique tam eximia laxante vi pollent ,
quam hæc , quas fautrix naturæ inexpli-
cabiſſi artificio prodiuit ac ſponte offert .
Patet hoc luculenter admodum Sedlicen-
ſium exemplū , quæ ex ſcatebra poterit ,
ſive aliorum in lagenis ſollicito munitis
transportatae , non ſolum longe amari-
cantioris ſaporis ſunt , ac ſi eadem ſalis
quantitas , in eadem aliis aquæ copia
diluſa fuerit , ſed etiam ad eadē
numero ſedes moventas , vix ſalis drach-
mæ ſex ſufficiunt , quas una & dimidia
medica aquæ libra , tres tantum ſalis
drachmas comprehendens , efficaciter
ciet . Quapropter nullum utique dubium
eſt , quin medicinales aquæ , præter ſali-
nas iſtas fixiores particulas , quæ intime-
iſi commixtæ ſunt , ſubtili adhuc , licet

infī-

infisido, spiritufo, aereo-aethereo elemento factae sint, quod tenacitate sua per minima canalium ostia strenue eluctans, majorem aquae conciliat penetrantiam, ut operatio ejus inde adjuvetur magisque augeatur: id quod in genere, non modo de Sedlicensibus, sed & de omnibus mineralibus aquis, notandum est ac teneendum. Etenim liber aeris accessus, calor & ignis tortura, mirifice unionem, crastin & mixtionem partium, quae fontibus salutarem virtutem inspirant & a quibus specifica eorum efficacia pendet, immutant, corrumpunt ac destruant.

§. XIX.

Enucleate sic expedita effectrice fontis nostri materia, salis scilicet amaricantis, genesi, natura ac indole: sequitur jam, ut eximiias tam hujus, quam ipsius aquae vires, quas ad sanitatem tuendam & restituendam possident, explanare quoque tradam & uberioris paullo recenteam. Et certe, si ex communi suffragio & populari approbatione, de ipsius rei dignitate & praestantia judicare licet: profecto medicinalem hunc nostrum fontem saluberrimum & longe praestantissimum esse constat. Etenim exiguum admodum & paucorum tantum annorum est spatium, ex quo foterii hujus laticis primum ad publicam notitiam traduerunt, vires, laudes ac fama adeo effloruerunt & longe lateque inclaruerunt, ut non solum ii, qui hospitalibus calidis Toplicensibus exterius utuntur, eundem repudiatis Egranis, Selteranis aliisque mineralibus aquis, antea ibi communis interni usus, summo cum emolumento bibant, sed etiam alii in exteris remotis regionibus degentes, immensam prope modum ejus copiam peregre acciant & consumant: ne dicam de eximia salis quantitate, que quotannis ex eodem conficitur & qua quaversum dimittitur.

§. XX.

In genere autem, non solum a priori, ex scrutinio & examine indolis ac virium salis in hoc fonte contenti, sed etiam a posteriori ipsius experientie calculo uberioris coactat: ad crudos, viscidos, aci-

dos & biliosos corruptos, & in ventriculo ac intestinis obfuscentes suacos, abstergendos & sine noxa per alvi secessum eliminandos, amara hac & falsa aqua, nihil aptius esse, nihil efficacius; ita, ut eidem tam salubritate, quam expedita facultate, neque alii me dicati fontes, neque solennia purgantia, equipari possint. Quod enim ad alias medicatas aquas attinet, harum ea est ratio, ut quedam illarum alvum quidem moveant, sed quia salina spicula parcus iisdem interserta & in aquarum largiori vehiculo magis dispersa sunt, operatio illarum purgativa longe debilior ac remissior est, & duæ vel tres earum mensuræ sunt ingerendæ, antequam pervadant alvumque exerceant; quo tamen facile fastidium movent & solutiorem stomachum gravant. Contra ea, nostræ aquæ tam efficax & tam promptus est effusus, ut in exquisitiis sentientibus ac tenerioribus: vel quinque aut sex patellæ, e quibus infusa calida sorbillare moris est, sufficient, firmioribus dimidia mensura satisfaciat & robustissimis quoque vix ultra unam mensuram ascendere liceat. Deinceps nulla prorsus ex omnium mineralium aquarum censu est, quæ tam cito effectum suum exsequatur, & intestinorum volumen trajiciat sordesque educat, quam nostra, quæ clapsœ exiguo admodum temporis spatio, operationem edit efficacissimam. Accedit & illud, quod quum Sedlicensis aqua uberioris salino elemento imbuta sit & praestantis adeo effectus, non necessarium sit, diuturnum tempus ejus usui impendere, sed paucorum tantum dierum intercapedo, octo ad suum vel decem dies, satis longa sit.

§. XXI.

Quemadmodum igitur Sedlicensis aqua, aliis medicatis ob expeditam & validiorem virtutem palmam præcipit: ita non minus alvum vacuans qua pollet facultas, longe etiam praestantior ac salubrior est, quam omnium reliquorum usu receptorum purgantium medicamentorum. Id enim crebriori observatu conusat: omnia illa pharmaca, quæ

cre-

crebrius & fortius alvus sollicitant, vires dejicere, naufragium & molestum in praecordiis sensum suscitare, quin appetitiam ciborum prosternere; quum contra amara haec aqua, licet efficacissime alvum subducat, neque languorem & debilitatem inducat, neque fastidium ciborum ingignat, neque siccitatem oris cum siti inferat, sed potius amaritatem sua stomachum soletur & appetitum augeat.

§. XXII.

Non minus experientia compertum est: purgantia & in primis pilulas, quarum praecipuum ingrediens aloë est, sanguinem exagitare, & praeter volatilem astum sanguinisque astuationem, dolores dorsi concitare, sanguinem impetuosius, mox hoc mox illuc urgere, & sa pius, maxime suco & sanguine fartos, multis maectare incommodis. Quæ autem mitiora sunt, & laxantiam familiam ducunt, praesertim sennæ folia, agaricus, cassia & manna, in nonnullis statuum proventui favent & tormina in abdome gignunt. Sed haec omnia, Sedlicensi aqua, vel ejus sale, usurpati, neutiquam sunt metuenda, quippe quæ, effectum suum sine molestia & sine subsequente noxa edunt.

§. XXIII.

Sic außam nobilissimæ hujus prærogativa disscimus: ex facili suppeditari potest. Quum enim omnia illa purgantia, quæ ex vegetabilium censu de promuntur & e terra pullulant, facultatem & virtutem suam non tam ad salinum elementum, quam potius multas sulphureas, oleolas & pingues particulas subtiliore acreidine remixtas, referant; facile patet: eadem sanguini infusa, non posse non ejus intestinam motionem augere & ebullitionem caussari, solidis autem, nervosis, sensilibus corporis partibus altius insinuata, acreidine sua molestum inducere sensum, ut non solum ventriculus cum intestinis, sed etiam confines nervosæ partes, praeter naturam stringantur & crispentur, sanguisque exæstuvatus inæquali motu circummagatur. Quin immo nonnulla e pur-

gantium familia, quasi malignitate stipata, tam persicinalis sunt indolis, ut fluidis & maxime mobilibus corporis nostri partibus, spiritibus ita dictis animalibus, penitus adversa sint & inimica, & hanc ob caussam vires mirifice prosternant, motuum anomalias, spasmos & convulsivas stricturas efficiant, quo nomine potissimum notanda gummi guttae, scammonium, elaterium, colocynthis, esula, elleborus albus, laureola, jalappa, semina cataputiae & hujus farinæ alia. Contra vero salis in nostro fonte ea propria laus & peculiaris indoles est, ut pure sit salinum fixaque indolis, & sal quidem medium, naturæ, hoc est, structuræ ac dispositioni partium solidarum & fluidarum conveniens & amicum, quod neque volatilis & commovensis, neque sulphurei & exæstuantis quippiam, complectitur, & hanc ob caussam omnis noxæ expers est.

§. XXIV.

Ut autem clarius paullo & explanate magis virtutem & operationem fontis nostri sistamus; prius monstrabimus: in quas potissimum corporis partes potestatem & vim exferat, & deinde, quibus morbis, tam antevertendis, quam persanandis, ejus usus dicatus sit, docemus. Jam vero omnium quidem medicamentorum ea est conditio, ut primum & potissimum effectum exequatur in ventriculo & annexis intestinis: sed longe eminentius & efficacius id perficiunt ea, quæ minus volatilea, sed fixa sunt, & tamen in signi facultate pollent, immutationem motusque augmentum nervosis & exquisitius sentientibus partibus inferendi. Et ad horum classem merito referenda sunt varii generis salia, & maxime etiam id, quod fons noster in sinu alit, cuius indoles, virtus & operatio in eo versatur, ut non tam immediate lentorem crassorum & viscidorum succorum incidat & disraret, quam potius salinis aciebus nervosas fibrillas & sensibiles tunicas ventriculi & intestinalium aggrediatur, vellicet & ad contractiōnem vegetiorem sollicitet, quo intus contentas spissas & crassiōres materias vali-

validius premant, citatius trudant & tandem penitus e corpore efficiant. Ex quo prona certe consequentia elicetur: in omnibus omnino affectibus & morbis, qui fixam sedem in ventriculo & intestinis, praesertim duodeno, obtinent, & a vilscidorum, crassorum, biliose acidorum, corruptorum ibique obhærescentium humorum sentina ortum trahunt, salia ejusmodi media, absterliva & stimulantia, cuius generis est id, quod Sedlicensem aquam incolit, tam mature præscindendis, quam debellandis, facultate pollere longe spectatissima, quippe quæ, recrementitias has materias tempestive proscribendo efficiunt, quo minus morbis ansam præbere, vel, si jam adfuerint, eosdem fovere ac sustentare possint.

§. XXV.

Proinde quum appetentia prostrata, ciborum fastidium, ructus, nausea, stomachi inflatio, pressiones & tensiones in præcordiis ad scapulas & dorsum excurrentes, saepius, a crudis & male coctis succis, nec non obhærescente in stomachi cavo lento muco, originem fortiantur: nullum utique ad horum malorum sublationem & perfanationem, praesentius & efficacius excogitari potest remedium, quam Sedlicensis nostræ usus. Hæc enī sufficiunt in copia & debito cum regimine pota, non solum collectas has fôrdes sensim educit, sed ipsum etiam ventriculum tam egregie fulcit, ut cibos avidius assumat, melius subigat, concoquat & digestos promptius in intestina trudat, siveque morbi praesentes abigantur, & incursum minantes arceantur.

§. XXVI.

Affectiones quæ hypochondriacos excruciare solent, uti sunt anxieties præcordiorum, spirandi angustia, nausea, lividus faciei color, languor totius corporis, somnus inquietus & terrificis somniis interturbatus, alvi obslipatio, animi angor, dolores dorsi & capitis, palpitationes cordis, vertigines, partium extremarum refrigeratio &c. plerumque incunabula trahunt, ex spasmodica constrictione vel inflatione ventriculi, nec

non ex nimia distensione nervosarum & exquisito sensu dotatarum intestinalium tunicarum, praesertim coli ab oclusis in ejus flexuris statibus. Quia vero flatum, molestarum inflationum & strictrarum ortus, tam crassis, acidis, biliosis & corruptis humoribus, quam potissimum imminuto & fracto ventriculi ac intestinalium robori & tono, sive motui peristaltico fôrdes expellenti perverso, debentur; in prono & faciliter est judicare: his in casibus & afflictionibus, præstantissima & saluberrima ea esse praefidia, quæ debitum robur & vegetum motum intestinalis & stomacho reddunt, quo his fultis, superflua & recrementitiae materiae, per contortum canalem protrudantur, expellantur, alvus officio fungatur, & sic pabulum ac fomes his malis subterrahatur.

§. XXVII.

Quamvis autem peritis & in artis exercitio verfatis Medicis haud obscurum esse possit, quod in spasticis his flatulentis & hypochondriacis affectionibus, non solum fôrdium per alvi secessus excretio difficulter ad modum & inordinate succedit & fatus ad superiora ipsumque stomachum magis vergat, sed etiam, quod summa cum cautione & prudentia alvus officii sit admonenda ejusque successus prioritandus: profecto tamen vix dici potest, quam graves errores & inexcusabilia delicta, in hoc perficiendo admittantur. Etenim communis & pessimus plerumq; Medicorum mos fert, ut hunc in finem offerant, vel purgantia validiora, aut salikim aloeticas purgantes pilulas, vel etiam quotidie elysterum injectionem anum fatigent: verum, quo successu ægræ damno suo experiuntur; quippe, quo crebrius & diutius his intemperate laborantes exercentur, eo magis augetur mali atrocia, ita, ut licet post exhibitum purgans alvus aliquoties reficeretur, operatione tamen peracta, pertinacior subsequatur obstinatio, ipsumque abdomen statibus ad duritiem usque distendatur. Mitiora quæ sunt & magis blanda, in primis cassia & manna, non omnes ob fastidium commode fer-

re possunt, sed s^ep^e contingit, ut iis assumatis, in primis sit a minus perito præscribuntur, flatus augentur aliaque incommoda orientur. Optima forent ex rhabarbaro confecta; ast nimis remissa earum est operatio; nec morbi pertinaciam expugnare valent. Et licet denique pilulae balsamicæ polyherestæ, ad mentem Beccheri paratae, omnium tu-tissima & accommoda esse videantur presidia: ipsa tamen experientia teste constat, eisdem nonnunquam plane nullum edere effectum, & non omnibus hypochondriacis earum usum esse suadendum: quandoquidem si sanguis redundat & ad exstinationem pronus est, ipse impetuosis plerumque ad ani venas fertur, ibique impactus hæmorrhoides cœcat cum diris doloribus protrudit. Ego vero confirmatus id asseverare possum, quod in solennibus hypochondriacorum afflictionibus nullius medicamenti virtutem tam præstabilem & maxime egregiam multiplici usu deprehenderim, quam Sedlicensis aquæ, vel vere & autumno adornatum, vel necessitate exigente crebriorem potum. Novi certe plures, qui a multis annis nunquam alvum, sine pilularum assumptione, vel clysterum injectione, deposuerant, ex salutaris autem nostri humoris usu tam eximiam adepti sunt utilitatem, ut aliis sponte postea fluxerit & ordinatum secessum servarit.

§. XXVIII.

Porro ipsa eaque multiplex experientia comprobavit; multum valere fontis nostri usum in cachexia fœminarum, quas cohibitus menstruus sanguinis per uteri venas fluxus ad languorem dedit, respirationis difficultate, calore interno febrili, corporis contabescientia & appetitus prostratione afflixit, ita, ut pota per aliquot dies Sedlicensi aqua, vena in pede postmodum incisa & repetitum pilularum balsamicarum & elixirii alcasini usu, sanguinis stillicidium repeteret & ipsæ perfecte cum sanitati gratiam redirent. Quamvis enim prima & palmaria hujus mali caussa a subsidente menstruum fluxu & sanguinis in visceribus sta-

gnatione arcessenda sit: presso tamen pede perversos hos motus excipiat ilias malorum, ex prava digestione & ventriculi languore oriunda. Scilicet succi illi salivales, quos tunicae glandulosæ cesophagi, ventriculi, pancreas & duodenæ glandulae plorant, unacum bilio humore intimæ ciborum digestioni & resolutioni servientes, inde corrupti & sordibus quibus sanguis scatet conspurcantur, ut laudabilis ac temperatus chylus non amplius elaboretur, sed ventriculus & intestina acidis & male coctis succis oppleantur, qui chylo insinuati & unacum hoc ad sanguinem adveni, eundem longe magis collutulando & penitus inficiendo, mali contumaciam agent & exarcebant. Quare qui huic morbo mederi nititur & felicem curationis successum exoptat: id potissimum agere debet, ut primam corporis regionem a sordium sentina liberet, digestionem revocet & laudabiles succos corpori inferat, & hoc facto, reliqua menstruum fluxui proximus dicata remedia utiliter & felici cum eventu exhibentur.

§. XXIX.

Paritione egregie succurrunt fœminis, quæ subsistente penitus post quinquagesimum annua menstrua sanguinis purgatione ex contracta sanguinis redundantia, inordinatas varias commotiones, ebullitiones, æstus volatiles, cura flatibus, appetentia prostratione, doloribus dorsi, pedum tumoribus, aliaque incommoda gravia persentisunt; quandoquidem pota nostra aqua, vacillans ciborum appetitus erigitur, tumor disparet & vires corporis incrementum capiunt. Sunt etiam inter exempla viri, inter quadragesimum & quinquagesimum annum constituti, qui litterarum studiis impensis invigilantes, per vitam nimis sedentariam, profundas meditationes & concurrentes animi affectus, intumescentiam & edematulos tumores, pravum corporis habitum, inflationes hypochondriorum & abdominis, ciborum fastidium & ructuum post pastum, eruptionem, sibi arcessiverant, ex nostri fontis usu, fructum persenserunt delice-

desideratissimum. Monendum tamen, quod ejusmodi in casu diutius & liberius paullo aqua bibenda sit, eoque facto, alvo referata eructationes sistuntur, flatus ad ani ostium feruntur, alvus ad officium redit & ipse cedematosus tumor cum universi corporis intumescientia subsidet & disparet. Ut adeo pateat, fonti nostro hanc etiam laudatissimam inesse facultatem, ut subsistentes passim in partium poris humiditates in motu cieat, laxatum tam in visceribus, quam remotis partibus, in primis pedum musculis, tonum adducat, roboret & pri-
stino vigore reddat.

§. XXX.

Præterea eximia etiam fontis nostri, & salis ejus in aqua soluti virtus est, ad massam sanguinis & lymphæ a scorbuticis impuritatibus & recrementiis sordibus liberandam & repurgandam. Nimirum latius serpit & infesta semina nostra ætate spargit, chronica & scorbutica illa purpura, multisque quos corripit, incommodis divexat, ita, ut non solum ad aliquot menses lecto affigantur, sed etiam convalescentes, brevi iterum eidem implicentur. Ad superandam autem & subigendam rebellem hujus mali contumaciam, nihil certe accommodatius & præsentius deprehendi, quam si amara nostra, ineunte vere, ad aliquot dies assumitur, & his exactis, fons Lauchstadiensis, vel Selterana aqua, debito ordine in usum vocatur & ad tres vel quatuor hebdomades continuatur: ita enim maximum semper egri levamen persenserunt, quin penitus molestissimum morbum evaserunt. Et certe apprime hanc in rem commemorabile est, quod ipsa Lauchstadiensis martialis aqua, omnis purgativæ facultatis expers, ita & ab his ulurpata, tam efficaciter & crebro alvum subduxerit, ut ægri vix anno insidere potuerint: quum contra repetito sequenti anno post Sedlicensem hujus potu, parum vel nihil solicitarit, eo quod acria illa morbos salia, priori cura ad intestinorum volumen evocata, non amplius in sanguinis massa obhaerent,

§. XXXI.

Accedunt gravia illa mala, quæ viris, qui ob nimiam sanguinis redundantiam ejusque interceptum per viscera abdominis progressum, dispositionem nachi sunt ad hemorrhoides, his subsistentibus & retentis, imminent atque solennia sunt. Quod si enim repressus crux ad intestina ipsumque ventriculum fertur, dira in abdominis regione tornina exoriuntur, & in dorso dolor percipitur. Si præter stomachum ad pectus & caput urgetur, præcordia anxietate stringuntur, nausea infestat, difficulter trahitur spiritus, siccus tussis ingruit, caput tempore animusque angore detinentur, quibus plerumque accedit vel plenaria alvi obstipatio, vel inordinatus saltim minusque sufficiens excretionis alvinæ successus. His igitur ut succurrant Medici, pro recepto more, promte offerunt pilulas, sic dictas polychrestas, ex aloë potissimum & balsamicis gumm atibus, ad mentem inventoris Beccheri confeatas, iisdemque non solum alvum expellere, sed etiam sanguinis per ani venas stillicidium proritare nituntur. Verum, licet ejusmodi pilulae in quibusdam, & maxime quidem segnioris naturæ aeglesmatici temperamenti, nec non foeminis, eximio cum fructu in usum vocari possint; attamen, quia nostro ævo, earum usus nimis frequens est, & ab iis, qui plerorum e morbis chronicis natales perperam a suppresso vel inordinato hemorrhoidum fluxu ducere audent, sine rationali discriminè & subacto judicio, in omnibus ferme temperamenti naturis, quin sexu & ætate administratur; non mirum est, si repetita & per aliquot dies, immo hebdomades, continuata earum oblatione, plus dampni quam emolumenti procuretur. Quod si enim corporibus succo & sanguine fartis, & exquisitius sentientibus, nec non in quibus massa humorum sordibus recrementiis multis infecta, crebrius in primis, exhibentur, primum quidem alvum subducunt, extracto vero usu non amplius, sed potius sanguinem exstant, in acceleratum inordinatum motum & ebull.

ebullitionem ciat, eumque impetuosius ad inferiora dorsi & intestinorum agunt, ut pressio dolorifica dorsum & os sacrum attingat, ac in recti intestini extremis tumores, cum sævo dolore protuberent, qui saepius, accedente improvida curatione, in fistulas mali moris transeunt. Longe vero tutior & melior est institutus hunc in finem, post temporis sanguinis detractionem, aquæ nostræ potus, quo non solum symptomatum atrocia componitur, sed admissum etiam leni emolliente foro, sanguinis per ani venas secessus in dispositis, summo cum levamine provocatur: in primis si ægrotantibus, non tam sanguinem exagitantia, quam leniori antispasmodica simul propinentur.

§. XXXII.

Denique vermes communi afflictione infantes maxime excruciant, & non nunquam in ventriculi cavo, communissime autem in tenuiorum intestinorum plicis ac diverticulis hospitantur, ubi molestia & dolente rosione ac vellicatione nervosarum tunicarum, permulta inducunt mala, & gravia, quin nonnunquam funesta, suscitant symptomata. Quum vero omnia salia verribus penitus ob acre dinem sint adversa eosdemque necent: nullum quoque est dubium, quin fontis nostri aqua, largius sale facta, eundem exsequatur effectum, eo efficaciorem, quo penetrantior & actiior nativi hujus salis est facultas. Accedit purgans aquæ virtus, qua perennatos illos unacum incrementiis materiis eorum hospitio per anum exturbat, adeoque ejusmodi virtutem edit, quæ a nullo alio remedio solo, tam expedite speranda. Poterit igitur infantibus ad tollendam verminosam progeniem, pro ratione etatis, hæc aqua ad duas, tres, vel plures uncias, tuifissime propinari, non tamen sola, sed cum alio accommodo vehiculo diluta.

§. XXXIII.

Quemadmodum igitur spectata est fontis nostri virtus in propulsandis morbis: ita non minus eminens ejus est operatio in arcendis iisdem. Laudabilis certe plu-

rimorum est mos, ut ineunte vere corporis a collectis sub hienis intemperie soribus repurgent morborumque futurorum semina præscindant, exhibito plurimque vino medicato laxante. Erit vero utile non minus quam accommodum, in primis sanguinem copiosum in venis foventibus, ut loco hujus, post venæctionem, aquæ nostræ potum ad quinque vel septem dies instituant, & simul ad stomachum firmandum flatusque dissipandos, in prandio & quandoque coena, quadraginta, vel quinquaginta guttas essentiaæ corticum aurantium assumant & sic sese adversus morborum incursum muniant. Quinimmo quotiescumque, sive adsit, sive præstoletur morbus, ventriculum & intestina a soribus liberare expedit, longe salubrior & tutior est aquæ nostræ, ad unum vel alterum diem usus, quam ullius alias purgantis medicamenta.

§. XXXIV.

Maxime omnium autem summopere laudandus est, aquæ vel salis Sedlicensis usus, in suscepitis ad sanitatis tutelam aquarum mineralium ope curis. Notum enim est, quod non solum tam ante acidularum, quam thermarum potum, corpus prius sit præparandum, quo salutaris humor sine obstaculo quaquaversum sese explicare possit, nec in effectu præstante a faburra in ventriculo & intestinis delitescente impediatur; sed etiam quod intermedio tempore & perducta ad finem potatione, purgatio instituenda sit, quo successus felix promoveatur & restibiles adhuc in intestinis & glandulosis partibus aquæ penitus prescribantur & effectus salubris stabiliatur. Satis autem pro re effari nequeo, quam gravia sint damna, quæ oblatis hunc in linem validioribus purgantibus, a CAMPPIO, HELMONTIO aliisque merito venenatis dictis, in ægrotantes redundant. Quod si enim præmittuntur vel interponuntur potui, frangunt ac dejiciunt ventriculi & intestinorum tonum ac motum, qui tamen ad auspiciatum eventum summopere est necessarius, ita prorsus, ut usurpatis his, ceden-

cedente adhuc pharmaci operatione, naueam, cum languore & ciborum fastidio persentiscant ægri, ac subsequentibus diebus aquæ potæ, neque per alvum, neque per urinam expedite transeant, sed subsistant & abdomen cum maxima molestia inflent. Si vero absoluta jam curatione propinantr, eo magis ventriculo & intestinis pernicioſa ſunt, ſpaſticas ſtructuras, flatus, nauſeabundas commoriones ingignunt & hypercathartes cauſtantur, ut aquarium ſalubrium uſus ſiepius cum maximo sanitatis ſter diſpendio.

§. XXXV.

Sed tuta, certa & innoxia fontis nostri ejusque ſalis eſt virtus, eamque ob cauſam ſummiopere proficuum, ſi ſalis Sedlicensis ſufficiens quantitas, in diuina mensura aquæ quam bibere animus eſt, diſſolvitur, & antequam cura iſtituitur aſſumitur ſieque corpus ad potum aptatur. Non minus medio curatio- nis tempore & finita hac, apprime huic negotio iſerviunt ſalina, vel alia benigna laxantia, cumque in finem jam a plurimis annis ſolenne mihi fuit in Carolinis manna liberaliorem doſin, uuptam cum ſale, cuius generis eſt Sedlicense, adhibere, quo aſſumto ſexies vel decies alvus ſoluta, iſignem aquarium & male coctorum ſuccorum copiam diſiit. Idem ſummo cum fructu perſicitur, ſi externe tantum medicatae aquæ uſur pantur & alvi ſubductionem ante, ſob & poſt baſneum, moliri ex uſu eſt.

§. XXXVI.

Sed ſufficienter expositas eſte reor ſpe- ſtatimmas fontis nostri dotes & in variis morbis utilitates: ſuperest nunc, ut quoque doceam, quæ ratione, quæ por- tione ſit exhibendus & quamdiu ejus uſus extraheundus. Et de potu quidem monendum, adultis pro diversa corporis, ægrius, vel expeditius commoveendi, habitudine, uſſicere, ſi unam vel ad ſumnum duas aquæ libras una vice hauriant, neque facile liberaliorem copiam aſſumere licet, quinimmo, qui facilius & exquiritius ſentiant, quinque vel ſex uasculis, equibus iuſuſa cali-

da ſorbillare ſolent, ſufficienter expu- gantur. Et infantibus tres, quatuor vel plures unciae, prout ætate diſcrepan concedi poſſunt, diluta prius accommo- doliquore aqua. Salis vero ſemuncia aut drachmæ ſex adultores & firmiores ferre poſſunt, qui teneriores duau- tantum aut tres drachmas diſiderant. Liquatur hoc ſal in pura fontana & cal- cariis materiis deſtituta, vel melius in aqua temperata minerali, cuius generis eſt Wildungenſis, Spadana, Emsensis, & aliae, ita quidem, ut mensuræ di- midiaz, ſive librae, iniiciatur ſalis ſemun- cia. Tempus aſſumptiōni apiflimum eſt matutinum, quo tam aqua, quam liqua- men ſaliſ, non nimis perfrigerata ſucceſſi- ve potantur, & ſi vetriculus a frigida laeditur & ſors fert, elapsa hora aliquot patel- lae iuſuſi, theiformis ſuperbibuntur, quo facto poſt aliquot horarum intercapedi- nem alvus aliquoties ſolvitur.

§. XXXVII.

Quamdiu vero & quoties uſu iuſten- dum, ſuperius jam ſigillatim in morbo- rum enarratione inculcatum, idque ob cauſam hoc loco lubens pratermitto, tradituras adhuc nonnulla, que circa eundem obſervanda. Si longius extracto uſu, vere vel autumno hanc aquam bibere animus eſt, octo vel decem dies potui impendendi, ita ta- men, ut exactis quatuor vel quinque, ad duos ſuspendatur & tum reliquias qua- tuor aut quinque finis imponatur. Ne- que ere, vel neceſſarium eſt, ut alia me- dicamenta bibeantibus ſub potatione in uſum reocentur, ſed ſatis eſt, ſi ad robo- randum ſtomachum inter cibandum ac- commoda aſſumitur medicina. Eo curio- ſius vietus & vita ratio habenda. Vitandi cibi concoctu diſſiciles, flatibus iſignen- dis apti, ſale & aciditate inimici, nec ſtomachus nimis oplendus. Potui con- venientiſſima eſt cerevilia tenuis, defeca- ta & probe cocta, cum modico vini ven- triculo firmando apti, Rhenani in pri- mis & Hungarici. Animus quantum quidem fieri poſt tranquillus & pa- culus ſeruetur, neque ita & terrore exagite- tur, neque mœrore & triftitia deſiciatur.

S Cor.

Corpus denique subinde sub temperato cœlo exerceatur, hora ante prandium, & post meridiem peracta ciborum digestione & chyli per corpus distributione.

§. XXXVIII.

Porro non prætermittendum est, quod aqua nostra, nec non sal ex ea elicium, apposite satis & fructuose cum aliis laxantibus remisceantur & horum efficaciam mirifice coniubio suo augeant atque intendant. Exemplo sit manna: hujus unciae unæ, in aqua quadam destillata dissolutæ si adiiciuntur salis Sedlicensis drachmæ duæ, aut aquæ Sedlicensis unciae quatuor affunduntur, mixtura ita epota, longe efficaciorem edet effectum, quam si vel tres mannae solius unciae affumerentur. Similiter si drachmæ duæ rhabarbari infunduntur cum quatuor Sedlicensis aquæ uncis & demum semuncia circiter siripi de eichorio cum rhabarbaro admiscetur, plus præstabunt mixta hæc, quam aquæ Sedlicensis libra. Porro laudabilis quidem omnino pilularum balsamicarum ex gummaribus, extractis amaris, aloë correcta & extracto ellebori nigri concinnatarum virtus, sed nimis debilis, si major sordium colluvies exturbanda; at si deglutitis vespertino tempore quatuordecim harum pilularum, in sequenti mane quatuor aquæ nostræ unciae bibuntur, vel drachmæ salis nostri liquati assumentur, efficax & exoptata succedit operatio. Et quum ex hoc, promedentis intentione adornato coniubio, nova semper exsurget facultas: nullum utique est dubium, quin usus tam aquæ, quam salis Sedlicensis, pluribus adhuc, quam quidem diximus, morborum circumstantiis quam utilissime accommodari possit.

§. XXXIX.

Neque denique in levibus habenda est efficacia, quam fons noster usu externo spondet. De hoc autem in primis commemo-rabile est, quod aqua Sedlicensis, si alvus obstopata & intestinum colon stercoribus vel flatibus fartum, commodissime clysteribus addiposse, ita quidem, ut vel sola, vel melius adhuc mannae & oleis lenientibus, uti raparum, olivarum vel

chamomilla est remixta, iniiciatur, & hoc pasto in hypochondriacis & hysteri-cis ad evocandos flatus & derivandas ad inferiora fortes apprime conduceit. Vel sal quoque Sedlicense hunc in finem fe-munciaz, vel uncia pondere, loco salis communis clysteribus adiici potest & in-fundi. Præterea haud infrastructum fore reor usum hujus aquæ externe admissum, ad ulceræ sordida & quæ in vetustatem inciderunt, eluendo repurganda. Quamvis enim ingenue fatear, me nondum periculum fecisse & experientiam propriam afferre posse: non tamen sine ratione & incongrue hanc virtutem aquæ nostræ tribui patet, quom alii liquores salini & v. c. lapis medicamentosus Crol-lii, in aqua dissolutus, hunc in finem adhibeantur, & eloto cum iisdem ulce-rum sinu, ad consolidationem via pandatur.

§. XL.

Quia vero omne omnino, licet salu-berimum sanitatis præsidium, temere & inconsulto adhibitum, detrimentum est & sanitati dispendiosum, necessarium non minus quam utile erit, ut ultimo loco cautions quasdam adiiciam, quo rectius perspiciat, quibus & qua ratione fons noster minus convenient:

I. Seilicet superius jam indicatum est & fusius evolutum, aquam nostram a sale quod hospitio excepit, facultatem tra-here, salis uberiorem copiam in eo con-tineri & inde dependentem virtutem ventriculum potissimum cum intestinis afficere eademque a sordibus efficaciter repurgare. His autem penitatis, in prono & facilis est judicare non nimis liberalem hujus aquæ copiam, nec nimis longe extracto uso esse bibendam; eo quod salibus uberioris corpori insinuat, periculum est, no lapsu temporis villo-sam & nerveam ventriculi & intestino-rum tunicam, nimiopere arrodant atque fatigent, quin plane sanguinis massam non sine detimento subeant.

II. Si obesiores & habitiiores ad usum aquæ nostræ descendunt: consultum est, ut non solum sufficienti copia, sed etiam satis diu eundem potent. Quod si enim

poter-

potationem parciorem nimisque accisam ad unum vel duos tantum dies adornant, sordes quidem in corpore in motum cierunt, non vero exturbantur, sed commotæ, varia inducent incommoda, flatus, anxietatem, ruftus & id genus plura.

III. Multi morborum, qui lentis aduersantur incrementis, originem trahunt ex minimorum tubolorum in hepate, & liene & pulmonibus, nec non in glandulis obstruktione & a crasso lento mucoso infarctu. His autem expediendis & abigendis apprime inservit aqua, quæ copiosius hausta & per corporis canales currrens, obhærescentes in venarum angustiis spissos succos, eliquat, diluit, protrudit & sic obstruta referat. Sed quia nostra aqua largius sale imbuta eamque obcaussam non liberalius ingurgitanda, hæc quæ assumitur liquidi portio, desideratum effectum præstare nequit. Nihilominus tamen quum aquæ puræ ea sit indoles, ut partes quibus incumbit debilitet atque relaxet & ægrius per corpus feratur, necessarium utique est, quo sal naturæ amicuum accedit, quod tanquam admissis calcaribus tubulis ad motum sollicitet & aquarum transitum promoveat. Quare quum acidoli sic dicti fontes alcalia & media blanda ejusmodi salia in connubio alant, copiosius tamen assumi possint, quin eorum usus his in morbis sit saluberrimus & nostra præferendas, non est quod dubitemus. Interim tamen idem etiam ferme effectus fontis nostri potu obtineri potest, ita accommodando eum & temperando, ut uni ejus parti, duæ partes aliis puræ, levis fontanæ aut pluvialis admisceantur: aut his deficientibus, aqua cum hordeo leniter decocta eadem mensura affundatur, & sic attemperata nostra cum debito in vita & victu moderamine, quotidie ad unam & dimidiam, vel etiam duas mensuras bibatur.

IV. Similiter Sedlicensis aquæ potatio non satis tuta est iis, quibus exquisitus sentiens natura obtigit, qui spastodiscis afflictionibus solenniter tentantur, & ex-

facili diarrhæa torminibus vel colica convulsiva infestantur. Quemadmodum enim his omnia salia, liberalius usurpatæ nocent, & consuetos hos affectus advocant: ita idem etiam a fontis nostri aqua, sale uberioris onusta, timendum.

V. Porro minus recte commendatur iis, qui labo pulmonum laborant, vel in quibus nervorum systema sensibilius solennibus spasmis conturbatur: sed melius rebus suis consulunt, qui eandem uiri tradidimus, temperatam, cum late capillo miscent & sic in usum vocant, eodem modo ac cum Selterana moris est.

VI. Nunquam cum bonis ærorum rebus in asthmate convulsivo, & ubi nervosæ partes gravius afflætæ, multo minus, si jam humor lymphaticus effluxerit & thoracis cayum occuparit, propinuantur salia & nostra etiam salsa aqua: eo quod his, partes exquisito sensu præditæ, magis vellicantur, & ad crispaturam extimulantur, neque tamen ipsa mali caussa, quæ plerumque polypus, vel hepatis infarctus est, removetur atque disceutitur.

VII. His, quæ partu functæ, ad evocandas sordes & elicienda lochia, apprime quidem ex usu sunt benigna laxantia; nostra autem aqua aliqua salina minus accommoda sunt, sed ut hoc negotium, lenioribus pilulis balsamicis, cuius generis Becheriana sunt & ad imitationem earum paratæ, perficiatur, auctor sum.

VIII. Si corpus intumuit & abdominis regio aqua intercute & extra vasa constituto oblidetur; nihil valet nostra usus, sed plus detrimenti, quam emolumenti procurat.

§. XLI.

Hæc itaque sunt, quæ de natalibus, elementis, viribus & utilitate fontis Sedlicensis commentari e re visum fuit: nihil superest, quam ut ex animo roveam: quo ejus usus, quam plurimis porro in salutem cedat longe exoptatissimam.

DE FONTIS MARTIATI LAUCHSTADIENSIS VIRIBUS ET USU

P R O O E M I U M .

Intra admiranda illa phœnomena, in penitiori fontium soteriorum scrutinio obvia, palmarium utique est inexplicabile illud naturæ artificium, quo aquæ, in tanta mineralium, metallorum, lapidum & salorum succorum, quibus subterranei tractus referti sunt, copia, perlabendo, ea tantum delibant & in societatem suam admittunt, que corpori nostro non solum accommoda, sed eriam saluberrima sunt. Ut enim mittamus salia illa utilissima alcalia & media, quæ easdem uberius incolant, in primis hanc in rem commemorabilis est mirus ille delectus quem inter metalla servant. Scilicet quum in horum plurimis, tam firma & compacta sit textura, tam stabilis nexus, ut aquis nupta & cum iisdem in corpus delata, succis solventibus temperatis nullo plane modo obedient, sed potius pondere suo oneri sint; aut si etiam continget, ut ab acri quodam humore in terræ sinu liquata, in aquarum contubernium descenderent, certissimum tamen, ob corrodentem vim, corpori iniungerent detrimentum: providum omnino est consilium, quod medicatæ aquæ illud tantum ex illorum censu hospitio suo excipient, quod ad sanitatem ruendam omnipotum est utilissimum apertissimumque, ferrum. Nam sicuti mars, si non tam prerium & caritatem, quam potius præstantiam & utilitatem spectes, in rebus mechanicis, œconomicis, aliisque ad vivendi rationem pertinentibus, omnibus omnino metallis longe anterendoros: ita pari ratione longe magis medico usq[ue] splendet, quam reliqua cuncta: ut posse qui, non solum expedite a menstruis corporis insipidis solvi suamque virtutem iisdem insinuare potest, sed etiam tam præstabilis pollet facultate, ut languentes fibras egregie fulciat & lassatis partibus

efficaciter robur addat. Quamvis autem salaberrimum hoc metallum in mineralium aquarum plurimis deprehendatur, ita, ut vix ullam reperias, quæ non tenuia martialis terræ ramenta alat: saliunt tamen nonnulli latices, qui uberiorem ejus apparatum vehunt, & potissimum facultatis suæ partē ad hoc referentes peculiares plane indolis sunt & singulari: præ aliis virtute instruti, ferrati, vel martiati audiunt. Horum mentionem jam iniiciunt PLINIUS & SENECA, & nos superius etiam uberem eorum esse proventum in Italia memoravimus. Neque etiam nostræ regiones iisdem destituantur, sed notæ sunt hoc nomine Frevenwaldenses in Marchia, Bebrani & in Thuringia, Radbergenses prope Dresdam & Weissenburgenses in Franconia. Hos tamen omnes martialis elementi ubertate & virtutis præstantia, antecellere mihi videtur fons ille, qui in vicino Lauchstadii oppido salit, & ab aliquo annis ad insignem utilitatis famam adspirare coepit. Quem quum ego primus detexerim, ejusque elementis cum cura inspectis, ad usum traduxerim: id mihi in præsentiarum sumsi, ut principia, vires & usum ejus plenius evolverem & uberius paullo exponerem.

§. I.

Dam itaque constitutum est, de fonte medicato martiato Lauchstadiensi nonnulla commentari: placet primo loco ejus incunabula & ortum inspicere. Is autem scaturit Lauchstadii, quod oppidum mediocre est Milnię, & Serenis. Saxo-Martiburgensi Ducis paret, ac uno Martisburgo, duobus Hale tribus Lipsia distat, milliari bus. Et licet non ea loci amplitudo & pulcritudo sit, ut cum spatiofissimis & florentissimis comparari possit; nihilominus tamen ita edificiis instructus est, ut cōcedentes ea fonte in alia celebraturos lati coniugis

excipere possit hospitis. Aer ibi quoque spirat saluberrimus, & circumiectum solum amoenitate ac fertilitate nulli cedit. Scatgebra ipsa in horto arboribus frondibusq; vestito salutarem humorem fundit, ex pinguioris terræ sinu, quæ passim colore flavoruſſcente martialem indelem conspectus prodit.

§. II.

Occasio autem qua noster hic fons primus innotuit, hæc fuit. Viginti & quod excurrit elaphi sunt anni, quum amicam quendam a longo tempore mihi coniunctissimum, & tum quæstoris munere Lauchstadii fungentem, jam vero vita functum, inviserem & prandio finito ambulationem cum eo in horto conficiens, rivulum conspicerem, ad alvei per quem labebatur latera ochram flavescentem egerentem. Videram hoc, & illico haud fallaci augurio coniiciebam, aquam hanc martialis quippiam in sinu alere. Quod ut explorarem, vitro transpatenti humorem excepti, qui turbulenta tantisper faciem exhibebat, & gusu exploratus, saporem martialem & vitriolicum lingue imprimiebat, insperso autem gallarum pulvere, purpureo perfundebatur colore. Edixi igitur mineralē & medicatam esse hanc aquam, camque interne in morbis diuturnioribus, tumoribus, febribus, cachexia sceminarum aliisque, externe vero in balneis, ad lassa & debilia firmando, non inutilem fore.

§. III.

Dicta memori mente reposuerat integrerrimus comes, & post meum discessum nonnullis, quibus ex usu fore audierat hanc aquam, eandem suadebat. Qui, quum levamen & fructum inde persentirent exoptatum, aliis ut idem facerent consilium dabant, ita, ut succedente sub manu negotio, increbesceret fontis fama, & non solum multi e vicinia allicerentur, sed etiam ipsa aqua subinde aliossum advehheretur, mihiique haud ita multo post Lauchstadium venienti, plura memorabilia de salutari ejus virtute narrarentur exempla. Interea temporis a Potentissimo Borussiæ

Rege augustæ memorie Berolinum evocabar, & aliquor ibi comitorabar annos, quum interim aquæ nostræ virtus & utilitas magis magisque exsplendor desceret & frequentiores ibi confluerent, qui salutem ejus ope adipisci sperabant. Accessit liberalis Serenissimi Principis clementia, qua mandatum, ut ad commodiorem & meliorem usum scaturigō domo instrueretur eidemque aquilex præficeretur.

§. IV.

Quum vero Halam iterum repeterem, & omnia hæc rescirem, digna omnino mihi visa fuit res, quum curatius investigarem & animum induxi, exquisitus in hujus fontis elementa & vires inquirendi. Institui igitur hunc in fine varia experimenta physico-chymica, que hoc loco memorare non alienum erit. Primum autem fuit, ut aquæ levitatem invento a me hydrometere indagarem, eoque humori immisso animadvertissem, capto ad fontem testamine, gravitatem quandam mentiri, & pondere pluviale aquam superare, dominum autem delatum, hac leviorem esse & instrumentum altius mergi. Affudi deinde spiritum vitrioli & nitri, quorum utrumque aqua sine pugna, sine conflictu exceptit, quod tamen solenne est, si alcalinum elementum eandem incolit, Porro mercurii sublimati solutionem adjeci, sed pariter, neque rubicundus, neque flavescentis, neque lacteus color, qui alcalinum fixum, vel cum acido nuptum, vel etiam volatile elementum prodidisset, in conspectum prodiit. Num addidi solutionem vitrioli martis, itidem sine ulla subsequente mutatione, quæ si flocculos flaves protrudit, aut colorem nigrescentem induit, terræ calcarie & adstringentis principii index est. Præterea oleum tartari per deliquium instillavi, quod quidem nullam edidit ebullitionem; nihilominus tamen pellucidam faciem tantisper conturbavit, & leves albescentes floccos eructavit, ob tenue terreum in aqua contentum elementum. Denique gallarum solutionem, infudi, quæ tinturam suscepit ex

at & brunum, nihil tamen ad ima dejec-
tum, luculento indicio, hospitari in
aqua sinu principium martiale.

§. V.

Ex his igitur perspiciebam, martiale potissimum principium in nostro fonte redundare, quod ut magis adhuc eruerem & examini subiicerem operam dedi. Et hoc mihi dispiciens, vestigia ejus luculenta conspicere visus sum, quod in dusia balneantium flavo colore inficiantur & ovum humoris iniectum, brevi tempore, quoad omnem putaminis ambitum, flavedinem induat. In primis autem terra illa rubra solaris, que non solum canalium, per quorum alveos aquæ decurrent, parietes investit, sed etiam in conceptaculi lapidei, in quo aqua per hiemem asservatur, fundo copiose subficit & colligitur, martiale in dolem testatus prodidit. Quæ, quod nihil aliud sit, quam subtilis sulphureo martialis terra & veram martis crocum implicitum foveat, his compertum habui tentaminibus. Cepi hujus terræ unicas duas, eandemque aqua prius elotam & a crassioribus fabulosis partibus liberatam, in crucibulo primum leni igne siccavi, quo, elapo hora quadrante, colorem fulsum exhibuit & aucto poscea caloris gradu, perusta, intensius rubore cœpit & in genuinum martis transit crocum. Hunc post refrigerationem exemi, & addito dimidia ejus parti tandem salis ammoniaci, iterum igne debito modo commisi, sublatiis haud ita multo post in sublimè nitidissimis floribus, qui ad quatuor scrupulorum pondus accedebant. Tum his affudi spiritum vini rectificatissimum, & præstantissimam martiale tinteturam extra etiam esse animadvertis, quam, tam solam, quam melius adhuc, essentia amara ruptam, subinde ad stomachum roborandum, & ad febrium intermittem, nec non cacheoticorum morborum contumaciam superandam, summo adhibui cum fructu.

§. VI.

Præter martiale autem hoc elementum, aquam fontis nostri etiam incolit,

aliud quoddam, omnibus mineralibus medica virtute nobilitatis aquis commune principium, subtilissimas scilicet ille sulphureus & æthereus spiritus, cuius præsentiam plura phænomena planam faciunt atque testaram. Scilicet superius jam memoravi, lancem hydrometricam, aquæ recenter hausta inectam, sursum ferri, & gravitatem monstrare, quæ mota & aeris accessui patente eadem, disparet; quod quidem nullam plane aliam ob rationem contingere arbitror, quam quod tenuissimus ille humor interfluis elasticus spiritus, elateris sui annisu, ad superiora eluetur, simulque instrumentum elevet atque protrudat, quod aufugiente eodem, illico altius demittitur. Porro hæc nostra aqua vitro infusa, & longe magis patine stanneæ immissa, carbonibusque imposita, innumeras bullulas emitit, in margine & fondo vasis collectius condentes, quæ nihil aliud sunt, quam subtilissimæ aero- & æthereæ in aquæ sinu contentæ partes, quæ in motum actæ, aut aeris externi remissori compressu non amplius cohibitæ, aquæ vinculis se se expidunt & exitum affectant. Præterea eidem subtilissimo huic elemento in acceptis referendus tenuis ille halitus vapor, quem aquæ exspirant, quo fit, ut si copiosius ingurgitentur, caput quasi temulentia & somnolentia afficiatur. Ac denique eadem etiam caussa subest, quod latex algidissima quoque hemic frigore non condenseretur, & humor, si curiosius paullo aeris arceatur allapsus, diu sine corruptione sua constet integritas.

§. VII.

Quam itaque fons noster medicatus, non solum aquam puram & levem vehat, sed etiam spiritu æthereo & principio subtili martiali redundet, omnino non dubitandum videtur, quin in variis morborum generibus, tam interne, quam externe usurpatus, virtute polleat longe saluberrima. Quia enim exquisita ejus est puritas & a salinarum & calcariarum particularum contagio immunis, tenuissimam illam martiale scobem, nos solum

solum uberioris admittere & imbibere, sed etiam salutarem facultatem longe expeditius corpori insinuare, crudos & male coctos succos, melius diluere & contenta morbosaria sordere ac vehiculo suo educere potest. Accedit mira levitas, quæ tanta est, ut coelestes etiam aquas superet. Quæ admodum enim leviores omnes aquæ sanitatis tutela egregie fayent: ita pari ratione nostris, a singulari levitate haud trahit accedit commendatio & facultas, quippe quæ in causa est, ut non solum expedito itinere per universum corpus commere & ad penitissimos viscerum recessus penetrare possint, sed etiam, ut succos vitales intime perluant, lento humores eliquent & infarctos iisdem meatus promte referent.

§. VIII.

Deinceps quam mirabilem virtutem subtile illud spirituolum principium medicatis aquis inspireret, ut quasi earum anima sit, in prima disquisitione jam posuimus. In nostra autem aqua id potissimum eidem tribuendum, quod via tantisper martis ramenta in aqua contubernio detineat, quo fit, ut si aqua aliquandiu immota in libero aere steterit, martiale scobem sub forma flocculorum dimitat & ad ima vasis trudat. Non minus ea hujus insiti spiritus est laus atque facultas, ut tenui elasticæ sua indole, intrimis ad penetralia corporis nitatur, & strenue per ostia electans, aperiéntem & reserantem ipsius aquæ facultatem mirifice intendat atque promoveat.

§. IX.

Palmarium autem & potissimum fontis nostri ingrediens est terra illa subtilis martialis, quo largius imbutus est & cuius origo ac natales in solo fonti propinquò inquirendæ. Nimirum totus iste tractus in quo latit, admodum resertus est terrea sulphurea martiali, ita, ut passim in confiniis scabrebræ a talpis egreditur & crebrius conspicua sit. Hanc dam perlaboritur humor, non solum tenues partes elambit & secum aufert, sed etiam sursum rapti ex inferioribus

sulphurei subtiles halitus, aquæ insinuantur, qui, si quando rudiores martiales particulas offendunt, iisdem se se agglutinant & fal fixum vitriolicum efficiunt, si vero ad subtiliores tantum pertingunt intercedente vehiculo aquarum nexus minus arte coherent & volatile magis servant indolem: quo fit ut sub diu aut ad moto calore illico dissipentur, & aquæ recedentibus his, inspersis gallis, vel cum floribus balauitorum decocta, non amplius nigrescentem tintaram recipiant.

§. X.

Non quidem negandum, fontem hunc momentum vitrioli martis complecti, quod rarius alias in mineralium aquarum consortium venit; sed quia tam parce eidem insitum est, ut 20. libræ vix dimidiam ejus drachmam alant, nullo modo insignis aliquis medicus effectus ex eo derivari potest, sed potissimum spectaculæ facultatis & aperitivæ & roboreantis partem martiali terre tribuendam censeo. Quam enim ferrum ejus ingenii ac temperaturæ sit, ut sulphureas multas & terrestres particulas in complexu foveat, quarum ea vis atque facultas est, ut superfuum humidum imbibant & resiccent, ac fibras relaxatas leniter adducant & stringant: fit utique, ut proprius ad se invicem coeuntibus fibrosissimis, pars ex iis coagmentata compactior & purior reddatur. Majoremque vim nasciscatur se se contrahendi, & sub vegetori motu humores quaquam versum trudendi & citatius circumagenandi. Hinc est, quod potis modice nostris aquis, sanus, elapsis aliquot horis appetitiam ciborum auctiorem, pulsusque validius micantem persentiscat, & ipsa facies colore vivido & rubicundo perfundatur. Et partibus ita faltis & ad motum animatis, is quoque subsequitur effectus, ut ex eadem subsisteret passim in canaliculæ alvei crassos & impuros succos concutiant, premant, accedente copiosiori humido penitus eluant, abstergent & sic obstructionum repagula solvant, quo fit, ut pro varia dispositione corporum in quibusdam alvus secedat, in aliis urin-

fus latex copiosius fillet, & in quibus-dam, in primis si lenior motus & calor accesserit, ipse sudor elicatur.

§. XI.

Neque tamen metuendum est, ne de-pendens a martiali terra roboran, fontis nostri virtus, infestam partibus stri-eturam inferendo, cum sanitatis sit di-spendio. Quamvis enim non inficias ire velim, quod medicamenta e marte de-promta, sèpius adstringentem pro cor-poris constitutione & partium solidarum dis-positione edant effectum, & eodem non raro detrimentum injungant; in-signis tamen inter hæc, & fontis nostri aquam, intercedit differentia, quæ om-nem noxam excludit. Videlicet in illis ferrum aut ignis tortura subtili insit sulphure orbatum, ejusque alcalina ter-ra, destructa mixtura, penitus in cal-cem ultra, aut ipsum metallum ab acidis menstruis corrosum atque solutum, no-centi facultate imbutum est: in hac au-tem, marti nativa adhuc constat integritas, neque quipiam alieni sociatum, & hanc ob caussam omni perniciali & detri-mento effectu destitutus est. Ac licet in prima corporis regione ipsi occurrant aci-di succi; ipsa tamen ingesta simul aquæ co-pia succurrit & diluendo obvias aciditates, ipsasque fibras a constrictione inimica muniens, omne dampnum arcit, atq; avertit.

§. XII.

Denique eidem martiali elemento merito etiam tribuenda spectatissima illa efficacia, qua fons noster externe usur-patus splendet. Hoc enim in balneo per cutis poros corpus subiens, fibris & ner-vosis partibus sese insinuat, eoque dela-tum, non solum obhærescentes ibi acres & corruptos humores resiccat & dissipat, sed fibras etiam motricibus robur addit, ut majorem & vegetiorem sese contrahendi potentiam adipiscantur & san-guis omnesque humores promptius cir-cumagantur. Hinc est, quod balneo, licet tepide tantum admisso, venæ in-tumescant, pulsus validius manum vi-bret, & perspiratio, reperto in lectum corpore, copiosius elicatur & nonnum-quam plane liberalis sudor subsequatur.

§. XIII.

Excussis sic qua fieri potuit explora-tione fontis nostri elementis, expositis quoque in genere inde dependentibus ejus virtutibus; jam specialius paullo dilpi-ciendum: quibus potissimum morbis ejus usus dicatus sit. Ad usum igitur in-ternum quod attinet, is quidem non adeo salubris est, quam acidularum, neque etiam externo æquiparandus: ali-hilominus tamen sunt quidam morbi, qui eundem comode & utilissime ferunt, chronici scilicet & diuturni. Vi-delicet quum morbi, qui lentis adole-scunt incrementis & diu extrahuntur, plerumque incunabula trahant vel ex insigni solidarum corporis partium laxi-tate ac debilitate, vel ex infarto & ob-stuctione viscerum, indeque suffla-minata legitima sordium per excretoria eliminatione in prono & facilis est judi-care; ad eorundem tam levamen, quam persanationem, egregiam utique esse, roborantem & aperientem fontis nostri virtutem.

§. XIV.

Firmante igitur & debilia fulcrite sua facultate, utilis admodum est in stomachi & intestinorum debilitate & moru-destructo, omnibusque inde pullulantibus afflictionibus, cuius generis sunt appetentia prostrata, digestio vacillans, inflatio abdominis: & hinc pendens an-xietas pressoriorum & spirandi diffi-cultas, vomitus viscidj muci, Enteraria va-riique alvi fluxus. Non minus succurrit reliquorum viscerum imbecilitati & inde oriundis malis, vitiis uteri medetur, nimium mensum fluxum cum fluore al-bo compescit, morbosque laxitate uteri ortum debent abigir & ortam in primis hinc sterilitatem tollit, excedens quoque per ani venas stillicidium sanguinis, una-cum inistru cruento sopit ac cohibet. Por-ro in morbis spasmodicis partibus nervosis & membranaceis incumbentibus condu-cit, in primis in malo hypochondriaco, passione hysterica, aliisque cum exquisitis doloribus.

doloribus stipatis afflictionibus, ex len-
tiori sanguinis cursu & intercepto humo-
rum per viscera transitu, enatis.

§. XV.

Abstergens vero & roborans ejus vir-
tus, haud proletariam opem spondet iis,
qui visceribus oppilatis & obstructis, lie-
nis & hepatis affectibus laborant, qui
ictero impliciti, chlorosi affliguntur,
cachexia detinentur & hinc ad hydro-
pe tam pectoris quam thoracis tendunt.
Laudem porro meretur in suppresso san-
guinis, tam per ani, quam uteri venas
fluxu, & que inde subnascuntur affec-
tionibus, nec non in morbis sic dictis
tartareis, qui ex humorum impuritate
originem sortiuntur, quorum familiam
ducunt arthritis, podagra, ischiadis-
cum malum, caleulus renum & vesicae,
quibus denique accedunt omnia illa pa-
themata, que a scorbuto cognomen
habent.

§. XVI.

Maxime omnium vero præclara & in-
numeris ferme exemplis uberioris confir-
mata est, fontis nostri exterius adhibiti
virtus; ita, ut plane omisso etiam aqua-
rum potu, exoptatissimo cum successu ad
balnea usurpari possit. Scilicet egregie
opitulatur iis, qui tam rigidis & contra-
ctis, quam aridis & languentibus membris
neque ambulare, neque pedibus infondere
possunt, nec non exquisitis doloribus in
pedibus, brachiis & scapulis torquentur.
Deinceps multiplici experientia con-
pertum habeo, balneum ex aqua Lauchsta-
diensi egregium solamen & robur attulisse
his, qui perpessa apoplexia, vel diutius
podagra & arthritide detenti, elum-
bes facti, languidos & vacillantes cir-
cumulerunt artus, ita, ut dimisso illo,
milia iterum obire & promte perficere
potuerint. Porro eminens est balnei ope-
ratio, ad discutiendos, aleti & desidis
humoris decubitu; nec non fracto fibra-
rum robore, oriundos tumores, in primis
pedum. Non minus eximio præsidio est
grandavis, qui ob aeratis rationem viri-
bus deficientes, ad languorem & lassitudi-
nem dantur, & doloribus acutis membro-
rum excruciantur. Quin immo ubiq[ue]

que fessa, fluida & languida sunt mem-
bra, laudatissimus & summopere com-
mendandus est fontis nostri in balneo usus

§. XVII.

Præterea saepius contingit, ut in collo,
sub axillis, in regione inguinali, in primis
si scorbutica impuritate succi infecti sunt,
tumores pilorum instar protuberent, qui
plerumque acribus catarrhis, ulceribus
ichorofam materiam fundentibus, lip-
pitidine & humiditate oculorum, nec
non scabie serpiginosa stipantur. Hi au-
tem, quum prohibita debita lymphæ in
glandularum officinis a folidibus repurga-
tione, succorum in corpore impuritatem
fuscent & augeant: mala inde pullu-
lantia prius non sanescunt, quam ruber-
cula ita, sive glandule tumidæ, dispare-
rint & subsederint, ac humorum depa-
ratio his in organis iterum libere succel-
serit. Et in his, omnibusque a glandu-
larum obstructione prognatis morbis
egregium afferit auxilium externus fontis
nostris usus, in primis si accommodis in-
ternis medicamentis secundetur ac pro-
moveatur. Similiter crebriori observatu
constat, multum prodesse balneum fon-
tis nostri in ulceribus folidis, & vetustis,
scabie, impetigine, varis aliisque cutis de-
foedationibus, adhibitis siuul interius:
laxantibus, diluentibus & sanguinem &
soliditie liberantibus. Et quia laxato-
membro, confines quoque partes vitium
pati solent & relaxantur, solenne admo-
dum est, ut repositum ex facili iterum e
sede dimoveatur ac dilabatur, aut saltina
tumor juncturam occupet: præstabilis cer-
te fuit multis balnei nostri usus, quo mem-
bra firmata & intumescentia discussa est.

§. XVIII.

In primis autem ingens præsidium af-
fert balneum nostrum foeminis, que
puerperio sunt, aut abortum passæ,
plurimis attentantur malis & fluore alb-
erabescunt, tributum lunare paree & male-
ad calculum solvunt, hytericis patho-
matibus torquentur, anxietate præcor-
diorum, stomachi & dorsi dolore, cepha-
lalgia, animi angore & latitudine ac lan-
guore artuum cum æstu volante, livido
colore & alvi obstructione affliguntur;

eo quod hæc fontis nostri peculiaris laus atque facultas, ut laxatum uteri robur adducat & fulciat, venas firmet, & ad revocandum legitimum menstrui fluxus successum multum conferat. Monendum tamen est, quod in ejusmodi morbis, præter balneum, interius quoque bibenda sit alia quedam mineralis aqua, Egrana, in primis vel Selterana, quo ejus potu, excretiones promoteantur, & sordibus e corpore proscriptis, ipsum balneum salutarem effectum eo promptius & efficacius exsequatur..

§. XIX.

Superest ut ipsum exhibendi & utendimodum, tam internum, quam externum, tradam atque exponam. De hoc primo loco monendum quod ejus usus, uti omnium mineralium aquarum, commodissime instituatur tempore, quod nec frigore, nec calore modum excedit, vernali nempe & autumnali. Tempus vero diei, tam potationi quam balneo, aptissimum est matutinum, quo ventriculo vacuo aquæ longe expeditius & sine obstaculo operationem edunt, nisi necessitas repetitum usum suaserit. Copiam aquæ pro dosi hauriendæ exactius definire nos licet, eo quod ob dissidentem corporum constitutionem & varium morborum genium, causasque differentes, mox largiorem, mox liberaliorem, potum suadere expedit. Interim tamen communis mos fert, ut dimidia vel una mensura, interpolatis haustibus, bibatur. Neque etiam temporis usui impendendum spatium penitus determinare integrum, quum quibusdam octo aut decem dierum intercapedo satis longa sit, non nullis vero per duas vel tres hebdomades insistendum. Prudentis itaque & periti Medici erit, omnia circumspicere ita dirigere ac dispensare, prout ægri ipsiusque morbi conditio exposcit, & ad salutrem eventum obtineendum necessarium est. Eundem tamen in finem consultum fore puto, si generales quasdam præceptiones & cautions subtexam, & usuris ad curiosam observationem commendum..

§. XX.

Et de interno quidem usu hæc moneda, habeo:

I. Priusquam potatio instituitur, alvus benigno cum laxante subducenda, ne obhærescens in prima corporis regione viscidorum & male coctorum succorum faburra, aquæ transitui remoram iniciat, operationem interturbet & varia inducantur incommoda, anxiates, compressus in stomacho, nausea, vomitus & id genus alia. Neque plane diuiserim, si pro circumstantiarum ratione, leni vomitorio stomachus depleatur, & poitea alvum duces medicamentum propinetur.

II. In succo & sanguine fartis necessarium est, ut vena pertundatur & superfluum subtrahatur. Quam enim aquæ intimius succos & sanguinem perluere, in penitiores viscerum recessus provehi, & denique iterum per organa excretioni dicata evehi debeant; sanguinis autem exundans copia liberum & promptum cursum mirifice impedit hæc utique submovenda est, & aquis liber commixtus parandus.

III. Juniores, firmiores ac robustiores fibris durioribus & vasis amplioribus dotati, nec non qui vini potui assueti, majorem aquæ copiam ferre possunt, quam qui exilitate canalium & fibrarum teneritudine exquisitius sentientem indolem produnt & ad spasmos proni sunt.

IV. Tutius est, parcus primum bibere & in copiam liberaliorem ascendere, ac tandem in copiam magis accisam definere. Quemadmodum enim omne insuctum naturæ alterationem inducit: ita minus etiam consultum est, copiofiorem aquæ quantitatem in principio ingurgitare, & verendum, ne ventriculum & intestina nimis distendendo, ægrius pervadat & in aliis corporis partibus molestiam importet..

V. Quando octo vel decem dies potationi indulsimus; e re est, ut alvus vacuetur & restibiles aquæ unacum viscidis humoribus aliisque sordibus evocentur, eoque facto, dispiciendum: an morbi ægrique conditio exposcat, ut possit

fus diutius extrahatur, vel finiatur.

VI. Sub tota curatione non solum animus ab omnibus curis, ægritudine, affectibus & profundis meditationibus liber esse debet, sed etiam exquisitum in vita & vietu moderamentenendum, ne operatio salutaris fontis terbetur & spes decolletetur. Corpus quoque ante prandium exercendum, somnus vero, præsertim pomeridianus, vitetur, quippe qui, experientia teste, capiti nocet & si prius febres intermitterent, vertigines, lassitudinem, distillationes cum torpore & capitis gravitate inducere observatus est.

VII. Stomachi porro ratio habenda, ejusque roboris, balsamicis accommodis subsidiis succurrendum, quem in finem apprime elixirium alcalinum & stomachicum utile est, quod tam ante prandium, quam peracta digestione, assumi poterit. Non minus etiam sub ipso aquarum potu raria adhuc medicamenta, morbo proilmius dicata, ex usu sunt, pro prudenti medentis intentione offrenda.

VIII. Quia vero fontis nostri virtus magis robors est quam aperiens, & necessarium sape, quo prima corporis regio a crassis viscidis impuritatibus repurgetur, apprime ex usu est, ut alternis, vel ternis diebus, vespere pulvis salinus aperitivus assumatur, quam in rem terram foliatam tartari, solutionem oculorum cancri, arcanuti duplicitum, tartarum vitriolatum, & in biliosis subiectis nitrum commendo. His quoque, qui multos acides succos in prima regionis diverticulis alunt, ex usu est, ut salinos hos pulveres cum oculis cancerorum remisceant. Quod si vero necessarium foret, ut evacuatio alvina liberalius succederet, ternis vel quaternis diebus semuncia salis Anglicani, vel Sedlicensis, in diridia aquæ mensura liquati, exhiberi potest. Nonnullis etiam apprime conduced infusum manæ, inferius commendandum, in primis scorbutica acres fôrdes sensibiles an thorace partes irritant & tussim cident.

IX. Non raro contingit, ut aqua no-

stra primum, maxime ab infuetis pota, nauseam, vomitum, inflationes, dolores circa præcordia, capitis gravitatem, somnolentiata, nec non tumores pedum œdematosos suscitent; sed hoc neque Medicum terrere, neque bibentes a potu abalienare debent, quum continuato usu, & pervadente aqua, omnia sponte evanescant. Si vero diutius infestarint, ut suspectum reddant potum, satius est abstinere, quam valetudinem in aleam dare & ægros periculo expondere.

X. Natu majoribus & infirmis, quibus solutior stomachus & spongiosius corporis habitus, nec non qui brevi a morbo convaluerint & præterea spasmodis solennibus patent, in primis foeminas, neutriquam expedit, ut frigidam bibant; sed aqua in lagena ferventi aquæ immittenda, ut tepescat; tenendum tamen, quod hoc facto, tantum ad dimidias lagena sit epotanda, & inferiora, quia spirituoso elemento orbata, seponenda.

XI. Similiter perfrigerata potatio nocet, si spasmodici affectus praestant, & nervosas partes attentant, si alvus copiosus fluit & sanguis liberalius ex sedalibus, & uteri venis manat, vel etiam compressus est, si dolores adsumunt, partes contractæ nimis & artus immobiles, nec non in omnibus morbis, qui a cohibita perspiratione incident.

XII. Operatio fontis longe præstabilior magisque præsens est, si pota ad quinque vel sex dies aqua balneum admittitur & potatio usu salis Anglicani vel Sedlicensis, aut mannat, infusi de novo inchoatur. Quippe temperatus in balneo calor, & subeuntes, admisso eo corporis intimiora subtile斯partes, multum conferunt, quo affluxus impiorum succorum ab exterioribus ad interiora & excretioni dicata organa convertuntur.

XIII. Cholerici, graciles & siccioris alvi, circumspicte utantur potu, qui vero spiritum ægre trahunt, phthisis, heptica & febribus lentis tabescunt, plane abstineant. Neque etiam consultum est, potationem instituere circa tempora

tum

tum articulos, quibus solennia sanguinis profluvia repetere solent.

XIV. Si hepar aut reliqua abdominis viscera indurata, scirrhosa vel plane labe affecta, aut saltim ita indurata sunt, ut inferiora corporis inde intumescant & superiora contabescant, neque spes afflget, fore, ut aquæ pervadant & aditum sibi parent: nihil fontis nostri, ut omnium remediorum, valet usus.

XV. Ultimo loco monendum, quod quam fons noster peculiaris sit indolis, neque communis adeo interni usus esse possit: optime rebus suis consulant, qui antequam ad ejus usum descendunt, in consilium adhibent peritum ac prudentem Medicum, qui naturatum differentiatione probe calleat, morborum caussas cognoscit, & vires, remediis a Deo concessas, probe perspectas habet; quo is post exactam deliberationem omnium circumstantiarum, rationali modo dijudicet, an ægro conduceat vel noceat.

§. XXI.

Ad usum externum quod attinet; ingenue fateor, longe plura de ejus salubritate ac præstantia hucusque innotuisse, quam de interno, quod quidem hanc ob caussam factum esse arbitror, tum quod ille revera longe tutor hoc, tum quod frequentius etiam, & crebrius ad balneum usurpatus fit. Placuit igitur etiam de hoc utilissima quedam monita subnædere, ad quorum normam omnia solicite sunt adornanda.

I. Ante usum balnei corpus blandolaxante a sordibus repurgandum, eumque in finem egregiæ virtutis est hæc potio: Recipe mannae electæ uncias duas, tremoris tartari drachmam unam, aque florum acaciae uncias quatuor: coque & solve leni calore, adde sirupi violarum unciam dimidiariæ, olei de cedro guttas tres misce. Assumenda autem est interpolatis vicibus, superbibendo aliquoties haustum decocti avenacei dilutioris.

II. Qui copiosum sanguinem in venis gestant, licet jam ætate grandiores sint, & pulsus validiorem, vasa tumida & colorem floridum faciei exhibent, cibos prompte appetunt & vita genus minus la-

boriosum colunt, antequam balneum instituant, sanguinis copiam venæctione sufficiente minuant. Hoc enim si neglectum fuerit, crebriori observatu compertum habeo, balneo præsertim calidius usurpato, maximum suscitatum fuisse damnum, ita, ut capitis & artuum dolores, lassitudines, calor interitus, palpitationes cordis, post illud balneantes graviter affixerint: quum contra subtracto sanguine, illico hæc symptomatum atrocia conqueverit, & balneum postea exoptatissimo cum fructu usurpatura sit.

III. Eadem ratio est scarificationis, & auctor in primis foemini sum, ut si eidem affuerint, cucurbitulas prius sibi applicari carent, antequam balnei usum moliantur.

IV. Matutinis balneandum est horis: antequam in solium descendat æger aliquot infusi Thee vel theiformis patellas bibat, & postea balneo per horam, aut diutius adhuc insideat.

V. Balnei calor exquisite temperandus, ita, ut nec calidum nimis sit, nec frigidum, sed tepidum, infundendo subinde sub infessu ferventem aquam, ne nimis perfrigeretur; ita tamen, ut exacto propemodum infessu, calidius paulo sit & corpus calore perfusum in lectum transferatur.

VI. Corpus e balneo surgens probe detergendum, indusio sicco & infumato induendum, in lectum reclinandum & panno calefacto perfricandum, eo que facto, lenis sub stragulorum tegmine operiendus, & ad unam horam eliciendus est sudor. Eundem quoque in finem re est, ut in lecto aliquot vascula infusi theiformis, aut juscui, cum radicibus aperientibus decocti epotentur.

VII. Balnei usus pro ægri morbi conditione ad quatuor vel sex hebdomades prorogari, & demum jam laudata potionem laxante mannaea finiri potest.

IX. Qui insigni membrorum languore & lassitudine detinentur, bis quotidie balneo uti possunt, & præter matutinum, post meridiem quidem peracta digestione hora circiter quinta,

IX. Post balneum summo studio aer frigidus vitandus, nec occlusis subito poris ipsa salutaris operatio turbetur & noxa subsequatur. Quare tam potentibus quam balneantibus maxima providendum est cura, ne vesperi diutius subdiu commorenatur, sed hora nona quieti sese dent & sexta matutina resurgent.

X. Alvus semper debet esse libera & fluida, eamque obcaeciam apprime utille est, vesperi subinde juscule ex prunis cum passulis confecta assumere, & singulis hebdomadibus semel potionē laxante uti.

XI. Si balneum nimiam siccitatem inferre observatur; expedit, ut vesperi ante lecti introitum, vel post prandium etiam pulvis præcipitanſ nitroſus sumatur, qui simul excretionis alvinæ succelsum facilitat.

XII. Quia non omnibus accommodum est, ut sub externo usu, interius simul aquam nostram bibant; Medici periti erit, ut dispiciat, an balneantibus conducibile sit, ut aliis adhuc accomodis medicamentis utantur, sive decocta ex lignis & radicibus, sanguinem diluentia & depurantia, sive alias minerales aquas poterit, quo is, qui propositus est situs finis, eo certius respondeat. In primis autem his, qui in pectorē labent, aut arthriticis doloribus obnoxii sunt, egregio praesidio esse poterit fons Selteranus cum lacte, vel asinino vel caprillo remixtus.

XIII. Si balneum in affectibus capitis, ut vertigine, melancholia, hypochondriacis pathematis in usum vocatur, tenendum, quod simul Egranarum vel Sedlieensis potus sit suadendus, & infensus in balneo diutius, ad duas minimum horas, extendendus.

XIV. Prater ea, quæ superius de moderamine in vita & vieti monitionis addendum, quod seb̄ balnei ſu ad porum ordinariū commodatissimæ ſint Selterianæ, vel Antonianæ, cum vino Rheano vel Burgundico modice mixtae, parvus autem ſit cerevisia ſufus.

XV. Fœminæ, exilibus vasis doratae, & vel nordanum, vel parcius mensum,

fluxum expertæ abstineant a balneo, ob constringentem & roborantem ejus virtutem: quæ vero laxiori corporis habitu & amplioribus vasis instructæ, & quibus jam sanguis ex utero stillavit, licet in præsentiarum minus ordinate succedat, utiliter & tutissime balnei usum ferunt.

XVI. Desistendum quoque est a balneo, si solennia & critica sanguinis, tam in fœminis per menses, quam in viris per hæmorrhoides profluvia ingruunt & succedunt, ob cohibentem aquæ virtutem, ne eadem refineantur & turbentur.

XVII. His, qui colica convulsiva subinde affliguntur, quibus præcordia stringuntur, post præmature & intempestive suppresſos febrium paroxysmos, quibus porro hæmorrhoides subſliterunt & dolores ex calculo nec non ſpalmi ventriculi ſolennes ſunt, auctor ſum, ut noſtrum balneum fugiant, eo quod ejus facultas non tam emolliens & demulcens est, ac Toplicensis aut ex aqua pluviali confecti, quam potius firmans & fibras adducens, & eodem crispaturam augere minus falubre est.

XVIII. Mulieres fluore albo moleſtissimo afflictæ utilissime ad balnei uſum deſcendent, ita tamen ut prius iuſſo laxante vel pilulis accommodis ſordes uteri expurgent, & subinde ſumum ex maſtiche, ſuccino, tacamahaca in ſella, ad inferiora adiungant.

XIX. Qui post diurnum morbum ſuperatum, vel in malo contumaci & quod diu parti cuidam incubuit, balneum adhibere animum induit, post vernale tempus, autumno iterum, vel ſubsequente adhuc anno, eius uſum repeteſe debet. Quia enim partes malii pertinacia admodum debilitantur & pravam dispositionem contrahunt, ut licet ſemel tantisper refocillatae ſint, facile ramen pristina labbe afficiantur & morbus recrudescat: neceſſarium eſt, ut per iteratum uſum noxa prætolans arceatur & malum penitus eradicetur.

XX. Exterius utendi modis accenſenda adhuc ſunt pediluvia, quæ iis potiſſi-

mum dicata sunt, qui capitis doloribus, vertigine, ocolorum vitiis, pedum tumore ac debilitate affecti sunt. Adhibentur autem ea vespertinis horis, brevi ant equam in lectum se conferat æger, & ita instruenda sunt, ne calore nimio sudorem moveant, sanguinemque exagitent.

XXI. Denique etiam nostra aqua exterius ita adhiberi potest, ut lipientes & lacrymantes oculi subinde abluantur: non neglectis tamen pediluviosis, quin balnei ipsius usu, & interius laxantibus aliisque congruis auxiliis.

§. XXII.

Ad finem tandem, perducto tam interno, quam externo fontis nostri usu, insistendum est: jugiter per aliquot heb-

domadum decursu exquisito in vita ac vietu temperamento. Sunt enim inter exempla, qui felici cum successu usurpata nostra aqua, antiquum obtinetes & parum curiosi legum diæteticarum, sepositis quoque iis, quæ effectum stabilire poterant, in pristinum non solum morbum, relapsi, sed etiam gravioribus maestati sunt damnis. Quare solicite inculco, ut præter ea, quæ ad normam regularum a diæta cognominatarum servanda, infusum theiforme ex veronica, melissa, salvia & semine foeniculi sorbilletur, alvus quoque leniorum usu nonnunquam subducatur, stomachus per accommoda roborantia, cerebrius usurpanda fulciatur & sic sanitatis tutela quavis ratione curiose prospiciatur & consulatur.

D

E

AQUA MEDICINA UNIVERSALI.

§. I.

Quam desiderata ubique & omni tempore efflagitata fuerit medicina, quæ omnis generis morbos virtute sua vincat: nemini qui paullo majori solertia in rebus medicis versatus, ignotum fore arbitramur. Hecatomba profecto redimendum esset, si quisquam Medicorum tam felici uteretur ingenio, ut tale remedii genus in agrotantium salutem inveniret. At vero cum ne ulla quidem adhuc nobis cognita exploratione sit medicina, qua vel unius morbi speciem certo semper evenitu profiget, de tali profecto, quæ omnibus morborum generibus depellendis sufficiat, eo magis videtur desperandum. Sane enim, si tam differentem subjectorum indolem & tam multiplices & saepe contrarias morborum causas, nec non remediiorum vires, pro natura corporum subinde variantes, intuemur circa medicinam universalem investi-

gandam, non amplias frustranea opera & irrito ausu erimus occupati.

§. II.

Verum enim vero, quodsi medicamentum in universa rerum natura datur, quod universale appellari meretur; certe illud non aliud, nostro quidem iudicio, est, quam aqua communis. Hujus tam communis tamque necessarius omnibus est usus, ut sine eo nec vivum, nec integrum corpus nostrum manere possit: quin & omnis generis morbos arceret, corpus sanguinem tueretur, illudque ab omni corruptione, quæ vita inimicissima est defendit. Præterea usus aque omnibus in crando indicationibus satisfacit, adeo, ut sine hac nulla passio, sive chronica, sive acuta, felici industria possit profigari. In hujus sententiæ nostræ confirmationem nolumus iam hoc loco salutiferos, eosque tam calidos quam frigidos fontes, adducere, eorumque efficaciam in vincendis variis morbis vindicare; sed res nobis tan-

tum-

etummodo erit cum aqua communis, pura tamen & optima, cuius universalem usum plurimum laudare ac commendare, hoc in schediasmate constituimus.

§. III.

Quam itaque de aqua, medicina in morbis præservandis & sanandis universalis verba facere, & præstantissimis argumentis id ostendere propositum nobis sit: non alienum a scopo nostro fore judicamus, si prius de necessitate naturali interitus corporis nostri quedam præmoueamus, quo his cognitis, eo liquidius, quinam insanabiles sint, perspici queat. Quod ad primum attinet, nempe naturalem moriendi necessitatem, quam notissimum est, corporis nostri durationem, & putredinis, ad quam per se valde pronam est declinationem, unice a perenni ac non interrupto sanguinis & humorum circuitu dependere. Etenim quam diu is salvas ac integer est: tam diu corpus vivum appellatur, hoc vero paullatim deficiente, morte nihil est proprius. Hic motus igitur est, qui unice corpus a corruptione vindicat, eo quod quietem, quæ caussa ac fundatum omnis putredinis est, ab humido heterogeneo, cuius indolis in universum animantium partes sunt, solus avertit.

§. IV.

Duraret certe corpus nostrum in perpetuum, si sanguinis motum continuum ac perennem possemus tueri. Id autem quum non ferat humana imbecillitas, miseraque mortalium conditio, in hujus defectus caussas inquirere, opera videatur premium. Sunt autem nostro iudicio dæ: circuitus iste humorum vitalis organis & viis perficitur; organa, fibræ muscularum elasticæ, quæ successiva & reciproca dilatatione ac contractione gaudent, constituant: hæc sunt vasa majoris & minoris capacitatibus. Si quando igitur fibrarum elater ac impulsus ita immittitur, ut non amplius proportioni humorum ad movendum necessariae respondeat, neque hi per minimos tubulos expedite & prompte circulentur: fieri certe non potest, quin in capillaribus

vasis humorum stagnationes, & inde tandem putredines, fecundæ morborum & morbis genitrices nascantur.

§. V.

Sicuti autem in omnibus machinis, & elatæres & vires motrices corporum, ob massæ, ex qua coagmentatae sunt, mutationem, tandem satiscunt & debilitantur: in eodem modo sese res habet cum corpore nostro, cuius fibræ, quæ motum unice perfruiunt, procedentibus annis crassescunt, durioresque, solidiores ac aridiores sunt. Quam ob rem non modo difficiliori moventur, sed & pori ac meatus angustiores redditi, quo minus fluida per alveos libero æquali cursu possint trudi ac progredi, impediunt. Cuius rei luculentí testes sunt carnes animalium, quæ ob duritatem & soliditatem longe majori calore & longiori coctione, ut emoliantur, indigent, quam carnes junioribz. Ex quo intelligitur, nullum esse dubium, quin si idem status eademque mobilitas fibrarum vasorumque, eadem denique porrumbus a pertura perpetuo posset conservari, corporis vita hac ratione in perpetuum; nisi accelererit causa exteriora violenta, esset duratura. Hoc ipsum quidem vel medicina, vel victus delectu præstari posse ii, qui rerum naturalium vires non perspectas habent, concipere nequeunt: illud tamen non verosimile, sed verissimum est, plurimos mortalium non illum vitæ terminum attingere, quem corporis constitutio ac temperies a natura ipsis tributa promittit, dum regulas, quibus ad naturalem terminum corpus posset pervenire vel ignorant, vel despiciunt habent. Quare maxima horum pars, cum affectuum & victus in temperanria, tum neglecto earum rerum, quæ salubres vel insalubres sunt, discrimine, vitam breviorē & afflictam valetudinem certa sibi accelerat.

§. VI.

Explicata jam interna & naturali interitus nostri causa ac origine? rem non commodam fore arbitror, paucis expondere, quare morbi dentur insanabiles, quique nullo auxilio, nullo remedio ob-

secum.

secundent. Etenim dari proportionem inter agens & patiens, & effectus adæquatam desiderare causam, cum sana ratio, tum ipsæ motuum leges satis expllicant. Atqui si quando contumacissimæ vasorum contingent obstrunctiones, viscerumque indurations, denique ingentes humorum in cavitates effusiones & inde ortæ putredines; quis poterit hisce malis expugnandis pares medicinæ vires invenire? Quis porro profundas & internas nobiliorum partium inflammations & inde natas sphacelationes convenienti remedio fisteret? Postremo, quis vehementes & inveteratas generis nervosi commotiones reprimeret? Hoc certe si quis ullo remediiorum genere præstiterit: hunc ego non Aesculapium, sed in humani generis felicitatem natum, dicam, certissime persuasus, neminem cui is adfuerit, morbis acutis esse periturum.

§. VII.

Cæterum dispiciendum quoque est: num datum in rerum natura tale remedium, quod certo morborum generi profligando idoneum sit. Noto notius est, specifica quedam ad certos morbos expugnandos adhuc mirifice commendari. Ita China Chinæ pro sacro antifebrili habetur. Argentum vivum adversus luem virulentam venereum mirificis laudibus extollitur: Opium omnium dolorū certissimum allevamentum dicitur. Mars hypochondriacorum audit solatium. Sulfur sumnum judicatur pectorale. Castoreum nervis amicissimum. Amara cæchelicorum & hydropticorum exoptatissima medicina prædicantur. Nitram infebrili astu extinguendo dicitur ferre opem desideratissimam. Verum enī vero, tametsi is eximiis remediis & sua laus & virtus constet, attamen qui artem aliquamdiu fecit, is ejusmodi auxiliorum genera his morbis debellandis minime sufficere facile judicabit. Quis enim ignorat, omnes fere morbos a causis diversis, imo saepè contrariis, soveri? Quem latet, morbos sub diversis procedere symptomatibus, & hinc majoris vel minoris esse periculi. Cui non cognitum perspectumque est, diversas corporum dari

indoles, casque, in quas remedia agunt, multum inter se variare? Unde necesse est, ut ab uno eodemque adhibito remedio, pro diversa corporum natura, diversi, imo contrarii subinde effectus consequantur. Etenim, quod probe observandum, remedia non agunt tantum secundum activitatem suam, sed & , si ita loqui decet, secundum receptivitatem, hoc est, remediiorum vires, mechanica corporum nostrorum medicamentorum mutua & reciproca in se actione & reactione proficiscuntur. Ex quo intelligitur, quam nefario usu iuraciones suas instituant, qui nulla habita subjectorum causarumque morbi carum aut alliarum circumstantiarum ratione, uno semper remedio una eademque methodo in eodem morbo utuntur, id quod omnes imperiti consiliique inopes Medici magno vespillonum commodo facere solent. Nam qui horum omnium habuerit notitiam, is non facile unam medicinam in uno morbo omnibus accommodabit.

§. VIII.

Reliquum jam est, ut quo sensu ac mente aqua universalis medicina dicatur, exponamus. Affirmamus vero, aquam esse omnibus naturis & omni tempori convenientissimam: deinde non dari hac ipsa nobilis a morbis præservativum: præterea tam in acutis quam chronicis passionibus certissimam opem afferre, & tandem ejus usum omnibus indicationibus, tam præsoriatorii, quam curatiis satisfacere. At vero, cum magna aquarum in universo differentia sit, dispiciendum maxime omnium est, qualiam aquæ, huic medico scopo sint accommodatae. Neque enim negandum est, aquarum naturam ac vires, quam longissime inter se dissidere, id quod aquæ potatores vel ipso gustu facile possunt dijudicare. Præterea aquarum differentiam non rectius addiscimus quam variis chymicis examinibus eas lubiendo, videlicet si ponderationes variales mixtiones cum ipsis instituamus. Adeoque non existimandum est, aquam tam homogeneum, ut prima fronte ap-

paret

parer, esse liquorem; sed ex compluribus diversæ naturæ partibus cum mixtum esse, complura sunt, quæ id confirmant." Primo enim omnis aqua fluidum aero-æthereum in intimam sui societatem admittit, eo quod elastica aquarum vis, ab hoc unice repetenda videtur. Notum enim est, omnes aquas expandi & majus spatium occupare; easdem quoque contrahi, inque artius spatium cogi, pro majori aeris aut ætheris in aquas admissione, vel ex ipsis poris rursus facta expressione. Luculentum hujus rei exstat testimonium in thermometris, ubi liquidum inclusum, pro diversa caloris & frigoris admissione, jam spatium majus, jam minus occupat. Ea enim conditio est omnium liquidorum, ut calore accedente, fluidum æthereum uberioris soleant admittere, quod etiam rursus frigoris interventu derelinquunt, sicuti aliquot ab hinc annis acerrima hie me sumus experti. Aeris vero & ætheris copia aquis inerrans, non melius quam antliae pneumaticæ beneficio potest explorari, cum subtiliores aquæ numerosas bullulas in vacuo emittant, immo si paululum calefactæ fuerint, vitri, quo continentur, ora transcendent: sicuti contra quo crassiores & graviores aquæ sunt, eo minor bullularum elevatio observatur.

§. IX.

Deinceps ipsæ aquæ ex subtilioribus nec non paulo gravioribus partibus constare videntur: illæ, ut mobiliores, faciliter ascendunt, inque altum caloris accessu sub destillatione & evaporatione elevantur: graviores vero & crassiores molis particulæ, majorem caloris gradum postulant. Quam ob rem animadvertisimus in coctione avolare subtiliores & remanere crudiores minusque utiles: id quod curiosiores decocti ex fabis Turcicis, quod Coffee vocant, portatores probe experiuntur, qui, quoties lupinos contusos aquæ diutius coctæ immittunt, saporem exinde minus gratum percipiunt. Observatum quoque fuit, aquas in destillatione a-

lias longe celerius, alias ægrius alembicum transcendere. Denique pondere inter se multum aquæ differunt, dum aliae graves, aliae leves, instrumento statico notantur: utpote quæ, terreis variis generis, nec non salinis turgidæ sunt partibus, puras pondere multum exsuperant. Pluviales vero, ceu tenuiores & puriores, omnium sunt levissimæ. Non commodiore autem methodo puritas aquarum & heterogeneum illud, quod continent, quam destillatione potest cognosci: qua fit, ut non modo copia, sed & indeoles contentorum, sensibus sese offerat. Mirabile certe visu est, quam insignis moles terræ vel lapidosæ massæ destillatione nonnullarum aquarum relinquuntur. Fecimus olim experimentum, & ex cucurbita vitrea aquam fontanam ad siccitatem destillavimus, sumendo duas mensuras, decemque vicibus in eodem vase id repetendo, eaque operatione ingentem, firmam ac duram crustam lapideam, crassitie cultri dorsum æquantem obtinuimus. Plurimæ vero aquæ calcariam terram: quædam lutosam & ferream massam flavescentem: aliae lapidescentem materiam complectuntur. Illæ, quæ martialis sunt indolis, sapore paululum adstringente & ochreo sedimento, quod mox circa scaturiginem deponunt, dignoscuntur. Multæ quoque inter quas & Halenses nostræ referendæ, salis communis sunt participes, quod post coctionem in fundo, ex sapore judicatur. Relius vero partium heterogenearum cum aquis permixtio, adeoque earum impuritas, chymicis quibusdam experimentis exploratur. Quo nomine duo nobis familiaria, quæ aquarum puritatem vel impuritatem egregie detegunt, plurimum commendamus; primum oleum tartari per deliquium, secundum argenti solutionem, cum aqua forti institutam. Si aquæ fuerint puræ, ut pluviales, vel destillatae, aut nonnullæ fontanæ, ad horum mixturam ne minimum quidem mutantur: sin impuræ & graves, ab oleo tartari lactescunt, præsertim si calcaria terra fue-

T rint

rint imbutæ ; a solutione vero argenti infusa , turbidae redduntur & cinericio colore propemodum rubescente , qui ferri delitescentis indicium est , imbuuntur .

§. X.

Postea indolem aquarum earumque subtilitatem ac gravitatem effectus , quos exhibent varii , clarissime demonstrant . Ita leviores & molliores durioribus carnis & leguminibus coquendis , nec non duris ossibus & dentibus ac piscibus marinis emolliendis interserviunt . Qui linteamina lavare ac mundare , vel eadem apricatione candefacere solent , insignem mox aquarum differentiam deprehendunt , eo quod molliores citius iordes mucosas & pingues detergant , quam graviores , quæ nullam spumam exhibent & cum sapone ægre subeunt connubium . Chymici quoque in laboribus suis non mediocre aquarum cognoscunt discrimen : nam fontanæ ac graves duræ calcium ac magisteriorum v.g. calcis auri , auri fulminantis , magisterii lunæ , terræ vitrioli dulcis edulcorationi minus convenient , ideo quod tenerimas a menstruo superstites partes complures in poris relinquunt ; eoque in negotio feliciore opera pluviales aliasque tubiles adhibent . Pistorum quoque experimento constat subtiliores ac molliores aquas , farinam citius quam crassiores fermentare & attollere , cum hæ panes minus spongiosos ac leves producant . Neque ignotum est horticultoribus , quod vegetabilia levi , subili ac spirituosa aqua irrigata , multo lætius succrescant , quam si duriore ac fontana conspergantur .

§. XI.

Magna etiam aquarum in cerevisiarum coctione appetit diversitas , utpote duriores longe durabiliorem , molliores vero longe lapidarem , sed facilius accentem cerevisiam , producunt . Cæmentarii & qui gypsum præparant , optime norunt , pluviales & subiles aquas huic negotio minus quadrare , cum nullam firmorem consistentiam atque conglutinationem præstent ; id quod longe felius cum durioribus & fontanis procedit .

Tandem indies experimento domine fles docemur , infusiones herbarum , uti thee , veronicæ , salviae , cum subtilioribus & fluvialibus aquis , longe fieri saturates , quam si fontanis misceantur .

§. XII.

Sunt autem omnium subtilissimæ pluviales , quippe naturæ beneficio revera destillatae . Nam aquarum vapores solis calore e terra in altum elevati , motu & calore subtiliores redduntur , ideoque solutionibus , elotionibus , vegetabilium augmento , infusionibus , linteorum de-albationi , nec non interno medico usui sunt aptiores . At vero cum varia indolis exhalationes , tam ex vegetabilium , quam animantium familia , corruptioni obnoxiae se immisceant , hinc fit , ut liberioris aeris accessu , vel si diu in lignis vasis steterint , putredinem facilime concipiunt : quæ autem mense Martio decidere solent , durabiliores sunt , eo quod non tantam variorum effluviorum copiam reperunt . Ut itaque in usum medicum commode cedant , præstat eas terreis vasis probe clausis custodiare , & ab aere circumfuso defendere . Præterea non ex stillicidio effusas , sed extra urbem sub die cadentes vasis excipere convenit , quo pacto plures annos durant .

§. XIII.

Succedunt pluvialibus fluviales , quarum nonnullæ puritate & bonitate illis vix sunt inferiores . Fluvii , quin ex pluviosis crescant , & iis deficiens etiam decrementum capiant , nullus est , qui dubitet . Quoniam vero fluviorum origines sunt foantes , in altioribus ac montosis locis scaturientes , & pluviae illis augmentum dant , deinde vero ipsi longissimos terræ tractus transeuntes , varias ac dissimiles partes ex terra imbibunt , fieri solet , ut fluvii inde tanto turbidiores & impuriores evadant , quanto longiores terræ tractus cursu suo absolverint . Adhac ex fundo etiam plures heterogeneas partes arripiunt , adeo , ut inter pluviales & fluviales non mediocris inde oriatur differentia . Accedit & hoc , quod fluvii aeri libero & solis actioni

ni perpetuo expositi, subtiliores sui partes in auras dimittant, quæ nubibus ac pluviis subministrant materiam.

§. XIV.

Deinde & ipsi fluvii indole multum discrepare videntur, quandoquidem qui celerrime cursu vehuntur & ex altissimis montium jugis, ubi natales suas habent, in loca decliviora ruunt, longe differunt ab illis, quorum cursus lentes ac placidus est, utpote qui plerumque locis unius editis incunabula debent. Etenim qui celerrime feruntur, ut plurimum levem & subtilem minus corruplicibilem, sed secundandis & alendis piscibus minus idoneam, vehunt, propterea quod rapidus eorum motus impedit, quo minus piscium ovula ripis apponi, ibique solis calore possint excludi. Tametsi autem ejusmodi fluvii piscibus non admodum abundant, tamen ii, quos dignunt sapidissimi sunt & saluberrimi. Hinc Rhenus & Rhodanus, qui in altissimis Rhaetiarum jugis nascuntur, longe leviores aliis fluiis deprehenduntur. Notabile est, naves secundo Mœno adiectas, simul ac Rheno immittuntur: ob aquarum Rhenarum levitatem, subcidere, multoque depressores, quam antea procedere. Quare aqua Rhena & Rhodanæ instrumento statico examinata, levitate aquæ pluviali proxime accedunt. Et cum hi fluvii magna celeritate evolvantur, accedit, ut eorum aquæ satis diu a corruptione serventur immunes. Proinde omnibus fluiis, Rheni & Rhodani aqua, in usu interno medico palmam facile præripit. JACOBUS SPONIUS observationes suas circa aquam Rhodani prodidit, quæ in Actis Erud. anno 1683. p. 519. recensentur, ubi & hac legas: aqua Rhodana in cellis vinariis intra maximas figurinas urnas recondita, ita, ut in iis subsidentiam omnem per aliquot septimanas, aut menses, antequam potetur, deponat pura & optima habetur, aquæ non solum per plures menses, sed annos, imo per seculum integrum incorrupta conservatur.

§. XV.

Longe vero diversa est ratio fluviorum, quorum lento & paulo segniori lapsu procedit: hi enim ingenti piscium multitudo generanda atque nutriende sunt aptissimi, exemplo fluviorum Marchiæ, Spreæ, Havelæ, Viadri, maxime ubi hic in varia cornua ac divertia abit: ut & in Hungaria Teisæ. Hi tanto proveni & pisces varii generis & cancros proferunt, ut flumina magis piscosa vel in universa Europa vix inveniantur, rationem autem hanc suspicor: fluvii hi omnes non modo tardius incedunt, sed & per loca ac terras maxima ex parte pingues ac lutoſas procedunt, unde affatim alimonia piscibus suppetit. Et haec quoque est ratio, quare limpidæ illa ac crystallina pelluciditas, qua aliae aquæ gaudent, ut Albis, Rhenus, his in fluiis non obseruetur. Quoniam autem sunt melioris naturæ, ad linteæ emundanda, vel minima saponis parte adhibita, aptissima sunt. Ubi tamen notandum, quod hisce lota linteæ non tam candida evadant, ac ea, quæ ex fluiis Albis, Sala & Mulda lavantur. Memorabile porro est, quod piscium, qui in Albis capiuntur, caro sit longe candidior quam quæ Sprea vel Havela fovet, quod hi non tam claram ac limpidam quam illi undam trahunt. Ex his itaque quæ jam memoravimus facile colligitur: non omnes fluviales aquas inter se convenire, nec adeo omnes usu medico & que esse accommodatas. Probantur tamen, quæ claræ sunt, quæ leves, quæ non facile putrefuscunt, nec aliam ab admixto oleo tartari per deliquium, vel solutione cujusdam metalli mutationem subeunt: ubi in universum scire convenit, semper fluviales aquas esse salubriores, quæ magno impetu ac cursu feruntur, quam quæ lente provehuntur.

§. XVI.

Accedimus jam ad examen fontium, quorum indoles ac virtus subinde diversa observantur. Et tamen sit materiam suam ipsis aquis pluviis acceptam referant: nihilominus pro diversa soli naturæ, & pro diversa materiæ terrenæ, quam alunt,

ratione, variam indolem ac ingenium fortuntur. Unde rarius fontes claros, puros ac leves licet deprehendere. Plerique magnam partem terrei concreti ab evaporatione vel destillatione relinquunt. Pauci sunt, qui non solutionibus metallorum vel a solutione salium alcalinorum turbentur. Quidam salis communis ut nostri Halenses; quidam subtilioris vitrioli, ut nonnulli Servestani participes sunt: presentiam salis communis liquor salis tartari, vitrioli vero infuso florum balaustiorum prodit. Nonnulli & martiales dantur, qui ex locis ubi ferrearum minerarum thesaurus recondituri, prorumpunt: quorum sapor subadstringens, & sedimentum ochreum est. Artis igitur ac industria est, ex tam numerosis, quos benigna natura passim aperit fontibus, salubres eligere, qui ex levitate, pelluciditate, puritate ac duratione debent judicari. Præterea etiam in fontibus ea notari meretur differentia, quod nonnulli foveant aquas molliores, alii duriores. Molliores plerumque sunt illæ aquæ, quarum scaturigo ad latera existit, & quæ per arenam, vel super argillam vehuntur; duriores, quæ in locis declivioribus oriuntur, & rupes ac saxa lapidesque martialis indolis alunt: illæ minus solent durare, haec vero sunt durabiliores, illæ facilius abeunt in glaciem, hec congelationi valde resistunt: utræque a salubritate sunt commendandæ, si prudens Medicus ad diversam morborum & subjectorum indolem noverit eas accommodare.

§. XVII.

Postquam itaque ex tanta aquarum copia salubres & quæ usui medico aptæ esse possunt, enumeravimus, & quomodo dignoscendæ & examinandæ sint, satis superque deduximus, nihil jam reliquum est, quam ut scopo nostro nos proprius accingamus, & quam eximia immo universalis ipsis insit medendi virtus, demonstremus. Primum vero asserimus, omnium hominum naturis admodum diversis aquas puras ac leves esse convenientes. Etenim si fluidorum per omnis generis tubulos minimaq; vascula circuitus, fundamentū

est, cui conservatio humani corporis, corruptionisque prohibitio unice innititur, illud quod sanguinem fluidum conservat, virtù erit quam maxime accommodatum. Corporis nostri fluores, qui & nutritioni & omnibus functionibus serviunt, & ex quibus solidæ quoque partes sunt compositæ, & solidis & fluidis constant. Solidas inesse sanguini ejus exsiccatio demonstrat, easque diversas esse, nempe salinas, sulphureas, terreas, mucidas, sensu dulce & inflammabilitate, neque minus destillatione aliisque experimentis chemicis addiscimus. Paucis sunt partes heterogeneæ, sive calor, quiete, humidum, ceu omnis corruptionis causa, accesserint, valde corruptibiles. Ne itaq; in corruptionem abeant & sinceram quoque corporis partem trahant, necesse est, ut nunquam diu quiescant, vel invicem coeant, alias corruptio est paratissima. Opus igitur est ut particulae hæ solidæ subtiliores: sulphureæ terreæ, non modo in irrequieto instino motu sint constituta, verum etiam, ut motu progressivo, per tot minimos tubulos & canales circulentur, eo quod hoc motu solidæ sanguinis partes in minimos globulos, mutuo attritu, ac conquisatione sanguinis partiumque fibrofarum inter se facta, dividantur. Quo magis necessaria est, ut fluidi aereo ætherei elasticæ & liquidi aquei copiosior admitti, unde fit, ut si in sanguine sani hominis e una emisso fluidi ac solidi portionem examinemus, liquidi minimum duplo majorem sicco elemento copiam esse comprehendamus. Plerumque enim duodecim sanguinis uncias, octo liquidæ, quatuor solidæ materiæ complecti, crebrius a nobis fuit observatum. Præterea sanguinem largiori copia subtilioris aeris & ætheris imbutum esse ex eo manifestum est, quod in vacuo ita ebulliat, ut cylindros vitreos, quorum medium prius occupavit, transcendat. Nihil itaque salubrius, nihil virtutæ accommodatius & ad hanc tuendam aqua magis est necessarium, quippe quæ naturæ humanae est convenientissima, sine qua nec corpus dura, nec vita diu satis persistere potest.

§. XVIII.

Hucus opus non accedit.
Diemembra

§. XVIII.

Deinceps nullum remedium ad conservandam sanitatem & morbos præaven-
dos, est aqua presentius. Sanitatis naturam
quicunque in legitimo omnium corporis
functionum exercitio statuerit, ejus for-
malem rationem probe videtur considerasse. Quod si vero ejus causa scrutamur,
non alia nobis succurrat, quam æquabilis
ac libera sanguinis per omnes tubulos, et
iam minimos qui in emunctoriis consti-
tutus progressio. hac enim ratione sit, ut
utile & quod nutritioni sit comodum,
remaneat, inque poris secernatur, inuti-
le vero tanquam corruptibile ac naturæ
inconveniens, excernatur. Etenim quod
maximam meretur attentionem, excretiones
non tam directe, simpliciter & ab-
solute ad vitam, quam indirecte ad san-
titatem & functionum rite observandarum ex-
ercitium esse necessarias judicamus, adeo
ut sanitas imo vita in periculo esse possit,
nulla caussa vel virtus in excretionibus ex-
istente. Quis enim nescit, ex gravissi-
mo animi affectu, ex ingenti dolore, vel
ventriculi erosione ac inflammatione, a
veneno corporis functiones secundum na-
turam mirifice perturbari & periclitari?
Neque in gravissimis chronicis passioni-
bus, tam ad excretiones, quam ad glan-
dularum obstrunctiones, viscerum indu-
rationes, corruptiones, sphacelationes,
humorum extravafationes, quemadmodum
in acutis ad stases sanguinis inflam-
matorias, respiciendum est. Liber ita-
que ac æquabilis sanguinis ac humorum
motus est, qui sanitatem sustinet, qui
inutilium excretiones promovet, qui
commodum partibus solidis præbet ali-
mentum, qui nervis sensoriis & fibris
subtilissimum illud quo moventur & sen-
tient, fluidum subministrat. Motu vero
æquabili ac libero deficiente, quod sit,
vel humorum abundantia, aut viscosita-
te, aut impulsu & elatere, sive toto fi-
brarum motricium debilitate, mox via
ad morbos, præsertim diurniores, pan-
ditur expeditissima. Ex iisdem enim cau-
sis humorum in vasis majoribus stagna-
tiones, in minoribus, stases, in emun-
ctoriis obstrunctiones, in glandulis indu-

rationes sequuntur. Eas mox maximæ
impuritates, dolorum & spasmorum cau-
se, nec non putrefactiones sanitati & vi-
tae infensissimæ comitantur: hæc gene-
ratio est caussarum, quæ morbos susti-
nent.

§. XIX.

Quis itaque tam emotæ est mentis, ut
non intelligat, debitam sanguinis & hu-
morum fluiditatem ad liberum & æqua-
bilem motum sanguini conciliandum esse
desideratissimam: ita enim vasa manent
aperta, arcentur obstrunctiones, vigent
excretiones, stagnationes ac stases humo-
rum eorumque impuritates, omnium
morborum causæ, impediuntur. An ve-
ro ad fluiditatem sanguinis detur aptius
ac nobilioris ipsa pura aqua remedium, sa-
pientissimus quisque Medicorum judi-
cet. Aqua enim pura ac subtilis exqui-
site solidas ac viscidas humorum partes
dividit, quo minus possint coire: aqua
porro omne inutile ac viscidum dissolvit
& variis generis terreas, salinas & sul-
phureas partes imbibit, easque per emun-
ctoria convenientia evehit. Ex quo conficitur,
a defectu humili &
motu omisso, plurimos nasci mor-
bos.

§. XX.

Inde igitur patet ratio, quare potato-
res aquæ, modo fuerit pura & bonæ no-
tæ, iis, qui vino & cerevisiis utuntur,
& saniores & longeviores fiat. Quin &
edaciores uplurimum & pinguiores red-
dit, uti FONSECA de sanitate tuenda p.
51. notavit, siquidem aqua ad solutio-
nem alimentorum, ad partium chylosa-
rum extractionem, ad succum nutritum
interioribus partium poris insinuandum,
liquor est aptissimus. Denique aqua opti-
me viscidum ac tenacem mucum, qui
ventriculi & duodeni glandulosas tunicas
obsidet, promte detergit, ut sic uberies
menstruales latices appetitus & digestio-
nis fontes cibis queant admisceri. Neque
aqua, ut fert vulgi opinio, fermentescen-
tibus fructibus horreis admixta nocet.
Maxima enim pars Lusitanorum, His-
panorum & Gallorum aqua pro potu utis-
tur, & tamen liberalius hisce fructibu-

Canej

per astatem sine noxa vescitur. Porro aquæ potatores dentes longe habent firmiores, & nitidius albantes, quod putredo & dentium canes scorbuti soboles sit, cuius genesis aqua pura pota impedit, dum sanguinem purgat a soribus, quæ per aperta emunctoria sua sponte feruntur. Tum aquæ potatores in omnibus tam animi, quam corporis actionibus iis qui cerevisias bibunt, longe sunt alacriores. Plurimæ enim cerevisiae viscidos & graves succos gignunt, quorum per minimos cerebri ac nervorum poros transitus est difficilis, unde languor existit corporis, nec membrorum ad sensum & motum tam vegeta dispositio. Quo magis itaque aquæ simplicis potus & sanitati ac vitæ est congruus, eo magis mirandum, nostrarum regionum incolas ab hoc salubri potu, quem alia nationes mirifice amant, mirum in modum abhorrente. Cerevisia sane, præsertim quæ nimis sunt crassæ & alimentosæ, multis gravissimis passionibus in plaga septentrionali, in primis si spiritus vini liberalior usus accedat, viam pandunt. Longe consultius esset assuefcere bonis aquis, ealque pro diversa temperatura, vel solas, vel cum vino temperatas bibere.

§. XXI.

Postquam itaque aquam adversus omnes morbos imminentes efficacissimum præsidium esse ostendimus; sequitur jam, ut quid in morborum curatione pro sint, perspiciamus. Primum vero animadvertisimus, omnes passiones a Medicis in acutas & chronicas dispesci. In acutis principiatum obtinent febres, haec nihil aliud sunt, quam motuum tam vehementia, quam celeritate, in partibus solidis, sive fibris, & que ac fluidis intensiones, quæ vel ad cauham morbificam vincentiam, ubi sanitas, vel ad destruendam machinam, ubi tristis eventus, vel ad vitiandas machinæ partes, unde aliorum morborum fit dispositio, terminantur. Quapropter natura quæ sapientia morborum medicatrix est, quandoque etiam fit morborum & mortis productrix omni consilio ac scientia agendi

destituta. Minime enim natura, quæ est corporis sapientissimus mechanismus, secundum artificis summam rationem, ex potentis sive viribus insitis mechanicis ac necessariis agens, cum anima ratione prædicta est confundenda. Atque ita per tempora, quibus ordinarie ejusmodi motuum intensiones, quæ suos habent terminos, absolvuntur; neque arte sibi possunt, Medicus nihil aliud potest efficere, quam ut motui commodeam præbeat materiam. Est enim ea motuum intensio cum magno ardore conjuncta, qui humidum, quod vitæ amicissimum est, vehementer dissipat: unde resarcendum. Neque enim motus ille in febribus auctus sine sufficienti liquido obstrukiones referare, stases humorum inflammatorias discutere, aut quod noxiun, potest expellere. Igitur nihil convenientius in id genus febribus est aquæ potu, eoque largiori, qui febricitantium unicum solatium optimaque medicina. Qua de causa HIPPOCRATES aliquipartisanam in curatione maximopere laudant. Et hoc solo ac quiete, temperato calore sine ulla alia medicina vel Medico sæpe febres gravissimæ sanantur. Parum tunc arte sua præstare potest Medicus, nisi quod statim inter initia morbi, vel sanguinis missione, ubi peccat in copia, vel emetico, si sedes morbi in prima regione, vel diaphoretico, ut celeriter subtile venenum propellat, præstare poterit; reliquo tempore nonnisi temperantia calorem humectans: diaconoica propinanda sunt. Cautio vero adhibenda, ne potus nimis frigidus, præsertim circa crisin & ubi inflammationis primarum viarum metus est, neque in rigore, ubi externa constricta sunt, exhibeat; sed tempus, ubi ad diaphoresin visitur dispositio, exspectetur: ubi largiorem semper dare potum convenit.

§. XXII.

Quod attinet ad chronicas passiones, haec plerumque a viscerum & glandularum obstructione, humorum abundantia & impuritate, eorumque in vasis majoribus stagnatione proficiscuntur, quæ

quaꝝ omnes ipsa ratione & experientia iudice sunt tollendæ. Nullum ad id perficendum præclarius remedium ipsa aqua potest excogitari. Quam nobiles in hisce affectibus præstent effectus mineralium salutiferæ aquæ, tam calidæ, quam frigidæ, res est clarissima & proxime demonstrata. Potissimum vero earum operationes ab aquarum copia & quam foenestrant humoribus fluiditate, sunt deducendæ. Frustra enim spiritus mineralis volatilis & sal, quo pollut alcalinum, in hisce morbis exhiberetur, nisi aquæ copia acceſſerit. Etenim fontes, modo fuerint puri & leves, ut ut aquarum mineralium ingredientibus careant, magna in depulsandis morbis longis præstare possunt, & prostant certe passim tales fontes: quia salubritate sunt commendatissimi, cujus causa, si omnia bene perpendemus, solius aquæ benignitati est assignanda, id quod, cum quidam simplices Medici non intelligunt, nescio quaꝝ ingredientia, ex terra vel cœlo petita, ejusmodi fontibus assignant. Hoc in numero merito haberi debent aquæ in principatu Hennebergensi, Schleusingenses, quaꝝ nonnisi puræ & subtiles aquæ sunt, magna aeris & ætheris copia refertæ, haꝝ plerisque chronicis vitiis succurrunt, maxime oranium vero calculosis, arthriticis, rheumaticis, scorbuticis, membris languidis, opitulanturn, & cum humores fluidos reddant, mensium & hæmorrhoidum defectibus subveniunt. In Marchia non ignobiles aquæ sunt Freyenwaldenses, quaꝝ tamen acidularum nomen non merentur, ut-pote minerali spiritu parum imbutæ; sunt vero aquæ leves, martiales paululum duræ & valde frigidæ, ex imo terræ scaturientes. Haꝝ percalidam humorum intemperiem eorumque falsam acrem impuritatem feliciter emendant, unde identidem nephriticis, arthriticis, scabiosis, paralyfi ac contractura scorbutica laborantibus, ferunt suppetias extortissimas. In confinio Thuringiæ usu ac virtute se ostendunt Bebranæ, quaꝝ nonnisi purissimæ aquæ sunt, insigni levitate, quaꝝ proxime accedit ad aquas

pluviales, conspicuæ & martialis principii participes: haꝝ non alvum sed urinam movent, & impuritates graves biliosas sulphureas e corpore educendo, internum partium æstum reprimunt, nec non cachexiz, renum & vesicæ vitiis medentur. Pauci anni præterfluxerunt, ubi in silva Hercynia prope Osterodam fons salubris surrexit, miro elogio ornatus: qui nostro examine, ne momentum mineralis ingredientis complectitur, sed aqua purissima & subtilissima, non adeo duræ indolis est: haꝝ in inveteratis capitis affectibus, languore membrorum, in scorbuto: malo hypochondriaco, in biliosis morbis ad hepatis fervorem, ut cum veteribus loquamur, at temperando summe proficia fuit observata. Quid dicamus de nostris Halensibus, que nonnisi puræ martiales aquæ sunt, argillacea rubicunda strata superfluentes, unde martialis quid hauriunt, nihilominus prudenter adhibet in scorbuto calido sic dicto humorumque biliosa impuritate, nec non arthritide, scorbuto, corporis languore non mediocris sunt effectus. Distat duabus a nostra urbe milliaribus fons circa Lebeginum, qui ex rupibus profluit, & aquam habet valde subtilem fere incorruptibilem, ex hac coquunt Lebeginenses cerevisiam, quaꝝ sponte fermentationem subit, & probe depurata, in cienda urina vix habet remedium simile, unde nephriticis & biliosis calidis naturis veram præbet medicinam.

§. XXIII.

Dantur quoque in nonnullis locis thermæ admodum salubres, omnis mineralis spiritus & ingredientis expertes, que nonnisi subtiles ac leves aquæ sunt: quo numero habentur Piperane in Rhæticis montibus, circa Curiam scaturientes, quarum effectus in morbis tartareis scorbuticis, arthriticis, calculo, contractions vehementer & laudatur & probatur: fortiter movent urinam: solent aquarum omni mane mensuras tres bibere. A meridie hora quarta vel quinta balneum ingredientur, quod ordinarie pustulas expellit bono omniæ ac eventu.

Hi fontes, quod notabile, mense Mayo incipiunt fluere, mense Septembri definunt, idque fit singulis annis: eorumque origo est ex nivibus, quæ altissimos Alpium montes occupant, & solis calore solutæ, subterranea calida loca pervadunt, & ibi calefactæ in valle prodeunt, desinunt eo tempore, quo nix emota solis calore non amplius liquatur. Nullum sal, nec sulphur, nec spiritum mineralē possident, nec martiale quid ostendunt, quod ex sedimento colligitur: neque ab alcali, aut solutione lunæ turbantur, sed tantummodo subtile, & instar aquæ pluvialis leves sunt aquæ. Notum quoque est in Hassia balneum, quod a serpentibus nominatur des *Seblangen-Bad*, hoc identidem nil nisi purissima aqua est, mollis tamen ac levis, cuius usus in membris languidis reficiens, in contractis emolliendis, inque cutis vitiis emendandis est laudatissimus. In Italia existant plures salubres fontes aquæ Pisanæ, Tettuccianæ, Nocerianæ, quæ aquarum subtilitate omnia ferre perficiunt, aliaeque martiales, quarum mentio & usus in SYLVATICI consultationibus reperitur.

§. XXIV.

Quum itaque satisclare ostensum fuerit multorum fontium salubritatem, unice a solius aquæ benignitate dependere; ex eo quam facile jam judicatur, alias aquas puras & simplices, ubi haberri possunt, similes cum hisce effectibus possidere, id quod etiam experientia responderet. Ita refert RIDLINUS Anno 1637. mense Mayo lin. med. 27. Melancholico-maniacam per integrum biennium aqua pluviali usum esse. Et lin. 15. scribit: aqua pluvialis, instar acidularum primo paulatim ascendendo, hinc in summo gradu per aliquot dies pergendo & tandem rursus descendendo, bibitur, cuius usu cachectici & tabe confessi, exemplo pastoris convalescunt, RIVERIUS quoque in operibus lib. 4. cap. 24. refert: de mensibus vitiosis sive subsistentibus, solius aquæ repetito usu, pristinum fluxum restitutum fuisse, & hoc simplici remedio plus praestitum

fuisse, quam aliis emmenagogis. Ex veteribus CELSUS Lib. I. cap. 15. usum aquæ frigidæ vehementer commendat, dum inquit: *quos capitis imbecillitas, iis usus aqua frigida prodest, sed iis etiam quos assidue lippisudines, gravedines, distillationes, tonsillaque male habent.* Miror, inquit, BALLONIUS lib. I. epider. pag. 106. cur in herpetibus, inflammationibus: in quibus humectandi & refrigerandi consilium est, non potius ad quam *O* succum plantaginis accedamus: In rubidine faciei: in gatta, rosacea, in scabie, calidaque jecoris intemperie, plurimum ejus usum commendat SYLVATICUS cap. 1. obs. 1. Conferunt quoque tales, aquæ arthriticis, quare scribit MARTIANUS in Hippocratem, solo aquæ frigidæ potu Bernerius cardinalis a podagra perfecte sanatus est. Et RONDELETIUS in Praxi pa. 611. Ego multoties aquæ frigidæ potu, podagricos sanavi, quod facilius succedit in biliosa. Cum vero nonnulla subjecta frigidioris naturæ, vel ob nervorum imbecillitatem & meatuum angustiam, non bene frigidum potum ferre possint, nunc præstat has calescere, ea tamen circumspectione, ut hoc fiat in aqua fervente, cui lagena probe clausæ imponendæ, ne quod subtile est, exhaler. Tales jejuno ventre potæ, notantante AVICENNA lib. I. Sect. 2. cap. 16. p. 102. stomachum abluunt, alvum subducunt, coli doloribus ac flatibus opitulanter: Conducunt enim in morbo comitiali dolore capitis, ophthalmia, distillationibus, & quibus in pectore soluta est continuitas, menses præterea promovent, urinam carent & dolores leniunt. Quam egregiam efficaciam, tam in morborum prælervatione, quam eorum mitigatione, vel etiam sanatione præstet aquæ calidæ potus, iis, qui expertas vires infusit herbe thee habeat, non amplius erit incognitum. Quicunque vero has vires ex hac herba exotica metiuntur, ii multo videntur hallucinari. Aquæ calida & pura copia est, quæ utramque vere hac in re fecit paginam, herba vero subadstringente sua virtute efficit, ut fibrae partium a tono dejectæ roborentur. Quoniam cum.

cum plurimis morbis fortior fibrarum constrictio conjuncta est, hinc tali in eas cautius etiam cum crebro ufo herba thee mercandum esse Practicorum solidiores probe cognoscunt. Atque ne veritatem dissimilem us, proflant certe in nostris regionibus tales herbae, quæ viribus thee longe sunt superiores. Convenit quoque, eas pro diversa morborum indole & pro differentibus illorum causis, feligere & in usum medicum. revocare. Ita in affectibus pectoris veronica, in nervorum vitiis betonica, in uteri morbis melissa & pulegium, in renibus exulceratis hedera terrestris, in scorbuto trifolium fibrinum, cum aqua purissima infusa & calide pota, eximiias & mirabiles virtutes exserunt. Porro in spasmis hypochondriacis nimirumque haemorrhagiis, millefolii summitates aquis calidis infundere, utile est. In collca chamomilla vulgaris, in scabie fumaria, in pellendo calculo petrofelinum, in asthmate humido ranunculus hortensis, loco herbæ thee infundi & cum fructu potest usurpari. In universum vero hoc loco tenere oportet: pro infusione herbarum adornanda aquas non esse diu coquendas, sed eo usque, ut saltim una vi- ce fortiter ebulliant, quo minus subtiliores earum partes pereant.

§. XXV.

Reliquum præterea est, ut ostendam aquam universale esse remedium, quod non modo omnibus naturis, sed & omnibus morborum indicationibus conveniat. Primum enim in omni corporis temperatura utilis est aquæ potus, in sanguineis & habitu corporis laxiori, ac minime orum vasorum copia præditis promptum ac facilem reddit sanguinis & humorum circuitum, qui alioquin perfacile tali in easu segnior ac impeditior factus, stagnationes circa viscera promovet. In cholericis, ubi intensior viget humorum motio, nimium zelut temperat, quod transpiratione liberiori facta, partes sulphureas calidas per patentiores poros ac tubulos eliminat. Crassum vero sanguinem & humorum viscositatem diluendo, melancholicis & phlegmaticis opem fert saluberrimam. Omni quoque convenit ætati. In-

fantes ob lactis viscositatem & acrimoniā graves sepe experientur morbos, ubi præter absorbentia, diluentia aquæ, calide sumta, ingens afferunt solatum. In puerili ætate, ob succi nutritii abundantiam humorumq; spissitudinem, varii incident morbi, catarrhi videlicet & cutis descedentes, quibus omnibus vitiis diluens infusum egregie succurrit. Eadem est ratio morborum, qui in virili, imo senili ætate nascuntur, in quibus omnibus aquam bibere conductit. Namque virilis ætas valde opportuna inflammationibus & febribus: senilis vero exposta iis vitiis, quæ ex infarctu & obstruptione propullant, ubi quid convenientius sit bone motæ aquis, vel calide vel frigide sumptis, equidem non video. Quam gravia mala foeminæ ex mensium vitio, viri ex haemorrhoidum fluxu, non recte se habente patientur, praxis docet quotidiana. Has vero confuetas & salutares fluxiones diluentia in debito servare ordinem, certum & exploratum habeo.

§. XXVI.

Plethora fecundam esse morborum matrem in vulgus etiam notum est, adhanc vero impediendam, aqua calida & infusionis herbarum nihil est convenientius, utpote aquæ glutinosam humorū substantiam dissolvendo, impediunt, quo minus sanguis copiosius increscere ac generari possit. Nec minus cacochytiæ humorum tollenda liberalis aquarū potus satisfacit, quippe, qui impuras & falsas recrementarias partes per omnis generis convenientiam emundatoria promillissime eluit & educit. Præterea aquæ potus omnia evacuatoria servat aperta & excretiones inutilium sordium eximie promovet: alvum servat mollem ac liquidam, urinæ vias expedit, easq; eluendo & abstergendo, calculi cohesionem impedit, transpirationē omnium evacuationum saluberrimam, mirifice adjuvat, si que faburra vitiosorum humorum ventriculus repletus est, ingens tepidæ aquæ haustus eam sèpius evacuat promillissime. Est denique aqua optimata omnium medicamentorum vehiculum. Antiscorbutica, & quæ sanguinis impuritatibus tollendis dicata, sunt media,

media , si ex vegetabilium genere fuerint , in humorum vitiis emendandis parum opera collocabunt , nisi ministerio aquæ eorum virtus in decoctis vel infusis penetret in sanguinem & partium intimos meatus . In summa : ubicunque & quibuscumque in morbis , vel alterandum , vel evacuandum , vel aperientum , vel resolvendum est , ibi aqua auxilium fert semper & omni tempore præstantissimum . Neque nutritio corporis sine aqua bene procedit , quippe quæ succi nutritii commodissimum est vehiculum , cumque ad minimos partium poros traducit .

§. XXVII.

Ultimo æquum est hic monere , quod quibus nulla est facultas puras ac beni-

gnas aquas obtinendi , ii , vel pluviales colligere , vel flaviatiles in usum trahere debeant . Sique hæc haberi nequeunt . impuriores sunt destillatione perficienda , vel coctione facta cum cornu cervi usto corrigidæ . Certe ingens benignæ naturæ parentis munus est in urbe quadam vel provincia , quando salubres fontes haberi possunt , qui pretiosissima quavis medicina sunt nobiliores . Et sapientis Medici est eorum locorum aquas , ubi medicinam facit , convenienti examine probe scrutari , quo postea cum fructu , tam præservandi quam sanandi gratia , iis uti possit , quibus etiam certe plus efficiet , quam tam magnificis & ad cœlum elevatis chymicis aliisque arcanis .

D E

BALNEORUM EX AQUA DULCI PRÆSTANTISSIMO IN AFFECTIBUS INTERNIS USU.

P R O O E M I U M .

INumerabilem quidem benignam rerum natura eorum , quæ in mortaliū salutem inque auxilium morborum promta sunt , nobis suggerit copiam , & immensus quoque medicamentorum , quæ arte parantur & componuntur , in officinis pharmaceuticis conspicitur apparatus , neque minor arcanorum chymicorum , quæ magnifice ad morbos debellandos extolluntur , est numerus ; sed tamen qui in exercitio artis bene & paulo diutius versati sunt , ii longe felicius ac tutius , reliquis valere jussis , paucis tantum facillimis & simplicissimis in medendo opus esse remedijs , quibus solidi quid præstari possit , re probe subacta optime perspiciunt . Neque enim satis in eo infinitam divini

Numinis sapientiam ac benignitatem celebrare possumus , quod in rebus ubi vis fere obviis , facile parabilibus & quæ sponte proveniunt , longe præstantiore in salutem miserorum ægrotantium vim ac virtutem reconditam , quam quidem in rebus rarioribus , magno ingenio , pretio & labore paratis , animadvertisimus . Ex pluribus aliis , quæ in exemplum possemus producere , confirmare hoc nostrum assertum tantummodo sola aqua communis instituimus , quæ si ullum aliud remedium universalis titulum meretur , profecto hæc ipsa est . Quum vero prædente schediasmate , aquæ communis usum in morbis interris præstantissimum & universalem quasi adstruxerim : jam de externo per iassessus & balnea , agere , & quem-

& quemadmodum non tam in affectibus externis, sed potissimum internis partium vitiis, desideratissimam medentibus opem ferre possit, per vestigatus tradere constitutum est.

§. I.

Ex omnibus que prostant, remediorum generibus nullum ferme est, quod ab antiquissimo ævo & apud omnes fere gentes tantopere celebratum & tam in familiariori usu fuit, quam balneum. Magna omnitempore apud Ægyptios, Græcos, Romanos balneorum existimatio, laus & magnificentia fuit, & quum eorum plane eximium ad tuendam valeditudinem viresque reparandas & ad morbos abigendos usum observarent, tantus denum, ut solet fieri, inde enatus est abusus, ut luxus & deliciarum causam & occasionem ingentem subministraverit. Siquidem & Græcorum & Romanorum luxus nullo in opere clarius quam in magnificis balneorum fabricis enituit, quemadmodum apud VITRUVIUM de architectura. SENECA in epistolis, STATIUM in sylvis, MARTIALEM & PLINIUM in Historia Naturali legimus. Ceterum a Medicis, & antiquissimis & optimis, balnea semper magno in pretio, tam ad tuendam valeditudinem, quam ad persanandos graviores etiam morbos, sive interno, sive externo usu, alia remedia vix aut nunquam admittentibus habita fuisse, ex HYPOCRATIS ARETÆI, TRALIANI, GALENI, ÆTI posteriati relictis monumentis addiscimus.

§. II.

Maxime omnium vero Methodici id remedii genus aestimabant, unde CELSUS lib. 2. cap. 17. de eorum principe ASCLEPIADE refert, quod balnei paulo audacius usus fuerit; & CÆLIUS AURELIANUS, qui solus ex Methodicis superest, balneorum usum in multis & magnis morbis magnifice extollit. Sed dolendum est, quod nostra ætate laudatissimus balneorum usus fere exolescere & in Medicina exspirare videatur, ita, ut rarius & nonnisi quibusdam in casibus, inque vitiis par-

tium externarum, ea admitti deprehendamus, quod secundum nostram quidem sententiam maxime fit eam ob causam, quia plurimi ex Medicis remedia externa & topica ad internarum partium vitiis emendande parum valere existimant. Alii, præsertim nostri ævi Medici, in explicandis morborum causis & symptomatibus plus ad sanguinis & fluidorum depravatam indolem atque intemperiem & vitia, quam ad naturam solidorum eorumque tonum, robur & potentiam ad motum respicere consuecant, quum tamen ad solidorum, quæ fluidorum motum potissimum regunt, vitium, cui corrigendo balnea maxime idonea sunt, in effectum morborum causis reddendis præcipue attendendum sit. Quamvis vero balneorum in morbis externis usum nemo facile negaverit; tamen nos præclarum balneorum usum magnamque in sanandis internis morbis efficaciam a neglectu indicare, & solida experientia, auctoritate & ratione hoc loco adstruere & stabilire in animum induximus.

§. III.

Ante vero, quam ad præfixum scopum proprius accedamus, consultum nobis videtur indicare: varia quidem esse balneorum genera, nos vero de humidis & quæ ex aqua dulci fiunt, esse acturos. Veteres enim non tantum humido, sed & sicco calore sudorem eliciebant. Siccus calor fuit, ut CELSUS loc. cit. optime notavit, arena calidæ & laconici, & clibani, & quarundam naturalium sudationum, ubi a terra præsus calor ædificio includitur, quemadmodum in nostris salinis Halensibus videmus, ubi in officinis, in quibus sal coquitur, siccus & salsus vapor exsurgens, largissimum ex corporibus sudorem provocat. Species balnei siccii fuit quoque apud Veteres insolatio, dum aperto soli corpora, ut superfluum humorem ex intimis sedibus eliceret, paulo diutius exponebant. Apud nonnullas gentes hodienum in usu est, corpora, in certis præsertim chronicis morbis, fimo equino penitus immittere ad morbificum humorum dierent.

gorendum & foras excludendum. Sed hæc omnia sudationum & balneorum fuccorum genera jam mittimus, & de humidis tantum sermonem instituemus.

§. IV.

Balneum humidum rursus duplex est, vel calidum, vel frigidum, cuius etiam præsertim apud veteres Medicos in morbis sanandis maxima fuit aestimatio, quemadmodum STRABO in *Geographia* lib. LXV. PLINIUS in *Histor. Natur. Libr. XXIX. cap. 1.* HIPPOCRATES de *humidorum usu*, & ORIBASIUSS lib. 7. cap. 27. satis ample doceuerunt; unde etiam natationes in mari, vel aqua frigida, veteres in adversa valetudine maximopere commendabant. Neque sine justa causa; siquidem frigidum, ubi colligendus intra corpus diffusus calor, atque imbecilles & a tono dejectæ partes roborandæ sunt, plus valet, quam calidum & humidum. Sed hæc alias eximii usus tractatio, jam a nostro instituto & meditatione erit remota.

§. V.

Aquæ vero, quibus ad balnea uti possumus, rursus in puras & simplices, atque in eas, quæ heterogeneas variis generis partes admixtas habent, dispisci possunt. Nos de puris, levibus & simplicissimis, quomodo ad usum medicum præparari possint, agemus. Aquas enim, quæ ex terræ visceribus profluiunt, pro eaurum differentia diversæ indolis & virtutis esse notissimum est. Ita in variis etiam Germania locis fontium, qui partes mineralium & metallorum secum videntur & custodiunt, ingens est proventus: plurimi vero martiales & ochream terram in mixtionem suam admittunt, & virtutis manifesto adstrictivæ sunt, ut fontes Freyewaldenses, Bebrani. Alii præter martiales & terrestres particulas, sal, licet parcius, vitriolicum habent, & a gallis injectis tinguntur, ut sunt Lau-chstadienses. Aliæ, quas benigna natura largiter nobis concedit minerales aquæ, præter spirituolum, sulphureum expansivæ virtutis elementum, multas partculas salinas, ut acidulæ Egranæ, Swabacenses; aliæ alcalinæ naturæ salia, ut

thermæ Carolinæ, fontes Selterani, thermæ Emsenses; aliæ sal commune, ut Wisbadenses, secum videntur; quarum usus tam externus, quam internus, ad balnea & in secessu, in variis generis morbis, jam satis notus & celebratus est.

§. VI.

Dantur vero adhuc aquæ, quæ non mineralium vel metallorum particulis, sed terreis, paulo rudioribus imprægnatae sunt. Atque quum varia sint terrarum genera, tamen nulla facilius in intimos aquæ poros admittitur, quam calcaria, cuius indicia sunt, si aqua pondere gravis est, si affuso liquore salis tartari latefecit, crassiori alba materia in fundum demissa, sique ad lotionem & coctionem ciborum & ad vegetationem vegetabilium insæpta est. Hæc terra calcaria ita saepius saturantur aquæ, ut non modo per coctionem vasorum parietes crusta topacea obducant, sed & in subterraneis, ubi ex alto destillant, speluncis, varias lapidum figuræ efforment. Quamvis vero balnea, quæ ex ejusmodi aquis, sive martialibus, mineralibus & calcariis asperioribus, quemadmodum manifesto videmus in Carolinis, quæ præter spirituolum elementum & sal alcalinum, calcaria & topacea terra abundant, parantur, paulo subtiliori observatione adhibita, usu suo non destituuntur, præsertim ubi corporis cortex nimis relaxatus constringendus & roborandus est: tamen horum tractationem jam plane prætermitemus, quoniam consilii & instituti nostri ratio fert, tantummodo de iis agere, quæ ex aqua pura simplici paucis vel plane nullis alienis partibus imprægnata, quæ a Medicis dulcis vocari solet, parantur, quorum præstantissimum in morbis, præsertim internis, usum & utilitatem hoc loco adstruere laborabimus.

§. VII.

Prius vero, quam incomparabilem balneorum ex aqua dulci in praxi medica utilitatem proponamus; operæ pretium nos facturos arbitramur, si, quid per aquas dulces, scopo nostro accommodatas, intellectum velimus, doceamus.

Hæ itaq; nobis dulces vocantur, quæ omni sapore & odore carent, quæ etiam inco^{cte}; nihil sapidi relinquunt, quæ porro valde leves sunt & ad naturam aquæ pluvialis vel destillatæ accedunt, quod pondere statico optime explorari potest, quæ ad nullius salini, metallici vel mineralis liquoris mixturam mutantur vel præcipitantur, quæ facile inæscunt, in quibus etiam legumina vel carnes annosiorum animantium haud difficulter coquuntur, quæ de ni que abstergendis maculis ex linteis præ aliis aptæ & idoneæ deprehenduntur. Eiusmodi vero ad balneum aquæ puræ, vel ex ipsis pluviis, si ex præsertim subdio ex aere incidentes colliguntur, vel ex flaviis, maxime post largos delapsos imbræ, pertinentur. Dantur etiam aquæ, ut ut non adeo frequentes, fontanæ, subtilitate, puritate & levitate admodum commendabiles, & ad usum medicum, tam internum, quam externum, aptissimæ. Atque ejusmodi aquarum bonitas, præter jam adductas proprietates, facilitiori extractione herbe theæ aliarumque plantarum, quam maxime dijudicanda est.

§. VIII.

Sed quam rarae ejusmodi fontanæ simplices & leves aquæ sunt, tam magno in pretio habendæ, propter incomparabilem virtutem quam in tuenda valetudine possident; ita, ut ad eam amissam recuperandam non parum quoque faciant. Tales enim subtiliores aquæ promte & intime minima vasorum & pororum subeunt, & facile etiam per emunctoria transiunt, neq; minus ad dissolvendas mictidas crassas partes, impuras salinas detergendas atque e corpore evehendas, valde idoneæ sunt. Præterea usu externo duras & constrictas partes emolliunt, relaxant, poros aperiunt & liberiorem sanguinis & humorum affluxum ad partes invitant, eoque in medendo magna præstare solent. Sique fateri licet, quod res est, plurimi fontes medicati naturales calidi, omnem suam vim & efficaciam, quam in morbis sanandis præstant, eximiam, præsertim in infelibus & balneis, ob subtilitatem & puritatem aquarum exserunt. Exempla sunt thermæ Toeplenses, quæ levitate

pluviales aquas exæquant, & vix partculam elementi mineralis, metallici, vel salis cuiusdam complectuntur, neque ad ullam mixtionem soluti metalli aut affusionem liquoris acidi vel alcalini turbantur, aut colore suum ab adjecto gallarum pulvere, vel sirupo violarum, mutant. Eadem natura atque conditio est thermarum Píperanarum, quæ fontes calidi celebres sunt Rhætiæ & nihil quoque, examine accuratori instituto, de substantia salina aut metallicâ participant: nihilominus effectus in magnis morbis, tam internis quam externis persanandis, exhibent præstantissimos. Idem judicium de thermis Hirschbergensibus Silesiæ & fontibus sic dictis Schlangenbadensibus: ferendum esse puto. Thermæ Wisbadenses etiam levissime & nonnisi paucam salis communis & martialis elementi portionem continent. Ex quo clarissime intelligitur, horum fontium in medendo efficaciam vix ulli alii caussæ, quam aquarum bonitati & tenuitati, esse adscribendam.

§. IX.

Constans itaque mea fert sententia: balneis ex aquis subtilioribus & dulcibus convenienti modo, ordine & tempore usurpati, eosdem posse effectus obtinéri, quam thermis naturalibus insipidis, & nullo principio evidenti salino metallico armatis: quod etiam experientia solidæ & attenta confirmat. Quam vero non ubique molliores & tenuiores aquæ obviae sint, neque fluviales ubivis locorum sese offerant, correctionem utique earum instituere oportet, ut asperitatem & duritatem suam exuant, & medico usui apiores evadant. Præstari id opportunissime posse arbitror per additionem salis alcalini, sive tartari, sive cinerum clavellatorum, item furfurum triticeorum, herbae & florulae chamomillæ vulgaris, seminis linæ, straminis pisii, avenæ, quorum magna vis est aquarum duritatem infringendi, ut molliores & tenuiores redditæ, altius sese poris solidarum corporis nostræ partium insinuerem.

§. X.

§. X.

Ipsa vero instituti nostri ratio flagitare videtur, ut antequam de eximio & plane admirabili balneorum ex aqua dulci usu in debellandis internis gravioribus morbis dicamus, vires & modus operandi eorum in genere a nobis exponentur. Balneum igitur, quorum materia est aqua simplex, pura & levis, si demissum in illud fuerit corpus, hanc ipsi insert mutationem. Primum vi caloris expandit sanguinem atque omnis generis fluida, vasorumque efficit dilatationem. Est enim omnis caloris ea indoles, natura ac proprietas, ut materia tenuissima, quam spargit, ætherea, fluidis fere insinuans, intestinum eorum motum versus circumferentiam augendo, ralcentiam & expansionem ipsis inducat, ut clarissime apparat in thermometris. Ab hac dilatatione sanguinis crescit pulsus, sive diastole arteriarum, & hac ratione sanguinis intensior & fortior fit circuitus, partes superiores rubore tinguntur & sudore perfundi incipiunt.

§. XI.

Deinde alia corpori accedit mutatio ab aquæ gravitate; hanc enim aeris gravitatem octingentis vicibus superare, ex geometricis & mechanicis notissimum est; quare non mirari oportet, quod corpus illi immixtum valde alteretur. Nam ejus superficies magnum impetum & vim compressionis inde sustinet, unde sanguis a peripheria ad centrum, sive viscera, magna vi urgetur. Exterius autem, renidente vasorum compressione, & interne majori facta eorum dilatatione, velocior evadit intestinus partium sanguinem constituentium motus, quo major humorum viscidorum dissolutio perficitur, obstructions reserantur, aptique redduntur humores, ut per secretoria & excretoria eo melius traiiciantur. Quia vero ob gravitatem aquarum, a compressis partibus externis, sanguinis motus ad cor, pectus, cerebrum & vasa majora nimium urgetur; facile inde reddenda erit ratio, quare si æstus balnei major est, anxietas præcordiorum, palpitatio cordis & animi interdum de-

fectio accidat, vel etiam in impuris repletis corporibus febris continua, vel si cruditatibus primæ viæ scatent, intermittens, diu saepius affligens, induc possit: quod maxime fit ab iis thermis, quæ adstringentem virtutem habent, quales sunt thermæ Carolinæ, a quarum nimis calido usu, omnis generis febres easque saepè non sine periculo, concitari posse, res apertissima, omnibusque qui has therma frequentant, nota est.

§. XII.

Aliam præterea mutationem corpori infert balneorum humiditas. Nam utut, quam diu homo sedet in balneo, a pondere aquarum superficies corporis comprimatur, tamen ab earum humiditate & temperato calore ingens fibrarum ipsiusque cutis fit emollitio, ut deinde balneo relitto, habitus corporis valde inturgeat, relaxetur, & vasis dilatatis porisque apertis, uberior jam sanguinis & humorum ad superficiem corporis concitetur affluxus; quo efficitur, ut postea, si corpus in lecto regatur, ob auctiorem factum arteriarum & universi sanguinis motum ac circulum, & relaxatum externum corporis ambitum, sudor copiosus fluere incipiat, qui velut effectus desideratissimus a balneo proficiscitur, magnæque ad sanandum virtutis est. Quapropter aquæ quo tenuiores & leviores sunt, eo maiorem virtutem, balnea ex iis parata, in relaxandis spasmo constrictis partibus, habere per se liquet.

§. XIII.

Ab hac emollitione & relaxatione fibrarum nimis tensarum & rigidarum, dependet ille balnei ex aqua dulci in partium externalium contracturis, ariduris, tate, membrorum frigiditate; paralyticæ summa debilitate & impotentia artuum, usus præstantissimus. Inde etiam fit, ut emollitis partibus, inferioribus, partus faciliteretur, alvus antea dura, tensa & constricta mobilis & lubrica evadat, mensum quoque, immo hæmorrhoidum fluxus, præsertim in confuetis, inhibitus, restituatur, & ex urinæ suppressione laborantes solamen inde accipient.

§. XIV.

§. XIV.

Ut ut vero hic emollitionis effectus in partibus externis per experientiam satis clarus & rationi manifestus pateat ; tamen id maxime in considerationem venire video : num etiam balnea in lascinibus internis , quæ in partibus remotis , capite , pectore , & imo ventre fiunt , exoptata ferant opem ? Atque id maxime est , quod experientia & rationis praefidio suffulti hoc loco affirimus . Nam quemadmodum pediluviorum tanta vis atque utilitas est , ut in morbis internis & a partibus valde remotis , in cephalœ , clavo hysterico , vertigine , asthmate convulsivo , tussi secca , melancholia hypochondriaca , cordis palpitatione , ophthalmia , commodissimam collocent operam : ita certe non mirandum est , si profundius corpus demittatur in balneum aquæ dulcis , id cum successu fiat longe feliciori . Deprehendimus vero incomparabilem balnei utilitatem maxime in iis morbis , ubi a violentiori spasmo & strictura partium membranarum , congestiones sanguinis ad alias partes fiunt , & ubi a superficie corporis retrogrado & converso motu , ad interiora sanguis & humores feruntur ; quod indicatur , si extremae partes frigent , contractæ sunt , alvus adstricta liberaque per cutim exhalatio prohibita est . Tunc enim relaxato habitu corporis & meatibus tenuioribus rursus apertis , liber sanguinis ad ambitum corporis non solum redditur circuitus , sed & perspiratione restituta , ingens impurorum sordium per cutis cribrum fit exclusio , unde ad impuritatem & caco-thymiam tollendam vix datur balneis , rite usurpati , præsentius auxilium . Si quidem materia aeris , quæ altius insidens nervosis & membranosis partibus , atroces dolores , spasmos , vel etiam excruciationes concitat , exitum per vias apertas sic invenit .

§. XV.

Est vero eximus & plane admirabilis balneorum usus ad depurandam sanguinis massam ab impuris , quinimum virulentis sordibus : siquidem non datur expeditior & commodior via , qua materia ,

ob subtilitatem & acrimoniam valde hostilis solidisque partibus insidens , & quæ gravissimorum symptomatum in nervorum systemate procreatrix est , expelli possit , quam per tubulosam cutim , quæ optimum & universale corporis emunctorum constituit . Quare morbus Gallicus raro sine balneis feliciter eradicatur . Notum enim est artis peritis , quam parum præstent & quantum damni inferant curationes luis venereæ per decocta & mercurialia , sive ad salivam , sive ad sudorem movendum usurpentur ; nisi eo medentis consilium dirigatur , ut per cutim maxime totus malignus humor corpore eiiciatur . Possemus plures recensere casus , ubi post salivationes , cum mercurio institutas , mercurios diaphoreticos , purgantia mercurialia & decocta sudorifera ad tempus quidem symptomatum atrocia mitigata fuit , sed aliquo elapsu tempore , præter omnem opinionem re-cruduerunt symptomata , quia totum virus e corpore non fuit expulsum , sed ejus reliquia intus retentæ , sensim paulatimque vires sumiserunt . Postea vero per eadem fere remedia mercurialia & decocta lignorum & corticum sanguinem purificantia , interposito decenti balneorum aquæ dulcis usu , convenienti methodo & ordine usurpata , tota cura peracta fuit , ex intimis partium nervosarum ledibus virulento miasmate propulso .

§. XVI.

Est quoque egregius & plane excellens balneorum aquæ dulcis usus in gravissimo illo hydrophobia affectu , quod miserum morbi genus est , in quo æger simul sit & aquæ metu cruciat , quo oppressis in angusto spes est . Sed unicum tamen remedium balneum est , quo veteres usi fuerunt frigido vel etiam calido . Projiciebant enim hominem non opinante in piscinam , ut CELSUS habet lib . 3 . m . 27 . Quidam vero , scribit laudatus aucto-
post rabiose canis morsum protinus agrur , in balneum mittunt , eumque patiuntur sudare , dum vires corporis finunt , vulnera aperto , quo magis virus ex eo destillet . Deinde multo meracoque vino excipiunt , quod omnibus venenis contrarium est ,

est, idque cum ita per triduum factum est, autus esse homo a periculo putatur. In hujus remedii confirmationem ante aliquot annos a medico Duderstadiensi communicatum casum referre placet, ubi a lupo rabiolo, ex silva prodeunte, multi homines demorsi & necati fuerunt, donec tandem consilio plebeii homines nonnulli hoc remedio ab omni periculo liberati fuerant, dum jussit eos induci in balneum moderate calidum, sumta prius dosi theriacæ, cum fungo cynosbati, quod singulis diebus repetitum fuit. Juvant vero balnea eam ob rationem, quoniam ad corporis peripheriam subtile virus deducunt, ubi liberum invenit exitum. Video tamen magnam hic nasci posse dubitationem, dum a veteribus balneum frigidum eum in finem usurpatum fuit; eo quod poros claudendo, virus retineat & ad interiora pellat, ne dum ad summam cutim alliciat. At vero nos frigidorum balneorum usum non quidem in totum damnamus; sed tamen valde infidum ipsum habemus ac judicamus. Nimirum si frigidum balnei usum sequitur intensus internorum astus, cum pulsu celeri, eumque excipit sudor, quod sapienter evenit, tunc utique locum habere potest. Si vero illud non accidit, sed ob frigus nervos distensio vexat, non sine periculo est unde ne in id incidat, ut bene monet CEL-SUS loc. cit. a piscina protinus in oleum calidum & ger demittendus est.

§. XVII.

Tum in balneis, debita cautione & observatione adhibitis, magna sane & non satis laudanda ad impuritatem sanguinis & humorum scorbuticam, quæ in artibus graves concitare solet dolores, tollendam residet efficacia. Quid naturales fontes interno & externo usu hoc in casu valeant, iis, qui experientia humum virtutem exploratam habent, non obleum est. In horum vero defectu uite decocta diluentia & blanda aperiente & diaphoretica virtute armata, interposito balneorum decenti usu, idem praestare possunt. Dici vix potest, quanta humorum saburra & colluvies ex cutis emanentio mediante balneo in aquas sa-

pe transeat. Placet mihi hanc in rem hi-
storia in *Misc. Nat. Cur. Dec. II. ann. VI.*
obs. 239., enarrata, cum foemina lumbo-
rum dolore crebro infestata, omnibus a-
liis frustra usurpatis, vix experta est ul-
lum, quod strenuat æque tulisset opem,
quam aquæ dulcis balneum, quo aliqui
tates usa, melius habere coepit, & crassi-
mentum pingue innatavit aquæ, quod
cochlearis beneficio separari potuit. Ad-
ditur etiam alia historia, ubi vir hypo-
chondriacus, cum deductus esset ali-
quoties in balneum aquæ dulcis, tandem
aqua balnei foetere coepit, innatante ei
saburra nigricante crassa, cum acrede
quotidie crescente, ut quotidie novæ ne-
cessaria fuerint herbae, propter insignem
in aqua putredinem gravemque odorem
acerbitatemque, manus assidentis velli-
cantem, donec tandem æger feliciter re-
stitutus fuit. Eadem ratione Cl. VOLG-
KAMERUS foeminam viduam, quæ
quotidie foetentem talem colluviem, tres
manus volas exsuperantem, ex corpore
in aquam emisit, sanavit.

§. XVIII.

Maxime vero usus balneorum deriva-
torius in morbis, qui superioribus parti-
bus corporis firmiter insident, stabilem-
que habent sedem, expectatissimam o-
pem suppeditat. Exemplo est insania, si-
vecum tristitia vel furore iuncta, ad quam
tollendam balnea quam maxime conser-
unt. Familiare id morbi genus esse hypo-
chondriorum vitio laborantibus, ubi ner-
vosi imi ventris partes spastico constrictæ
sunt, nec excrementa dimittrunt, sum-
maque etiam cutis, frigore teste, spasti-
ca constrictio affecta est, & sanguis
crassus & impurus cum imperu ad caput
urgetur, notissimum est. Nam sanguis,
in vasis membranarum cerebri copiosus
congestus, si difficulter progreditur, mul-
tas terroris & phantasmatum species ex-
citat. Si vero in quibusdam corporibus
febrem quasi particularem in meningibus
cerebri accedit, & vehementius per va-
sa fertur, furor fit, ubi ægri violentius
se gerentes, vinculis coercendi sunt, ne
alii noceant. Non alia sane ratione bal-
nea hic salutarem præstant efficaciam,

nisi quod nervosas partes constrictas emolliant & relaxent, cutimque strictam & frigidam calido tempore aperiant, atque adeo derivato sanguinis itinere ad habitum corporis, liberum ipsi circuitum per universum corpus concilient. Et profecto multiplici experientia hujus remedii præstantiam confirmatam assero. Plura enim & hic prostant exempla, ubi longa infania melancholica & furiosa laborantes, præmissis venæctionibus, ac medicamentis diluentibus & nitrosis, pristinæmentis integratæ restituti sunt, quod medicationis genus etiam pluribus exteris Medicis a me commendatum, qui illud admodum salutare ac proficuum deprehenderunt.

§. XIX.

Quamobrem sæpius mirari subit, quod hanc medendi rationem nostris temporibus in tollenda insania valde neglectam planeque insuper habitam videamus; quam tamen balneorum usus jam inde antiquissimo tempore ad evertendum hunc morbum fuerit celebratissimus, ita, ut veteres Medici ad hanc medendi methodum velut ad sacram anchoram confugerint. Quod ut aliis, harum rerum forsan ignaris, facilius persuadeamus, placet hoc loco quedam veterum testimonia in medium adducere. ALEX. TRALLIANUS Lib. 1. pag. 107. balneorum usum in melancholia his verbis commendat: *dulcium balneorum usus, si quid aliud, melancholicis opitulatur; aliam namque partem cutis discutere, aliam humidorum qualitate contempnare, totum vero corpus aqua calida supersundere, caput tepida potius & luteis ovorum abstergere, & universum corpus hydrelæo, caput autem rōfaseco ungere convenient.* Ægypti balneo missentur diutius, ac in calidam descendere cogantur, omnino etiam, si astas fuerit, in eo diutius desideant. Pari modo ARETÆUS Lib. 7. p.m. 134. melancholicos in aquâ sponte calidis sœpe commorari juber; rara è enim, inquit, & molles carnes ad agritudinis remissionem maxime faciunt, verum siccæ & tensæ melancholia labrantibus carnes sunt. CÆLIUS etiam AURELIANUS Lib. I. Morb. chron. p.

335. maniacis suadet usum aquarum naturalium, ut sunt nitroa, & magis, si odoris non fuerint tetri, quo capitis membrana graviantur. Ex Methodicis PROSPER ALPINUS melancholicos tepidis balneis, tum in universum corpus, tum præcipue supra capitis futuram coronalem stillantibus, perfecte sanatos esse commemorat. vid. de Med. Ægypt. p. 115.

§. XX.

In aliis etiam capitis morbis sublevandis non mediocrem balnea dulcia ferunt opem, dum humorum impetum a capite ad alias & externas partes, humore tepido, quo eas relaxant, invitant. Ita in epilepsia, quæ in sceminiis ex mensibus suppressis oritur, novimus balnea, aliis interpositis remedii, cum fructu usurpata. TRALLIANUS p. 74. valde suadet hoc in morbo balneum ex aqua dulci, non continuo, sed bis vel ter in septimana usurpandum, & potius ante, quam post cibum, cum situlis calidis stomacho & cruribus superfusis. Cavendum tamen est, ne imminente paroxysmo epileptico, balnei usum suadeamus; eo quod, ob compressionem partium inferiorum a pondere aquarum, humores nimium calore expansi, ad caput jam debile & iis recipiendis minus aptum ferantur, ut deinde paroxysmus non modo acceleretur, sed & gravior evadat. Quod non metuendum est, si tempore a paroxysmis vacuo id remedii genus in usum vocetur. In atroci & pertinaci hemicrania, in indomitis capitis doloribus, vertigine, mentisque brevi alienatione, si ex vitio hypochondriorum & spasmis imi ventris, quod plerumque fit, originem trahant, cum fructu etiam inter alia usurpata balnea fuisse reminiscitur; utpote quum non modo humorum motum versus inferiora retrahant, sed & ipsas spasticas partium stricturas, quæ hæc mala progenerant, demulcent, atque componant. In epiphora, oculorum acribus defluxionibus, imo in eorum inflammatione sæpius redeunte, præter laxantia, diluentia & diaphoretica, etiam balneum aquæ dulcis magna efficaciaz deprehenditur. Quo spectat HIPPOCRATIS apherismus 31. Sect. VI. oculorum dolo.

dolores vinum & balneum solvit.

§. XXI.

Nullus vero morbus est, qui plus auxiliis & levaminis a balneorum usu percipiat, quam affectio sic dicta hypochondriaca, quod morbi genus & gravissimum, & nostra ætate familiarissimum est, variis & gravissimis symptomatibus longo tempore, & sine intervallo fere homines exercens, & Medicos mirum in modum fatigans; quoniam medicina nondum inventa est huic malo penitus tollendo accommodata. Sed tamen, si fateri licet quod res est, profecto ipsa suffragante experientia, non præsentius & melius auxilium ad hunc morbum, vel sublevandum, vel si principium ejus est, eradicandum, invenitur, quam in recto thermarum, & acidularum usu, ubi tamen illud monendum duco, quod balnea horum fontium usum internum mirifice secundent, si horum materia est aqua pura, levis & subtilior. Nam minerales aquas, quæ aptissimæ quidem ad potum sunt, quum multum participant de graviori terreo lalino, vel etiam adstringente elemento martiali, externe ad balneum non tam utiles deprehendi in hoc affectu, quam eas, quæ levioris & purioris naturæ sunt. Multiplici etiam experientia didici, thermas Carolinas ob id minus feliciter externe hypochondriacis adhiberi, quia graviores & constringentes aquæ sunt; sed loco earum tæpius suasi balneum ex aqua subtiliori, quæ vocatur das Muhl-Wasser.

§. XXII.

Utilissimum autem est hypochondriacis balneum Toepicense sulphuratum, das Schwefel-Bad, non aliam ob rationem, quam quod majori caloris temperie gaudeat, quam illud, quod in urbe est, ita tamen, ut acidularum Egranarum usus internus interponatur, & sic miram certe ab hac cura observavi efficaciam. Si vero non copia est hujus balnei, quod a sulphure nomen habet, utendum est eo, quod intra urbem est, ut in labore ligneo, ovali circulo fabricato, intra conclave balneo quis utatur; ita enim temperatori reddito calore, major utilitas in hoc affectu expectanda est. Hic vero notandum, quod,

si thermæ naturales haberi nequeant, hærum loco commodissime balneum ex subtili & levi aqua pluviali, præfertim post cadentes imbres excepta, substitui possit; quippe, quæ iisdem gaudet effectibus & cum maxima utilitate usurpari potest. Neque vero tantum hypochondriaci, sed & foeminae, histericis pathematibus obnoxiae, a balneorum usu, non neglectis internis convenientibus remedii, desideratissimum solamen atque allevamentum accipiunt.

§. XXIII.

Rationem vero, quare tam nobili splendent effectu balnea in hisce morbis, inquirentibus nobis, potissimum hæc esse videtur. Si sedem partemque affectam, immo naturam, & genium mali hypochondriaci, & quæ ab eo proficiuntur, symptomatum rationem & generationem probe intueamur; certe hic morbus unice in canali illo nervoso & membranaceo, in quo alimenta solvuntur, digeruntur & excernuntur, ventriculo nimis & intestinis, residet, quorum motus sic diætus peristalticus, qui secundum naturam in reciproca dilatatione & constrictione consistit, plane turbatus, immo inversus est, idque maxime per spasticas stricturas & contractiones convulsivas, quibus si exercentur inferiores intestinorum, præfertim pleniorum, partes, non modo excrementa alvina intus detinentur, sed & flatulentiae, exitu præcluso, versus superiora tendunt, & intestina tenuia & ventriculum cum vehementia distendunt, unde totum sistema nervorum, sive omnes, quæ subili sensu gaudent, membranæ partes, in similem motum spasmodicum, quem consensus nomine veteres expriment, trahuntur, ex quo tanta symptomatum calamitas, omnes fere corporis partes excrucians, exoritur. Hoc malum si a causa transiente, nec radices in ipsis substantia viscerum habente, proficiuntur, convenientibus adhibitis remedii facilius recipit sanationem. Si vero jam visceribus, præfertim pancreati, vel hepatis, lieni aut mesenterio, male affectis, simul insideat, ibique foveatur, ipsaque substantia tunicarum intestinalium a causis

sis variis gravioribus plane lata, & destruta fuerit, non tam facile hoc malum persanatur, ut potius a Medicorum & medicamentorum copia & crebra mutatione, cui maxime favent hoc morbo detenti, misericore exasperetur, immo plane ob hanc caustam tandem insanabile reddatur. Quisque ex senioribus Medicis jam facile perspicit, ex omni remediorum genere nullum tanta valere efficacia tonum naturalem intestinalis canalis restituendi, ipsasque spasticas stricturas harum partium mitigandi, & motum retrogradum, qui ad superiora tendit, reparandi & ad inferiora convertendi, quam calidum humidum, & interius, & exterius recte adhibitum. Id enim blando suo tempore fibras crispatas clementer emollit, relaxat, & sanguinis, ac humorum effluxum, antea exclusum, rursus invitat, & liberiorem humorum circuitum per intestinorum vas a efficit. Neque haec virtus calide aqua ignorata fuit antiquissimum Medicorum HIPPOCRATI, cum sect. 5; aphor. 22. prodidit: *calida aqua cunctem mollit, attenuat, dolores eximit, rigores, convulsiones, distensiones mitigat, capitisque gravitatem solvit.*

§. XXIV.

Propter laudatissimum hunc effectum balnea in iis morbis, qui identidem a strictura & spastico partium imi ventris proficiuntur, praecipuum curationis punctum absolvunt. Hujus generis sunt omnes intestinalium dolores, tormenta, atrox colica convulsiva, dolores graves & spastici ex renum calculo, cum urinæ suppressione, alvo adstricta, in quibus omnibus magna est balnearum efficacia. Id tamen circa convulsivam, que ex sanguinis stagnatione fit, colicam tenere oportet, ante missione sanguinis, si plethora adest, balnearum præfertim calidorum usum penitus tutum non esse, in quo etiam consipientem habemus TRALLIANUM, qui in Oper. p. 591. haec habet: *In doloribus colicis ex inflammatione intestinalium, balnea calida continuata, priusquam totum corpus recrementis vacuatum fuerit, adhibenda non sunt. Post sanguinis autem evacuationem, etiam si dolor urgeat, balneo uti*

absurdum non est. In gravissimo vero dolore colico, ex fecibus induratis orto, balneum ex emollientibus paratum, cum interno uisu olei amygdalarum dulcium, vel lenioris decocti laxantis, ex manna, rhabarbaro; sale Epsomieni, cremore tartari maximo erit uisi; quod remedium etiam in passione iliaca, præfertim si portio ilei in scroto incarcerata ejus causa fuit, laudem, & commendationem meretur. Si quid enim ad intestinum flatu, & stercore repletum reponendum confert, certe præter dextrum balnei usum, vix præsentius invenimus auxilium.

§. XXV.

Peculiariter etiam modo solatur eos, qui a renali calculo magnos sustinent cruciatus. Nam si paulo grandior angustis ureterum viis inhaeserit calculus, spastici non modo ductus urinarios, sed omnes quoque totius corporis partes nerveas penetrant. Nihil hic est consultius, quam corpus temperato balneo immittere, ut blando ejus tempore stricturæ, & contractiones partium remittant; hinc non modo dolor mitigatur, sed & viis laxioribus redditus, facilius fit calculi transitus atque expulso. Quod remedium in illo affectu non tantum nostræ ætati notum est, sed etiam iam ab antiquissimis Medicis magna laude celebratum. Quam in rem consuli potest ALEX. TRALLIANUS, p. 543. 547. 551. it. ARETÆUS, qui p. 118. in calculo renali intessus umbilico tenus commendat. Id vero maxime notatu dignum observavimus, quod quando calculus prægrandis in orificio urethræ subsistit, atrox dolor in pube oriatur: quamdiu vero æger in balneo commoratur, nullus dolor præsto sit. Hanc tamen etiam adhibere cautelam oportet, ne balneum nimis calidum prescribamus calculosis, si plethora urget, si corpus juvenile & sanguine plenum est; facile enim sic febrem accendi posse, explorata experientia est.

§. XXVI.

Jam ad eam questionem solvendam nos accingimus: num scilicet in febribus, præfertim intermittentibus, balnea & infessus utilem operam commonet. Si veteres & maxime ipsum HIPPOCRATEM,

GALENUM, CELSUM, imprimis eos, qui methodicæ sectæ fuerunt addicti, consulimus; hos balneorum usum in tollendis febribus præcipue intermittentibus, maximi fecisse reperiimus, imprimis tempore vacuo, & sub declinationem accessionis, vel etiam mox in principio febrium etiam ardentium. **GALENUS** lib. 8. c. 3. *Method. Med.* scribit: *In prima febris accessione inclinante, ducendi in balneum omnes sunt; tum pinguis simul & molles fricandi.* Atque **Ægyptii**, teste **ALPINO de Med. Ægypti**, in febribus causa carentibus statim in principio, homines in balnea tepida duebant. Et ibidē scribit: *in putridis febribus apud Ægyptios. usus balnearum est frequentissimus; eo enim in omnibus tum continuis, exceptis pestilentibus, tum intermittentibus, familiarissime utuntur; non tamen in principiis, sed quando declinare cœperint.* Tertiana laborantibus balneum ut maximum præsidium adhibendum suader **TRALLIANUS** Lib. 12. p. 735. maxime si quis calido et sicco temperamento præditus est, licet non prius cocta fuerit materia peccans. **GALENUS** libro de Therap. lavaera calida in tertianis ex aqua potabili commendat, quia bilem educendo evacuant, neque nocent, si bis in die usurpentur, et si etiam coctionis signa non apparetant. Qua de re ut nostram hic interponamus sententiam, dicimus, balnea. utique esse utilissima, prima vacuo a febre die, quod etiam **CELSUS** lib. 2. c. 17. affirmat. Deinde, ubi prima regio a sordibus per saha aperitiva, & laxantia probe prius expurgata est, siquidem corruptus humor, qui causta febris est, non rutius evocari potest, quam per relaxatam cutim; præsertim si ante eus usum diaphoreticum propinetur. Imminente vero accessione, & si febris corpus tenet, recte secundum **HIPPO CRATEM de Morb. Mul.** p. 151. a balneis abstinere oportet. Commodissimus vero in intermittentium declinatione balneorum usus est; hinc **CELSUS** p. 105. tradit: *balnei duplex usus est; nam modo discussis febribus, initium cibi plenioris & unius firmioris valetudini facit, modo morbum tollit; & optimum balnei tempus est, vel ante horrorem, vel sebre finita.* **PLA-**

TERUS etiam in quartana die paroxyscum precedente cum fructu usurpavit balneum aquæ dulcis, *vid. Lib. 2. obs. p. 28 L.*

§. XXVII.

Denique & hoc addendum puto: quod operationem medicamentorum, quæ magna & heroica sunt, balnea tepida omnium optime secundent, ut longe nobilorem effectum exserant. Nunquam facile secundum nostram sententiam atq; experientiam mercurialia modo salivationis, modo evacuationis per sudorem fine, sive in lue venerea, sive in aliis rebellibus morbis propinanda sunt, nisi balnei usus intercedat. Hoc enim dum relaxat summatum cutim, porosque aperit, id efficit, ut corruptus humor non tanto cum impetu ad fauces, vel etiam alia loca urgeatur, sed magna ex parte per tubulosam cutis substantiam ex intimis sedibus evocetur; ut adeo tuto admodum curam cum mercurialibus instituere liceat. Veteres, c hymicis & validioribus medicamentis destituti, in rebellibus morbis hellebori albi usum multum præstabant, sed nunquam eum facile adhibebant, nisi prius in balneum corpus demissum fuisset; quoniam id non modo fluidiores, & mobiles reddit humores, sed etiam vias relaxat, ut eo melius peccans humor educatur. Neque etiam tunc facile periculose symptoma a validioribus purgantibus, quæ spasmus operantur, metuendum fuit. Martialium porro virtus in chronicis morbis, atque etiam in malo hypochondriaco, non contemnenda est; sed ne adstringente noceant, balneum opportunitissime interponitur, quo humores ad motum & exclusionem eo facilius præparentur. Et nullum quoque dubium est, quin cortex chinæ aliqua adstringentia, quorum magna vis est in intermittentium paroxysmis colibencis, longe tutius sub decenti balneorum usu usurpari possint.

§. XXIV.

Coronidis loco quedam utiles cautiones & observations circa balneorum usum, ne noceant, adjiciendæ sunt. Primo balneum aquæ dulcis nunquam admittendum est nimis calidum, sed præstat semper temperato uti. Deinde in plethorico-
& cato-

& eacochymicis nonnisi soluta prius plethora, & præmissis evacuantibus, balnea in usum trahere oportet. Tum commodissimum balnei tempus est matutinum, post somnum, concoctione peracta & vacuo ventriculo, praesertim si alvus ante ejus usum laxa fuerit. Præterea non nimis diu infidendum est balneo, ne vires debilitentur, & post ejus usum corpus committendum est lecto, ut frigoris accessus omni modo prohibeatur, & sudor largius fluat, quem juscum, vel decoctum conveniens datum, egregie juvabit. GALENUS in balneo tria observanda præcipit: primo, ne, qui balneantur, aliquo palto horreant, secundo, ne ullum viscus imbecillum habeant, demumque ne multitudine crudorum humorum in primis viis adsit.

O B S E R V A T I O N E S

De Acidulis, Thermis & aliis Fontibus salubribus ad imitationem naturam per artificium parandis.

§. I.

IN superioribus dissertationibus credo satis manifesto a me ostensum esse, quod variae fontium a benignissimo naturæ Parente nobis concessorum salutifero rum saliant species, necnon quænam horum sint elementa atque principia, & quemadmodum salutares in corpore humano variis afflictionibus exferant vires atque operationes: quo ipso simul monstravi & notavi decumanos tam veterum, quam multorum nostri sæculi virorum lapsum atque errores, quos ignorantia genuini examinis physico-chymici harum aquarum admiserunt, dum plane aliena & principiis vita nostræ infesta, ex mineralium, & salium potissimum familia, tum acidulis, tum thermis, precario & frivole assignaverunt ingredientia, quæ, si aquis insessent, plus profecto damni & periculi earum usum injuncturum, quam utilitatis inducturum fore, quisque, nisi plane hos pes & rudis in cognoscendis medicamentorum facultatibus & viribus sit, ultro perspiciet.

§. II.

Quin potius, posteaquam per Dei gratiam concessum mihi fuit, præcipuos Germanæ, quibus medicinalis vis inest, sotrios, tum frigidos, tum calidos fontes vivendi, examinandi & quoad vires atque usum explorandi, ostendi, clarissime demonstravi & in publicum conspectum produxi, nonnisi saluberrima, secura, blanda, & naturæ humanæ, ac vitalibus motibus valde amia, efficacissimæ tamen virtutis ingredientia & contenta illos forvere, salina scilicet, sive neutra, sive alcalina, una cum terreo quodam alcalinæ indolis, partim calciformis, partim martialis prosapiaz, elemento, & præterea nihil aliud esse nisi aquas plus, vel minus leves, subtiles, tenuissimo elasticæ, seu expansivæ virtutis elemento aereo æthereo imbutas atque perfusas. Et hæc potissimum sunt fontium illorum ingredientia, a quibus omnis & præservatoria & curatoria in motibus virtus petenda venit, licet non negandum sit, quod pro diversa horum ingredientium præsentia, mixtione, proportione, non parum etiam aquarum in emendandis corporum vitiis discrepant virtutes.

§. III.

Quum itaque tot saluberrimis ingredientibus & viribus præstantissimis minerales hi fontes instruti sint, ut in vincendis & avertendis difficillimis etiam morbis in universa rerum natura & omnibus naturæ regnis non habeant paria præsidia; quemadmodum id ex abundanti notum est iis, qui eosdem frequenter visitant, & eorum effecta coram inspiciunt; neque tamen omnibus tam felici esse liceat, ut facultates & occasionses habeant, sotrios latices frequentandi, & iis utendi; utilissima pariter, ac magni momenti quæstio incidit: annon perspectis & cognitis eorum ingredientibus, quæstis quibusdam artificiis ejusmodi salutares aquæ quoad ingredientia & virtutes præparari & confici possint? Plures fateor ex Chymiatrum numero superiori ævo hac versati sunt in sententia: maxime acidulas aquas, haud adeo difficulter & operose artis beneficio parari posse. Scilicet firma adhuc;

& tam falsa, quam per vulgata opinione persuasum tenebant: acidulas potissimum facultatis suæ partem trahere a vitriolico-martiali principio; eamque ob caustam aurumabant, effectricem hanc materiam facili negotio aquis posse insinuari, si nempe liquorem vitriolicum, sive solutionem vitrioli martis, & maxime illius, quod ex minera martis Hassiaca, quæ inepte solaris dicitur, conficitur, aquæ puræ fontanæ instillarent, & sic vitriolico principio imbuerent.

S. IV.

Et eodem dudum exploso errore rotari adhuc nuperius admodum non sine admiratione vidi, Archiatrum & Professorem Saxonum, qui in schediasmate, de fonte Radebergensi prope Dredam, edito, confidenter admodum, ne dicam impudenter & frivole, afferuit, omnium omnino foteriorum tam frigidorum, quam calidorum fontium universale & essentiale ingrediens esse vitriolum martis. Nam licet, ut ignaris speciosum fucum facheret, in confirmationem coacta alleget auctorum de centum & sexaginta fontibus scripta, quæ eamdem cum ipso profiterentur sententiam, & inde, ut putat, firmissima argumentatione eliciat, Radebergensem quoque fontem, vitriolo martis imbutum, esse saluberrimum: attamen si libellum infexeris, & adducta rationum momenta ex quo pensitaveris, verba tantum dari, & assertum ficalneis, vel plane nullis argumentis stabiliti, ipsamque translationem curtam admodum in rebus physico-chymicis peritiam, minorem adhuc candorem & minimam moderationem appetius prodere, deprehendes. Quod enim ad universalem illam propositionem de vitriolo martis communi omnium mineralium aquarum elemento attinet, profecto nemo, et si omnes sibi admomorderit unques, ex thermis & acidulis, ubicumque scaturiant, facto curatius examine, vitriolicum sal, sed potius huic e diametro oppositum alkali educet. Neque etiam ullum ex productis in scenam totius mundi fontibus novi, qui genuinum & verum sal, vitrioli characterem habens, exhiberet, ut scilicet infusum gallarum, vel

florum balaustiorum atro colore inficeret, cum solutione salis alcalini in tertium, ut est tartarus vitriolatus, transiret, & qui post resificationem relinquenter concrementum salinum, quod cum nitro tr tum aquæ fortis odorem diffidaret. Deinceps auctoritates, quibus rebus suis parum fidens, fidem sibi praestituere laboravit, ita sunt comparatae, ut, si ex meo allato testimonio ad aliorum inductio facienda, in alienum plane sensum detortæ sint, & potius hypotheses destruant; quandoquidem ego in omnibus, quæ catalogo inserui meis scriptis, id potissimum egī, ut falsam de vitriolino aquarum mineralium elementis opinionem everterem, tantum abesi, ut confirmarem; nisi forsitan auctori arriserit, me ita per obliquum petere, meamque firmis rationibus subnixam sententiam tacite & sine argumentis refellere. Si momenta, quibus commentum fulcire annulus est, expendimus, parum sibi constat auctor, & mox universale illud elementum vitriolum sal neutrum, mox instar tartari tartarisi eminentius alcalisati esse perhibet, probationem non edifferit, & in continuatione specimenis plane retractat & restrin git, quæ in priori confirmatus generatim afferuerat, quin quo magis experimentorum multi udine in exploratione elementorum fontis Radebergensis splendorem affectavit, eo minus vitriolicum ejus principium confirmavit, ut etiam neget, a quam hanc instillata gallarum solutione nigrescente tintura imbui, quæ tamen certissimus & verus vitriolici contagii index, ac proditor est. Et licet ad diluendam hanc magni momenti objectionem differentiam novam communiscatur, inter martiale & venereum vitriolum, quod hoc atrum, illud vero tantum purpureum colorem excludat: experientia tamen & oculorum fides testantur, confecto ex vitrioli oleo diluto & purissima limatura martis liquamine, in quo acidum exquisiti te marte saturum, (ne ex superans tinturam impedit) infuso gallarum saturato instillato atramentosum, & non tantum purpureum colorem inducere, quod tentamen quilibet imitari potest. Quamvis autem effugium querat, & experimento rum,

xviii, in contrarium a me allatorum, si-
dem sublestam reddere conetur hanc ob-
caussam, quod aquas in vase stanneo exha-
lari jussirim, & stomachans existimet,
acidum vitriolicum in aquarum sinu con-
tentum, latera patinæ corrosisse, & abra-
sam calcem, residuum post exhalationem
magma adulterasse, ut non integrum il-
lad obtineri, neque de vera ejus indole
judicium interponi potuisset: meminisse
tamen utique oportebat magnum Physis-
cum & Chymicum, salis tertii, alcalino
redundantius unito, nullo modo eam esse
facultatem, ut metalla arrodat & stannum
in calcem convertat, ne dicam, quod ipsa
vitrioli martis solutio, in flannea patina
ad siccitatem redacta, nunquam vasis pa-
rietes arrodet, & ne tenuissimam quidem
metalli calcem efficiat.

§. V.

Sed haec in transitu quasi monuisse suffi-
ciat, occasione methodi acidulas artificiales,
per instillationem liquoris vitriolicocar-
martialis, ex minera martis Hassiaca pa-
rati, conficiendi, quam idem auctor in al-
legato specimine historiæ naturalis com-
municavit. Lubentius equidem haec etiam
omissem, quum animus meus ab omni-
bus diffidiis admodum abhorrens, ægrius
semper induci se patiatur, ut in publicum
litterarium confictum, in primis cum re-
rum ignaris, delcendat, si auctor nomine
pepercisset, & non indignis admodum ea,
quaæ in Medicina consultatoria de fonte
Radebergensi candide exposueram, exce-
pisset veribus & inepte admodum corrigere
voluisset. Jam misso hoc minus genui-
no sed adulterino acidulas per artificium
præparandi modo, progredior ad institu-
tum, traditurus, qua ratione artis ministe-
rio, ipsius naturæ in falobribus, tam ther-
malibus, quam acidulis aquis parandis ar-
tificium imitari, & simplicem aquam ius-
dem ferme elementis & viribus imbuere
possimus. Sunt vero aquæ calidæ & frigi-
da medicatae, quæ omnis salini, vel mi-
neralis elementi expertes, sola humoris
exquisita subtilitate, levitate & puritate
copiosius haustæ salutarè effectum e-
dunt, eoque nomine insignem utilitatis
samam habent Schleusingenses in comita-

tu Hennebergico, Schlangenbadenses in
Hassia, Toplicenses in Bohemia, Pipe-
ranæ in Rhætia, in quorum locum, qua-
ratione fructuose substitui possit purissima
aqua, præter ea, quæ tam in schediasmate
de aqua medicina universali, quam de bal-
neorum ex aqua dulci usu præstantissimo,
monuimus, nihil habemus, quod addamus.

§. VI.

Deinceps saliunt nonnulli latices, le-
vissimam itidem & subtilissimam undam
trahentes, omnique terreo-sallino prin-
cipio orbati & tenuissima tantum ochreo-
martiali substantia imbuti, qui merito a-
quæ martiatæ, Germanis Stahl Wasser
dicuntur. Horum familiam ducunt Frey-
enwaldenses in Marchia, Bebranae in
Thuringia, Lauchstadienses in Misnia, &
procul omni etiam dubio Radebergentes
prope Dresdam fontes, quippe qui nec ac-
cidis nec alcalinis adjectis, mutationem
experiuntur, sed mora vel calore acce-
dente, martiale flavescens sedimentum
dimittunt. Ferratas itaque ejusmodi a-
quas per artificium imitandi non adeo
difficile erit, si copia est purissimarum,
& levissimarum aliarum simplicium a-
quarum, & hec in vase clauso cum selectiori
& subtiliori ochra venali decoquuntur,
eoque pacto paratæ, similem, tam exter-
no, quam interno usu, exhibent utili-
tatem.

§. VII.

Porro scaturiunt fontes, qui pari ratio-
ne aquæ levitate & subtilitate nobiles
sunt, ac præter momentum ochree mar-
tialis materiæ multem salis communis
complexu suo suscepserunt, & ab hoc potissimum
facultatis suæ partem trahunt. In
horum numero antiquitate, & præstantia
celebres sunt Wisbadenses calidæ aquæ,
dejectoria virtute pollentes & ad balneum
utilissimæ, quæ pariter admixtis, tam al-
calinis quam acidis liquoribus, nullam
plane exhibent immurationem, neque
etiam spirito æthereo-elastico afflate sunt.
Has commodissime per artem imitandas
esse arbitror, fraquis martiatis sal gemmæ
vel commune adjiciatur, & quidem ad
mensuram aquæ, salis drachma.

§. VIII.

Paullo difficultius negotium succedit cum acidularum imitatione, ut scilicet vere tales præparentur, & quæ non solum saporem eundem exhibeant, & cum acidis pugnent, sed etiam copioso spiritu æthereo elasticò imbutæ sint, effusæ bullulas rejiciant, & penetranti odore nares compungant: id quod obvium est in Selteranis, Buchenibus, Antonianis & Wildungenibus. Nihilominus tamen artificioam earundem elaborationem hunc in modum molitus sum. Infudi nempe aquæ simplicis & quæ obtineri potuit optimæ mensuram in figulinum vas, angustiori collo instructum, eidemque instillavi primum salis tartari probe calcinati iterumque soluti drachmam unam, vel etiam plus adhuc; deinde adieci vitrioli spiritus, prout magis vel minus dilutus fuit, quantitatem, & quidem talem, ut facta ebullitione & mixtione alcalinum quodammodo emineret, ac demum agitatione facta vas probe clausi. Prodiit hoc artificio, sapor acidulis affinis cum bullulis sub effusione alte salientibus, respondit quoq; ue virtus & effectus, ita ut iisdem summo cum fructu in morbis, qui acidularum temperatarum potum postulabant, & harum tamen copia deerat, usus sim. Eadem prorsus ratione Emsenham a quarum imitationem adornari posse reor; nisi quod aqua levior & purior sit adhibenda, & major salis tartari portio adjicienda. Si vero Pyrmontanis, qua martialis ochreæ materie consortio imbutæ, similes confidere animus est, aquæ maritatae vel naturales, vel artificiales adhibendæ, & paullo major salis tartari & spiritus vitrioli copia admiscenda, ita tamen, ut pariter alcalinum elementum emineat.

§. IX.

Præterea sunt adhuc aliæ acidulæ, quæ alvum sollicitantem virtutem exserunt, ut Egranæ, ac licet cum acido effervescent, sal tamen tertium amaricans post exhalationem relinquunt. Hæ etiam non alia ratione quam dictæ acidulæ artis ope concinnantur, adjicienda tamen est salis Ebshamensis, Sedlicensis, Glauberiani, vel ejus, quod ex magnesia & spiritu vitrioli parare soleo, portio. Haud absimili-

li ratione artificiose concinnari possunt a quæ, sale exquisite medio foetæ & efficaciter purgantis facultatis, quo nomine celebris est Sedlicensis & Seydschutzenis, scilicet quando aquæ simplici optimæ note sal Glauberianum injicitur, ut in ea liquefcat; vel melius adhuc si per mixturam magnesia & olei vitrioli ex calcaria terra & acido vitriolico sal eodem modo, ut in nativis fit, paretur, & aqua eodem imprægnetur, ita quidem, ut pondus salis inditi exæquet quantitatem illam, quæ per evaporationem ex aquis paratur, ac in libra medica ad duas minimum drachmas accedit. Ac denique si quis curiosus Carolinas aquas, valde alcalinas & laxante virute imbutas, sibi artis ministerio comparare velit; id potissimum agere debet, ut non levem & subtilem aquam, sed materia calcaria onustam eligat, eidemque pariter prius solutionem salis tartari & postea spiritus vitrioli, quoisque alcalina portio manifestius emicet, insperget, quæ terra calcaria cum spiritu vitrioli congregatur, & in sal neutrum transiens, purgantem effectum exsequatur.

§. X.

Et hi sunt modi, ac hæ enchireses, quibus ex vero & fideliter minefaliū aquarum pro interno usu imitationem artificiose institui posse tradidi; id certe quilibet, cui ita paratas in usum vocare arriserit, re ipsa deprehendet, iisdem non modo crassiores illas terreo-salinæ substantias inesse, sed etiam in iisdem æmulum delibatissimum aereo-æthereo elasticum principium, ex actione & reactione acidi vitriolici & alcalini salis sub effervescentia exsurgens, ac in nativis recondi, effectum quoque illarum esse saluberrimum, & non sine summo fructu ad sanguinem depurandum, morbos arcendos, variolosque pro medentis intentione usus adhiberi posse, licet non pertinacius contendere velim, quod naturales virtute, ac præstantia penitus exæquent.

§. XI.

Superest, ut paucis adhuc doceamus, quo pacto simplices aquæ ad balneum per artificium aptari possint, ut mineralium vices suppleant. Nota sunt, quæ jam superius

rius exposuimus, qua ratione per additionem salis tartari, cinerum clavellatorum, salis, florum & herbarum, tam pediluvia, quam balnea sanitati apprime proficia, instrui, atque parari possint. Ideo que hoc loco nonnulla tantum addemus de iis, quæ scoriarum metallicarum ope conficiuntur. Communissima horum & utilissima sunt, quæ ex scoriis martialibus, terreo salina & sulphurea martis substantia foetis concinnantur, quippe quæ ob roboran tem, & constringentem suam facultatem in membris lassis, debilibus & fessis fulciendis ac firmandis, & variis generis haemorrhagiis tam compescendis, quam provocandis, usos sunt tam egregii, ut commodissime in martiatarum locum surrogari possint.

§. XII.

Præter hæc in locis, ubi metallifodinæ vident, & mineralium cuprearum, antimonialium & cobalti uber proventus, recepti usus sunt balnea, quæ ex harum scoriis præparantur, & pariter ob contentum

vitriolicum sal, sulphur, & terrestre elementum ad reborandum fibrarum tonum, & vicissim crispatas illas laxandas, nec non leniter septicam detergentem & mundificantem virtutem prudenti medentis consilio, pro diversarum circumstantiarum ratione usui accommodari, & insigni cum fructu applicari possunt. Modus autem artificialia hæc balnea conficiendi est, ut scoria post fusionem metallorum vel mineralium adhuc carentes, aut ad minimum de novo concalafactæ, in aquam tepidam, in vase operculo probe monito, immergantur, ut aquæ medicinalem & salubrem virtutem insinuent, quæ postea sub balnei, infessus & fatus forma ad corpus admittitur. Tandem etiam utilissima sunt balnea, quæ artis beneficio, ex alumine & calce viva parantur, ita quidem, ut his invieem decoctis, aqua levissima pluvialis imbuatur; quippe quæ, in membris paralyti tactis & a robore defectis, opem spondent longe saluberrimam.

DE TEMPORIBUS ANNI IN SALUBRIBUS.

PRO O E M I U M.

PRÆCLARA sunt, quæ tradit Hippocrates de humoribus §. 7. Qualia sunt tempora, tales sunt morbi constitutiones ex ipsis; si tempora tempestive & ordinatae se habuerint, morbos judicatu faciles faciunt, si vero variaverit tempus, similes & dissimiles erunt morbi, qui in hoc tempore oriuntur. Confirmat hoc sapientissimum dictum ipsa experientia, veritatum medicarum optima parens. Nam singulis fere annis peculiares & certi in scenam producuntur morbi, qui aliis temporibus silent, nec amplius sunt conspicui. Communiter tales morbos medici appellare solent epidemicos, populariter grassantes, & hi certe hujus sunt naturæ, ut maximam stragem edere, & plurimam partem hominum occidere soleant. Causam horum morborum rectissime venerandus noster senex rejicit in anatem

pora, quæ prout constitutionem suam naturalem servant, vel ab ea discedunt, sanum corpus servant, vel agrotum efficiunt, variisque ægritudines producunt. Operc hinc pretium erit, medicum inquirere, quinam anni salubres vel insalubres sint, sive quinam morbi ex hac vel illa anxi temporum constitutione sint orituri. Quibusnam subjectis isti sunt infensi? Certe magna existatio ex solida hujus rei tractatione medico, magnumque incrementum medicinae accedere poterit. Quid enim præclarius atque eximius ex cogitari potest, quam ex præcedentibus anni temporibus futuros morbos prædicere? Mirifice hæc res certitudinem artis nostræ, nec non rationalis medicinae mechanica & physica fundamenta stabiliunt & firmiora reddiderit.

I. Verissime prodidit Hippocrates sibi de natura §. 18. morbos pan-

tim ex diatis, partim ex spiritu, quem astrahimus, fieri. Per spiritum intelligit aerem, quem libr. de flatibus nuncupat maximum in omnibus, que corpori accidunt auctorem: Dominum vite & fabrum morborum; & lib. de flatib. item de morbo sacro ait, aerem sensum & motum praestare partibus. Certissimum hoc est: ex omnibus causis externis, que corpus nostrum afficiunt, ad vitam & sanitatem servandam, nihil magis necessarium & præstantius est ipso aere, qui non inepte hinc a veteribus vita pabulum, occultus vita cibus, anima ore haustus, & spiritus corporis nostri diutus est. Is ipse enim est fluidissimum ac activissimum elementum, quod sicuti omibus corporibus, ita maxime animantibus intestinum fluiditatis & spirituascentia motum, qui fundamentum vitae & progressionis sanguinis est, expansiva & elastica potentia tuetur atque conservat. Is solus est, qui præcipue robur, motum, tonum fibris motricibus largitur. Is solus est, qui pondere suo pulmonum spongiosum & vesiculare corpus expandit, & transitum sanguinis per hoc ipsum ex uno cordis sinu ad alterum conciliat, nec non nimiam expansionem humorum corporis nostri, exhalationem quoque excessivam moderatur, inque æquilibrio servat. Is solus est, qui pondere externo & expansione interna debitam systolen & diastellen musculorum ac fibrarum, ex qua omnis motus vitalis suam mutuatur originem, in debito moderamine ac æquilibrio servat. Is denique ex omnibus rebus physicis naturam, sive mechanismum corporis nostri, qui in debita coordinatione motuum necnon excretionum existit, illibatam servat. Non vero omnis aer id que bene præstat, sed qui elasticus, qui purus, temperatus, nullis pravis heterogeneis vaporibus vel humiditatibus est repletus.

II. Ex dictis clarissime intelligitur, quod, ubi aer a benigna & temperata indeole recedit, ubi varias mutationes subit, alteratur, & p. n. quasi constituitur, corpora humana pœnas inde luant, & damna contrahant gravissima. Oriuntur enim hinc epidemii morbi, qui multos

homines uno tempore corripiunt, & qui inde ad communem causam, quæ aer est, quo maxime utimur ad vitam, & sanitatem, optime referuntur. Tales vero morbi sunt ferme omnis generis febres, inflammations, dolores, spasmi, fluxiones, qui variis larvis & dissidentibus symptomatibus pro diversa temporum mutatione incedunt, corpora nostra affligunt, immo interficiunt.

III. Placet jam primo omnium determinare, quinam aeris status certo temporis anni spatio inclusus maxime prospicit, & noceat corpori nostro. Dicimus itaque aerem siccum & serenum, adeoque & siccum & serenum anni tempus esse salubrimum; aerem vero vaporibus & humiditatibus repletum, & præhumidum annum esse noxium, id quod jam executere nostri erit instituti. Habemus hac in re auctoritatem Hippocratis, medicorum omnium seculorum iudicio sapientissimi optimique, qui sect. 3. aphor. 15. huc habet: *Ex anni constitutionibus in summa siccitates pluviosis salubriores sunt, & minus lethales.* Ratio quoque est in promptu, quo siccior aer est minusque humidus, eo majori expansione & vi motrice expansiva præditus, eo agilior, subtilior, & penetrantior est, unde intestinum spiritaluscentia motum in minimis partibus accendere & continuare facilius potest. Siccus quoque, & elasticus aer tonum & majus robur afferit fibris motricibus, a quibus vis impellens fluida corporis nostri pender. Quapropter ad circulum sanguinis vitalem, ad excretiones adjuvandas, adeoque ad vitam & sanitatem servandam aptissimum talis est aer. Inde ex via contraria certissime sequitur, quod ille aer, qui humiditatibus plenus, adeoque minus activus, minus mobilis, minus elasticus, non sufficiat debitæ spiritaluscentia & exhalationi humorum, item tono, robori, impulsui, & elateri partium solidarum. Ex quo fit, ut circulatio & progressio humorum tardior, lentior post se trahat necessariam immunitatem actionum, que in excrementorum secretione consistunt. Quæ omnia si se se non recte habent, mox functiones corporis

nostri turbantur, p. n. fiunt, causæ morborum & motus morbos irregulares producuntur.

IV. Res postulat, ut hoc assertum ulteriori argumentorum pondere ac deductione confirmemus. Decisum ac definitum est inter physicæ & medicæ scientiæ peritos, ventos orientales esse saluberrimos, ex occidente vero & ex austro spirantes, admodum insalubres. Hi ipsi enim, experientia teste, & consentiente Hippocrate Parente artis medicæ sect. 2. aphor. 5. it. 17. gravem auditum & capitum gravitatem, vertiginemque in oculis parvunt, ventres humectant & torporem inducunt; Celsus lib. 2. cap. 1. de austro hæc profert: austus corpus efficit hebes, humidum & languidum; & Rhazes lib. 3. cap. 15. de ventis & aere scribit: Ventus a polo veniens meridiano corpora dissolvit, sensus turbat, dolorem capitum & oculorum ægritudinem facit, epilepsiam quoque accelerat, febremque excitat propter putredinem. Plintus in histor. natur. & Aristoteles in problem. spirante austro minus esurire animantia prohibet. Horatius austrum plumbeum vocat. E contra aquilonares venti corpora compingunt, roborant ad motum, idonea & bene colorata meliusque audiencia faciunt. Ratio, quare occidentales & australes venti insalubres, orientales vero & boreales salubres habeantur, est, quod illi ex oceano atlantico & mari mediterraneo flantes excessivis humiditatibus pleni sunt, unde elasticitas aeris perit, vita & animæ nostræ unicum fulcimentum. Contra boreales & orientales elasticum condensatum aerem & humiditatem nimiae expertem in atmospharam nostram introducunt, unde vis expansiva motrix non tantum hominibus, sed & reliquis animalibus vigorem, robur, & vim vitalem afflat. Notabile quoque est, quod mentis functiones semper sint solidiores, felicioresque sub serena aeris tempestate, quam sub pluviosa & humida, experientia id confirmante.

V. Porro humiditatem in aere nostro noxiæ demonstramus ex eo, quod ea regiones, ea etiam loca saluberrima habentur, qua defensa sunt a ventis occiden-

talibus & australibus, patent vero auræ auræ orientali & aquilonari. Deinde montosa & in editiori loco posita salubriora & minus epidemicis passionibus obnoxia (Vid. l. i. Consult. 15. *Sylvat.*) sunt iis, quæ in planicie posita & depressioris sunt situs. Ratio facilis est; aer enim in editioribus locis longe purior, defæcator, mobilior, vaporibusque minus repletus est, in humilibus vero locis aeris humiditates atque vapores ob gravitatem suam descendentes unitæ atmospharam valde gravem humidamque reddunt.

VI. Porro humiditatem nocere nimiam, siccitatem vero esse magis vitalem & sanitatis parentem, docent nos abunde phlegmaticorum & cholericorum corpora. In illis ob excessum humidi motus fiunt tam progressivi, quam excretoriis tardiores & segniores, unde eorum corpora minus vigoris habent, & mille malis obnoxia, & semper fere morbosa existunt. In cholericis vero, ubi motus promptior, minorque humiditas locum habet, magnus corporis & animi vigor est, excretiones promptæ & faciles sunt, minorque in ipsis ad morbos dispositio deprehenditur. Sexus segnior, quod magis ad morbos dispositus sit, nullam aliam rationem agnoscimus, quam quod fœminarum flaccidiora & humidiora sunt corpora, unde solidorum motus & fluidorum progressio difficilior est, hinc fœminæ omnem morbum bis patiuntur. Viri contra sicciorisunt naturæ, ideo magis vegeti, vitales, & minus morbos sunt. Autumnus maxime morbos ob nullam aliam causam est, quam quoniā nimis humidus & inqualis tunc aer est.

VII. Demonstravimus hactenus, humidum nimium omne naturæ admodum esse insensum, jam argumentamur etiam exinde, annum præhumidum, & valde pluviosum insaluberrimum existere. Confirmat id observatio attenta & solida, quæ edocemur, quod gravissimi epidemicæ & putridi morbi sequantur tempestates humidas, squalidas & pluviosas. Quinimo ipsa pestis, & contagiosi maligni morbi graffiantes ex præhumida anni constitutione plerumque originem suam nanci-
scun-

Tcuntur. Hippocr. l.3.epidem. scribit, aliquid post diurnas pluvias, ingentem subortam fuisse pestem, totam civitatem Abaton pervastantem, cuius saevitia non nullis inhabitantibus pedes ac brachia deciderint. Idem testatur l. 2. epidem. suo tempore ex austrixa constitutionis aere in Cranone primum ichores & pustulas mulatas, postea & carbunculos propullulasse. Galenus de temp. cap. 4. annum plus justo humidum pestis esse prænuncium scribit. Wagnerus in chronol. sua & Sigbert. censur. 8. tradunt, anno 801. sub Imperio Ireneos Imperatricis Constantinopolitanæ a prægresso aeris humidissimi dominatu invaliduisse gravissimam pestem, quæ maximum hominum numerum in Gallia & Germania præcipue juxta Rheni tractum abstulerit. Crenhem auctor est, anno 1221. a paschatis festo usque ad autumni tempus humidam & pluviosam valde viguisse tempestatem, quam mox exceperit pestis tricennalis. Spangenberg. in chronolog. sua ut & Pomarius & Entzelius tradiderunt, regnante Sigismundo Imperatore anno 1427. hyemis temperiem adeo humer. tem ac tepidam fuisse, ut circa diem Nicolai sextum Decembr. nonnullæ arbores, inter quas persica imprimis fuit, frondescere, seque in flores induere, nec non cyanus in agris aliquæ flores coronarii pallidum in viridariis progerminare ac reviviscere visi sint, sed sequente æstate invaliduisse pestem truculentam multa mortalium millia depascentem. Notum est, quod pestis familiarissima sit in Ægypto, & quod in hac regione gravissimi morbi contagiosi maxime regnent. Quandoque pestis in Cairo tam saeva est, & tantum numerum mortalium interficit, ut intra 7. menses 50000. hominum intereant. Incipit autumno & desinit æstate, & notabile est, quod circa solsticium æstivum mox definat. Ratio est, quoniam tunc temperatus est æstus, & flatus septentrionales aerem purgantes & ventilantes flare incipiunt, e contrario australes, quos vocant Camzios autumno. Perquam notatum dignum est, quod scribit Dapper in descriptione Africae p. 127. nunquam pestem in Ægypto oriri, nisi Nilus nimis in-

crescat, & totas regiones inundet. Addit hanc rationem, quod quando Nili aqua stagnat super terram, tota illa paludosa fit, & accendentibus ventis australibus & astu excessivo putridus aer fit. Deinde immodicis vaporibus aqueis ob evaporationem perpetuam Nili aer repletur, qui validissimus ad excitandam pestem. Subjicit hoc memorabile, quod nunquam pestis oriatur ex intemperato astu, sed potius extinguatur. Alexandriæ autumno plures mali moris febres cum vomitione viridis bilis epidemice grassantur ex nulla alia causa, quam ex putridis stagnantibus aquis sub dominibus incolarum. Alexandretæ autumnoali tempore identidem variolæ mali moris contagiosæ invadere solent homines, quæ nullam aliam originem agnoscere solent, quam evaporationem aque putridæ Niloticæ. Nam quandocunque cornu ex Nilo, quod vocatur Calech, in civitatem Alexandrettani ducitur, & hec aqua per totum annum immota stat, necessario putreficit, & corruptitur præstissime, unde etiam omnes incolæ, qui accolunt huic brachio Nili, fugiunt ad alia loca, donec ex Nilo subsequente anno aliam aquam accipiat, qua de religi meretur Dapper in descrip. Africe p. 127. & 128.

VIII. Nam si quid aerem putridum reddere potest, certe est diluvium particulare, seu inundatio maxima aquarum, dum aquæ stagnant, putrescant, & putridos vapores in atmosphoram transmittunt. Quapropter etiam observamus, nostris in regionibus aquarum inundationes frequentissime mali moris morbos, imo ipsam pestilentiam suscitasse. Bonfinius decad. 1. lib. 8. refert, anno 589. regnante Mauritio Imperatore anni oppido pluviosi & austrixi constitutionem plurimas aquarum inundationes secum afferentem, lecutam fuisse in Italia magnam pestem, cuius tamen saevitia Romæ major, quam in aliis locis extiterit. Et legitur in histor. Frideric. II. Imperat. anno 1227. ob continuas pluvias Tiberim Romæ excrevisse, & pestem horrendam excitasse, a qua vita decimus quisque evaserit. Eadem ab exhalationibus lacuum maritimorum Dio-

dorus Siculus in descript. pestis Carthaginens. Livius & Valerius Maximus a Tiberis excelsu Roma quoque observarunt. E lacuum & puteorum morbidis exspirationibus pestem productam fuisse Guineus cap. 4. de peste tradit. Febres tertianas epidemicas a nimia humiditate & ab hac facta inundatione aquarum observavit in ephemerid. nat. curios. anno 9. Razmarius experientia & iudicio praestantissimus medicus. Sub aequinoctium, inquit, & per integrum octobris mensem pluviae copiose delapsæ, immensam aquæ largiebantur quantitatem, que vix contineri poterat hyeme humida nimboſa exſtente cum exiguo frigore, nivibus mox tabescientibus interspersis, circa aequinoctium in sequentis anni ingentes pluviae pariter ceciderunt per autumnum & integrum fere astatem continuantes, qua postea inundationes aquarum effecerunt, & in illis locis, ubi diu stagnarunt aquæ, magna febris seges fuit observata, imprimis tertiane rebelles indiscriminatim homines occupantes, cujuscunque sexus, etatis, temperamenti, & vite generis eſſent. Plura vid. l.c. quæ certe lecta lunt digna.

X. Benedict. Sylvaticus consul. 14. cent. 1. refert, quod duo anni fuerint austrixi frigidæ pluviosi, cum maxima aquarum illuvie, unde etiam morbi uniformes fuerint per totam fere Italiam. Nempe populariter grassabantur febres spuræ, ardentes, pediculares, morbillosæ, variolosa, viros maxime plethoricos corripiebant, præsertim si locorum humiliorum fuerant incoleæ, & veneri indulſerant. Celerus decur. 3. observ. 5. plures epidemios morbos obſervavit post Danubii eruptiones crebras, & inibres per plures dies continuos. Montanus refert, prope Famaugustam Cypri urbem locum esse, qui astatis tempore putrefactat, ac cauſa existat, quod aer putrefactat, unde febres pestilentes oriuntur, infinitique homines ab vaporum contagionem a paludibus preceunt. Notissimum porro est, quod in omnibus istis urbibus ac regionibus, qua a mari vel fluminibus inundationes patiuntur, vel cunctæ sunt maribus, frequentissimæ sint pestes, ut urbs Venetia.

rum, Ancona, Roma, Smyrna, Constantinopolis, Alexandria, Cairus, & totus fere Archipelagus experiuntur. Notat Forestus lib. 6. defeb. & morbis epidemice grassantibus p. 162. quod civitas Delphensis insalubris sit, quoniam in loco profundiori sita est, aquas non currentes habet, fossi non amplis, sed angustis, per quas moventur, instructa; hinc fit, ut aquæ stagnant astivo imprimis tempore, que sub canalicula putrefacunt, & effluvia, que a transcurrentibus sentiuntur, putrida sunt, adeo ut sere singulis 10. annis praeterlapsis incole vel peste vel pestilentialibus febribus afficiantur.

X. Ante viginti & præterpropter annos oriebatur Leide morbus contagiosus pestilentialis, qui magnam hominum stragem edebat, ex nulla alia causa, quam quod ex fluvio Rheni veteri inundationes in hoc districtu factæ fuerant, unde aquæ stagnantes, putrefactæ, diram hanc luem procurarum. Pet. Salius de pestilent. febri c. 20. testatur, patriam suam exsiccatione aquarum in fossis publicis stagnantium a febribus pestilentialibus alijs quotannis autumno grassantibus fuisse liberatam. Anno 1698. postquam hinc Halehyem valde placidam, lenem, humidamque ac clementem autumno similem, ventis austrixi stiparam & postea tempus vernum calore ac humiditate abundans experti fuimus, tunc per lex menses & ultra magna cum saevitia per hanc urbem variolarum morbus grassabatur. Succedebat aequinoctio vernali petechiæ zans febris maligna, contagiosa, quæ e medio non paucos sustulit. Ex professo tam variolarum, quam febris hujus historiam pertraetavi in duabus peculiaribus Dissertationibus. Pecora quoque & oves, si annus nimis est pluviosus, contagiosa iues valde devastare solet.

XI. Manet itaque ex dictis statum atque firmum, diutinas tempestates, humidas, australes pluviosas corpori humano valde insalubres esse, morbosque grassantes, malignos potidos inducere, quod etiam confirmat incomparabilis medicinae Auctor Hippocrates aph. 16. sect. 3. item aphor. 12. & pluviarum multitudine,

inquit, sunt febres longæ, alvi fluxiones, putredines, comitiales morbi, anginae; in mulieribus abortus & partus difficiles. Causa horum omnium jure meritoque transfundenda in atmospharam ignavam, languidam, elatere desitutam, quæ non intervit spiritualentia seu expansioni sanguinis & humorum intima, sed fibrarum tonum relaxat, eas flaccidas reddit, unde progressio & circulatio sanguinis debilitatur. Ubi vero tardior sanguinis progressio, ibi secretiones & excretiones etiam retardantur, ibi sanguis crassus viscidus, & minus subtilis fit, & inde multi puri humores in corpore accumulantur, & ad predictos morbos, maxime omnium vero ad putredinem dispositio fit. Contra nihil magis præservat sanguinem a corruptione, & ab omni putredine ipsum defendit, quam circulatio libera expedita & transpiratio liberior atque evacuationum promptitudo. Ita enim a copia particularum mobilium activarumque corruptionem minantium totum corpus liberatur. Quod si vero excretiones tardæ sunt, invalide & languide per tubulos procedit sanguinis fluor, excrements remanent, & mutua in se actione intestinum putredinosum motum totam crassum humorum dissolventem producent, unde etiam omnes graves epidemicci morbi, maligni, contagiosi & pestilentes, impensis ipsa, a putredine humorum ortum suum nanciscuntur.

XII. Pestem ipsam non inepte veteres dixerunt putredinem sumam ac penetrantem. Deduxi jam olim *in dissertat. de ulceribus*, naturam contagii in omnibus morbis positam esse in putredine. Putredo enim mirifice est sui multiplicativa, & parum fermenti putridi in vegetabilibus, & animalibus ulterius serpere, & suum motum communicare aliis corporibus aptum est. Pomum putridum facile inficit reliqua, paucillumque putridæ vapidæ materiæ in vitro relictum, vini acetum, vappidum efficit. Quod etiam contingit, quando vappidum relinquitur in dolis, quod sese per vini ingentem copiam non nisi magna alteratione saporis, odoris, & virtutis diffundit. Caries in ossibus &

dentibus mirifice sese multiplicat ob putredinosum motum. Dysenteria, lues venerea, scabies, variola, petechiales febres, omnesque putridæ contagio infestæ sunt, non aliam ob causam, quam tenacissimam corporibus communicando putredinem, quæ postea mirifice se extendet. Ipsam pestem ortum suum putredini debere, jam supra paulo fusiū est demonstratum. Exoritur hæc calidissimæ in regionibus, postquam in illis inundationes contigerunt aquarum diu stagnantium. Humidum æque ac calidum excessivum non inepte philosophi veteres & Aristoteles ipse salutarunt matrem putredinis. Et eam ob causam austera & africu calidi & humidi pestem gignere & sovere dicuntur, præsertim ubi imbres accesserint. Plutarch. *τερπι πολυτελεύμη*. p. 515. refert, Empedoclem Agrigento sterilitatem & pestem depulisse obstructis montis faucibus, per quas austera in campum inciderat. Et Varro *l. 1. de R.R. c. 4. p. 12.* testatur, se Corcyram insulam a gravi peste liberasse, obstructis iis fenestrīs, quæ austrum spectant, iisque, quæ ad aquilonem vergunt, apertis.

XIII. Quoniam calidus & humidus aer insectorum generationem mirifice promovet; hinc plerumque pestem futuram vel pestissimi moris morbos succedentes pronunciare solet insolita copia insectorum, quæ amant propagari in talis modis stagnante quieto humido & vappido aere. Recte hinc dictum a *Valeriola obs. 1. l. 2. p. 95.* Insectorum & locustarum copia morbos epidemicos pronunciant. Auctor est *Verulamius cent. 9. p. 923.* annos insalubres fore, & pestis suspitione infamari, quando ranarum, muscarum, locustarum multitudo est, quia hæc animalia oriuntur ex putredine. Imo ipsa etiam hæc infecta, quoniam sale acerrimo abundant, si moriuntur & putreficiunt, effluviis putridis aerem replent, qui exinde magnam pernicialem & malignam vim acquirit. Habemus enim manifesta exempla, ubi propter exhalationes putridorum cadaverum infectus fuerit aer, & morbus malignus ortus. Refert *Paulus Jovius de prægrandi cete ad ripam maris rejecto & pu-*

tresfacto; quod omnis Liguria fuerit contagio inde infecta. Similem legi historiam in *Plutarchol. de industria animalium* de balæna ad ripam provinciæ Bunidis rejecta, a cuius putredine pariter pestis incepit grassari pertinacissima. Sacræ pariter literæ hujusmodi contagii exemplum referunt, ex ranarum multitudine, quæ Ægyptum insigni afficiebant molestia, in aqua Nili coacervata, putredine aerem & aquam infectam fuisse. Vide sis *Petra Castro de Peste Neapolitana & Genuens.* p.43.44. Habemus quoque exemplum in recenti memoria. Anno videlicet 1692. incredibilis copia locustarum in aere volantium visa est, quæ universam Thuringiam, Misniam, Vogtlandiam infestabant, inque terras descendentes vegetibus & vegetabilibus maximum damnum inferebant. Ab hoc tempore coepérunt grassari in hisce regionibus multæ mali moris imo cum petechiis junctæ febres.

XIV. Demonstravimus hadenus clarissime, illa anni tempora præ aliis morbosa & insalubria esse, quæ nimia humiditate & squalore abundant, quæ ventis serenis aerem ventilantibus & agitaatibus sunt destituta, ubi cœlum turbidum, nebulosum, pluviosumque diu existit, quia videlicet ad putredinem & humorum stagnationem animantium corpora dispone-re solent. At secundum nostram sententiam non semper sufficit ad producendos & alendos morbos tot & diversi generis, variaque facie certum sœpe districtum occupantes morbos epidemios sola præhumida manifesta atmosphæri constitutio, sed concurrunt etiam aliæ causæ ex secundis qualitatibus, potentia nempe acres salinae corrosivæ sulphureæ in aere ipso ceu seminario cujuscunque generis effluviorum productæ. Constat nempe experientia, in ipso aere generari multa corrosiva salia, quæ rore se maxime patefacta valde corrosivo, qui vegetabilibus infusus ipsa non modo corruptit, sed etiam exedit, & variegati coloris maculas arborum & plantarum foliis inducit, unde observatum, fructus talismodi rore conspersos, vel gramina quoque hocce infecta & hominibus & brutis summam noxiam

intulisse. Quapropter non inepte inventum, vel etiam pestem, quæ grassatur in boves, sues, oves, &c. peritiores physici non in tempus modo humidum putridum valde, sed etiam in rorem valde corrosivum rejiciunt. Ita anno 1693. & 1694. in Haffia rore valde corrosivo infecta lunt vegetabilia, unde coacervatim boves vacceque succumbebant necare phthisi pulmonali. Pravam rubiginem, qua tanguntur fructus autumnales & vegetabilia, non exiguum operam ad morbos annorum constitutionem conferre eximie deduxit *Ramazinus de constitutione aëris* 1690. Veteres non immerito talem rubiginem pestem dixerunt vegetabilium. *Plinius* uredinem sive carbuncularem morbuna vocat. Dysenterici morbi origo deducenda maximam partem ex rore est corrosivo maligno fructus horcos infestante. Nam sepius in certo districtu grassatur hec lues, in alio non; & quicunque pruna, pyra hoc rore infecta comederit, labitur in talen morbo, a quo si abstineret immunitis esse poterat.

XV. Unde vero deducenda sit virulenta roris natura, non immerito venit in disquisitionem. Statoimus nempe, aerem tantum non esse vehiculum, sed & seminarium diversi generis salium, in quo ipso varias species salium generari, vero admodum simillimum est. Continentia aere sal quoddam universale sulphureum, in *dissert. de generatione Salium a me* habita fulius demonstratum est. Nitrum inflammabile non in terra recondi, sed genuinam solius aeris problem esse, res est indubia. Demonstrant id terræ sulphureæ elotæ & orbatae orni nitroso sale. Quæ si per 3. vel 4. annos aeri libero expositæ fuerint, denuo hoc sale fructuantur. Alumen in ignem conjectum & in cineres albos conversum paucò tempore recipit rursus in poros suos aluminosum sal, quod etiam circa vitrioli caput mortuum valer. Verum enim vero non tantum salibus diversis impregnata est atmosphæra, sed & sulphur ibi continetur vulgari quoad omnia simile. Demonstrant id fulgura, tonitra, quæ sulphuris inflammabilis presentiam exquisite docent. Quod vero de-

natura sulphuris vulgaris sit, patefacit odor suffocativa virtute pollens, que nares simili modo, ut sulphuris accensi fumus ferit. Physici vulgares hujus sulphuris ortum derivant ex exhalationibus sulphuris, quod in mineris & subterraneis locis continetur: at vero nostra sententia hi admodum falluntur. Sulphur enim minerale ejus est texturæ atque naturæ, ut difficillime evaporet, sed magna vi calor, imo igne opus sit, ut in substantia per vapores secos abeat in auras. Tacemus, ipsum solis astum etiam vehementissimum, ultra 2. vel 3. ulnas penetrare non posse in terram. Mineris vero sulphuris longe profundioris esse situs, easque sepe in imis collocari res notissima metallurgis est. Sententia itaque mea est, ipsum sulphur vulgare non educi ex terra visceribus, sed produci & generari in ipso aere, quomodo autem hoc fiat, non adeo difficile conceptu est. Supponimus nempe, ut verissimum, in aere sicuti in terra dari sal quoddam universale acidum simile acido vitrioli & sulphuris, quemadmodum id vel ex eo liquet, dum cineres clavellati diu aeri expositi in sal neutrum tartaro vitriolato vel arcano duplicato simile magna ex parte abeant. Supponimus porro ex vegetabilium & animantium genere multas oleosas sulphureas pingues resinolas particulas caloris sole in altum elevari. Haec cum acido sulphureo concurrentes & intime mixtae ac fermentatae motu intestino calido solis accedente in perfectum sulphur minerale degenerant. Nota sunt experimenta valde curiosa physico-mechanica de productione & reductione sulphuris mineralis. Primum est Boylez vid. Chymist. scept. ubi ex mixtione olei terebinth. & vitrioli elicitur verissimum sulphur minerale. Secundum est nostrum, ubi ex opio cum spir. vitrioli commixto destillatione in retorta sublimavit in ejus collum sulphur colore, consistencia, inflammabilitate, foetore exactissime sulphuri volgari respondens. Tertium est Dn. Stahlii, qui ex tartaro vitriolato item arcano duplicato mediante carbonum pulvere produxit verum sulphuris hepar, dum nempe acidum vitrio.

li in terram sulphureans carbonum agit & producit sulphuris schema, relieto sale alcali, quod componebat tartarum vitriolatum, cum quo ipsum sulphur abit, in hepar, ex quo perfecte sulphur vulgare elici potest. Quis dubitabit itaque, simili modo ex commixtione corpusculorum resinosorum, quæ in aere exuperant, cum acido universalis aereo produci verum sulphur vulgare, quod inflammatum fulgoris & tonitru etiam causa existit.

XVI. In aere diversissimæ sunt exhalationes terreæ sulphureæ, sal quoque inest universale acidum, nullum hinc dubium, quin pro diversa horum commixtione, mutuaque confectione, reactione, & exhalatione diversa species salium acres corrosivæ generentur. Compertum est ex mechanica chymica, solam partium corporearum dispositionem, figuram, adeoque texturam efficere formas, qualitates, virtutes in mixtis, adeo ut immutata textura venenum transfeat in medicinam, medicamenta rufus veneni indolem adsumant. Horum vero salium aereorum vehiculum sunt ros & pruina. Illa enim nocturno frigore unita cum pariculis humidis descendunt & impetunt. Facilis jam est ratio, quare omnis fere ros album stimulet atque irriter. Et chymici ex rore spiritum penetrantem metalla dissolventem elicunt. Nudis pedibus per campos & prata rorulenta ambulare, non proficuum est, pedes fiunt subinde ex eo sebri, & maculis, & postulis persæpe pleni. Patet quoque ex dictis, qua de causa in præcalidis regionibus Hispania, Sicilia, Hungaria, India letiferum fere sit, dormitare de nocte libero sub aere. Præter frigus enim utique nocivum, noxia quoque & pernicialis est roris vis. Nostra itaque sententia est, a rore depravato, & a naturali blanda indole descidente seu corrosivo facto, quique per alimenta sese insinuat, & etiam ore exceptus subit vitalia, pendere genesin potissimum epidemiarum afflictionum certo distrigit grassantium, v.gr. dysenteriæ, anginæ, ophthalmiæ, aphthorum, inflammationum faucium, alvi fluxus, tertianæ, quartanæ febris, puræ,

pure, variolarum exanthematum, tufsumque, nam omnes hi morbi salis potentis corrosivi soboles sunt. Huic rori etiam adscribimus, quod in certis districtibus pereant & corrumpantur subinde vegetabilia, cum alio in loco salva & illibata maneant. Cæterum si sola tempestas excessive humida vel inæqualis esset causa constitutionis morbosa epidemica, sequeretur etiam, ut ubique talis constitutio aeris vigeret, similes morbi gravarentur, quod tamen non accidit. Ex quo conjicimus, præter aeris qualitates primas manifestas alias salinas nempe in subcidium vocandas. Non absone de ortu epidemiorum morborum philosophatur Sydenham sect. 5. cap. 4. p. 219. Verosimilis mihi videtur, hunc vel illum particularem aeris tractum effluviis repleri a minerali aliqua fermentatione, quæ aeren, per quem feruntur, particulis nunc huic animalium generi, nunc alteri exitialibus contaminantia, morbos variis terræ affectibus appropriatos eosque propagant, donec exspiraverit subterranea illa halituum minera, quæ pariter in novam denuo fermentationem agi possit ex reliquis nempe materiae exolecentis.

XVII. Vitiatum vero rorem judicare optime possumus ex lue illa rubiginosa, quæ inficit fruges easque exurit & maculis rubris obducit, porosque contrahit. Dehinc ros malignus, generatur maxime post pluvias diurnas, & longum humidum aeris statum. Quandocunque enim vapores aquei uberiori descendunt ex aeris regione, sit, ut æstu solis intenso salia aerea in se magis coeuntia corrosivam acrimoniam acquirant, quod impeditur per humidos vapores in aere adhuc retentos, qui diluendo acrimoniam, & cavenido intimam mixtionem benignum rem servant. Quapropter observatione certa constat, rores perniciales brutis vel vegetabilibus plus videri humidis & pluviosis temporibus præcedentibus, quam siccis. Certum signum est virulenti roris, quando apes parcus mellificant, vel propriis in sedibus extinguuntur, vel alio migrant. Bombyces quoque coacervatim

pereunt, vel qui superstites sunt in ipso opificio semianimes & ignavi concidunt, & major strages pecudum visitur, quemadmodum id doctissime Ramazzinus loc. cit. monuit. A cicadarum obmutescientia malas temporum constitutiones prænuntiari, scribit doctissimus Mercuralis de pest. cap. 6. qui anno 1577. observavit in agro Patavino, aut nullas aut rarissimas cicadas cecinisse, unde postea gravis subsecuta sit epidemica lues.

XVIII. Tandem etiam insalubria tempora æstimamus ex maxima inæqualitate & contraria constitutione aeris, ventorum, tempestatum certo anai tempore regnante, v.g. quando nimiam humiditatem siccitas, & æstus aut intemperantem calorem frigus validum, & rigida hyems subito excipit. Talis modi mutationes aeris per extrema corporibus valde insensa atque exitiosa est, & ideo secunda morborum genitrix. Perite Hippocrates sect. 3. aph. 1. Mutationes temporum maxime parvunt morbos, & in temporibus magna mutationes frigoris & caloris & reliqua juxta rationem hoc modo. Idem in sect. 3. aphor. 4. In temporibus quum eadem die modo calor modo frigus fit, autumnales morbos expectare oportet. Inæqualis circulus sanguinis excretiones turbatas post se trahit, unde ex tali temporum constitutione uberrime proveniunt catarrhi, coryze, tusses, febres, inflammations, dolores, arthritidis species, alvi fluxus, spasmi & hujus generis plura. Egregius & instar omnium in hisce est laudatissimus Hippocrat. in sect. 3. aphor. qui tempora insalubria morbos parturientia ex inæqualitate, & præcipiti mutatione aeris potissimum æstimet. Quatuor aphorismi hac de re notabiles merentur non modo recenseri, sed & exponi. Sunt vero 11. 12. 13. & 14. Primus hic est: Si hyems siccata & aquilonaris fuerit, ver autem pluviosum australe, necesse est æstate febres acutas, lippidines, & dysenterias fieri mulieribus magis quam viris, natura mollioribus. Ratio aphorismi hæc est: hyeme siccata & aquilonaris ob intensum frigus obstipat pa-

ros & transpirationem impedit, sanguinem densat, unde multe sordes cum sanguine intime miscentur; succedens vero ver propter pluviosum, & australem aërem nimis humidum & rarefactum tonum fibrarum labefactat, hinc circulus humorum & exco pendentes excrementorum secretiones segniter procedunt. Quare necesse est, ut sordes in sanguine cumulatae & state ob fervorem intensorem in acrem, & biliosam saliedinem degenerent, quæ febres ardentes auctas, tertianam duplificem, tertianam continuam, diarrhoeas, febres purpuratas, lippitudines, dysenterias efficiunt in subjectis maxime humidioribus laxi & spongiosi corporis habitus, quoniam in hisce plus colliguntur cruditates, partimque robur invalidum est. Observationem quoque meretur aphoris. 12. ejusdem sect. Hyems si australis est & pluviosa, clemensque fiat, ver autem siccum & aquilonare, mulieres, quibus partus ad ver instat, ex omniorum occasione abortiunt, quæ vero pariunt, imbecilles & morbosos pueros pariunt, aliis dysenterie, & lippitudines maxime fuisse, senioribus defluxiones brevi perimentes. Sub hyeme nempe tepida & humida magna colligitur sieri, & excrementorum in corpore copia, superveniente veris sicco & aquilonari statu atque natura fibras roborante & humores ad motum impellente & intus cogente, tunc in plethoricis, ut sunt gravidæ, fiant abortus disruptis nempe vasculorum uterinorum oris a sanguinis impetu. Infantes vero, quos pariunt, morbosí fiant, propter sanguinem multis impuritatibus plenum, qui foetum debite nutrire, & ipsi robor addere nequit. Aliis lippitudines, dysenteriae, catarrihi, rheumatismi, arthritides fiant ab impuris salibus excrementitis ex transpirationis defectu congregatis, & naturæ vigore ad exteriora perturbatis.

XIX. Sequitur aphoris. 13. si astas sicca fuerit & aquilonaris, autumnus autem pluviosus & australis, capitum dolores ad hyemem fuent & tusses & raucedines ac gravedines, quibusdam etiam tabes. Fibrae enim, a quibus tonus, motus &

pressio sanguinis dependet, & state nimis strictæ & sensibiles evadunt. Tempore accidente pluvioso & australi accumulantur ob tonum dejectum fibrarum, succorum, que subtilitatem immunitam multe humiditates sordidæ in vasis, [nam semper sub taliter apore sunt excretiones remissiores & in primis transpiratio]. Accidentis vero hyemis frigus constringens poros, & cutim summam premens, atque a peripheria ad interiora fluida pellens causa est lymphæ stagnantis, praesertim in fauibus & capite, unde catarrihi, coryzæ, tusses, raucedines, inflammations oris in dispositis, pulmonum exultationes, capitum etiam dolores & gravides fuent. Constans observatio practica est, sub longo dominatu ex australi & occidente ventorum spirantium sub aere denso & præhumido, hydrargyrum in barometro inferius habere. Si vero subito accedit ventus borealis, subnascenter brevi coryzæ, tusses, raucedines, odontalgiae, arthriticæ dolores, rheumatismi cum cutis horrore, extremerum frigore. Urinæ ardores persæpe una nocte tridigiore humidiorem tempestatem excipiente visuntur, ut & reliqui hi dicti affectus.

XX. Ex distis clare intelligitur aphoris. 14. Si aquilonaris & aquis expers autumnus fuerit, his, qui humidæ naturas habent, & mulieribus commodus erit, reliquæ vero fuent lippitudines siccae, febres acutæ & gravedines, quibusdam etiam atra biles. Etenim humidæ naturæ vehementius patiuntur & affliguntur sub humido & tepido cœlo, melius vero degunt sub sicco & elatico, qui elaterem fibrarum roborat; ita enim circulus sanguinis & excretiones fuent expeditæ. In praecalidis vero subjectis ob motum factum intestinalium auctiorem salia impura in succis existentia evadunt acriora, unde tusses, lippitudines siccae, febres acutæ &c.

XXI. Tractavimus hactenus insalubritatem temporum, & ex ea deduximus grassantium morborum originem, sequitur jam, ut etiam brevibus indicemus ex contrariorum vi ac fundamento, quæ nam

nam tempora ex omnibus sint salubria. Superioris ostensum est, morbosas & exi-
tiolas non modo hominibus, sed & brutis
imo vegetabilibus esse diu perseverantes
humidas temporum constitutiones, præ-
sertim stipatas lapsu acris maligni roris.
Dictum quoque fuit, subitas mutatio-
nes aeris & tempestatum ab uno extre-
mo in alterum non sanitati favere, sed
eam labefactate magnopere, jam conse-
quitur, ex anni constitutionibus siccita-
tes pluviosis esse salubiores, ut aureus
est aphorism. Hippocr. 15. sect. 3. Deinde
temporum status hi optime iudicantur,
ubi non muratio tempestatum ab uno ex-
tremo in alterum observatur, & quando
anni tempora suam naturalem, id est tem-
peratam & constantem servant indolem,
tunc salubria sunt, & morbi benigniores
etque iudicatu faciliores procedunt.
Spectat huc eximus Hippocr. aphoris. 8.
sect. 3. In constantibus, inquit, temporis-
bus, si tempestive tempestiva reddantur,
morbi constantes & iudicatu facillimi-
fiunt. In inconstantibus autem ineonstan-
tes, & qui difficulter iudicantur. Elegans
locus etiam hac de re apud Hippocratem
est, qui ita scribit lib. depi 15. vñ dator tot.
De annis hoc tenendum, qualis annus fu-
turus sit salubris, an morbosus, & si in au-
tumno aqua flans & hyems sit moderata,
& neque valde clemens neque modum ex-
cedens frigiditate, & in vere ac aestate
tempestive pluat.

XXII. Illud constantis observationis
est, quod, si annus est saluber & minus
morborum ferax, frugifer simul & salu-
ber sit vegetabilibus, aliisque animanti-
bus. Optimæ messes sunt frugum & fru-
ctuum, id quod observamus maxime,
si frigidum & humidum ver, æstas calida,
qualem jam annum habuimus. Eru-
ctus tunc sunt abundantissimi & be-
ne sapidi, plures modiolos replent secale
& triticum, farinam dant copiosorem,
& salubriorem, oves dant lanam optimam,
& carnes sapidores sunt. Curiosum
est, quod flores lavendulæ, spicae, sal-
viae, duplicem portionem olei hoc anno
per destillationem dederint plus quam a
hi annis, ob nullam aliam causam, quam

quod solis aës constans vegetabilium sa-
lia & sulphura melius soveat, muret, &
perficiat.

XXIII. Tandem optimæ constitutio-
nes temporum sunt, quando orientales
venti, puri, mixti cum septentrionalibus
frequentes sunt, rariores autem australes
& occidentales. Utpote illi ventilant,
agitant egregie aërem, ipsique elasticita-
tem elargiuntur, hi vero levem & homi-
dam reddendo atmospharam eam igna-
vam reddunt, quæ ad putredinem viven-
tium corpora disponit.

XXIV. Tandem quædam adjicienda
videntur, quorum beneficio ex insalubri-
bus tempestatis orundas afflictiones e-
vitare possimus. Ut autem hac in re non
sine ratione fundamentoque procedamus,
opus maxime omnium erit, præservan-
di methodum dirigere secundum natu-
ram, & constitutionem temporum, &
inde resoltantes varios noxios effectus.
Dictum scilicet fuit in superioribus insa-
lubribus esse eos annos, qui pluviis & hu-
miditatibus foedantur, deinde, in quibus
visitur maligni roris erosiva qualitas,
vegetabilibus reliquisque animantibus
noxia, posthac ubi tempestates valde in-
æquales & contraria invicem se excipiunt.
Ex priori statu aeris ad putredi-
nem & dissolutionem corruptivam san-
guinis humorumque corpora præparan-
tur, omnesque ii morbi incrementum
capiunt, qui ex fero, vel copia, & qua-
litate peccante gignuntur. Hinc vide-
mus, frequentes febres, malignas, petechiales,
putridas, catarrhales, len-
tas, verminosas tunc grallari. Denique
hydropici, cachectici, scorbutici pejus
se habent, putredines in naturalibus par-
tibus, in extremis capiunt incrementum,
abortus mulieribus facile contingunt,
graviora sunt puerpera, variolæ mor-
billique pessimum induunt morem. Ad-
versus hos morbos si quis velit se defendere,
sequentia sunt necessaria obseruari.
Primo humiditas aeris, quantum fieri po-
test, corrigenda est. Hippocrates eum
in finem optime usus est igne in libero-
aere accenso, cui tantam potestatem et-
iam assignat, ut eo accenso pestilentiam

abigi posse statuat, cōprobato hoc ipso felici cum successu Athenis. Utpote ignis motu celerrimo, quo pollet, humiditates absunt, & una motum & ventum parat, qui ad eventilandum aerem putridum & ignavum magnæ est virtutis. Exhalationes quoque ex lignis vel gummati balsamicis emissæ virtute balsamica illum implent, ut spiritus inde haustus egregie succurrat debiliori sanguini ejusque spirituascentia. Eum quoque in finem inconsuetis suadendus est tabaci usus, ut nempe aer humidus corrigatur. Et quia semper aer in editioribus locis & superioribus regionibus prior existit, neque adeo densus vaporibus plenus est, ac in humilioribus locis, ideo ejusmodi tempestate humida regnante optimo consilio habitacula sunt petenda in eminentiore situ posita, fatiusque est degere extra urbem ruri, quam in urbibus, ubi tanta copia vaporum stagnans & ignava redditur atmosphera. Dehinc regnante ejusmodi perniciiali languidi aeris statu, corporibus que redditis imbecillibus non sine fructu temperantia in omnibus rebus maxime in vietū & venere meretur commendari, nimium enim tunc maxime nocet, quando natura ad excretiones minus vigoris habet expediendas. Roborare vero naturam & sollicitate ad motus excretionesque augendas tunc maxime utile est. Non datur vero præstantius robورans ipso vino, quod bone notæ temperatum subtile spirituosum & mediæ ætatis est, qualia sunt Rhenana, quæ omnibus huic usui inservientibus palmam præcipiunt. Horum temperans usus excitat naturam, promovet excretiones, calorem nativum sovet, omnemque ad putredinem dispositionem depellit. Ex medicamentorum classe clara sunt hoc nomine salia volatilia oleosa, quæ ob blandam balsamicam naturæ amicam vim & volatile sal motus & excretiones ejusunque generis adjuvant, nervos roborant, totamque naturam erigunt. Purgantia sint parciora, nihilominus alius suum faciat officium necesse est. Commodissime præbentur talia, quæ balsa-

mica vi simul sunt instructa, cujus indolis sunt elixir proprietatis cum & sine acido, pillulæ Ruffi, Avicennæ & poly. chresie nostræ. Venḡ sectio fere nullius est usus, & sicut ad curationem horum affectuum, qui ex prava hac aeris constitutione oriuntur, plane inutilis est, ita etiam præservationi parum infervit. Huic rectius substituuntur diaphoretica transpirationem promoventia. Hac enim egregie purgatur sanguis a fordinibus & quicquiliis superfluis. Laudem etiam merentur tinturæ alexipharmacæ bezoardicæ, medicamenta ex scordio, infusa hujus herbae & veronicae. Præsidio etiam esse possunt balsamica ex suavissimis resinis oleisque confecta, uti sunt elixir balsamicum nostrum, & instar omnium balsamum nostrum liquidum dictum vitæ ad guttas aliquot inter cibos sumendum. Ejus quoque externus usus ad nares inundandas in os sumendum omnibus temporibus contagiosis humidis, & insalubribus laudatissimus est.

XXV. Ordine jam provehimur ad eorum morborum præservationem, qui maxima ex parte corrosivo elemento in atmospharam producta & cum rore in ima descendente debentur. In quam classem referimus epidemias dysenterias, diarrhoeas, exanthematicas varias febres, purpuratas ulloas ardentes, semiterrias, variolas, morbillos, tusses convulsivas, ophthalmias, anginosas & putridas faucium inflammations. Difficilis sane res est, qualitatem noxiā in tenuissimo principio radices agentem corrigerē. Rara enim sunt ejusmodi alterantia, quæ ad virulentam noxiā materiam immediate per mixtionem corrigidam quippiam conferunt, sequentes vero regulæ, si earum ratio habeatur, non sine fructu erunt. Primo: fugiatur aer apertus matutino vespertinoque tempore ante orientem occidentemque solem, imprimis circa & post æquinoctia solstitiumque æstivum: secundo: nulli fructus assumantur nisi probe prius absterisi corticibusque nodati: tertio; liberalior usus sit infusorum cum aqua salubri factorum, ut acreo in sanguine eluatetur & emun-

teriorum princeps transpiratio aperta servetur, quo exhalaré, si quæ haustæ fuerint, peregrinæ partes possint: quanto, fructuum autumnalium parcissimus sis usus, temperata vero diaphoretica & diluentia tunc temporis utilia sunt.

XXVI. Ex intemperato, & inæquali aere sobitaque tempestatum mutatione nascuntur coryze, tosse, rheumatismi, dolores pleuritici, inflammations varii generis, febres tertianæ, quartanæ, ca-

tarrhales, alvique fluxiones. Tunc bonum ac utile est, æquali semper vestitu velari, & omnem nimium aerem, quantum fieri potest, vitare, in publicum non prodeundo. Si status adest plethoricus, circa æquinoctia mittendus est sanguis, postea diaphoreticis & infusis calidis spiracula cutis aperra maneant: temperantia vero ad omnes arcendos epidemicos morbos est optimum remedium.

DE SIDERUM IN CORPORA HUMANA INFLUXU MEDICO,

DISSERTATIO PHYSICO - MEDICA INAUGURALIS.

PRO O E M I U M .

SI quid est ex rebus naturalibus, quod summo unquam studio inter summos viros agitatum fuit, certe siderum in corpora influxus agitur. Quanta enim disceptatio contentioque inter physicos ac medicos nostri sœculi hac de re foveatur, non obscurum esse poterit iis, qui hanc doctrinæ partem attigerunt. Sunt, qui hunc influxum negent plane ac explodant, ita tamen negent, ut Solis vim ac efficaciam in corpora admittant atque tueantur. Dicunt enim, errantes & fixas stellas remotiores esse a globo nostro, quam ut luce sua, quam diffundunt, in illum influere, nedum manifesta ratione in contenta operari possint. Solem contra solum esse adserunt, qui sublunaria adficiat, qui calore suo plantas atque animantia foveat, enutriatque, cum de cæteris planetis non constans neque exploratus observetor effetus. At ut ipsis negamus omnino, hominum sortem, mores, fortunam ab astris solum esse deducendam; ita adfirmamus contra mirifica ac insigni fane potentia altra in corpora influere. Cuiquidem sententia ex recentioribus non pauci

accesserunt, ex quibus mihi Angli in primis nominandi, qui ob insignem industriam, quam hac in re posuerunt, merito sunt admirandi. Hi omnes astrorum influentiam non in meteorologica solum, sed in corpus quoque humanum, quatenus illud morbis est expositum, acerrime propugnant statuantque. Neque vero veteres hoc ipsum latere potuit, qui astris attribuerunt plurimum, præcipuasque rerum causas, quæ in mundo accident, ex illis derivarunt. Aque illi tantum dederunt huic scientiæ, ut non sanitatem atque morbos solum, sed mores etiam ingeniaque hominum, quid? quod maximarum rerum, bellorum, regnorumque momenta inde explicarent. Res est proinde pulchra & non minori utilitate quam jucunditate commendanda, paulo diligentius iusfluxus hujus veritatem explorare, & quid de illa sentiendum videatur, clarioribus complecti argumentis. Id quod laboris in præsenti nobis sumptuosus de astrorum influxu discutiatur, & hunc ipsum solida confirmaturatione.

§. I.

Magni semper æstimata fuit siderum scientia, & jam inde ab antiquo

tempore magno in honore habita. Hac a solertissima olim gente Ægyptiis nempe inventa & ad alios transmissa populos ubique diligentes ac religiosos sui cultores reperit. Neque ex longinquο repetendæ rationes, cur tanto honore atque dignitate præfæ gentes hanc sint prosecuti, quod nempe facile videbant, quantum bonorum ex astris ac sideribus ad homines redundaret. Astronomia enim varius variorum siderum, sed certæ legi adstrictos progressus, situs, motus concursusque complectitur, quæ omnia magnum maximi Dei opus illustrant, tanti que operis auctorem prædicant ac contentantur. Benignitatem porro siderum omnia sublunaria experiuntur, dum secundo illorum lumine excitantur atque sustinentur. Ex horum observatione terrarum mariumque situs locorumque intervalla describimus ac perscrutamur, & annorum, mensium, dierum, ac horarum spatia metimur. Horum beneficio nec maris impotentiam extimuerunt homines, sed astronomia frequenti Phœnices primi, ut Poeta canit,

Fragilem truci pelago commiserunt ratem.

Hujus munere solis atque lunæ defectus admiramus, & ad temporis momentum præfigimus. Nullum inde est dubium, quin diversus astrorum situs diversisque positus tempora anniq; qualitates variet, & exinde tam in plantis, quam in animalibus varias mutationes excitet. Quo magis interest prudentis medici, astronomia etiam instructum esse, eo nempe fine, ut exinde grassantium morborum rationem possit explicare. Astronomiam requiri mus in medico, non vanam illam scientiam, si scientia dicenda est, & non potius ludibrium humanarum mentium, quæ cum multa superstitione ex nataliō, uti vocant, themate cuiusvis hominis fortunam, morbos, atque mortem coajicit ac auguratur. Næ illi, qui ad hanc animum adplicant, magno negotio nugas agunt, dum levissimam omnino artem, & quæ utilitate plane caret, tanta religione studioque colunt atque venerantur. Sed venerentur sane, si modo ipsa digni-

tas astronomiæ non exinde imminueretur. Quid enim boni divinatoria hac ars attulit, nisi ut veram astrorum scientiam ex fastigio suo, in quo alias constituta fuit, male deturbaverit? Concedimus omnino, astra ceu causas remotas ad has etiam res aliquid conferre, illud vero nunquam adprobamus, ex istis solis certas res esse prædicendas. Inde enim est, quod jam plures ex veteribus fuerint, qui hunc abulum agnoscerent ac improbarent. Eminent inter hos Albertus suo tempore jure magnus, qui libro 2. de mineral. tract. 3. c. 3. graviter omnino scribit; *Multis, qui ex astris divinant, sæpe mentiuntur, & abominabilem suis mendaciis faciunt scientiam, cum alioquin bona utilisque sit.* Nec dissentit Averroes in Avicennæ cantibus, dum ait: *Ars astrologia est debilis, & falsum est plurimum, quod in ea existit.* Cujus quidem rei pulcherrimam Apollonius apud Philostratum dat rationem: *At ego, inquit, astronomia scientiam atque omnem divinandi artem humanae naturæ metas excedere puto, & an quispiam vere ipsam noverit, nescio.* Minus toleranda vero est illorum insolentia, qui dierum fastos vel annuas Kalendiarum tabulas conficiunt. Hi pulchritantes, si Diis placet, tanquam ex triponde prædicunt felices vel sinistros dies, & quod magis rideas, ad ridiculas plane res sinistram hanc diligentiam conferunt. Leges in illorum libris, quo die novas vestes induere, pecuniam numerare, vendere, emere, capillos vel barbam ponere bonum sit atque salutare. Neque intra hos terminos constitit illorum impudentia, sed profano etiam ore medicinæ sacra contaminant, dum certos atque salutares dies Venæ sectionibus, purgationibus ac medicamentorum usui præscribunt. Oflagris dignum facinus, exclamat Langius, Vir antiqua simplicitate atque eruditione, ep. 35. p. 1. quo innumerous perdunt ægros.

S. II.

Rejecta igitur hac superstitione & astrologorum fabulis, summa nobis cura providendum est, ne in alteram peccemus partem, astrorumque vires & virtutem plane

plane destruamus atque invertamus. Impietatis enim hocce fuerit, naturam naturaque auctorem Deum nempe parum recte intueri ac cognoscere. Ita enim nobis persuadendum est, non frustra celum tot pulcherrimis sideribus luminibusque distinctum esse, neque frustra illa fulgere, sed maximis omnino commodis humanae gentis infervire. Quorum magnitudo ac copia industi veteres eo processerunt, ut divino plane cultu stellas venerati sint, aras illis constituerint, nihil denique neglexerint, quo impiam suam pietatem astris testarentur. Videbant nempe quanta esset potentia horum corporum, & ab his omnibus fere sublunari bus vigorem atque robur inspirari. Quo minus etiam mirandum puto, cur veteres etiam medici in morbis astra maxime respererint, & horum observatione plurimum fuerint innixi. At, ut laudanda atque prædicanda est illorum diligentia, ita destituti accuratiore experientia atque observationum ubertate, minus recte declarare potuerunt, qua ratione astra operari possent. Et hoc ipsum est, quod in præsenti exhibemus, & paulo majori cura demonstrare admittemur, usum ab abusu, mendacia a veritate separatur. Ad quod ipsum præstandum opus esse videtur omnino, ut præter summorum virorum auctoritatem, ratione quoque ac experientia opinionem nostram confirmemus ac communiamus. Est itaque nostra sententia, non solem & lunam solum, sed cætera etiam sidera planetas maxime operari in hac sublunaria, & quidem proxime per ætherem & atmospharam. Hæc ab astris immutata, ac affecta planitarum aque ac animantium corpora variis modis mutat adficitque. Si enim certum est, ut infra etiam evincere conabimur, quod astra varias tempestates, varios motus atque ventos concitare possint, de facili exinde judicari potest, corpora etiam nostra ab iis posse commoveri. Unde quisque colligere potest, quanto commodo, quantoque ornamento hec scientia sit artem facientibus. Placet jam ex Dīvi senis monumentis, quæ eminent, loca excerpere, cum ad illustrandam

nostram sententiam, tum ad præstantiam hujus doctrinæ demonstrandam. Primum vero sicut se locus elegans ex libr. de aer. aq. & loc. p. 129. edit. Lind. Si quis, inquit, temporum mutationes & astrorum ortus, & occasus observaverit, quemadmodum singula horum eveniant, prænoscat utique, & de anno, qualis hic sit futurus; & lib. de signis, vite & mort. in præfat. Nemo se committere debet manibus ejus, qui nescit astronomiam, quia non est perfectus medicus. Et lib. de aer. loc. & aq. p. 345. Oportet & astrorum exortus considerare, præcipue canis, arturi & pleiadum occasum. Morbi enim in his maxime diebus judicantur, aliique perimunt, alii vero desinunt, aut in aliam speciem, aliumque statum transmutantur. In summa, anatoma oculus medicinæ est dexter, astrorum scientia sinistra, & qui astrologiam ignorat, inquit Albo Hazen. Halii filius Abenragel ex Hippoc. est tanquam cœcus baculo viam prætentans, hoc illuc cespitanus pro qualibet boni malique adparentia inani, ut fatuus trepidans.

§. HI.

Quod vero astra operentur in aerem non minus elegans locus est, quem in libro de flatibus divinus Auctōr prodidit §. 5. Omne, inquit, quod inter celum & terram est, spiritu repletum est, solis vero & lunæ & astrorum omnium vires per spiritum producent. Per rō visū sive spiritum, ventos, aërem, & ætherem intelligit. Optime vero Galenus astrorum influxum in hac sublunaria lib. 2. proreticor. demonstrat. Si mutuus stellarum adspectus operaretur nihil, soli dumtaxat, quis tons luminis ac vita est, concessò imperio in hac inferiora quatuor anni tempora singulis annis eandem faciem eandemque temperaturam servarent. cum sol non alium uno quam altero anno cursum suum peragere soleat, quod tam non accidit. Juvat jam ex uberrimo experientia fonte paulo fusi deducere, quæ vis ac potestas sit astrorum in tempestibus movendis. Ac primo quidem scire licet, quod non tam adspectus, quos lunam cum planetis habet, intuendi sint, quam potius mutui planetarum reliquorum in-

ter se adspectus, licet hic nec ipsa luna negligenda. Optime id adnotarunt Angli clarissimi Goad & Kook, & crebra nos experientia hac in re confirmavit.

§. IV.

Quandocunque saturnus alium planetam sole excepto, adspicit, sive sit cum ipso in conjunctione, sive oppositione sexili trigono & quadrato, aerem comprimit, ventos frigidos excitat, & ex septentrione maxime eos adducit. Hinc in hyeme striatum ac vehemens gelu gignit, noctes facit serenas, tempore vero verno, praesertim mense Mayo, tales adspectus inopinatum subitumque frigus inducunt, plantis in primis exoticis perniciosum. Si vero saturnus cum venere societur, plerumque inde frigide pluviae sunt expectande; spirante simul frequenter vento occidentali, & septentrionali.

§. V.

Jupiter ordinario ventosus observatur, cum quocunque planeta concurrat, praesertim verno tempore ac autumnali, ita ut raro procellosus atque impotenter ventus observetur, quin Jupiter cum planetis reliquis habeat adspectum. Ex pluviosis planetis primas tenet Venus, praesertim si cum Mercurio, Saturno & Jove conjungatur. Sereni, & qui calore atmosphaeram implent, precipui sunt Sol & Mars, maxime mutua societate conjuncti, & tempore afflivo. Idem accidit, licet quidem benignius, si cum Jove & Mercurio jungantur.

§. VI.

Inconstantis est natura mercurius, qui inconstantium tempestatum auctor est, adeo ut eodem die pluat, eodemque adpareat serenitas, serenitati mox ccelum nubilum ac turbidum succedat. Ventos parit, si cum Jove congreditur, pluvias, si cum Venere miscetur. Notandum quoque, horum planetarum operationes multum differre pro situ solis sive anni temporum. Nam hyeme saturnus longe vehementius frigus excitat, quam aestate quidem, sol & mars hyemali tempore frigore clementiore agunt. Jupiter & mercurius in ventis commovendis vere & autumno magis quam aestate suam vim favitiamque exerunt. Ex anni vero tem-

poribus nullum frequentioribus patet tempestatis & inconstantioribus, quam autumnale tempus. Quo fit, ut autumnus sit periculosis & plurimos opprimat, propter summam aeris & tempestatum inaequitatem. Nam meridianis fere temporibus calor, nocturnis atque matutinis, simulque etiam vespertinis frigus est.

§. VII.

Non alienum jam erit exponere, quantum luna faciat ad planetarum vires vel augendas vel imminuendas. Constat nempe exploratis observationibus, plenilunium adeo mirifice fenerare lueem suam reliquis planetis, ut illorum virtus mirum quantum inde augeatur atque excitetur. Et quod magis mirabile, eadem ratione fit, ut anticipent quandoque duobus vel tribus diebus, antequam adspectus ipse absolvatur. Lunæ porro potentia quanta sit, exinde facile adparet, quod sub singulis eius quadris atomosphera non mediocriter adficiatur atque commutetur. Non inepte inde Dominam dixerunt veteres, quod nempe non obscure inde ratio tempestatum earumque mutationis constabat. Eres est vulgo etiam nota, quantopere lunæ vicibus tempestas immutetur, ita quidem, ut accidente nova luna semper vetus exolefacat, nova vero capiat incrementum. Plura eaque pulchra hac de re observata si quis desiderat, aeadat Doctissimi Kooks meteorolog. s. astron. item Goads tractat. meteorolog. Illud omnino certissimum est, uti id etiam celeberrimus & peritissimus astronomus Keplerus adnotavit, planetarum adspectus mutationem meteoris adferre omnino, & in excitandis tempestatis non parum valere. Acutinam & accuratius eas determinare, gradumque ac rationem earum predicere possemus, quod cum observationum copia deficiat, non est in nostra potestate. Certe quam difficile, quam arduum sit, his de rebus judicare, vel exinde potest intelligi, quod qui præcedunt adspectus, praesentes ratione sua efficaciam non parum alterant adficiuntque. Accedit loci situs, effluviorum natura, ipsum denique clima, que si bene calculum ponas, non minores excitant mutationes.

§. VIII.

Astrorum vero adspectus non in meteora solum, sed in corpus etiam nostrum mirifica virtute agere, ipsa experientia, qua non melior veritatis est magistra, optime demonstrat. Argumento esse potest vernum æquinoctium, & solsticium æstivum, circa quæ tempora intermittentum febrium impetus, vel elanguescit, vel conquiescit plane, ac extinguitur. Ipsa febris quartanæ contumacia, quæ raro alias evincitur, & autumni maxime est filia, tunc sponte cedit, ac remediorum ope emollitur, æstivo nempe solsticio adpropinquante. Constat porro explorata experientia circa æquinoctium tam vernum, quam autumnale maxime humores commoveri. Eodem tempore sanguis summam motus subit inæqualitatem, unde in consuetis crebræ, ac frequentes accidentur hemorrhagiae. Infestum hoc tempus senibus in primis, qui inde hemorrhoidum vexantur fluxu, vel conatu certe naturæ ad sanguinem per hæc venarum ora expellendum. Sique ejusmodi excretiones non rete processerint, in illis, qui sensibilioris sunt natura, varia ex spasmis incommoda, dolores in abdomine & circa loca evacuando sanguini dicata obseruantur. Senioribus vero naturis, item senioribus, non minus inde est periculum, quibus variæ stagnationes, & infartus in iis paribus sunt metuendi. Quo circa non sine ratione, ac experientia faciunt illi, qui sanguinis missionem ante æquinoctium plethoricis, & qui ejusmodi sanguinis profluvio adsueverunt, diligent et commendant, ac injungunt. Hoc enim modo optime præcavetur malum, sanguinisque effusio, quæ alias instare videbatur, tuto, & celeriter propellitur. Sique sanguis per hemorrhoides exitum affectat, e pede, si per pulmones atque nares redditur, commodissime e manu sanguis est detrahendus.

§. IX.

Æquinoctia physicis, heclicis, & qui tentis malis contabescunt, maxime sunt inimica. In hæc tempora, si morbi longi incident, plerumque solvi solent, sive cum eventu sinistro sive cum felici atque expectato. Raro tamen contingit, ut qui

cum ejusmodi conficitantur morbis, æquinoctiorum tempus superent, sed plerumque circa illos dies mali vellementia evicti consumuntur.

§. X.

Solsticio hyemali humana natura est imbecillima, corpus languet, & ad secretionem, ac excretionem minus promptum est. Quo fieri etiam solet, ut qui tunc acuto morbo laborare cœperunt, summo cum discrimine laborent, & frequenter moriantur. Nocet tunc vel levissimus error in viatu atque vita genere admissus, & non raram morbis præbet occasionem. Sanctorius Vir CL. in tract. de medicina static. pulchre scribit, circa solsticium hyemale libram minus nos perspirare, quam alio tempore. Qua quidem observatione liquido demonstrat, laborare tunc in primis perspirationem, laborare sanguinis motum, fibrarum motricium robore infracto atque imminuto. Eadem ex ratione magnus noster Hippocrates lib. de aer. aq. & loc. §. 30. medicamentorum usum circa solsticium plane interdicit hisce verbis: *Maxime autem observare operates magnas temporum mutationes, ut neque in solstitiis medicinas libenter exhibeamus neque uramus, quæ circa ventrem, neque fecemus, priusquam prætereant dies decem aut plures & non pauciores.*

§. XI.

Dicendum jam de solis in corpora effectu, ac virtute, de qua tanto minus quis dubitaverit, quanto clarius hæc ipsa ex anni temporibus eorumque differentia manifestatur. Quantam mutationem fubeat corpus nostrum vere, æstate, autumno & hyeme, notius est, quam ut longa opus sit narratione. Ex his temporibus unumquodque suos atque certos pati morbos cum experientia docet, tum ipse Hippocrates passim in aphorismis suis in sectione tertia exquisita tradit diligenter industriaque. Optime sect. 3. aph. XIX. scribit: *Morbi quidem omnes omnibus temporibus fiant, quidam tamen magis in quibusdam. Ita vere insanæ, atræ bilis, comitiales morbi & sanguinis fluxiones, arginæ, gravedines, raucedines, tusses, leproæ, impetigines, pastulæ ulcerosa, em-*

bercula, morbi articulares grassantur. Et sequentibus aphorismis cuiusvis temporis mala peculiaria eleganter complectitur, ita, ut aphor. XXI. a statis, aphor. XXII. autumni, & aph. denique XXIII. hyemis incommoda, ac morbos explicit.

§. XII.

Illud memorabile in primis, quod mense Martio plures moriantur homines, quam ulla reliquo totius anni mense. Non cedit Martio malignitate sua October, qui non minorem numerum mortalium interimit. Ratio tam tristis anni temporis non alia est, quam aeris circa haec tempora inaequalitas. Modo enim frigus est intensus, modo frigori miscetur calor. Pessima vero omnium est atmosphera, tenuis vaporibus repleta, qui cum sursum exhalare nequeant, inferiora petunt, & milia secum adferunt incommoda. Inde subito mutatur valetudo, quae cum hunc aeris statum ferre non possit, in varia morborum genera precipitatur, tono nempe fibrarum pessime debilitato. Nam qualis aer, tale fibrarum robur, talis elater, qualis vero elater, talis fluidorum circuitus, qualis vero hic, tales excretiones sunt expectandae. Quare circa haec tempora, dum labescit excretio, humores inde fiunt impuri, hinc inde stagnanti, & varios producent morbos. Partes enim infarciendo, ad lentas disponunt passiones; copia vero distendendo, in activioribus subjectis spasmodicas efficiunt contractions. Et hi spasmī januam hemorrhagiis aperiunt, quae si ulla tempore, hoc certe vident ac proveniunt.

§. XIII.

Solis effectus, qui alias non satis praedicari potest, in hoc in primis admirandus est, quod ad illius cursum morbi nunc quiescant, nunc impetum refusant. Ita diligentii constat experientia, sub ortu solis febres synochas, circa meridiem tertianas adoriri. Circa pomeridianum vero tempus quartanæ, & vesperi catarrhales solennem paroxysmum exerunt capiuntque incrementum. Idem tenendum de fluxionibus, doloribus gravativis, & tumoribus, quae mala circa vespertinum tempus maxime exacerbantur.

§. XIV.

Luna etiam magnas efficit mutationes in corporibus morbos. Et primo de eclipsi dicendum, quam non sine damno multi ægri experiuntur. Refert Joan. Matth. Faber in Append. dec. II. An. IIX. p. 49. banc historiam: *Illustris Vir melancholicus diem, eclipsim precedentem, tristis & meditabundus transigebat, ipso vero punto eclipseos nudo ense non per domum modo propriam, sed vicinas etiam & plateas discurrebat furioso simillimus, non in homines tantum, sed & scanna, & fore, & quicquid illi occurrebat, injurius. Observatione dignum est, quod scribit Vir Nobilissimus Ramazzini de constitutione annorum 1692. & 93. quod post plenilunium, & multo magis silente luna febris petechialis tunc grassans multo ferocior fuerit, eandem, novilunio accidente, semper mitiorem factam, eclipsi vero ingruente maximam partem ægrotantium abripuisse..*

§. XV.

Quadræ lunæ magnas in corporibus morbos excitant mutationes. Ita epileptici insultus in nonnullis stato die, achora redeunt ad certam lunæ quadram, item novilunium, ac plenilunium. Ipse sacer codex *epilepticos* adpellat epilepticos, & maniacos Matth. IV. 24. & 47. idque non aliam ob rationem, quam quod lunaribus mutationibus peculiariter sint obnoxii. Apud Bar. Limpurgicum servus erat juvenis, qui sub quodvis plenilunii tempus, radis lucentibus caput per fenestram perpetuo exerere, collumque viperæ instar circumrotare solebat, donec in ecclastin deg vergens aliquamdiu immotus procumberet. *Observ. Rumleri* 66. ap. *Velsch curat. & observat. cent.* Multos novi, quibus circa plenilunium familiares sunt dolores capit, ex calculo item cardialgici. Quod circa, vel post plenilunium insultu apoplectico correpti foerint plures, V.C. Wepfferus multis exemplis demonstrat in dissertatione de *apeplexia* p. 3. seqq.

§. XVI.

Muliebrem sexum quantum adficiat luna, vel exinde patet, quod menstruorum fluxus, a quo sanitas mulierum dependet, ab

ab hac simul dirigatur atque soveatur, si-
ve sit novilunium, sive plenilunium. Inde
ipse fluxus lunare vocatur tributum, & ra-
ro insignior lunæ accidit mutatio, quin
sanis feminis ferantur menstrua, sive sit
plenilunium, sive novilunium. Hæc lu-
na vis in corpora, eo induxit veteres, ut
prava religione atque cultu illam adora-
rent, & fœconditatem publicis precatio-
nibus ab illa exorarent. Eadem Romane
mulieres in partu plurimum se adjuvari
credebant, ideoque Lucinam, quæ luna
est, religiose venerabantur, ut hanc sibi
experirentur propitiam. Non alia ex ra-
tione vero a purturiensibus invocata vi-
detur, quam quia proprium ejus munus
est distendere rimas corporis, & laxare
meatus, quod est ad partus celebrandos
salutare. Vid. Macrob. Saturnal. lib. VII.
cap. XVI.

§. XVII.

In plenilunio tumores ventris, partium
que glandulosarum, & scrophulæ fiunt
ampliores, decrescente vero luna decre-
scunt, ac imminuuntur. Elegans est hi-
storia, quam hac de re Cl. Maurit. Hoff-
mannus Dec. II. An. VI. Observ. 161. misc.
Cur. memorie prodidit: Erat, inquit,
puella 14. annorum matre epileptica prona-
ta. Huic venter incremente luna paulatim
intumescet, decrescente decrescebat at-
que minor reddebat. Interim saevi cru-
ciatibus adfligebatur, quamdiu ventris
fieret disfensio. Simili sere ratione de ostreis
conchylisq; tradit A. Cell. Noct. Attic. I. 20
c. 8. illa crescente luna augeri, ac uberiora
fieri, senescente illa tabescere. Ad easdem
lunæ vices, alia etiam animantia augeri,
ac imminui, idem scriptum reliquit. Hip-
pocrates in ea est sententia, plerasque mu-
lieres circa plenilunium præcipue con-
cipere.

§. XVIII.

*Benettus Vir singulari industria conspi-
cuus in theatro tabidorum p. 98. & 99. ad-
notavit, primis lunæ quadris, sive cum
illa se in cornua curvare cœpit, præsertim
noctibus novilunium præcedentibus, illos
exasperari morbos, qui a salina materia
ortum trahunt. Igitur tunc maxime acu-
leos suos intendunt dolores, pruritus, &*

omnia exanthematum genera, cum sum-
ma laborantium molestia. Ultimis vero
lunæ quadris & cum orbem implevit hoc-
ce sidus, aqua & humores in corpore adcu-
mulantur. Id quod omnes morbi, qui ex
seri virtu suboruntur, manifesto docent.
Ingravevit tunc coryza, lethargus, asth-
ma, paralysis & cachexia, omnes deni-
que hujus commatis morbi, qui ex corru-
pto sero atque lympha derivantur.

§. XIX.

De lunæ in corpus efficacia eleganter
admodum Galenus scribit l. 3. Proreticor.
Quantam vim habeant sidera in hæc infe-
riora, satis ex lunæ impressionibus colli-
gere est, ut ii, qui arthriticis, gallicis-
que destillationibus obnoxii sunt, tatis ex-
periuntur, prout enim luna temperatos,
vel intemperatos planetas adspicit, fau-
stos atque salutares, vel contra morbos
dies nunciat. Neque vero menstruus so-
lum lunæ motus evidentes efficit mutatio-
nes, sed & diurnus corpus manifeste adspicit.
Id quod, cum a multis observatum,
tum a Carolo Pisone clarissime his verbis
comprobatur in Hist. Natur. I. p. 24. Sin-
gulis sex horis, accedente mari morbum in-
gravevit, ac dolores exacerbari, vicissim
sex aliis, quibus mare recedit, remittere
eruiciatus, ipsi ægi contestantur. Quod in
acutis æque, ac minus acutis morbis, præ-
sertim in iis, qui plenitudine & fluxio-
nibus oruntur, abunde adparet. Adeo ad-
crescentibus aquis æstuque maris in pleni-
lunium incidente, nonnulli cum infirmitate
conflictantur, plerosque autem pelago
decrecente extingui, notum est. Adjungit
gravissimus auctor rationem suo ingenio
dignissimam, qua adserit omnino, om-
nia hæc a validissima astrorum influentia,
occultisque cæli marisque qualitatibus
plerumque dependere.

§. XX.

Silentio transmittimus mirabiles lunæ
effectus, qui in fœconditate plantarum,
earumque incremento atque decremento
satis superque eluent, testante id cum
botanicorum tum agricolarum solertia.
Inter alia constans hæc observatio est,
quod post novilunium arborum translatio-
ne, magna cum spe latissimi proveniunt,
insti-

instituatur. Ubi quidem hæc in primis observatur differentia, quod quæ plena luna inseruntur arbores, celerius ferant fructus, sed minores atque lapidosos. Contra quæ circa novilunium ponuntur, tardiores fundunt fructus, sed tarditatem pulchritudine præstantiaque copiarum, pomorumque compensant.

§. XXI.

Omnis porro plantæ, quarum flores expetimus, plena luna, & quarum radices desideras, deficiente luna, terræ optimè committuntur. Ligna quoque cæsa in plenilunio citius putrescant, nec tam commode inserviunt ædificationi, quam quæ luna decrescente exciduntur. Testatur id præter crebram experientiam Macrobius *Saturni*, lib. 7. c. ult. *Ligna, quæ luna, vel jam plena, vel adhuc crescente, dejecta sunt, inepta fabricis sunt, quasi emollita per humoris conceptionem. Et agricolis curæ est frumenta de areis non nisi luna deficiente colligere, ut siccæ permaneant.* Idem pulchre ibidem scribit, carnes, quæ per noctes plena luente luna portantur, facilius putrescere. De cujus rei causa prolixe ibidem disputat, humiditatì hujus sideris insigni hoc effectu attributo.

§. XXII.

Procedimus jam, omisa luna, ad certos planetas, de quorum potentia & vi in corpus nostrum, præsertim imbecillius, & in statu morboso, peritissimi astrologi cum veteres, tum recentiores has sibi observationes collegerunt. Et quidem primum Martem, & Saturnum planetas ratione effectus non admodum benignos iudicarunt, quippe vel inter se, vel cum aliis juncti, humorum sanguinisque commotiones varias efficere, & malos procreare morbos ab omni memoria sunt crediti. Benigniores contra sunt Jupiter, & Venus, sub quorum coniunctione vires corpori accrescere, feliciusque solvi ac sanari morbos multi tradiderunt. Mercurium vero indifferentem semper censuerunt, & eorum planetarum induere naturam, quibus fœse adsociat. In primis hunc ipsum morbos ex sero ortos egregie movere, non sine ratione arbitrantur.

§. XXIII.

Speciatim vero certas coniunctiones benignas sive malignas crediderunt. Ita Solis & Jovis adspectus inservire morborum chronicorum curæ, v. g. malo hypochondriaco, scorbuto, non inepte praedicarunt. Præterea venæ sectionem, & purgationem, ceterorumque medicamentorum usum, sub hoc adspicere commendarunt. Porro adspectus Jovis & Veneris, Solis & Mercurii, it. Jovis & Mercurii lati, ac salubres phytis, hecticis, illaque qui laborant febribus ardentibus, & inflammatoriis, bonæque crisis sub hoc adspicere fieri dicuntur. Infansli contra sunt adspicetus Martis & Mercurii, Martis etiam & Jovis, qui inflammationes, hamartyles, excretiones sanguinis, febres denique ardentes excitant, in quibus etiam morbis parum lati pollicentur.

§. XXIV.

Adspicetus solis & Mercurii phlegmaticis & morbis serosis expedit, conjunctio vero Martis, & solis bilem flavam commovere, & exinde inflammations ventriculi fauci, ac cerebri suscitare creditur. Quando vero Mars Mercurium adspicit, tunc dispositio fit ad arthritidem, dolores, præsertim a phlegmate & copia humorum proficiscentes. Martis & Saturni adspicetus noxius dicitur cholericis melancholicis; item cardialgias, cephalalgias, phrenitides excitat & facile irani provocat, ac animi commotiones. Saturni & Veneris conjunctio gravidis periculum portendit. Eadem movet tussem, coryzam, arthritidem, cephalalgias & paralyses, infantibusque maxime infesta dicitur. Martis & Veneris adspicetus minus propitius sunt gravidis puerperis, & exinde illis maxime reformidandi.

§. XXV.

Saturni & Jovis, it. Saturni & Martis adspicetus graves casus mortalibus prænunciant. Plerumque enim has siderum coniunctiones, epidemii acuti imo contagiosi morbi consequuntur. Loquantur de ferali horum siderum effectu atrocissimæ febres, vehementissime exinde per totam Europam sepius grassatae. Ex hoc planitarum adspicatu pestis impendere plerumque

que periculum , multis observationibus ostendit Matth. Zeisius in orat. de caus. & period. pestil. morb. Ita anno 1127. truculentissimam sæviisse pestem testatur , quæ immensis fere funeribus orbem exhausterit , & hujus ortum ex coniunctione Saturni & Jovis astrologos in primis deduxisse. Pestis 1348. grassanti ad spectum Jovis Saturni & Martis occasionem præbuisse Boccatus , & Guido de Cauliaco scriptis tradiderunt. Eadem anno 1478. sacerdotem ad lumen eclipses & Saturni , ac Martis coniunctionem retulit summus suo sæculo Philosophus Marsilius Ficinus . Ira quoque celeberrimus Tubingensis Professor Casp. Bartholi ex Saturni , & Martis coniunctione 1628. autumno assilio , & hyeme tepida præcurrente , pestem annis sequentibus universam prope Europam prostrante m prædictum , solenni disputatione hac de re habita in illo loco . Sic domus Celsareg Archiater D. Paulus de Sorbait consilio medico MS. pestem Viennensem eorundem planetarum in geminis , egrégia prædicta divinatione . Adde quæ suo tempore de dysenteria epidemica ex eodem syderum positu 1624. & 1637. Daniel Sennertus l. 3. Par. 2. Sect. 2. o. 7. observavit.

§. XXVI.

Quantum lunæ , variisque planetarum positionibus , veteres fere omnes quoad dies criticos attribuerint , passim in ipsorum scriptis celebratur . Neque quidem de nihilo est , ut in eo mihi admonendi videntur , quod lung in constituendis diebus criticis exclusa morbi & materia peccantis conditione nimium confidant adscribantque . Nam præter dicta , adspectus ejus cum planetis maxime considerandos esse , in confessio est . Placet hac de re eximium Euchstadii proponere locum , quem l. b. 2. eph. de diebus criticis adducit : *Quod si* , inquit , *luna in principio morbi acuti* , *vel nullum ad spectrum cum planetis aliis habuerit* , *& in progressu ad malis planetarum radios* , *coniunctione* , *oppositione* , *vel tetragono pervenerit* , *vel statim in principio maleficorum radii* , *lesa fuerit* , *tum si in progressu maleficos ad spectrum de uno incurrat* , *miras videbis tragædias* , *& periculosas in corpore turbationes* , *& non*

raro crises lethales . Ad solam itaque lunam inquit Cl. Maebius astronomus & astrologus insignis in Epist. Inst. med. l. 3. P. 3.c. VIII. non respiciendum , sed vires ceterorum planetarum , quos luna recipit , simul sunt intuenda.

§. XXVII.

Quod ipsam medendi rationem attinet , & ordinem , atque tempus remedia applicandi , hac in re etiam ipsi veteres astra minus neglexerunt . Compertum est , purgationes aut venæ sectiones , tempore solstitionum aut æquinoctiorum , item sole aut luna deficiente , item præsente , vel accedente maligno planeta v. g. saturno cum marte , & lunæ coniunctione illa hora , qua administrata fuerunt , non urgente necessitate , temere institutus , plerumque sinistre cessisse , uti id latius demonstrat Dn. Fridericus Hoffmannus Parent dignissimus in method. medendi . Circa solsticia ætiva medicamentorum usum plane fugiendum esse , serio præcipit Hippocrat. loco superius laudato . Vulnera luninariis coniunctis , seu oppositis inflicta , difficilis tardiusque coalescere , qui vis observabit Chirurgus , & Levin. etiam Lemnius commonuit . In omnibus strumis , luna decrescente , medicamenta exhibita plus proficiunt , quam alio tempore . Si quis epilepsii , vel nervorum capitidis adfectu laborat , is singulis lunæ mutationibus nervina , cephalica & epileptica adhibere debet , & non parum inde sentiet levamenti . Quando vermis intestina torquentur , luna decrescente anthelmintorum usus maxime est commendandus . Eodem tempore optime sanguis mittitur , quem morem etiam per totam Helvetiam , cuius incolæ expertunt hoc remedium , follicite custodiunt . Qui menses suppresos movere tentat , optime id fecerit , si circa novilunium , vel plenilunium emmenagoga exhibeat . Bulbuli allii tres , aut quatuor feliciter ab iis , qui calculo laborant , sumuntur singulis septimavis , semel eo die , qui proxime quatuor lunæ quadras præcedit , vid. Frid. Hoffmann. Clav. Pharmaceut. Schrgd. p. 406. Similiter etiam magna purgationes melius fiunt tribus vel quatuor die.

diebus ante, & post plenilunium.

§. XXVIII.

Hac tamen ea adduximus, quæ jam dum a priscis peritisque medicis fuerunt observata circa astrorum influxum in corpora; jam restat, ut & nostrum judicium sententiamque hac de re exponamus. Ut paucis vero rem expediamus, affirmamus omnino, nos media incedere via. Neque enim nimium tribuimus astris, neque virtem illis atque operationes plane detrahimus, sed merito distinguimus inter sanam, & rationalem astrologiam, ac inter superstitionem, fabulosam, ac empiricam. Certe negari non potest, multas superstitiones, fabulas, & quæ rationi, providentiaque divina repugnant, a nonnullis ex veteribus fuisse tradita. Equis enim saniore mente prædictus ferre poterit, eo vacordia illos processisse, ut hominum mores, fortunam, morbos, ac mortem inde sint hariolati. Jam vero quis non dolet astrologiam meteorologicam tam negligenter hactenus fuisse cultam, eamque mansisse mancam, dubiam, rectoque destitutam fundamento. Laborat hic in primis Calendariorum fides, in quibus ejusmodi tempestates prædicantur, quæ raro experientia respondent. Inde permoti complures ex recentioribus tam Physicis & que, ac medicis, contrariam plane inierunt viam, omni omnium astrorum, si a sole discesseris, effectu & virtute pernigata. Cujus quidem rei eas adferunt causas, quod nempe longius distiti sint planetæ. At nec hæc ipsa distantia sufficit, ut communicationem cum globo terraquo excludat. Hæc enim, si non impedit lucis in oculos influxum, multo minus impedit illius in aërem, ac atmospharam actiones. Præter hæc quis adeo vacors est, quin confiteatur plane, mirabiles hos planetarum motus, progressus & conjunctio-nes non frustra a divina providentia creatas esse atque institutas? Neque facile alia ratio inveniri poterit tantarum mutationum atque tempestatum, quæ in aere contingunt, quam diversæ siderum ratione situs positusque operationes. Evidem effectus solis sunt clarissimi, extraq; omnem dubitationem positi, illi tamen non sus-

ficiunt tantæ temporum diversitati inde explicandæ. Frequenter enim experimur, altero anno hyemem tepidam, altero al. peram, ac inclementem esse, autumnum quandoque siccum, quandoque pluviosum, æstatem denique alio tempore humidam, alio serventissimam omnino observamus. Quin imo, non eundem semper morem servant venti, sed pro diversitate siderum, diversam formam indolemque induunt. Qui a septentrione spirant, ordinario sunt frigidissimi, nonnunquam tamen, quod mirabile, ferocitatem hanc deponunt plane, & per longum sapere tempus clementi modoque flatu observantur. Orientales alioquin pluviosi summam sapere adferunt serenitatem.

§. XXIX.

Omnis vero scrupulus, omnisque dubitatio, quæ de hoc influxu residere videtur, hoc in primis eximitur, quod sub duorum planetarum adspectu non mediocriter aer immutari observetur. Licet enim, quod optandum sane foret, minus accurate hanc mutationem prædicare, ac determinare possimus, nihilo tamen lecius experientia innixi illam non injuria asserimus. Temperate mihi non possum, quin hoc loco egregiam summorum Virorum operam Dn. Kooks Angli & Dn. Schlitters hac in re collocatam dilaudem, qui post longam ac frequentem experientiam singularem aeris mutationem a planetarum situ tandem deprehenderunt. Nos ipsi per X. annos magna industria ephemerides confecimus meteorologicas, & barometricas, singulis diebus semel iterumque tempestate ventorumque varietate, item mercurii in barometro situ diligenter adnotato. In his constantissime adseveramus, planetarum adspectum maxime superiorum Saturni & Jovis, item Martis, sive intra te, sive cum aliis conspirent, certas atque graves consequi in aere turbationes, præterim si plures adspectus simul uno tempore concurrant.

§. XXX.

Ad lunæ vero quadras tempestatum fieri mutationem, non est ut multis confirmemus experimentis, cum id ipsum plebejis, ac agricolis non ignoretur. Et de lu-

de lunæ quidem in nostrum globum efficacia, insigne sane testimonium maris æstum judicaverim, qui communis Philosopherum suffragio lunæ vicibus adscribitur. Hæc enim, dum amplitudine sua maximum in æthere occupat spatum, inde evenit, ut globus terraqueus paulatim centrum suum egredi cogatur, indeque aquæ recedant, adfluantque iterum, terra in locum suum restituta.

§. XXXI.

Datur proinde astrorum influxus, & dari sane negaverit nemo, qui paululum adspexerit saltum quantum plantæ, quantum animantia a lunæ positi, ac luce alterentur. Atque utinam observationum copia eodem tempore pluribusque in locis ista res curatius excoleretur, ne hac sterilitate quodcumque boni provenit, in primo flore stranguletur. Cui malo optime occurri poterit sufficienti observationum abundantia, ut diversis nempe locis, eodemque tempore, non tempestatis aerisque statum solum, sed & ventos mercuriique situm in barometro, & caloris frigorisque gradus in thermometro probe exploremus. Pulchre huic rei inserviet novum inventum thermometri nostrum, quo modum invenimus in uno instrumento non minimas solum mutationes caloris atque frigoris, sed & proportionem calidi, ac frigidi in aere eodem pernoscendi, nullo intercedente effectu barometrico, qui aliis fere thermometris non sigillatis est familiaris.

§. XXXII.

Si proinde verum est, & verum etiam est, dari astrorum influxum, facilissimum erit ostendere, corpora nostra graves inde experiri commutationes. Ecquis enim, nisi hospes plane sit in naturali medicaque scientia, ignorat, quanta aeris in nostrum corpus sit potentia, ac virtus? Aer nempe est ex elementis maxime nobis necessarius, hoc spiritus, quo vita continetur, trahitur, hoc materialis uti appellatur anima fovetur atque sustinetur, hoc denique celestis illa pars, quæ in nobis dominatur, in vinculo conservatur. Aer elatere suo in corpus corporisque succos admissus, motricium in musculis fibra-

rum motus causa jure meritoque celebratur. Idem solidis, quæ sanguinis circuitum tueruntur, robur atque tonum elargitur. Aer porro pondere suo in æquilibrio conservat humores, ne intentiori motu nimis expansi systolen vasorum necessariam impediant. Eundem subito immutatum magnorum morborum esse auctorem, prodidit Hippocrates lib. de flat. Testes sunt epidemicci morbi, quibus plurimi mortalium pereunt, quique non alia ex causa, quam ex aeris malignitate oriuntur. Qualis enim aer, talis sanguinis est circulus, qualis hic, talis valetudo. Serenus atque temperatus omnia tranquilla efficit, corpusque sanum & integrum præstat. Densus contra corpus reddit imbecillum, excretiones nempe laedendo, unde tono fibrarum debilitato, sanguinis motus atque ordo maxime perturbatur.

§. XXXIII.

Non abs re igitur Magnus noster Hippocrates passim in scriptis suis aerem ejusque vires prædicat, ac admiratur. Imo diligenter observata præcedente tempestate, futuri anni constitutionem, atque morbos adeo feliciter prædictis, ut tam prudens ejus divinatio merito sit admirationi. Qua de re legi meretur egregius illius liber de aer. aq. & loc. it. de flatibus; sique ulla in re ejus industria, quam in innumeris probavit rebus, laudem meretur, certe in hac unice meretur. Primus enim fuit, qui hanc doctrinam ab inferis velut excitavit, ac ad uberiorem revocavit contemplationem. Ac utinam, & plures pulcherrimum hoc institutum majori diligentia fuissent persecuti, & observationum copia hanc nobilissimam doctrinæ partem confirmassent! Aurea sunt verba, quæ in libro de humoribus §. 7. sapientissimus Auctor scribit: *Qualia vero sunt tempora, tales etiam erunt morbi & constitutiones ex ipsis.* Si tempora tempestive & ordinate se habent, morbos judicatu faciles faciunt. Vernaculi autem temporum morbi indicant mutationes, & prout variaverit tempus, similes, aut dissimiles erunt morbi, qui hoc tempore exquiruntur.

§. XXXIV.

§. XXXIV.

Nemo proinde erit, qui ex his, quæ proposuimus, non clarissime sit intellegens, astrorum situs & positus, quoniam aerem variant, corpus etiam diverso modo variare. Nec in obscuræ esse poterit, in mentem etiam omnino illa agere, mores, ingeniumque varie adficiendo. Novit enim tum prudentissimus quisque medicus, tum & in nostra Dīs, de temperamento fundam. morum & morborum. prolixè hoc expositum, quod temperies motusque sanguinis, & humorum animalium, mores, ingeniique vires maxime formet & constituat. Jam vero C.S. ab aere, qui ab astris excitatur, dependere, adeo certum est, ut nulla sane opus sit probatione. Inde sane adductos veteres crediderim, ut astris non potentiam solum in corpus atque animum adscripterint, sed ex iisdem sortem hominum, faustosque, vel infastos rerum exitus, cum non mediocri superstitione divinaverint. In quo quidem adeo non recte fecerunt, ut potius ipsorum error jure sit reprehendendus.

§. XXXV.

Licet vero propter imbecillitatem intellectus nostri minus adsequi, & capere queamus hujus influxus rationem, atque modum in corpora, nihil tamen hoc ipsum detrahit scientia, ac veritati. Quot enim dantur res, tum in medicina, tum in naturali scientia, quarum ratio non invenitur, de illis tamen minime ambigitur, ac dubitatur. Vetus porro est canon philosophicus, a negatione modi & rationis, ad rationem, sive existentiam non esse concludendum. Tentandum tamen videatur, & tentabimus etiam, ut aliquo modo huic quoque dubitationi occurratur. Nobis ita videtur, id ipsum mediante rarefactione, ac compressione, motusque directione ad hanc, vel illam lineam fieri. Ita Saturnus in corpus atque atmospharam operari videtur, ut comprimendo aerem, motumque ejus rectilineum constituendo, frigus atque ventos inde excitet. Sol & Mars, si in re incerta ha-riolari licet, intestinum ac verticillarem motum, qui caloris est, producunt pro-

paganque. Venus vero, & luna, dum leviorē reddunt aerem, vaporum copiam adcumulant, & pluviosi inde sunt planetæ. Luna secundum quadras, vel nūmum rarefacit aerem, unde corpora, & succi turgescunt, nimiaque fit transpiratio, vel si novilunium est, vel deficit luna, aer compressus inde varia excitat mala.

§. XXXVI.

Omnium planetarum nobilissimus, & qui maxime corpus sustinet, est sol, cuius præstantia tanta est in conservanda sanitatem, ut exinde medendi potestatem illi attribuerit antiquitas, quia nempe temperatus solis calor omnium morborum fuga est. Apollo enim medicinæ Præses idem est, ac sol, inde adpellatus, quod mala pellat, ideo ceu *sospitalis*, ac *medicus Deus* teste Macrob. in Romanis etiam facris cultus. Hujuscum Jove conjunctio, & Jovis cum Venere, item Jovis & Mercurii adspectus ea maxime mala levant, quæ a spastmo, & spasmodica fibrarum strictura proveniunt. Propitii inde sunt planetæ malo hypochondriaco, hysterico, phlysi, & iis, qui inflammationibus pericitantur. Nempe atmospharam leviorē reddendo, tonum fibrarum relaxant, sordiumque impurarum juvant transpirationem. Eandem ob causam sub conjunctione solis, & Jovis commendatur omnis medicatio tam per venæ sectionem, quam purgationem, cæterorumque medicamentorum usus.

§. XXXVII.

Solis & Mercurii adspectus phlegmaticis conductit, & morbis, qui a fero trahunt originem. Idem facit adspectus Solis, & Martis, qui infastus contra est cholericis, dum intestinum sanguinis motum nimium accedit, & biliolos calidoisque inde morbos, hemorrhagias maxime producit. Non dissimili est operatione Martis & Mercurii conjunctio.

§. XXXVIII.

Veneris & Saturni adspectus, quia aerem comprimit, fibras tensas reddit, pores occludit, & ad spasmos, rheumatismos, febres, tusses, coryzas, item abortus corpora disponit, ac præparat. Martis & Saturni adspectus, quia sanguinem inter-

interne commovet, & externe perspirationem impedit, iram provocat, celereisque excitat affectiones. Idem morbos exibile secundat, eamque ob causam ad pntredinem & pestem facillime viam solet aperire. Diurnus Veneris Mercuriique adspectus, dum justo leviorum sifit atmosphaeram, ulcerum morborumque putridorum, vermium, aphtharum, februumque catarrhalium injicit periculum. Saturni atque Jovis adspectus identidem tristem post se relinquit operationem. Iovis enim adspectus rarefacit humores, Saturnus vero externe comprimendo retardat perspirationem.

§. XXXIX.

Luna crescente tumores ampliari supra fuit demonstratum. Evenit hoc non alia ex ratione, quam quod partium solidarum tonum relaxat tam rarefactione, quam humiditate, unde perspiratio suspenditur, & humorum sanguinis & seris fit accumulatio. Luna vero decrescente perspiratio adquirit vires, & exinde tonus fibrarumque robur confirmatur. Et hæc est causa, cur optime medicamentorum usum homines tunc perfette possint, quippe eo tempore bona est evacuatio, bona etiam venæ lectio, quæ tunc maxime inservit præservationi.

§. XL.

Solstitionum tempore abstinendum esse a validioribus purgantibus, ex eo adprobatur, quia sub astivo maximus astus, viriumque est dejecto, hyemali vero naturæ summa semper adeat imbecillitas. Äquinoctia vero, cum propter humiditatem soam fibras relaxent, humores, qui ejiciendi erant, intra corpus remorantur. Inde, si purgantia robustiora circa hocce tempus dederis, facile accidere potest, ut horum violentia ad has, vel illas partes coacti humores periculosas extinent stagnationes. Quo majori ac intensiori cura providendum est medico, ut hoc tempore rejiciat plane hac medicamenta, lenioribus contra laxantibus, & quæ clementer alvum decunt, tum utatur. Decrescente vero luna, unice probanda sunt, quæ vermis tumoribusque opponuntur, quia tunc majori robore suffulta natura,

medicamentorum vires auget, egregio-que illis est adjuvamento. Quo magis vero remedia a naturæ viribus juvantur, eo maturior feliciorque corundem operatio omnino debet expectari & contra.

§. XLI.

Illud vero in primis sciri oportet, astro-rum influxum ad eas morborum causas referendum esse, quæ corpus nostrum si-ve in fano, sive in infirmo statu remote saltem adficiunt. Disponunt enim saltem astra ad hanc, vel illam valetudinem, ad hanc vel illam corporis fibrarumque conditionem, non vero proxime & im-mEDIATE morbum, vel adfectum aliquem producunt. Veterum hæc jam fuit cau-tio, qui astra inclinare, non necessitare, prudenter dictarunt. Ad necessarium etiam effectum necessario & causa proxi-ma requiritur, remotarum vero, ut fiat effectus, plures debent concurrere. Monendum porro, astra in corpus nostrum agere, non secundum modum activita-tis, utita loquamur, sed secundum modum receptivitatis. Quæ quidem regula tanto magis hic etiam est attendenda, quanto diligentius hæc ipsa de cunctis causis morbificis, morborumque, ac me-dicamentorum operatione memorie est infigenda. Eadem ex causa frequenter evenire videmus, ut non eodem modo corpora ab aliis adficiantur, sed quandoque idem effectus alteri conducat, alteri sit nocumento. Postremo non præ-reundum est, in imbecillis maxime na-turæ siderum influxum deprehendi. Hi enim propter laxum atque spongiosum habitum corporis, & languidiorem san-guinis motum, illorum injuria in primis patent, cum robustiores non facile ab iis patientur.

§. XLII.

Ultimo demum loco probe tenendum & illud, necessitate urgente neque astro-rum, neque aeris habendam esse ratio-nem. Nemo enim a medica regula in morbis acutis, irato licet adverloque si-dere deterri debet, probe monente egregio medico *Levino Lenario O.N.M.I. 2.e. 32. sic in asagina, pleuritide, inflam-mationibus neglecta astrorum contem-*

platione, mature ad venæ sectionem est decurrentum. Ut enim nauclerus in gruente tempestate, adverso etiam æstu adverso vento celerrime saluti prospicit,

fidamque stationem adsequi velis remisque contendit, ita medicus prudens, neglectis astris, prima occasione adhibet remedia ad tollendam morbi ferocitatem.

DE ANNORUM CLIMACTERICORUM RATIONALI ET MEDICA EXPLICATIONE.

PRÆFATIO.

Antiquissimam omnino esse, & per tota secula celebratam annorum climacteriorum efficaciam, vel leviter versato in scholis philosophorum, & medicorum obscurum amplius esse nequit; nostris vero temporibus non modo in dubium vocata a plerisque medicis dictorum annorum vis, sed etiam pro commento superstitioso, & fabuloso astrologorum figmento habita fuit. Verum enim vero, sicut illud, quod tam diurna, & constanti experientia adserum fuit, non rationibus evertendum, neque ob id maxime, quod inveniri rationes non possit, temere negandum: (nam quando agitur de rebus, quæ facti & experientiae sunt, prius certi esse debemus de re, ac facti specie, postmodum rationes querenda.) Ita illud ipsum imprimis vallet de climactericis annis, qui num habent fundamentum in ipsa re, & experientia, prius perspicciendum, postea eorum explicatio evolvenda. Majores utique nosfiri cum in omni doctrinæ genere, tum in medendi scientia fuerunt sapientes & cordati homines, quo minus illud ipsum, quod constantis fuit experientiae apud ipsos, immo traditionis, non statim propter rationis, quibus explicatio fit, inconvenientiam, figura admixta, vel proper abusum, in dubium vocandum, vel ipsares, aut fidem & veritas rei perneganda, sed potius semper veritas facti inquirenda, & melioribus explicationibus vindicanda est. Quapropter etiam diu hæsi circa hanc sententiam, annos hos climactericos non plane esse rejiciendos, praesertim magnos, quos

tantopere animadverterunt veteres, sed potius vindicando, & veram eorum naturam perscrutandam. Sumsi itaque hunc laborem, & conabor ostendere, utique habere eos fundamentum in ipsa re, eorumque naturam atque cognitionem medicis esse valde necessariam. Deus vero inexhaustus omnis boni, veritatisque fons, proposito nostro indulgentissime faveat!

§. I.

Acturus itaque de annis climactericis, eorumque vim, & potentiam vindicaturus, primo omnium, quæ sit vis & significatio hujus vocis, unde originem habeat, & quænam ejus sint synonyma, circumspiciendum videtur. Climacteres itaque sive flexo vocabulo græco ad indolem latinæ linguae climacterici, originem suam petunt ἀπὸ τῆς κλίματος, sive quod rectius ἀπὸ τῆς κλίματος, quod scalam, vel gradum significat, vel interprete Columella Lib. 5. cap. 1. certam quandam mensuram, usu autem, optimo interprete, per climacterem certum vitæ humanæ tempus, vitæ fortunisque periculorum, dixerunt, qua de re consuli potest Varro d. hebdomad. it. Gellius l. 3. cap. 10. Certus itaque annus, siisque a nativitate septimus, habitus vel dictus fuit climactericus, sive scalaris, fatalis, decretorius, quoniam nempe successive quasi per scalas, ad hunc ipsum annum ascendimus, ubi mutatio vitæ & periculum quoddam imminet. Ex hisce vero septenarii annis periculosis maxime æstimatus fuit, & magna considerationis annus ætatis quadragesimus nonus, quinquagesimus sextus & sexagesimus mustertius, qui heroicus, quoniam ipse

ma-

maxime validus & aptus est ad mutatio-
nes instar strenui herois efficiendas. Græ-
co etiam dictus fuit ἀρχέρως, uti Salma-
fius vult, a Græco ἄντρι vir in genit. A'ρρός
& κλέω frango, quoniam virum frangit,
& debilitat, eoque tempore vires colla-
buntur.

§. II. Verum ne nimius sim in cura
nominum, filum hic abrumpo, & illud
potius, quo tamen fieri potest, compendio,
dicam, quamnam sententiam habuerint
veteres de hisce annis, & quid tribuen-
dum sit climactericis. Quod quidem ex
locis quibusdam eximiis veterum copiose,
ac luculenter demonstrari potest; inter
hos autem eminet maxime Plinius, quan-
do L. 7. e. 49. climacteras appellat scandi-
lem annorum occiduam legem, i.e. legem
mortis. Gellius Lib. 15. noctium Attica-
rum cap. 7. in hac verba de climactericis
differit: Observatum in multa hominum
memoria expertumque est in senioribus
plerisque omnibus, sexagesimum tertium
vitæ annum cum periculo & clade aliqua
venire, aut corporis animique morbi gra-
vioris, aut vitæ interitus, aut animi æ-
gritudinis. Memorabilia etiam sunt, quæ
de Augusto Imperatore scripta leguntur:
Cave mi Caje, quem semper medius fidius
desidero, cum a me abest, sed præcipue
diebus talibus, qualis est hodiernus, quem
spero lætum sexagesimum quartum nata-
lem meum, nam ut vides, climacteri-
cum communem seniorum omnium sexa-
ges. tertium evasimus: vid. Gasparum
Clauderum de Hæredia in Tribunalime-
dico p. 348. Et Salmatius in lib. de anno
climacterico pag. 2. scribit: Convenit in-
ter omnes, climactericos dici annos vitæ,
quibus periculum imminet, aut aliquous
casus, quem vix evitare datur. Julius
Firmicus L. 14. Matheos cap. 14. scribit:
sane, extra cæteros climacteres septen-
anni, ac noveni per omne vitæ tempus
multiplicata ratione currentes, naturali
quadam, & latente ratione variis homi-
nem periculorum discriminibus semper
afficiunt, unde & sexagesimus tertius an-
nus, quia utriusque numeri summam pa-
riter accipit, ἀριθμός appellatus fuit.

§. III. Quamvis vero ex veteribus non

nulli & novenarios annos habuerint pro
climactericis; universaliter tamen, ma-
gisque omnium unanimi consensu nume-
rus septenarius habitus est. Deinde notan-
dum etiam est, quod ab omni ætate divisio
adornata fuerit horum annorum, ita ut
distinguerent in leviores, periculi exper-
tes, temperatos, transitorios, & gra-
viores, nempe periculosos, formidolosos,
difficiles, imo quandoque lethales; ex illis
annus 7. 14. 21. 28. 32. 35. habitus est,
hos vero statuerunt: 49. 54. 63. 70.

§. IV. Vim ac potentiam horum an-
norum ferme concordi suffragio sapiens
antiquitas deducere laboravit ex impari
septenario numero. Et quanta fuit hu-
jus numeri veneratio olim apud omnes
philosophos, neminem eruditorum la-
tere potest. Pythagoras princeps philo-
sophorum, qui scientiam suam ab Æ-
gyptiis, Chaldaeis, Phœnicibus tradi-
tam accepit, primus fuit, qui numeris
ad divinarum & naturalium rerum co-
gnitionem tantam adscriptis efficaciam.
Isque Pythagoras medicinam & musicam
ante omnia sanitati conducere prædicab-
at, quia in hisce bella numerorum es-
set consonantia, qua animi, item corpo-
ris, alijs infanabiles ægritudines possint
persanari; quin imo allerebat, quod sa-
cra per certam numerorum proportionem
efficacia ad operationes reddantur, ma-
xime autem septenario numero assignavit
divinam efficaciam. Peripatetici hunc
numerum virginem nuncuparunt, alii
Regem & perfectissimum; quia constat
ex tribus & quatuor, qui ambo totum
sunt sui numeri, & perfectum in suo
genere, ejus autem perfectionem inde
adferabant, dicentes: Numerus impar
indicit spirituale, par autem corporeum,
continet enim impar unionem & indivi-
sibilitatem adeoque durationem, & ex-
tentitatem, ut etiam divinae essentiæ sym-
bolizet, unde dixerunt Deum impari
numero gaudere, numeros vero par quo-
niam incipit dividì demonstrat materiam,
& creaturarum materialium essentiam,
causaque corruptionis est. Hic itaque nu-
merus conjunctus creditus est perfectus,
eaque de causa veteres Poetæ, cum fe-
lici-

licitatem eximiam praedicare volunt, dixerunt:

O terque quaterque beatus.

§. V. Coluerunt & maxime celebrarunt prisci hunc numerum, quoniam nimirum in divinis mysteriis Deus eo usus est, hincque in gubernatione, & oeconomia rerum humanarum septimo numero multa notabilia continentur: ab ipso Deo septimus dies sanctus statutus est. Veteres ritates diviserunt in septem. Lunæ facies, septimo die, semiplena, bis septimo rotunda, ter septimo semidefecta & quadriseptimo defecta nascitur. Septem Pleiades, septem epicli, septem planetarum, septem metalla, septem dies in hebdomade statuti sunt; nec ipse Zodiacus septenario caret, nam in septimo mense fit folstium astivum a bruma, in septimo brumæ ab aestate, in septimo æquinoctium vernale, & in septimo autunnale. Præterea ex *Varronis* sententia antiquissima septimo die conceptus fit, bis septimo figuræ redditur capax, ter septimo spina & caput formatur, ter septima hebdomade fit motus infantis, & animæ vis sese exerit, sex septima nascitur; quin imo *Plato* in *Timæo*, dicit, Deum, animam ex septem portionibus confuisse. Dein septimus dies, teste magno nostro *Hippocrate*, & experientia criticus & decretorius est dies in febribus præsertim acutis, quo morbus mutatur, & vel in pejus, vel melius solvit, vel in melius, vel in deterius. Constantissimæ enim observationis est, quod natura in morborum solutione, ac curatione, ni lacefita & impedita aliunde sit, observare soleat statuta ordinataque tempora, & quidem septimum diem, si legitimæ & tutæ sint crises, nam si in altero numero, vel nono, vel duodecimo accidit singularis mutatio, vel excretio, plerumque imperfecta, vel malia esse solet crisis, quæ in septimo & decimo quarto, sibi per bona.

§. VI. Ex hisce prædictis, non insimi momenti argumentis, quæ luculenter declarant septenarii numeri potentiam, & virtutem, defendere etiam veritatem coenantur annorum climacteriorum, qui in

annum septimum incident. Verum enim vero constanter assertimus, nullam vim, vel occultam quandam efficaciam inesse numeris agendi in corpus humanum, cum quantitas sit nullius effectus productiva, nec quequam addat rebus numeratis, & tempus per se nihil aliud sit, quam certi motus duratio, quæ certis terminis intellectus clauditur, ad dimidiendos aliarum rerum motus, vel durationes: deinceps virtus sequitur essentiam rei, a qua dimanat, & diversitas, vel identitas virtutis diversitatem, vel identitatem denotat essentialis principii; sed hæc virtus annorum climacteriorum, quæ mutationem inducit, non provenit a numero, numerus enim forma caret; porro numerus secundum sui rationes abstractus ab omni materia, est quoddam mathematicum; hinc nec actuum nec passivum esse potest: causa itaque efficiens, sive efficiens fons, qui adscribitur annis climactericis, neutiquam septenario numero, ut numero assignari poterit. Denique & experientia quotidiana docet, quod & alii anni vitæ periculum ipsamque mortem adferant. Quapropter pie, & constanter, olim Maximilianus II. Imperator cuidam gratulanti, quod climactericum annum transcendisset, respondit, omnes vitæ suæ annos sibi esse climactericos, & ipsum sexagesimum quartum, & alios deinceps se magis estimare, quam sexagesimum tertium, decretorios climactericos, periculosos, quia mortis diei sint propinquiores.

§. VII. Alii, qui non contenti sunt has explicatione, deducere climacteriorum virtutem ex astrorum potentia, & malignorum planetarum conjunctionibus præsertim Saturni allaborant, nempe hoc evenire, quando Saturnus singulis septem annis ad quadraturam, vel saltem ad contrarium suæ naturæ signum perveniat. Hæc omnia autem, quæstellis adserunt mathematici, imprimis astrologi, certe inania sunt & futile figura, quæ refutare fuisus non attinet; reputnat enim hic ipsa ratio, simul & experientia, vitam nostram & sanitatis fortunæque.

næque rationem dependere ab astris, vel ex quadam necessitate fatali, nos vivere, aut mori. Antediluviani vixerunt annos nongentos, quod stellarum decretis minime tribuendum fuit; hinc etiam nostra vita, que hoc tempore concisa & circumscripta est, ab astris minime provenit; nec tamen operatio solis, vel cuiusdam planetæ mutata est. A dispositione autem parentum hereditaria, a coeli, ac soli varietate, locorum, ac climatum diversa indeole, variaque virtus, ac potus ratione, discrepare hominum corpora & ingenia, & ad ægritudines has, vel illas ipsa disponit, vitamq; ipsis esse vel saniorem, vel longiorrem, res apud medicos, & philosophos constantissimæ experientiæ, & veritatis est: quin imo observamus, gemellos uno quasi puncto editos, diversæ naturæ, ac temperamenti gaudere corporibus, illorumque mores, dispositionem ad morbos, illorum quoque fortunam, animum, actiones etiam sub accessione annorum sic dictorum climaæticorum mirum differre.

§. VIII. Ex dictis itaque apparebit, mutationes, quæ contingunt humanis corporibus circa annos climaæticos, non esse ipsis astris adscribendas, vel a celo petendas, neque numero seu causa efficienti, [cum potius hic signum sit mutationis, non autem causa,] tribuendas; ea propter cum efficacia horum annorum non penitus sit neganda, aliud fundamentum inquirendum est. Scilicet sapientissimum Numen rerum omnium naturam mirabili artificio coagmavit, ac singula suis quibusdam numeris, mensura, pondere, ordine, harmonia vinxit, ut in tota œconomia rerum corporearum, omnes operationes statice, mechanice, certoque tempore perficerentur. Corpus humanum certum requirit tempus, ut formetur, ut ad exitum ex utero disponatur; certis temporibus corpus ad perfectionem debitam pervenit, certo temporis progressu sunt morbi, temporibus quoque certis sannantur: nam causæ morbificæ, antequam potentes sint ad agendum, & ad morbum producendum, antequam etiam corriganter, & expellantur, certa depo-

scunt tempora. Cum enim omnis effetus in toto rerum corporearum universo, omnis mutatio non nisi per motum debitum, certum, sufficientem fiat, & absolvatur, tempus autem non nisi mensura, & duratio motuum sit, facile adparet, alterationem & peculiarem mutationem, quæ visitur in corporibus, certis temporibus sese manifestare, non quod tempora, dies, vel anni id efficiant, sed quia certi ad effectum, vel mutationem necessarii & determinati motus requiruntur, qui constituant tempus.

§. IX. Corpus nempe nostrum mirabili ordine ad perfectionem summam, ad quam potest pertingere, ex benignissima voluntate Conditoris paulatim pervenit, inque omnibus viribus augetur. Et cum statutum sit, hominibus semel mori, etiam huic corpori indita est talis interitus causa, quæ etiam ordine & tempore fit; hujus vero perfectionis, item defectionis, & dispositionis ad interitus vis, statis temporibus annisque maxime septenariis visitur, ubi magna, vel ad perfectionem, vel ad defectionem mutatione accidit, quoniam sapientissimus rerum conditor ex liberrimo beneplacito, causarum physicarum operationes, & effectus notabiles certis alligavit motibus, temporibus, & maxime numero septenario adstrinxit. Cum ita veteres deprehenderent, quod sub singulis septem annis cuvis corpori singulares accidentant mutationes, dixerunt, istos annos climaæticos, quibus homo quasi per scalam transit, vel ad suam perfectionem, vel defectionem, id est, vires, hisce annis, vel augentur, vel imminuantur. Sunt enim hi anni velut gradus humanae vitæ, corporisque durationis; hoc namque non in eodem semper permanet statu, sed secundum illud notum *Averrois* dictum, a generationis puncto, tendit homo ad corruptelam. Pulchre scribit *Seneca* in Epistola 27. nemo nostrum idem est in senectute, qui fuit juvenis, nemo mane, qui pridie; corpora nostra rapiuntur fluminum more, quicquid videt currit cum tempore, nihil ex his, quæ videamus, manet, ego dum loquo-

ista, ipse mutatus sum. Corpus humanum transit ad perfectionem, transit etiam rursus ad interitum; hinc indita corpori nostro talis causa, cuius necessitate in viribus augetur, deficit & etiam interit. Et haec est illa mortis, & interitus pernicies, ut inquit *Verulanius Lib. 3. cap. 10. de etat.* Hac intestina illa calamitas, quam nulla ars, nulla humana industria effugere, sed ne reprimere quidem possit; etenim si cui ab ortu temperato vel Aesculapius praesit, qui illum ab iis, quae foris sunt, aut quae intro sumuntur, causis salvum & incolorem sic tueatur, ut nullum inde corpus detrimen- tum capiat, istamen a semet ipso suaque sponte magis magisque conficietur, consumeturque, donec extremum vita spiritum edat: illuc dum contendit, plurimas hoc interim spatio mutationes necessario sustinet, has qui annorum spatii & intervallis dimensi primum discreverunt, simul etates appellantur: ut sit etas id vitæ curriculum, quo luculenter corporis constitutio per se, suoque nutu mutatur.

§. X. Contingit itaque haec mutatio, ut diximus, septimo anno, ob quam mutationem etas etiam aliud accipit nomen. Ejusmodi mutatio accedit qui busdam non sine periculo sanitatis, qua turbatio in motu sanguinis, & humorum contingens, alius est tuta, alius noxia, prout nempe corpus sanum, vel debile est, vel jam dispositio, aut causa quædam ad morbos latet, vel immotu animi passio, aut insalubris diurna tempestas præcesserit, vel morbus quidam in corpore delitescit. Tales itaque causa externa si in corpora incident, quæ annos agunt climactericos, in quibus sensibilis ad defectionem corporis fit mutatio, saepius lethum inferunt. Quod si vero corpora fuerint robusta, temperata, & dixit regulas bene obseruent, corporisque & animi bonus fuerit habitus, facile climacteres sine offensione superant; paucis sub etatibus transmutatio temperamentorum accedit, mechanismus corporis nostri, solide & fluidæ partes aliam accipiunt crasin ac motum. Omnem autem

temperamenti mutationem secundum Galen Lib. 6. Epidem. Sect. 3. periculum inequitur.

§. XI. Ratio autem postulat, ut mutationes, quæ fiunt singulis septem annis in corpore notabiliores, sub certis etatibus in medium adducamus. Nempe ter septima hebdomade infans solet sese mouere in utero, in sex septima hebdomade paratus est ad exitum, septimo mense incipit dentire, septimo decimum anno, cum prima etas infantiae clauditur, dentes decidunt, corporaque per hanc etatem sunt homidissima. Sequitur post hanc pueritia, quæ ad decimum quartum annum extenditur, quo tempore foeminis menstrua veniunt, mammæ increscent, pili in pube prodeunt & potentia accedit generandi. In masculis testes incipiunt separate semen a sanguine, quod titillationem efficit. Huic proxima est adolescentia, quæ clauditur vigesimo primo anno: nomen habet quoniam corpora, tunc ob humoris libertatem plurimum adolescant, corpus tum debitam acquirit longitudinem, barba appetat in mento. Adolescentiam excipit juventus, quæ duplicitate septenario absolutur, & durat ad trigesimum quintum annum. Haec etas dicitur florida, cui propria est venustas, agilitas, & in hac secundum Hippocratem homo ad incrementum totius corporis, debitamque statu ram pervenit, membra præsertim, & ossa acquirunt legitimam soliditatem, ac firmatatem. Sequitur postea quinta etas, nempe virilis, a duplice septenario ad septies septem perdurans, recte dicitur a vi, & viribus, quoniam tunc vis, & robur animi & corporis maximum est, judicium floret, & qui iis annis non pervenit ad prudentiam & sapientiam, ille nunquam ejus fiet particeps. Dicitur etiam etas perfecta, matura, consistens: Germani dicunt *Funffzig Jahr stille Stahn.* In foeminis circa quadraginta nonum annum cum jam incipiat vis corporis deficere, cessat potentia generandi, ordinario tum menses desinunt non sine magna motuum sanguinis turbatione. Sexta etas dicitur prima senectus, quæ per bis septem extenditur ad sexagesimum tertium: deficit tunc roscidum

dbm nutritum humidum, & siccior natura evadit, & contabescit corpus, caro fit dura, rugæ apparent in facie, meino-ria valde debilitatur, quæ ex humido vi- get, cura, sollicitudo, avaritia incipit, judicium autem & prudentia crescit. Ve-teres hanc ætatem consiliariam dixeront, senes enim aptissimi sunt ad consilia. An-tiqui melancholiā crediderunt sedem esse sapientiæ, hinc orbis heroes melan-cholici: Alexander in bello & pace. So-crates quoque melancholicus. Et Seneca de tranquillitate 15. lib. 3. scribit: nullum magnum ingenium sine dementia fuit i.e. melancholia. Melancholici optimi fue-runt poetae, futura etiam prædentes. Et bene Heraclitus: aridus animus sapientissimus, sive etiam anima secca sapientissima. Altera senectus debilis, imbecillis, decrepita dicta, vitam claudens, ultimum senium, ordinario ad septies decem i.e. se-pruagesimum annum, etiam Davide Re-gio psalte teste profertur; ibi maxime est virium corporis, & animi decrementum, ac defectus, morbida debilitas & senectus ipsa morbus; clauditur ordinario hic spa-tium virg humanæ, paucissimi perve-niunt ad 81. annum. Optime dixit Salo-mo Ecclesiastes c. ultimo a.v. 1. usque ad 7. tunc anni displicant: nulla pars facit suum officium, intellectus obscuratur, manus & pedes vacillant, dentes labuntur, oculi caligant, aures obsurdeunt, in capite fit calvities, crinesque desidunt; sanguis ex-siccatur, imbecillior fit circulatio, motus cordis tardus languidusque fit, nervorum robur perit. Itaque omnes ætates mutant temperamenta & actiones humanas. Me-rentur hic legi sequentia, quæ habet Cas-parus Calderus de Heredia, in tribunali medico, loc. supr. citato, ubi dicit: oriuntur & manant temperamenta, tum a pri-migenia natura, tum ab ætate, quæ illi comes est individua, cumque id, quod a natura prodiit, compareat dunt aitat, quod vero ab ætate, simpliciter dici soleat, con-sequitur, æstimandis temperamentis, æta-ti quam natura vim tribui majorem, & eam qui ex ætatum decursu fit, tempera-menti speciem, ei tum Victoria tum nomi-ne præferri, quam natura ortusq; contulit.

§. XII. Ex hisce dictis clarissime patebit, non sine summa ratione a veneranda antiquitate leptenarium anni numerum observarum atque æstimatum fuisse, quo-niam infinitus Conditor sapientissime voluit, ut sub certo tempore & leptenario numero, non quidem ex ejus natura, & operatione, quæ nulla est, sed ex necessi-tate harmoniæ & ordinis causarum corpo-rearum, naturalium & mechanicarum, peculiariis mutatio corpori, & animo ac-cederet, ut increaseret ipsis vis, & ad perfectionem perveniret, inque ea ad tempus maneret, postea vero successive decreceret. Hec ipsa coordinatio & com-plexus incrementi & decrementi hominis sub certis ætatibus & temporibus maxime apparet, luculentissime depraedat sa-pientiam, ordinem, symmetriam, sum-mum artificium, ac regimen Creatoris, quibus gubernat totum mundum ejusque partes, maximeque in eo corpora organi-ca & viva. Ex præcedentibus etiam claram sit, non in numero necessariam quan-dam fatalitatem certumque periculum, ratione vitæ metuendum, multo minus ipsum annorum numerum in casus fortu-næ, vel infortunii, aliquod jus & poten-tiam habere: hæc enim pure a providen-tia divina ab externis accidentibus causis-que contingentibus, ut sunt accusationes, insidiæ malitiosorum hominum, peregi-nationes pericolosæ, damna, incendia, naufragia, vulnera, dependent, hæc enim adversa ex naturali illa per septenos aut novenos annorum circuitus, gradium ætatis distinctione neutquam possunt pro-venire.

§. XIII. Quare autem sub sexagesimo tertio anno plures vitæ sive imple-ant, ratio etiam non est quærenda in nu-mero, quatenus est numerus, sed quatenus circa hoc tempus, virium præsentissi-mum fit decrementum, & senectus ulti-ma incipit. Si itaque humor morbosus præsens, si virium debilitas, etiam ex aliis causis, si animi passio vehemens adsit, utique hisce concurrentibus, facile ad in-teritum pervenit corpus. Non experien-tia loquitur, quod hoc anno plures etiam egregii viri extinguantur. Accedit, quod

adpropinquante hoc tempore homines plurimum timeant sibi hunc numerum esse fatalem, periculose, & imminentem malum corpori existimantes, inde inquieto, & perturbato sunt animo, timent, tristantur, anguntur, idemque periculum semper ipsis imminentere cogitant, siue vel leviter valetudo offendatur, diem fatalem immidere existimant. Jam vero cum nihil efficacius in corpus nostrum agat, ejusque vires destruat, inque morbum præcipitet, quam gravis animi affectio, ideo fieri potest, ut eo anno, infirmum fessumque ætate corpus curisque, & mœstrore confectum, vel incurrat morbum, vel fatalem plane necessitatem, idemque tanto gravius periclitari, quanto vehementius adfectibus animi antea debilitatum fuit.

§. XIV. Ceterum posset hic objici, quod mutationes, qua sunt ab ætate ad ætatem, non sunt insignes, quoniam non subitæ, sed paulatim, & intra limites sanitatis sunt, adeoque tutæ, cum repentina non tolerare possit natura. Verum enim vero utique mutationes sunt maxime insignes, an non enim insignis quod certo anno dentes decidant, quod pubertas accedit, menses præsto sint, deficiant, corpus adolescat, certo tempore deentes erumpant? Insuper respondemus, etiam mutationes, uti videamus in phthisicis, hecsticis, maligna febre laborantibus, certis diebus, vel horis ad *æxubu'* periculi accedere. Potest hæc res eleganter illustrari æquinoctiorum, & solstitiorum natura. Notum est, quod paulatim sol feratur ab uno cœli punto ad alterum, nihilominus tamen, quando ad æquinoctiale & solsticiale pervenit, mox insignes mutationes in macrocosmo inque corporibus nostris excitat. In vernali natura accipit robur, & morbi diurni, vel in melius, vel in pejus mutantur: phthisici hecsti evadunt vel moriuntur: intermittentum paroxysmi ad tempus desinunt. In solsticio æstivo, diurnæ quartæ, circa usum remediiorum, vel plane exspirant, vel si persistunt adhuc, post hoc tempus, totum autumnum & hyemem perdurare solent. Sub æquinoctio autumnali multæ com-

motiones sanguinis, & humorum sunt; consuetæ excretiones sanguinis v.g. per hemorrhoides, per arteriam aperam revertuntur. Circa solstitionem hybernum natura est imbecillima, ubi omnes morbi acuti valde sunt periculosi & chronicis paroxysmis gravissimis stipati. Quibus manifesto perspicimus, utut paulatim & accedat, & recedat Sol a solstitiorum, & æquinoctiorum punctis, nihilo minus ipsis in punctis quando consistit, praesentissimas fieri mutationes.

§. XV. Ulterius videamus in corpore nostro, ægrotu etiam, certis temporibus fieri v.g. in variolis & morbillis excretiones, febres maxime inflammatorias die septimo, vel in pejus, vel in melius desinere, mensium quoque fluxus statu die vel mense accedentes in foemina- rum corporibus varia suscitare pathema- ta. Ex quibus patet, dispositionem ad mutationes fieri quidem successive, sed ipsam mutationem in instanti. Eodem modo se res habet cum climaetericis, sive annis ætatum, ubi anno septimo acceden- te, notabilis visitur vel in incremento, vel decremento corporis humani mutatio. Quidquid autem sit, negandum non est, vim horum annorum etiam sese exercere in quibusdam anno præcedente, vel etiam proximo sequente. Ulterius dubium quod- dam, quo infringere volunt virtutem ho- rum annorum, excludendum est. Ajunt quidam, mutationes has fieri intra limites sanitatis, adeoque absque periculo. Verum neutiquam valet consequentia, nam & intra limites sanitatis gravi mœstro & terrore corripi potest homo, qui affectus mox gravem morbum, vel etiam mortem inferre potest. Equidem non ali- quis moritur sanus, sed intra limites sa- nitatis mors disponitur.

§. XVI. Porro a ratione instituti no- stri non alienum esse existimo, per paucis subiicere, quibusnam maxime incommodis, vel ægritudinibus circa singulas at- tum mutationes, homines sint obnoxii. Et ut auctorice mur a septimo mense circa dentitionem, notum est, gravissimam pathema circa hoc tempus fener exerere, si quidem conitantur dentium eruptiones.

vigilie, febres, pavores in somno, diarhœæ, asthmata, epilepsie, alvi adstrictiones, tormina, quæ si non prudenter, adjuvante natura, a medico tractantur, facile infantes jugulant. Decimo quarto mense plerumque canini dentes prodeunt, qui quoniā longiores & acutiores sunt, gingivalem carnem magis dilacerant & vellicant, hinc magis periculosa & mortifera excitant symptomata. Dimidio septimi numero, nempe intra tertium & quartum annum molares ut plurimum exitum affectant, ubi lentæ febres sèpius non sine periculo sese afficiant. Septimo anno quando dentes decidunt, ob nimiam gingivalis carnis laxitatem, os fœtet, vel dentes sunt nigri & cariosi. Compli-cantur quandoque diarrhoeæ, appetitus prostratus, febres stomachales, a degluta-ta vitiata saliva, lumbrici quoque circa illud tempus uberiori sese exerunt. Circa annum decimum quartum, in foeminitate mensium eruptionem varia sympto-mata se aperiunt, macilentæ nempe sunt, cephalagiis vexantur, nausea cibique fa-stido male habent, lividi coloris sunt, lassitudine & gravatus dolor adeat in pe-dibus, lensus accedit calor. Eodem tem-pore crescit corpus in longitudinem, qua-propter multæ tensiones dolorificæ hinc inde in artibus sentiuntur. Vigesimo primo & vigesimo octavo accidente, fe-mine sunt multum salaces, amatoriis fe-bribus corripiuntur, circa hoc tempus quoque mares insolentiores sunt in appen-tenda venere, unde facile gonorrhœa, aut contagio venereo inficiuntur, corpus fit siccus, calidius, hinc frigidus potus, & aerem frigidum amant, unde pleuriti-des, peripneumonias & alias febres inflammatiorias, nec non ventriculi inflam-mationes incurunt. Per id tempus usque ad trigesimum quintum annum ju-venes ad haemoptysin, & phthisin inclin-an-t. Viri anno quadragesimo secundo & nono, cum sanguis eorum sit servidissi-mus, nisi parcus utantur calidis potibus, incurunt in ardentes, biliosas febres ter-tianas continuas, causum. Annus etiam hic quadragesimus nonus maxime infen-sus est foeminarum sanitati, cessare tunc

solent menses, unde varia pathemata hypochondriaca & hysterica per aliquot annos pati necesse habent cum lento calcare. Sexagesimo autem tertio anno item septuagesimo, cum jam insignis adsit vi-rium debilitas, morbi chronicæ, cache-xia, asthma, hydrops, apoplexia, quar-tena febris, icterus niger, hemorrhoides cœcta minari solent periculum. Sub-sequens ætas, ob humidi benigni dese-ctum, spirituum imbecillitatem, ner-vorum & fibrarum densitatem, ad vi-sus, auditus immisionem, vertiginem, paralysin, tumores cœdematatosos pedum, marafum, stranguriam, vesicæ calcu-lum, tremorem artuum, vacillationes pedum facile inclinant.

§.XVII. At vero non tantum septimo anno atatis accende, dispositio fit ad morbos, verum etiam per singularum æ-tatum annos, peculiaris morborum vis-se exerit, qua de causa cum hæc do-trina ad rationalem praxim multum con-ferat, pauca saltem adhuc hac de re mo-nere allubescit. Primo omnium notatu perquam dignum eit, dispositiones ad morbos, paulatim per ætas fieri, ma-xime secundum regiones corporis, adeo ut infantes & pueri plus laborent morbis capitis, adolescentes & juvenes affecti-bus thoracis, viri & fenes morbis abdo-minis, decrepiti fenes vitiis artuum & extremarum partium. Ita videmus, quod infantes & pueri corripiantur acho-ribus, & tinea capitis, tumoribus paro-tidum, oculorum acribus defluxionibus, panno oculi, gutta serena, exulceratio-nibus aurium, faciei pustulis, in lingua aphthis, narium defluxionibus, & ha-morrhagiis, coryza, amygdalarum tu-moribus, capitis doloribus, quinimo e-pilepsia, ceu morbo capitis, infantibus maxime familiari. Adolescentes & ju-venes experientur facile siccatusses, cor-dis palpitationes, luxationes vertebrarum, pleuritides, peripneumonias, haemoptyses, phthisin, apostemata in pectore & hæticam. Juvenes etiam & virilis æ-tatis homines valde proclives sunt ad om-nis generis febres intermitentes, tertianas, quartanas, inflammatorias, bili-o-sas,

fas, acutas, deliria, phrenitidem, febresque arthriticas. Sunt enim hæ febrium species maxime cordis & arteriarum affectiones, quæ partes locatae sunt in thorace. In consistente virili ætate & senectute prima, cachexia, morbus niger, hydrops, dolores in lumbis, colicæ spastmodicæ, infarctus lienis, vomitus, præsertim in fœminis, cruentus, tensiones circa os sacrum, calculosæ passiones, internæ hemorrhoides, magis conspicuntur. Ulterius procedente senectute in partibus extremis visuntur morbi, & hasce ætates maxime adoruntur stranguria, urinæ stillicidium, calculus vesicæ, artuum tremores, dispositio ad sphacelum, podagra, paralysis, apoplexia. Ratio, quare natura hoc ordine gaudeat, ut incipiendo a capite progressiat, disponendo partes ad morbosas constitutiones, usque ad extrelos artus, hæc vero proxima est. Natura semper in ipso formando foetu, primum elaborat caput, deinde thoracem, & abdomen: ita etiam intendit primo in nato homine, principiores partes, nempe caput perficere, idque ad debitam firmitatem, & robur deducere, unde major ad eam partem in pueritia, & infantia humorum & sanguinis fit affluxus. Cum autem facile, vel ob quantitatem vel qualitatem vitiosam, vel ob alias concurrentes etiam externas causas, circulatione debita impedita, stagnat & sistantur humores, sit, ut dicti propullulent affectus. Sub ætate adolescentiæ & juventutis, natura molitur elaborationem, & perfectionem thoracis, & in eo contentas partes nempe

pulmones & cor, cui fini etiam affunditur copia largior sanguinis, qui quando minus recte per has partes movetur, sed sistitur & stagnat, nascuntur inde affectus circa has partes maxime. In virili ætate & senectute prima amplius sit abdomen, deinde etiam, quoniam natura non habet tantam efficaciam ad motum, colligitur in vasis venosis abdominis magna quantitas sanguinis, quæ impeditius movetur, & ibi stagnans producit memoratos affectus. In extrema vero senectute ob defectum boni succi, nervorum rigiditatem, & ineptitudinem ad motum, spirituum etiam, & caloris defectum in extremis partibus, quos tarde cunctanterque sanguis perluit, facile stagnat sanguis & serum, coagulat, pororum, & nervorum obstruet, unde adducti morbi originem nascuntur.

S. XVIII. Coronidis loco per pauca addam, quasi superpondii loco de moribus, ad quos singulæ ætates inclinant, nempe puerili, & adolescentiæ etati familiares sunt somnolentia, negligentia, securitas, petulantia, otium, delectatio dulcium, usus variarum volupratum. Juvenes magis sunt precipites, loquaces, rixosi, iracundi, audaces, impatiens, ambitiosi, agiles. Viri evadunt constantiores, vigore agendi instructi sunt, vigilés, ambitiosiores. Senes sunt pertinaces, diffidentes, avari, superstitionis, pleni manifestiusque cogitationum, solitudinem amant atque taciturnitatem.

DE TEMPERAMENTO FUNDAMENTO

MORUM ET MORBORUM IN GENTIBUS.

PRO O E M I U M .

Siulla ex omni scientiarum genere pulcherrima est, & utilitate tam philosopho quam medicose commendat, ea certe dicenda est, quæ cognitionem sui, omniumque gentium tractat. Maxima sapientiae pars a veneranda antiquitate constanter olim habita est cognitio sui ipsius, nec sine ratione. Quid enim eximius, quid pulchrioris, quam economiam sui corporis nosse, & ex hac futuras agitudines, vel quid noceat, vel pro sit sanitati, exquisite scire? Excellentius vero est, ex illo nexus, qui est inter sanguinis motum & spiritualem anime vim, cognoscere sui ipsius, immo aliorum hominum propensiones, mores, affectus, ingenii vires, nec non virtutes & vicia. Verum enim vero quam nobilis & utilis hæc doctrina est, tam neglecta adhuc & ignorantie tenebris immersa reperiatur. Muneris esset eorum, qui moralium scientiam agitant, hæc solide sciteque scrutari, fundamento autem destituti, videlicet physico-medica doctrina de temperamentis nihil laude dignum haec tenus praestiterunt. Medicis itaque & philosophici potissimum negotii erit, virtutes viciaque, aut potius virtutum vitiorumque semina singulis innata nationibus accurate subtiliterque ex sanguinis circulo, cali rigore & clementia, solique natura & virtus ratione penitare. Suscepit itaque id laboris, & in præsenti dissertatione breviter striatumque, solide tamen, ut arbitror, exponam, fundamentum morum, morborum, & diversitatis animorum originaliter in sanguinis circulo, sive, ut veteres loqui amant, in temperamento, contineri.

I. Diversissimos esse hominum mores, dissidentesque eorum ad virtutes

& vicia propensiones, distinctas quoque ingenii vires, res extra omnem dubitatem posita est. Quis enim ignorat morum animorumque disformitatem in singulariis fere hominibus? quem latet, singulas nationes & gentes virtutibus, vitiis, moribus, ingenioque distinctas esse? Neque recens obserratio est, secundum etates cuiusvis hominis animum indolemque, necnon propensionem ad virtutes & vicia demutari. Aeris clementia & virtus tenuis & laudabilis longe alias mores viresque ingenii ingenerat animo, quam crassa diæta coelumque rigidum. Stupenda & maximi momenti hæc res est, animi vim atque iræ, sic variare, varieque disponi pro physicarum causarum differenti ratione, id quod inquirere jam noster labor erit.

II. Ut autem hæc omnia clarius intelligantur, placet ab ovo repetere quasi ea, quæ ad negotium nostrum spectant. Agnoscimus nempe hominem esse creaturam mixtam i.e. constare substantia duplice distinctissima, quarum altera est omnis materia atque extensionis exparsus, rerum conscientia, libere agens, judicans, impressionum capacissima; altera est corpus organicum, artificiosissime secundum leges mechanico staticas constructum ad varios motus edendos, qui vitales audiunt, durationem corpori ad corruptionem alias propenso præstantes. In intima & artissima hac unione principii spiritualis & organici corporis genuina hominis essentia versatur. Et quamvis distincta sit anima secundum operationes suas, quæ in cognitione, judicio, agendique liberitate consistant, a corporis essentia atque operationibus, quæ motu continentur, placuit tamen Divino conditori, ut corpus recipiat ab anima secundum ejus opera-

tiones multas impressiones, & rursus ipsa anima a motu corporis fluidarum maxime ejus partium. Manifestum documentum habemus operationis animæ in artuum motu, dum a certa cogitatione, idea & arbitrio hominis manus vel pedes certa mensura & proportione determinata motus suos edunt. Testantur quoque animæ perversæ erroneæque cogitationes, vel animi passiones, nec non impressiones phantasiae, quanta turbatio motuum vitalium in corpore, imo structuræ in partibus solidis immutatio succedat. Ex adverso certum est, motus sanguinis & humorum, qui a causis mere necessariis, physicis, corporeis externis, aere, æthere, alimentis dependent, varias & mirificas impressiones in anima efficere, eisque operationes varie disponere atque determinare, quod ipsum jam in præsenti tractatione fusiū explicare instituti nostri erit. Quomodo vero hæc operatio fiat spirituālis principii in corpus, & qua ratione idealis & immaterialis actus, sicuti est cogitatio, & judicium, motus partium solidarum & fluidarum certa mensura & gradu disponere, & rursus, quomodo hi ipsi animam in suis operationibus adficere atque determinare possint, res ultra limites intellectus, & captus humani posita est, interim tamen verissima.

III. Admittimus vero in anima duplēm viam, qua datur ingressus eam disponendi, perficiendi & cultiorem reddendi. Prima est per impressiones immateriales, quæ fiunt institutione, consuetudine, educatione, unde harum rerum maxima vis est rectam rationem moresque optimos efformandi in homine. Altera via est per ipsum corpus nostrum ejusque fluidas in motu existentes partes, quæ quid valeant in immutandis hominum moribus & animis, ulterius excutiens.

IV. Elegans locus, qui meretur trutinari circa hanc rem, extat apud Hippoc. l. I. de diet. S. 21. *Anima*, inquit, eadem est in omnibus hominibus, corpus tamen unius cuiusvis differt, anima semper sibi similis est, & in majore & minore non alteratur, neque per naturam neque per necessitatem, corpus autem nunquam idem

in ullo aliquo est, neque secundum natum neque ex necessitate, propterea quod passim secernatur in omnia, partim miscentur ad omnia. Vult nempe sapientissimus senex, unam eandemque esse essentiam animæ in omnibus hominibus, & eam inse nulli corruptioni vel alterationi materiali esse obnoxiam, cui corpus ex variis elementis compositum patet. Quod itaque anima in uno homine sapientior sit, quam in altero, id ejus essentiæ, que eadem natura in omnibus est, non tribendum, sed vel institutioni, sive rationaleius, vel ipsi corpori, in quo habitat, est adscribendum. Optime enim Hippocrates: *Magni resert, quali in corpore animi locati sunt, multa enim in corpore existunt, quæ aciunt mentem, multa, quæ obtundunt.*

V. Diversam naturam corporis diversos mores progignere, antiquissima medicorum & philosophorum est sententia. Quod mores sequantur temperamentum corporis, Galenus peculiarib[us] libello traxit. Quid vero intellexerint per temperamentum, quod etiam naturam, & complexionem vocarunt, paulo accuratius explicandum est. Tenendum vero ante omnia est, aliud esse temperamentum mixti, aliud vivi corporis; illud omnibus etiam non organicis & inanimatis competit, hoc tantum de vivis prædictis organica structura & anima præditis. Etenim temperamentum mixti respicit tantum commixtionem elementorum sive partium corpus constituentium. Elementa videlicet veteres quatuor statuebant, quæ & nos admittimus, modo pro igne fluidum æthereum activissimum ponatur, nec primariae concretiones horum, sal nempe & sulphur, quæ chymicorum principia audiunt, melioris explicationis, ergo excludantur. Prout itaque corpora ex hisce varie mixta sunt, dicuntur temperata vel intemperata, calidum vel frigidum effectum prodicentia. Aliter vero res se habet cum temperamento vivi corporis, ubi non tam ad materiam sive elementorum commixtionem respiciendum est, sed potius ad ipsum motum tam progressivum, quam intestinum, partiumque soli-

solidarum impulsu*m*, qui di*de*i motus vi-tam absolvunt. Nam sine hisce vita sub-fistere nequit, hisque destrutis cessat. Quandoconque itaque veteres naturæ & temperamenti mentionem injiciunt, ipsique certos assignant effectus, interpre-tandum hoc est de circulo sanguinis & hu-morum per varios minutissimosque cor-poris nostri tubulos. Hic enim præcipius & vitalis ille motus est, ex quo cœi fonte omnes, qui sunt in corpore, effectus ex-plicari debent. In eo omnis natura, & mechanismus corporis individui consistit.

VI. Tradito sic conceptu de tempera-mento hominis, intelligi jam facile poté-rit ille canon philosophico-medicus maxi-mi momenti: quale temperamentum i.e. qualis circulus sanguinis & fluidorum in individuo, tales animi mores, inclina-tiones & ingenii vires. Sanguinem affice-re animum & animam nostram, jamdu-dum Hippocrates sapientissimus testatus est, qui lib. de flat. §. 20. inquit: *Opinor inter omnia, quæ in corpore sunt, nihil magis ad prudentiam conferre quam san-ginem, qui ergo cum in constanti habitu persifflit, consifflit & prudentia, sanguine vero permutato, concidit etiam prudentia.* Videmus id in temulentis per ebrietatem, ubi aucto repente sanguine percellitur ani-mus & in animo prudentia, sunt presen-tium malorum obli-viosi, & futurorum bo-norum spe beatur. Et scribit porto: pos-sem plura congerere, in quibus sanguinis permutations animi quoque prudentiam permutant. Et in lib. 1. de diat. totus fere in eo est, ut demonstret ex temperatura vel intemperantia corporis animi sapien-tiam & desipientiam procedere, dum §. 29. prodidit: quando in corpore elementa temperamentum acceperunt, sapientissimi sunt homines. Et notabile est, quod pro-oidit Democritus in quadam ad Hippocra-tem epistola: Augescit, inquit, intelli-gentia præsente sanguine, cuius prouiden-tiam habere, honestum est eos, qui rede-sentient. At ubi corporis habitus agro-tat, nec mens ipsa alacritatem habet ad virtutis meditationem: morbus præsens an-num vehementer obscurat, & intelli-gentiam in consensu trahit. Quid etiam-

manifestius est, quam in febribus vel a nimia vini spirituosi copia rationem hu-manam turbari, & prudentiam ad tempus perire, multasque aberrationes in intel-lectu fieri?

VII. Ut autem res clarius pateat, sci-endum est, animam maxime instituere o-perationes suas secundum impressiones, quas accipit a circulo sanguinis, adeo ut convenientia quedam inter motus sanguinis & animæ observetur. In cholericis, qui sanguinem calidum & tenuem in ve-nis fovent, dum is celeriter per cerebri membranas circulatur, disponit ejus animum ad omnes celeres præcipites impe-tuosasque actiones e.g. ad iram, audaciam, impatienciam, temeritatem, rixas, ve-hementiam in amore & odio, præcipitan-tiam in dictis & factis, seditionem, & que sunt hujus generis alia. Quandoconque vero in sic dictis melancholicis sanguis crassior & spissior per cerebri membrana-rum vasa impeditius & difficilius tardiu-que procedit, in animo exsurgunt idee, quæ cum tali specie motus similitudinem quandam fovent, unde ipsi trepidi, ti-midi, tristes sunt, tardi in expedientis negotiis, & in sententia dicenda perpetuo-lenti, anxi, suspiciose, diffidentes, & facile desperant de rerum successu. Porro valde dispositi sunt ad terrorem, timorem, utpote dicti hi affectus omnes con-venientiam amant cum tardo & languido sanguinis motu. Aliter se res habet in iis corporibus, ubi flores bene temperati fluidique blande & sine ulla molestia vel obstatu fibras & vasa pertransiunt, ce-rebreque sinus percurrunt. Talis sanguinis motus reddit homines securos, nimia cu-ra, angore vacuos, adeo ut etiam ad negligientiam, incuriam, inconsideratas actiones propendeant. Præterea lati, bi-lares sunt, prompti, alacres. Sanguis vero nimia serositate abundans & segniter cir-cumvolutus pigros, somnolentos, orio-los, inertes, timidos etiam & torpidos homines format.

VIII. Vitiorum ~~versus~~ ex tempera-mento etiam derivare atque deducere ex-peditissimum est. Observamus, fugi-blem, arrogantium, japhantiam, am-
bitum,

bitionem, quam maxime familiares esse cholericis, ubi cum fervore & celeritate trahicunt sanguis per caput, utpote dicti hi affectus similiter fiunt cum quadam intentione & aucta vi animi. Quibus vero placide & tranquille & cum quadam delectationis sensu sanguis transfluit fibras sensoriaque corporis, hi mirifice amant omne, quicquid sensibus gratum acceptumque est, ideoque voluptates, delicias in victu & amictu seellantur, venere delectantur, comedias, ludos, musicam, dulces & gratos cibos, & vinum optimum aestimant. Ubicunque vero fluidorum per fibras, & vasa cursus difficilis, tardus, & cum quadam molestia sit, ibi tenax retinendi libido, quæ avaritiae nomine venit, turpiter regnare solet. Perspicua jam ex dictis erit ratio, cur avaritia senectutis, voluptas juventutis, ambitio virilis ætatis perquam familiare vitium sit. Neminem enim medicorum latet, in senibus viscidum & crassum esse sanguinum, tardumque ejus progressum, in juvenibus contra fluidum, & facilem ejus circuitum, in viris impetuosum, & celerem esse.

IX. Detectis sic vitiorum cardinalibus tribus fontibus ex temperamenti varietate, dispendendum jam est, an ingenii vires similiter ex eodem fundamento deponi possint? Et certe res in aprico est. Conspicimus nempe, aptissimos ad studia, ad res celestissime comprehendendas inveniendas & proferendas, adeoque excellentissimi ingenii esse eos, qui sanguinem subtilem spirituosum & talem, qui sauis prompte & vegete moverur, in corpore alunt, utpote illi rerum ideas, quæ fundamentum scientiarum sunt, facillime capiunt, rursus inveniunt, easque combinare sciunt. Tali vero ingenio carent, sed judicio contra pollent melancholici, quibus sanguinis motus per cerebrum tardior. Hi enim pauciores, sed fixiores habeant ideas, majorique cura, patientia & industria eas invicem comparant & conferunt, in quo vera judiciorum continetur. Non inepte inde a veteribus & jam olim ab Aristotele dictum, melancholicos esse sapientissimos. Me-

moria vero abundant, parciori tamen judicio fruuntur ii, quos sanguineos vel phlegmaticos dicimus. Gaudet enim memoria sive retentio idearum temperato cerebro, i.e. temperato dulci roscido succo imbuто, unde judicium, quod in seco habitat, non tanto in gradu in ipsis observatur. Clarissimum jam erit ex dictis, cur melancholici magis dispositi sint ad eas disciplinas, quæ judicio, patientia & assiduitate egent, v.gr. ad mathematicas scientias, philosophiaæ naturalis & medicinæ, theologia profundiорis & mysticæ studium, ad consilia danda in bello & pace, & ad ius administrandum. Patet porro ex dictis, cur cholerici ad exercitia corporis facienda, ad disciplinas militares addiscendas, ad disputandum, refutandum, dubitationes proferendas, reformandas doctrinas, libros conficiendos sint aptissimi. Sanguinei ob memoriam facilitatem varii generis linguis celestissime addiscunt, & ad genealogiaz, historiaz, geographiaæ studium, recitationem concionum orationumque valde sunt idonei.

X. Non exiguis hujus doctrinæ usus quoque est ipsa in politica sive republica administranda. Prudenter enim ille princeps facit, qui videlicet cameralibus negotiis & collegiis, quæ consulendi, deliberandi, judicandi potestate instruta sunt, præficit melancholicum. Ad oeundas vero legationes, ad ducis militum munus, ad professoris officium, ad oratorem longe magis quadrabit cholericus. Ad aulicam vero, politicam vitam, ad concionatorem, historiarum doctorem aptissimi erunt sanguinei. Phlegmatici sanguinem serofum agilitate destitutum possident, hinc ad studia & ingenii virtutes atque bonas artes plane lunt inepti, unde tales homines ad militiam, ad servitiam, ad operarias rudes artes sunt relegandi.

XI. Placet jam ulterius vitia & mores pravos & bonos ex dictis temperamentis recensere. Observamus nempe melancholicos taciturnos, secretorum capaces, pertinaces tamen & suspiciosos, moribus graves, vitam sedentariam amantes, celebritatem fugientes, invidos, sordidem amat-

amantes, delicias respuentes. Cholerici & aliis fallendos, circumveniendos valde apti, ingeniosi, non facile ferunt superiorem, ad seditionem, certamina, inimicitias prompti sunt, facile irascuntur, vindictæ cupidi, quem amant, vehementer amant, quem odio habent, vehementer hunc persequuntur. Sanguinei contra ad luxum, voluptates, ad magnificientiam, pecunias consumendas valde prompti, injuriarum oblivious, benigni, mires, affabiles, suaves, in conversatione inconstantes, leves, petuantes, novarum rerum cupidi, arcanorum propalatores, potatores, lusores, veneri additi, non suspiciosi, facile fidunt. Phlegmatici subdoli, si vidi, sordidi, crudelis, suspiciosi, honorum non amantes, humilis & abjecti animi.

XII. Perfeximus hactenus mores & vitia, quatenus proveniunt ex sanguinis motu celeriore, tardiore, moderato & imbecilliore. Verum enim vero cum in mechanicis non modo ad virtutem moventis ipsiusque motus gradum respiciendum sit, sed & ad mobile & ad mobilis materiae magnitudinem, hinc etiam non inconsultum erit, effectus circuli sanguinis, qui ab ejus copia, vel ejus paucitate fit, in animo modificando describere. Nam uti longe alia est ratio aliisque effectus istius motus, ubi mobilis major molles & copia est, quam ubi minor ejus quantitas: ita etiam in corpore redundat alia virtus in animum ex motu sanguinis copioso, alia ex motu paucioris, ideoque observamus, si cholericus sanguine abundant, omnes ejus animi actiones vehementiores atque impotentiores esse. Quare majus robur, vigor, animositas, virtus, generositas, soliditas animo increvit, quæ omnia remittunt, si exilior fit sanguinis in venis copia. In melancholicis copiosus & crassior sanguis haerens in cerebri anfractuosis tubulis, majorem fixitatem idearum, speculationem de rebus profundiorem, majoremque constantiam imo pertinaciam producit, ac si parciors ejus quantitas, tunc timor locum habet. Passiones quoque magis in sanguineis crescunt sub copia sanguinis, quam sub ejus

defectu, utpote hic facit timidos, minus fortes, fluctuantes, inconstantes.

XIII. Ulterius edocet experientia, sub mutatione ætatis, quæ mirifice alterat fibras corporis, quæ motus instrumentum sunt, varias mutationes non modo in corporibus, sed etiam ratione morum, inclinationum, virtutum, vitiorumque contingere. Prima ætas ordinario multas actiones communes habet cum phlegmati- & sanguineis. Pueri enim & adolescentes voluptatibus gaudent, cura sunt vacui, otio & somno indulgent, sunt negligentes, incauti, dulcibus delectantur, memoriaque gaudent. Ratio in procinctu est; partium quippe solidarum fibræ motrices, quæ fluida impellunt, laxiores & humidiiores sunt, sanguis vero cum sero roscidus, dulcis, temperatus & fluxilis est. In juvenili & virili ætate crescit spirituum copia, humorum adeat acredo, fibræ muscularum strictiores, sicciores, sensibilioresque evadunt, unde majori labore pollut fluida impellendi. Qua de causa ambitio, ardor animi, ingenit vigor, ad agendum promptitudo, audacia, superbia hac in ætate regnare solent. Senes vero ob fibratum duritatem & immobilitatem, spirituum & virium decrementum, humorumque crassitatem, circumatum sanguinis possident tardiorum, unde hi timidi, pertinaces, avari sunt, vitam item sedentariam diligunt, voluptatem spernunt, judicii robore abundant, somno carent.

XIV. At vero non tantum ætates, quæ magnam differentiam corpori inferunt, mutant hominum mores, verum etiam ipse aer, ipse vietus diversus plane alios ingenerat animo mores & dissidentes propensiones. Unde curiosa est observatio, ratione plagarum, & climatum mundi non modo corpora, sed & penitus mores ac animos gentium mirifice inter se differre. Ad comprobandum hanc sententiam in medium placet adducere auctoritates clarissimorum virorum. Veget. l. 1, c. 2. prodidit: plagam cœli non tantum ad robur corporum, sed animorum quoque plurimum valere. Cui non absimile Baldi Jcti dictum: Ingenia hominum fieri dete-

riora vel meliora ex aeris dispositione. Eo spectat Curt. l. 8. Ingenia hominum ubique locorum situs format; & Polyb. l. 4. Ita natura comparatum est, ut cœlo habitationis consimiles evadamus. Et Aristot. Problem. 4. §. 14. Optima temperies aeris non corpori solum, verum etiam hominis intelligentie prodest, decessus autem omnes ut corporis, ita etiam mentis temperamentum pervertunt. Seneca in consol. ad Helv. l. 1. c. 6. Ingenia hominum ad similitudinem cœli sunt formata.

XV. Aerem vero, qui sub climatis & plagiis variat, tanta gaudere potentia ingenia corporaque immutandi, ratione admodum conveniens est. Aer enim sapienter scribente Hipp. lib. de flat. §. 4. maximus est in omnibus, que corpori accidunt, & auctor & dominus; utpote spiritus ille est, quo vivimus, & qui, ut Hippoc. ait, sensum & motum præstat membris, & prudentiam cordi subministrat: vid. lib. de morbo sacro §. 8. Nam principium illud, quod movet artus, & musculos corporis, materiale, non aliud quam fluidum illud aereo-æthereum elasticum magnæ potentiae est, quo nullum animal carere potest. Qualis itaque solet esse aer, tales & spiritus corporis, tales & partium solidarum, & exinde fluidorum motus. Aer purus, serenus, liquidus, temperatus temperatum sanguinis efficit motum, & temperaturam corpori conciliat. Aer nimis frigidus & constrictus condensat humores, duriores efficit solidas partes, adeoque robusta corpora gignit. Nimis subtilis rarefactus & calidus nimium dissipat humidum, exsiccat fibras, & corpora imbecilliora siccioraque reddit. Cælum turbidum, aer crassus, humorum redundantium impuritatem & motuum languorem causatur.

XVI. Ut autem hæ illustriora evadant, & melius stabilitur nostra sententia, experientiam optimam veritatis parentem consulere placet. Et primum illos populos considerabimus, qui in plagiis sibi oppositis, natura disinctissimis, habitant. Notum est ex physicis geographicis, cælum septentrionalium regionum esse frigidissimum, aerem valde rigidum,

& condensatum, in plaga vero meridionali & juxta æquatorem aerem esse calidissimum valde subtilem atque rarefactum. Jam videbimus, quomodo diversant corpora & ingenia in diversis hisce plagiis viventia. Audiamus autem Virtutem, qui in hac re declaranda in primis egregius fuit. Hic l. 6. c. 1. scribit: sub septentrionibus nutritiuntur gentes immobiles corporibus, candidis coloribus, directo capillo & ruffo, oculis castis, sanguine multo, quoniam ab humoris plenitudine cœlique refrigerationibus sunt conformati. Qui autem sunt proximi ad axem meridianum (hyperbolice Zonam torridam vocant) subjectique solis cursui, brevioribus corporibus, colore fusco, criso capillo, oculis nigris, cruribus invalidis, sanguine exiguo, solis impetu perficiuntur. Hæc de corporis dispositione & habitu. De animo ibidem adjicit; in meridianis regionibus propter sanguinis exiguitatem timidiores nasci, tolerantiores vero ardoris febrium, quod illa corpora cum fervore sunt nutrita. Et interjectis nonnullis: propter tenuitatem cœli meridianæ nationes ex acuto fervore mente expeditius celeriusque moventur ad consiliorum cogitationes, septentrionales vero nationes infusa crassitudine cœli propter obstantiam aeris humore refrigerata stupentes habent mentes.

XVII. Recensemus vero inter septentrionales in primis Suecos, Norwegos, Danos, Lithuanos, Livonos, Moscovitas, Anglos & Scotos. De hisce populis observamus, quod habeant corpora procula, obesa, robusta, coloris candidi osisque magna. Aer quippe frigidus constrictus externe corpora ambiens, impedit exhalationem humidi & calidi, in quo vita, & nutritio consistit. Præterea strictriores efficiendo poros solidam & duram membra reddit, compingendo invicem partes, unde robur & dorritis fibris accedit, pinguedo non dissipatur, sanguis colligitur, & succulenta sunt corpora candidi coloris, qui frigiditatis signum est: nam nimius calor adurendo candorem extinguit.

XVIII. Propter ingens corporum ro-

bur,

bus, sanguinisque copiam & vires unitas, fortes & bellicosi sunt hi populi, metus enim sit ex minoris sanguinis copia & spirituum. Egregia sunt, quæ circa hanc rem annotat Aristot. l. 2. de part. c. 4. ita scribens: *Quorum animalium sanguis fibris multis & crassis resertus, illa animosa & furibunda sunt; solida vero omnia, quando catesfacta sunt, vehementissime ealesfaciunt, ex quo fit, ut tauri & apri animosi, iracundi, furibundique sint, sanguis enim eorum fibris resertus est.* Robur corporis sanguinis viriumque copia animo etiam infundunt robur, fervorem, & audaciam, unde non meliores milites dantur populis, qui habitant ad septentrionem. Elegans locus est, quem Bodinus habet in method. hist. ita scribens: *Imperia versus austrum propagata semper fuerunt, vix ab austro versus septentrionem.* Sic Assyrii Chaldaeos, Medi Assyrios, Greci Persas, Partki Graecos, Romani Panos, Goths Romanos, Turci Arabes, Tartari Turcas fregerunt. At Romani ultra Danubium progredi noluerunt. Galli ab Anglis saepe vici, Angli ab Scottis. Omitto Gothorum. Scytharum, Hunnorum incursiones & infinitis eares probari potest exemplis. Atque illud est, quod Prophete toties ab aquilone bella minentur, quod intelligendum est de iis, qui a gradu 45. usque ad 75. habitant. Ceteri, qui ultra habitant, nimio frigore peruruntur. Addimus & hoc, quod horum populorum corpora aspera & dura ad injurias aeris & tempestates non facile alterentur, & hinc labores ac vigilias fessinere diutius possint. Sunt etiam ingenia eorum immansueta. Praedire Seneca de iralib. 2. e. 16. In frigora septentrionemque vergentibus immansueta sunt ingenia, suæque, ut Poeta inquit, simillima caelo.

XIX. Præterea septentrionales gentes præ australibus, & qui præcalidas regiones incolunt, hoc habent peculiare, quod sint fecundiores, longæviores quoque ceteris mortalibus. Notum est ex historiis veterum monumentis, a septentrione versus austrum colonias ubique deductas, & populos inde disseminatos.

Fœcunditas enim ex sanguinis laudabilis copia oritur, qui si præsens est, & succum roscidum seminalem abundantem suppeditat, & in matribus nutrimentum optimum succum subministrat; longævitas vero ex fibrarum labore spirituumque ac virium copia pender. Observatione dignissimum est, quod idem Bodinus l. 3. theatri nature, scribit: *in regionibus australibus mulieres quadruplo numero superare viros, in regionibus aequatoribus virorum numerum aut superare foeminas, aut illis æquare.* Ratio est, quia mares a robustioribus, foeminae ab imbecillioribus procreantur. Sic Hercules fertilissimus mares suscepit 72. unam tantum foeminam. *Acabus Rex Samariae* 72. quoque liberos virilis sexus, Gedon Hebreorum Princeps filios 71. nullam omnino foeminam procreavit.

XX. Notandum est, quod in septentrione nati, & educati non ita sint malitiosi, quam australes & calidarum regionum incolæ. Certe malitia in proceritate corporis minus moratur. Non male olim Cæsar Antonium & Dolabellam obesiores minimè timebat, Brurum vero, & Cassium, a quibus occisus fuit, reformidabat. Quo fit, ut pene ab omni memoria Scythæ, Germani, Scotti, Helvetii ad custodiam Principum fuerint adhibiti. Rationem si querimus, hæc dari poterit. Malitia perficitur multis subtilissimis inventionibus & artibus, ad quas texendas opus est ingenuo, ingenium vero poscit spiritus subtilissimos, quibus ob inclemenciam & rigiditatem aeris nationes hæc destituuntur. Qicquid enim corporibus hic accedit, menti decedit. Nam paulo stupidiiores & non valde ingeniosi sunt populi hi omnium consensu & experientia teste præ australibus ob spiculum & sanguinis crassitatem atque humores adustos. Eleganter enim Aristot. l. 2. de part. anim. cap. 2. dicit, *sanguinem crassorem, & calidorem concurrere ad efficiendum robur, sed non ad intelligentiam, tenuem vero obtinere vim pleniorum sentiendi & intelligendi.*

X XI. Percurramus jam etiam au-

Z stra.

stralium mores , qui sicuti regiones ,
plane sunt contrarii . Nam statum , &
firmum manet hoc , cœli positionem
corporibus habitum & ingenium indo-
lemque dare . Per australes vero intelli-
gimus Afros , Barbaros , Arabes , Per-
fas , Ægypti populos , & qui sub eleva-
tione trigesimi quinti gradus usque ad
æquatorem habitant . Hæ gentes , quo-
niam frountur cœlo tenui & subtilissi-
mo calidissimoque aere , sanguinem val-
de acrem sulphureum adustum habent ,
ubi nimius ardor humidum roscidum ex-
corpore dissipat , & spirituofas partes ,
qua stabilimentum virium sunt , confu-
mit . Eam ob causam corpora minus ple-
na & obesa sunt , sed parva , sicea , ma-
cilenta , debilia , coloris fusci , oculis ni-
gris , crispo , duro & nigro capillo . Os-
sa habent exiliora , tenuiora , quare ob
imbecillitatem corporum minus ad mili-
tiam apti & laboribus injuriisque aeris
sustinendis idonei , bellicos & fortes non
sunt , sed timidi ob paucitatem sanguis ,
& fibrarum , quibus vis est motrix ,
teneritudinem . *Lipſius in not. Senec.* ita
ſcribit : Hispani , Galli , Afri , Syrie-
que populi , molles bello , antequam legio
risatur , cedunt , opportuni ad iracun-
diā & agendum illis corporibus & ani-
mis delicias , luxum , opus ignorantibus ,
da disciplinam , neceſſe erit nobis , Ro-
manos repetere .

XXH. Ulterius australes populi minus sunt fœcundi, quia calor nimis dissipat rorem dulcem, qui feminis materia constituit, & infantis nutritio ni inservit. Eam ob causam videmus, fœminas Indiæ, Africæ, Ægypti non ultra duos vel tres parere liberos, quod etiam in australiore Hispania parte accedit. Salaces vero sunt hi populi omnes, unde mares etiam in Hispania 16. etiam anno, & 14. fœminæ conjugium ineunt, & vaga libidine mire agitantur. Quæ salacitas fit ob acrimoniam lymphæ stimulantem humores, quippe ob æstum prænimium acres & falsi sunt; nec inepte salacitas a sale derivator. Inde olim sacerdotes Ægyptii castissimi omni sale abstinebant, & insul.

so pane utebantur. Venus etiam dicitur
cum spuma nata.

XXIII. Deinceps australes populi his
moribus præditi sunt. Sunt ad rem attenti,
timidi, crudeles, tristes, solitarii, mol-
litarum studiosi, stupidi. Sanguis nem-
pe nimio calore adustus crassus fit, &
iners, & spiritibus dissipatis motus fit
tardior & imbecillior fluorum, unde fluit
dictorum vitiiorum origo. Sunt vero in-
fidi, astuti, malitiosi, inconstantes ob-
spirituum nimiam tenuitatem & mobi-
litatem. *Liv. l. 3. dec. 5.* dicit, *Afram*
gentem ad omnem auram spe mobili &
infidamente existere. Et Virg. l. 1. Æneid.
Tyrii, qui Afri sunt, bilingues i.e. falla-
*ces vocantur, ut explicat Serv. ad ver-*illum:**

*Quippe domum timet ambiguam Tj.
rriosque bilingues.*

Græci dicuntur ingenio & facundia præstantes, assentatores, leves, & infideles. Cappadociæ, Cilices, Cretenses suopte ingenio fraudulenti & mendaces, in quorum notam Græcum illud est
τείχη κένταρον κάτιστα, ac de Cretensibus omni exceptione majorem habemus testimoniū D. Paulum in ep. ad Tit. c. 3. Dixit quidam ex iis propriis ipsorum propheta: Cretenses semper mendaces, male bestie, ventres pigri, quod ex Epimenide lumenatum est.

XXIV. Mediarum regionum incole,
& qui sub zona temperata vivunt, maxi-
me ii, qui sub elevatione poli gradus
quinquagesimi tertii usque ad 42. degunt,
& in Europa in primis Angli, Germani,
Galli, Hispani, Itali, Graeci,
Hungari, Turcae Europae meliori inge-
nio fruuntur, & sapientiores reliquis na-
tionibus sunt. Temperatura enim caloris
& frigoris optimum habitum corporis &
sanguinis efficit, & temperatus sanguis
sapientiam etiam ipso Hippocratis effato
conciliat. Quare observamus, studia &
artes subtilissimasque disciplinas non a-
libi excelsius floruisse, quam dicto in cli-
mate. Itali pictura, architectura, mu-
sica præstantissimi, Hispani profundæ
speculationis sunt in moralibus, & phi-
losophicis, Angli in Theologia morali,

Metaphysica, & inventione artium mechanicarum, Galli præstantissimi oratores sunt, politici, anatomici & chirurgi, Germani optimi chymici, medici, iurisconsulti, mechanici, plurimas quippe inventiones ipsis debemus. Sufficerit tantum meminisse pulveris pyri, typographiæ, tuborum opticorum, præstantissimum experimentorum physicorum, chymicorum, e. g. phosphori, vitri rubini, artis metallurgicæ, & fusoriæ, tormentorum bellicorum, medicamentorumque optimorum. In Græcia olim sapientiam habitasse notum est. Quapropter hæc regiones ob ritus humanares, mira semper fecunditate ingenia protulerunt, legislatores sapientissimos, æquissimos judices, philosophos subtilissimos, principes mathematicos, disertissimos oratores, & præstantissimos poetas.

XXV. Temperatæ quoque regiones ob cœli clementiam, & aeris temperaturam disponunt egregie ad virtutes, quas mediocritas & temperies ex communi philosophorum sententia semper commendat. Quapropter Germani, Galli, Itali, Cumani mites, affabiles, boni, & honesti, misericordes, & aliis clementiores sunt. De Asia scribit *Liv. L.23. c. 34.* Asia mitissimo cœlo, igitur & clementibus accolæ sunt ingeniis. Et *Thevenot. l. 1. p. 84. init.* Turcas non crudelis homines, sed mites, non avaros, sed principi fideles, & temperantes afflant. Italos in primis Genuenses & Lucenses esse indolis ingenuas, modestos, humanos, affabiles, mites ingenio, subtile, Germanos misericordia, & humilitate, candore, ingenio quoque omnes fere nationes superare, quis ignorat?

XXVI. Tandem etiam discrimin observatur inter populos, qui ad orientem, & occidentem habitant. In oriente aer subtilior, siccior, serenor, in occidente est humidior, unde orientalium corpora sicciora, macilenta & sensibilia sunt, pinguiora & crassiora occidentalium. Nam aer siccus & calidus acutiores reddit mentes, refrigeratus tardiores.

Cbinenses ingenio acuto multis gentibus præferendos esse, illorum inventiones in opificiis mechanicis abunde testantur. Eosdem ob ingenium subtile magnos lusores & mercatores esse, notum est. Circa occidentales, & omnes eos, qui insulas occidentales vel loca maritima colunt, notandum, quod crassiora corpora gerant, & ad rem nauticam, & naumachiam aptissimi sint, testantibus id Suecias, Norvegias, Scotis, Anglis, Batavis, Lusitanis, Gallis. Inter hos vero omnes excellunt Batavi. Ratio nobis hæc videtur, quod cœlum humidius impressionem etiam animo faciat ad amorem maris & aquarum, ut lubentius fere ibi, quam in terris habitent, unde nautica arte excellunt omnes. Ingeniose *Flor. l. 2. c. 4. ait: Alpina corpora humenti cœlo educata habent quiddam simile cum nivibus suis.* Videmus nempe populos versus orientem & meridiem degentes plane inidoneos esse ad navigationes, unde mari bellum gerere & classem navium instruere nesciunt. Robustiora occidentalium sunt corpora, nutritio enim amat humidum, & animalia quoque, equi, boves, vacca sunt longe grandiora & obesiora, maximamque copiam lactis fundunt, testantibus id butyro & caseis Hollandicis, Suecicis, Anglicis, Friesis, Cimbricis. Humorum vero in corpore abundantia ut obtundit mentis vires, ita hi populi stupidiores sunt iis, qui versus austrum & orientem habitant, quod etiam valet de animalibus. Constat enim equos Hispanorum, Turcarum, Arabum, Persarum breviores quidem & macilenteriores, sed longe celerioris activitatis ac docilitatis esse Danicis, Friesis, Cimbricis. Neque climata tantum homines, sed ipsa quoque animalia efficiunt, eorumque actiones disponunt.

XXVII. Maximam esse potentiam cœli, & aeris in corpus, sanguinem ejusque motum adeoque in mentes hominum, demonstratum haec tenus. Verum quum non modo aer sanguinis habitum & circulum disponat, sed & ipse vietus; hinc nullum dubium, quin & hic ipse in mentem, ut in corpus agat,

nec levem mutationem ibi efficiat. Multum enim confert ad motum progressum circularem, qualis indoles & conditio fluidarum & mobilium partium sit, quæ materiam & nutrimentum avitu accipiunt. Vixus enim durus ex induratis & salitis earnibus & pescibus, fabis, pisis, pane crassiore non aliud nisi crassum, densum, viscidum sanguinem corpori ingenerat, unde ossa solidiora, crassiora, fibræ duriores sunt, sed mens stupidior. Potest hinc dari ratio, quare non modo ob aeris rigiditatem, sed & vietum duriorem septentrionales validiora corpora gerant, & hinc bellicosiores sunt ipsis australibus.

XXVIII. Eam ob causam in Germania magna datur differentia hominum respectu corporum & animorum. Conspicimus nempe Pomeranos, Mecklenburgicos, Westphalos, Brunsvicenses, Marchicos, Hassos, Julianenses optimos esse Germaniaæ milites, adeo ut a ducibus præ omnibus aliis & stimetur. Ratio in procinctu est. Fruuntur vietu duriore, qui corpus firmum & robustum reddit & laboribus aerisque injuriis tolerandis aptum; nec luxui affueti sunt, sed frugaliores, inde bello optime inferviunt. Addimus, & hoc, quod sanguis ex hoc vietu promanans copiosus, & crassus, fortes, constantes horum hominum animos efficiat. Ineptiores bello observantur Misnici, Suevi, Austrici, Thuringi, Silesii, quia sunt mollioribus tenerioribusque cibis assueti, otioque & somno dediti, qualis vietus effeminatum animum teneriusque corpus reddit. Ex adverso vero animadvertisimus, hos omnes acutioris, & subtilioris ingenii esse, quam Pomeranos, Westphalos, Cimbros, reliquosque.

XXIX. Ad sanguinis laudabilis copiam confert multum carnium recentium & jusevorum inde extractorum esus, qua de causa Galli, qui carnes amant, sanguine maxime abundant, unde V. S. optime tolerare possunt. Sanguis hinc factus copiosus, & fluxilis, ingenium promptum, facile, alacre, varium, flexible, curis vacuum, ad studia & artes a-

ptum, mentem vero inconstantiorem, fluxiliorem inque nonnullis leviorem reddit. Hispani, Lusitani & Australes ob æstum majorem ferventiores & calidum, cibosque boni suci, fovent sanguinem calidiorem, unde fastuosi, jaetabundi, graves sunt. Quoniam vero ob nimiam salacitatem, & venerem præmaturam otiumque imbecilla corpora reddunt, ad labores, opificia, agriculturam, & fecunditatem inepti sunt. Itali ob deliciosum dulcem & aromaticum victum tenuemque aerem molles sunt corpore, valde libidinosi, ingenio tamen acutissimi, bello inepti. Alpinarum regionum accolæ Helveti, Tyrolenses, Pedemontani, & qui Carnioliam, Carinthiam Styrianque accolunt, habent ob aerem frigidorem, simplicem victum, lacteam diætam & frugalitatem corpora robusta, procera, candidi coloris; hinc ad militiam & servitia magis, quam ad studia apti sunt, & sanitatem vitamque diutius servant præ aliis, quoniam diuturna vita & optima valetudo frugalitatis, sobrietatis, temperiei simplicis vietus, quieti animi nec non exercitationis corporis soboles esse solet. Angli & Scotti non adeo temperato benignoque cœlo fruuntur, ob frequenter tamen carnium nec non vini generosi usum corporibus ingenio & moribus discrepant plane ab aliis septentrionalibus gentibus: & secundum veteres ipsorum temperamentum dici poterit sanguineo-melancholicum, quod ad studia, opificia, meditationes ad bellum gerendum, ad rem nauticam tractandum quoque est præstantissimum. Nam ob lauitam diætam sanguinem copiosum, & spirituolum generant, frigidior vero aer & humidior robur ingenerat fibras, sanguinemque densat, & eam ob causam nationes he præ omnibus aliis peculiare quid habent; boni enim sunt milites, opifices, literatores. Bodinus scribit: Gallos sape ab Anglis maximas clades accepisse, & pene imperium amisisse, et nunquam in Angliam nisi ab incolis accusos penetrare posse. Et Anglicus Martialis Ovvenus canit. Anglorum sensit virtutē Gallia semper.

Ad Galli cantum non fugit iste Leo.
Et

Et Herodianus vocat illos gentem bellico-sifflam atque avidissimam cædis l.3.c.14. 9.14. Scotti quoniam tam delicato vieti non assueti sunt, ut Angli, hinc uti vocant, sunt melancholici, in bello strenui & nunquam vieti, factorum non minus ac injuriarum tenaces. Unde videre est, familias antiquissimas vadimonio mutuo ad difficultates redactas. De ingenii exercitatiissimis Scotorum judicium non erit arduum, qui Bellendenos, Cadanos, Barclajos, Burnatos, Ridæos, Sibaldos, Melinos, Lesleos, Magillos, Nisperos, & tot alios longe clarissimos musarum alumnos noverit. Buchananum certe nominasse suffecerit, qui solus etiam, si sterilis alias studiorum fuisset patria, illam divino ingenio illuminare potuisset. Asiaticis & Africanis est oryza, ex qua panem conficiunt, frequentissimus cibus, præterea carnibus leviter assatis & dulcibus fructibus utuntur, a spirituoso autem liquore omnes sere abstinent, & cum nimius aestus dissipet spirituosas sanguinis partes, reliquaque adurat, hinc timidæ, subdoli, molles, otiosi, ingenio stupidi, bello inepti & ad servitia aptissimi prædicantur. Silesi, Hungari carne, & boni succi alimentis utuntur, & aere valde clementi: hinc sanguineorum mores æmulantur, & ad labores militiamque non adeo idonei sunt.

XXX. Circa potum, quod ille ipse corpori & animo mutationem afferat, & nostram observationem inferere placet. Constat ex Geographicis, a 43. usque ad 50. gradus elevationis poli in Europa vinum crescere optimum, reliqua loca vel propter nimium aëlum, vel frigus ad proferendas uvas earumque maturacionem plane esse inepta, exceptis Canariensis insulis. Continentur vero sub dicto hoc distritu tota Hispania, Gallia, Italia, Germania australior pars, Hungaria, Græcia, Natolia, Sicilia, Cyprus, & totus Archipelagus, ubi molissima vina soli & cœli indoles profert. Jam observamus, omnes hos populos qui vino utuntur, longe ingeniosiores esse reliquis omnibus. Nullibi enim artes liberales, & disciplinarum studia melius

floruerunt & florent quam dictis in locis. Vina enim fovent vires, pituitam extenuant, mordaces curas humanis mentibus infestas abstergent, vim animo redundunt, spiritus ascentiam sanguinis promovent, ingeniumque acuunt: unde non inepte vinum poetarum equus dictus est. Intelligendum vero id est de moderato usu, non de excessivo. Nihil enim menti & rationi magis nocet & viitorum dispositionem ingenerat, quam ebrietas ex vino, & spiritu vini: sunt inde temerarii, fallaces, infidi, libidinosi, arcuorumque proditores. Et inde rationem damus, cur ob potum vini & spiritus vini nimium Poloni, Hungari, Transylvani, Moscovitæ nec Principibus nec propinquis fidem servent, & temeritate, arrogantia, fraudulentia Europæ cæteris nationibus sint superiores. Turcæ & Persæ, quod non ament rixas & certamina, quod non crudeles sint, sed fideles, honesti, boni, non fraudulentí, maximam partem aquæ potui, simplici vietui, & quod a vino vel spiritu vini abstineant, adscribimus. Detestandus etiam mos est in locis septentrioni subjectis, cerevisia, spiritu vini & tabaco fœse inebriare. Nulla autem pestis ingenii nostris majorque stupiditas infertur, & ad vitia proclivitas, quam hoc more. Longæviores esse eos, qui aqua subtili & vino moderato utuntur, quam qui cerevisia, & spiritu vini, certissimum est, nec egit ulla probatione. Primævi homines ante diluvium præter aquam nihil aliud bibebant, & ad extremam senectutem sani robustique degebant. Brachmanes longævi erant, quia abstinebant carnibus, & vino. De Indis eorumque adversus voluptatem variis exercitiis seu Gymnosophistis Clem. Alexand. prodidit, non solum a vino aliisque cibis delicioribus eos abstinuisse, sed prorsus, quo omnis voluptatis vim plane infringerent, frequentissima jejunia interpoluisse. Voluptati enim per temperantiam optime obviam itur. Hinc Pythagoras simplicissimum viatum discipulis suis commendabat. In hoc omnium carnium esum fuisse prohibitum, Alexis apud Athen. Strabo,

Plutarchus, Origenes, Hieronymus, alii-
que tradunt.

XXI. Cum itaque tanta sit vis aeris, alimentorum solidorum & fluidorum in corpora ingeniaque hominum, facile exinde discimus, bonam diætam, convenientem rerum non naturalium, imo medicamentorum usum ingenii etiam vim mutare posse. Rectissime concludit Hippocrat. de diæta 1. §. 32. *O* sane hoc faciens (*h. e.* tali diæta & medicamentis utens) sanior & sapientior anima fuerit. Et ibid. sect. 36. §. 33. Poteſtque ex diæta, & melior & deterior anima fieri. Pulchra sunt, quæ scribit in hanc rem Cartesius diff. de methodo §. 6. *Animus adeo a temperamento, & organorum corporis dispositione pendet, ut, si ratio aliqua possit inveniri, que homines sapientiores & ingeniosiores reddat, quam habentur fuerunt, credo illam in medicina qua-ri debere.*

XXXII. Ex dictis & adductis haec tenus illud concludendum esse arbitror, primo, quod animi mores, ingenii vires, propensiones ad vitia & virtutes utique optima ratione ex statu sanguinis, prout ille differt temperie, mixtione & motu, deduci, & explicari possint, adeoque ad hominum affectus exponendos opus sit doctrina physica medica de natura humana. Secundo discimus ex superioribus, quod veterum explicatio de temperamentis, dum ea distinguunt in sanguineum, phlegmaticum, melancholicum, cholericum & ex quatuor humorum vel elementorum mixtione ea deducunt, nullius sit momenti neque sufficiens, sed naturæ humanæ diversitates ex circulo sanguinis commodissime exponeadæ sint. Qui circulos, prout differt respectu virium motricium seu spirituum, respectu vasorum, quæ viæ sunt motus, respectu fibrarum, quæ instrumenta sunt motus, sit ille vel celer vel tardus, vel temperatus, vel magnus aut parvus, debilis vel vehemens, & pro differentia hujus motus differentia inclinationum & morum animo ingeneratur. Tertio ex precedentibus etiam clarum est, res externas corporeas non passive se tantum

gerere respectu animæ, nec mere subim-
perio ejus esse: sed causas valde acti-
vas existere, quæ mirifice ex se & sua
natura, & necessitate quadam alterare
non modo corporis, sed & animi habi-
tum possint, unde exquisita rerum cor-
porarum physica, & mechanica scientia
non modo ad medicinam rationalem,
sed & philosophiam moral. m saniorem
summe est necessaria, adeo, ut medicus
hac desititus pure empiricus, voce bono
sensu accepta, maneat. Quarto; per-
peram agunt, qui existimunt, circuli
sanguinis cognitionem ad explicandos
mores hominum esse sufficientem, & tan-
tum in conjectandis hominum affectibus
ad temperamentum respiciendum esse.
Nam ut non negemus, naturalium
propensionum fundamentum in hac re
consistere, attamen cum & educationis,
consuetudinis, institutionis, necnon dis-
positionis hereditariæ magna sit in pro-
pensionibus corrigendis vis; hinc optimè
ille facit, qui deditus est studio sapientissi-
mæ doctrinæ moralis, quæ animum ho-
minis cognoscere docet, ut simul ad di-
etas res attendat & hæc invicem probe
conferat; alias in prædicendo & con-
jiciendo mirum quantum decipietur.

XXXIII. Perspeximus haec tenus, funda-
mentum morum in circulo sanguinis e-
jusque motu positum esse; jam instituti-
ratio exigit, ut brevissime etiam dicam-
us, qua ratione circulus humorum di-
versus disponat etiam ad ipsos morbos.
Et ut exordiamur a cholericis, seu iis, qui
circulum sanguinis celerem & vehemen-
tem habent, constat observatione pra-
etica, quod ad morbos similis indolis,
nempe cum imperu junctos inclinent,
v. gr. ad tertianas, continuas, inter-
mittentes, febres ardentes biliosas &
cholericas, deinde ad inflammations,
pleuritidem, phrenitidem, erysipelas,
anginam, ophthalmiam, hemorrhagias
narium, hæmoptysin & inde propul-
lantem phthisin hepticam, inflamma-
tionem hepatis ventriculi ac intestinorum.
Idem ad vomitum, diarrhoeas, colicam
biliosam, purpuram, arthritidem
vagam, cephalalgiam acutam procli-

ves sunt. Et quoniam in ætate juvenili & virili, item in regionibus præcalidis, & australibus, nec non a viâ calido & aromatico, vini potu similis motus celer nempe sanguini conciliatur, hinc etiam fit, ut tam ætas juvenilis & virilis, quam præcalidum clima & vietus similis ad eodem morbos corpora disponant.

XXXIV. Melancholici, in quibus sanguis crassus difficulter movetur, propensant ad morbos chronicos, qui a tali causa soventur, nempe a tardiori sanguinis per caput viscera & abdomen progressu. Itaque proni sunt ad malum hypochondriacum, obstrunctiones hepatis & lienis, glandularum, viscerum obturations, scorbutum, ulcera, alvi adstrictionem, calculum, podagrum fixam & nodosam, melancholiā, hæmorrhoides cæcas & suppressas, hemicraniam, icterum nigrum, siccum sebium, herpetem & pathemata hysterica spasmatica. Et iisdem quoque morbis afficiuntur septentrionalium regionum incolæ atque proæstioris ætatis, nec non qui viâ duro crassoque utuntur, acidisque delectantur.

XXXV. Sanguinei ob temperamentum, sanguinis motum, viatum lautorem, sedentariam vitam, variasque voluptates colligunt sibi excessivam sanguinis copiam, quæ non sufficienter moveri potest, præsertim, cum prædicti sint ut plurimum habitu corporis laxiore spongiosisore, vasorum multitudine, exilitate, atque fibrarum musculosarum laxitate. Hinc sanguinis stagnationes fiunt in ipsis, & incurvant inde inflammations nempe ophthalmiam, pleuritidem, nephritidem, peripneumoniam, empyema, abscessus, apostemata, narium hæmorrhagiam, phthisin, dolores lumborum, fluxum hæmorrhoidalem, dolores ex calculo articulorum, cephalalgias, odontalgias, otalgias, scabiem humidam, febres, sanguineas synochas, apoplexiā & asthma. Et similes quoque effectus conspicuntur in iis, qui laute & intemperantius vivunt, temperatasque regiones incolunt.

XXXVI. Phlegmatici, quorum sanguinis motus, debilis, languidus & quibus serum magis quam sanguis in venis residet, ad catarrhos, rheumatismos, coryzam, alvi fluxum, *πνεύματα*, passionem colicam, sphacelum, cachexiam, anasarcam, hydropem ascitem, febres quotidianas, putridas, verminales, petechiales, animi deliquia, apoplexia pituitosam, paralysia, glandularum tumores, defluxiones serolas, epiphoram, & fluxiones oculorum, genitalium putredinem, gonorrhœam, fluorem album valde sunt proclives. Adjuvant hæc mala ætas puerilis, aer valde humidus, coelum densum crassum, vaporibus repletum, tempestas diuturna humida, & otiosa vita.

XXXVII. Clarissime perspicimus ex dictis, morborum dispositionem, atque fundamentum petendum esse ex hominis natura vel temperamento, seu rebus ex mecanismo corporis, sive clariori ex circulo sanguinis. Verum enim vero opponere quis posset, quod plures dentur homines, qui tali temperamento prædicti sint, & raro tamen quis inventatur, qui tali malo corripiatur. Cui dubio respondemus, quod temperamenta quidem disponant ad morbos hos, exinde tamen minime sequi, ut causæ sint proximæ, quas presso pede sequi debent effectus. Una vero causa remota, quæ disponit corpus, non sufficit, sed plures simul conspirent necesse est in eundem effectum producendum. Quapropter si quis cholericus constitutus sit in ætate puerili, non incurrit hos morbos, si quis fuerit in ætate juvenili, non utitur vero aere calido & a cibis calidis abstinet, neque tum incurret morbos diæti temperamenti. Quod si vero dicto temperamento clima calidum, æstus, ætas juvenilis calidorumque usus associantur, tunc non evitabit morbos, qui adscribi solent huic temperamento.

XXXVIII. Postremo ex omnibus, quæ attulimus, clarissimum jam erit differre quoque prænatura locorum temperamentorum & vietus, ipsa medicamenta & alio opus esse in nimia sanguinis

copia, in ejus motu præcipiti & vehementi, alio in tardo & debili, & alio in Gallia, alio in Suecia, alio in Germania. Alio modo tractandi sunt, qui duro & crasso cibo, aliter, qui lautiore victu fruuntur. Unde pater, eos, qui medicinam universalem crepant, non intelligi-

gere naturam artis nostræ, sed inter rudes plane & deceptores numerandos, est. potest in eo artis & scientiæ nostræ indoles posita est, ut distinguamus naturas hominum, morborum causas, remediorum vires, & pro horum differentia prudenter ordinemus & dirigamus eorum usum.

DE RATIONIS INSTRUCTÆ EXCELLENTIA IN REBUS DIVINIS ET HUMANIS. ORATIO DICTA IN ACTU SOLENNI PROMOTIONIS AN. CICLOCCIV.

Quoties in hoc loco publico coram vobis, splendidissimi Auditores, mihi nata fuit occasio differendi, illud semper invivi consilium, ut feligerem ex foro meo materiam, quæ utilitate, claritate & perspicuitate sese commendaret, captuique vestro esset accommodata. Atque in hoc expertum me fuisse vestrum favorem ac benevolentiam, neque injucundum differendi argumentum existisse, compluribus ex rationibus persuasus fui. Hodie no die, quum actus publici caussa, & consuetudo & ratio postulet, verba ad vos facere, constitui ex alieno foro, quod mihi concedere velitis materiam prænobilem pertractare: materiam, inquam, in qua fundamentum omnis eruditionis, & unicæ veritatis genuinum versatur. Diccam videlicet de excellentia rationis bene institutæ, ejusdemque tam in rebus divinis, quam in humanis usu multiplici. Quod argumentum, quoniam ad eos maxima perinet, qui litterarum sacris operantur, qui eruditionem, veritatem ac sapientiam collunt: non injucundum vobis, vel instruendum futurum, judico. Quapropter ut

benevolentiam, attentionem & animum mihi dicturo, idque per brevissimum temporis spatium, accommodetis, est, quod a vobis summopere peto atque contendo.

Non præterire vos posse arbitror, Auditores, quanta dissensio ac disceptatio adhuc fuerit, quanta etiam in intermaximi nominis & auctoritatis viros vigest, de humana ratione ejusq; exercitio. Theologi in hac sunt sententia, penitus eam post lapsum esse corruptam, vitiosam, & non nisi errores, tenebras, vitia, pravulae cupiditates ex ista generari. Hinc homini, præsertim in rebus sacro-sanctis, eam esse perniciössimam, atque proinde fide penitus coercendam, omni contendunt asseveratione. Quidam ex adverso humanam rationem adeo evehunt atque extollunt, ut non modo pro regula & norma cunctæ veritatis habeant, sed & sufficere opinentur, dummodo id homines præstiterint, quod ratio dicitet, ad felicitatem, non temporiam tantum, sed æternam quoque, feliciter obtinendam. Et quamvis revelationes quasdam, ceu

ceu fundatum salutis nostræ supra rationem esse largiantur, solaque fide apprehendendas; nihil secus nec adversum istas rationi tenere, neque quæ in sacris litteris nobis injunguntur, pugnare cum ipsa, magna sane confidentia propugnant.

In tanto sententiarum dissidio, nemo profecto, quo se vertere debeat, statim reperiet. Faciemus autem nos periculum, an non perspicuitate quadam, ac facilitate, quæ difficilia sunt in hac quæstione, evolvere & conciliare hæc invicem sic possumus, ut aperta exinde reuecat veritas. Sed statim hæc ita exordientem subit admiratio, sapientes viros adhuc litem agitare de eo, quod fons existit omnis justi, ac veri, omnisque scientiæ, & quod nondum, quid veri, vel falsi insit in hac quæstione, recte statuerint, vel deprehendent. Dissensus vero, qui circa hanc quæstionem ubivis ferme est obvius, satis aperite declarat, hoc argumentum non ita, ut decebat, esse omnibus clarum atque explicatum. Dicam itaque strictim, ni vobis gravis mea dictio fuerit, sententiam meam, vobisque eam dabo assimilandam.

Mea vero semper constans fuit opinio, non indagari in his terris majus bonum, neque ullum in hac universitate præstantius productum esse, quam illud, de quo nunc coepi dicere, rationis lumen, quovis thesauro pretiosius. Infinitus DEUS, cuius sanctissimum Numen nobis merito venerabile est, nil nisi excellentissima, & infinita ratio est: ipsa vero ratio, quid est aliud, quam sapientia? Quid sapientia aliud, quam mirabilis ordo certum ad scopum tendens? Ordo vero complectitur rerum, quæ in ordinem disponuntur, notitiam, complectitur earum inter se proportionem, complectitur accuratam earum comparationem, ut conjungantur similia, dissimilia separantur. Sed hæc omnia continentur in ratione. Hæc enim omnia dirigunt accurate per certam mensuram, numerum & tempus, ad destinatum finem.

Ita excellens DEI ratio, ordo & sapientia eluet luculentissime ex incomparabili totius universi fabrica, quæ non nisi admirandum ordinem, compunctionem, artificium summum, in salutem humani ge-

neris tendens, ostendit. Elucet porro summa DÆI ratio ex artificiosissima machina hominis, omniumque organicorum corporum structura; quinimmo omnia satis prædicare possunt infinitam ejus potentiam, ac rationem incomparabilem. Ipse nihil non ratione providet, disponit, ordinat, nihil non ratione tractari atque intelligi vult, dixit TERTULLIANUS. Ordo, quo vitetur benignissimum Numen ad lapsum, & præcipitatum in misteriis humanum genus in integrum restitendum, nonnisi maximam rationem explicat: nec gradus pœnarum damnatis inferendarum, nec felicitatis subsecuturæ fidelibus, erit sine rationis, & sapientiæ æquilibrio.

Jam vero DEUM condidisse hominem ad imaginem suam nullus dissensioni locus est relictus: quomodo vero potuerit exactiorem sui imaginem animæ humanæ infundere, quam per ipsum rationis lumen, equidem non video. Neque dubitari poterit in primo homine rationis lumen fuisse abundantissimum, ut omnia conditacurate cognoverit, & comparationem, ac proportionem rerum inter se mutuant invenire potuerit exquisitissime. Optime enim sciebat, quid rectum & verum, quid bonum, vel falsum esset.

Libertas autem arbitrii, non amplectentis bonum, tantum in causa fuit ejus corruptionis: nam cum semel constanter animum determinasset ad malum, abstulit iustissimus DEUS eam imaginem, abstatuit rationis lumen, unde non solunt perpetua inclinatio ad malum, & vitia, sed & tenebrae, ac errores in animis hominum remanserunt. Proinde agnoscimus lubentissime, & profitemur liberrime, naturam humanam ita esse corruptam, ut sibi relicta & naturalis, sine administriculo, sine institutione & doctrina, sine lumine alieno, in negotiis humanis, œconomia, physicis, civilibus, moralibus, plane negligiat, quid verum sit, quidque ad veram ejus felicitatem pertineat. Quis dubitabit itaque, longe magis in ipsis divinis, in mysteriis fidei & religionis, in cultu divino, in judicio de sacris ferendis,

per se eam nihil comprehendere, nihil sci-
re, sed plane depravatam, ineptam, at-
que corruptam esse? Atque id est, quod
divine littere locis tam illustribus frequen-
tissime nobis inculcant. Nam quid miser-
abilius, quam homo sibi relictus, sine
instructione, educatione, sine communi-
catione & sine cultura rationis?

Longe autem diversissime res habet cum
ratione humana, quæ probe instruta.
Hanc si quis velit rejicere, certe is om-
nem scientiam, omnem veritatem ex
mundo tolleret. Nullum enim aliud beni-
gnissimum Numen reliquit subsidium, ra-
tionem penitus post lapsum depravatam
in pristinum restituendi, quam bonam &
fidelem institutionem: utpote remansit
lapsis mortalibus facultas quædam natura-
lis res comprehendendi, & comparandi
has ipsas inter se invicem, inveniendique
earum proportionem. Relicta quoque
sunt principia actionum atque contempla-
tionum, omnibus insita & irrefragabilia,
ex quibus veritates apta connexione duci,
ac derivari solent. Relictum est lumen o-
mnibus inscriptum, quod norma justi &
injusti sit. Tandem reliquit universalem
omnium hominum circa verum & justum
consensum, adeo, ut, simul ac veritas
fuerit rite demonstrata, protinus quisque
ad assensum moveatur, & æterna de veri-
te sit convictus. Proinde non sine ratione
sapientiores veteres charæterem omnis
veritatis ponunt in plenaria assensione, &
convictione hominum.

Remanserunt hæc omnia ex divina gra-
tia in miseriam prolapsis hominibus, ut
horum beneficio emergant ex præcipitiis
tenebrarum, & veritatis lucem rursus vi-
deant, tanquam imaginem, ad quam
antea erant conditi. Quid vero sit illud
lumen, non inepte venit in questionem?
Dicimus itaque rationem sanam, lumen,
quo res cognoscuntur, & rerum eviden-
tiā veritatemque, unum idemque esse.
Sicuti vero lumen omnia facit clara, &
perspicua, tenebrasque expellit, ita lumen
rationis, & veritas, in clara & distincta
rerum evidentiā, & cognitione versatur.
Et quo plura clare, ac evidenter scimus,
atque cognoscimus, eo lumen animæ ma-

jus, & mens, quo magis est instructa
scientiis, quo cultior & expolita magis ra-
tio, eo magis est illuminata. Quemad-
modum vero porro lumen ea est indoles
atque conditio, ut sele in disposito subje-
cto multiplicet in infinitum, sine diminu-
tione sui: ita etiam tanta est vis, ac ~~exp~~
omnis veritatis, ac luminis, quod
inest ratione, ut celerrime se multiplicet
in intellectu humano, & sibi similem
rationem ac veritatem ibi progignat. Uti
itaque lumen producit aliud lumen: ita
ratio generat rationem, & veritatem.
Neque statuendum esse videtur, multi-
plex esse lumen, quo veritates capimus;
tantum differentia est respectu ipsarum re-
rum. Prout vero multas res accurate co-
gnoscimus & distinguimus, clarissime
que rerum causas, ac connexiones & pro-
portiones perspicimus, eo majus lumen in
intellectu acceditur, utpote hoc ipsum
augeri, & imminui posse, extra dubita-
tionem positum est. Et quod attinet ad
lumen gratiæ, quod a rationis lumine
vulgo distinguere solent, vocatur hoc
ipsum ille habitus, quo mens eximios fa-
cit progressus in religione, in divino cul-
tu, in pia scientia. Sed, ut verum non
dissimulemus, hoc ipsum proprie in se
non est diversum lumen, potius luminis,
ex verbo divino nati, operatio, quo ipsam
mentem animique interiora penetrat, mo-
vet, convertit, & eo dirigit, ut medite-
tur, & astimare discat ea, quæ ipsum
reddunt sanctiorem. Proinde evidens &
vera cognitio de rebus, ad religionem, ad
pietatem spectantibus, in profano æque
ac emendato animo, non differt: luminis
ratione, neque profani, & pii cognitio
diversum constituit cognitionis genus. Ve-
rum enim vero summus DEUS accedit
lumen in intellectu, rationemque insti-
tuit, erudit ac perficit, tam per verbū re-
velati claritatem, quam per ~~λόγον~~ hu-
manum, non alio fine, quam ut penetret
exinde ad voluntatem, ibique operatio-
nem habeat summe salutarem.

Non sine magna ratione itaque vete-
rum sapientes rationem nuncuparunt lu-
cem, ducem, normam, ac regulam vo-
luntatis, ut ducat & dirigat eam in bo-
num.

num. Neque datur ordinario alius aditus animum hominis sanctum, pium, atque devotum reddendi, quam per illuminatum intellectum. Contendit eorum viribus sanctus Spiritus, ut praeceptis saluberrimis, non nisi summam rationem spirantibus, instruat, atque flectat peccatoris mentem ad bonum.

Quæ cum ita sint, non datur alia, nec melior via hominem convertendi, & ad saniores frugem reducendi, quam per demonstrationem veritatis, & viæ ad bonum, idque per congrua ratiocinia, convictionem animum tenentia. Nam is Theologus bene convertit, qui bene demonstrat & connectit divinas veritates, & qui hoc beneficio destinatus est, incassum plerumque laborat. Deinceps maximum praebet ratio in Theologia usum, si enim veritas datur in rebus divinis, si porro hæreses sunt, ac fœtæ, nec non errores a veritate deflectentes, sicuti sunt; si autem veritas defendi, si errores ostendi debent; tunc judicate, quælo, Auditores, quo modo ex hoc labyrintho possit quis emergere, & rectam veri viam calcare, praeterquam per rectæ rationis lumen, quæ didicit clare, ac evidenter falsas res percipere & distinguere, falsas ideas disjungere, connexionem & proportionem invenire, ex veritate una aliæ detegere, & idonee hanc proponere. Talis *λόγος*, seu *ratio* & ratio hominis, aeterna veritatis est, una est, simplex, nec corruptibilis, & infinitis modis se se multipli cat.

Ulterius omnis eruditionis, omnis scientiae, ac prudentiae natura, tam in politi- cis, & naturalibus, quam sacris, unice continetur in rationis cultura, circa di versas tantum res: & universi errores, opiniones, dissensiones in disciplinis, nullam aliæ agnoscunt originem, quam rationis neglectum: neque ullus doctus, eruditus, vel prudens est, qui non frui tur recta ratione. Porro in gubernandis moribus, in felicendo honesto & evitan do turpi, rationis lumen summa est norma atque regula. Dicitur ratio, Deum esse infinitæ sapientiæ, & potentiæ, & infinitum amorem, & non aliud velle,

quam ut ratione præditis creaturis bene fit. Neque aliud fundamentum, & principium omnium legum, quæ cordibus nostris sunt inscriptæ, & quæ nobis sunt re ve latæ, deprehendimus, quam publicum bonum, & felicitatem singulorum: tendunt enim omnes ad salutem tam animæ, quam corporis, & ad tranquillitatem tam temporalem, quam æternam. Quoniam vero anima non potest esse perfecte felix, nisi unionem atque amicitiam habeat cum infinito atque benignissimo Ente, nec homo in hoc mundo constitutus, tranquille, & commode vivere potest, nisi amicitiam habeat cum homine. Hinc ipsa natura & ratio subministrat & docet, societas cum divinitate, tum humanæ, vincula, quæ sunt fides, ac amor mutuus, si ne quibus nulla societas, nulla amicitia, nulla felicitas, nulla tranquillitas, vel auxilium subsistere, vel stabiliri potest. Amandus proinde est DEUS, amandus etiam est proximus, fidendum est DEO, fidendum est hominibus. Talem fidem mutuam, ac amorem mutuum tot saluberrimis præceptis, monitis, instinctibus suadet natura, ratio, scriptura. Quis non exinde clarissime perspicit, concinnam pulchramque harmoniam, quæ intercedit jus divinum, naturale & revelatum, & nunquam rationi adverfa sunt ea, quæ in sacris litteris tradita sunt, & ad componendos mores vitamque instituendam spectant.

Descendit jam nostra meditatio ad ea, quæ externa sunt, & quæ faciunt ad temporalem nostram felicitatem. Attendite, quælo, Auditores, an ad rem publicam prudenter gubernandam, ac conservandam aptius inveniatur medium, quam recta & sapiens ratio? Hæc leges cuivis statui aptas atque accommodatas invenit. Hæc noxam & damnum prævidet, eaque debito modo avertit. Hæc ad servandam felicitatem populi utilissimas conquirit rationes mediaque. Eodem modo res habet in propria cuiusvis hominis invenienda, & conservanda felicitate, ubi quando non director est actionum, quas instituit, sana ratio, omnia abeunt in damnum, & detrimentum. Porro neminem late-

Istere arbitror, quam nocentissimis affectibus & præpotentibus motibus, ex sanguine plerumque nascentibus, agitur sæpenumero animus hominis, neque ad hos coercendos, subjugandos, exquisitus suppetit medium, quam sana ratio, & ex hac profluens virtus. Virtutem ad omnia esse utilem etiam Ethnici intellexerunt. Omne autem virtutis fundamentum in eo est positum, ut quis vivat secundum dictamen rectæ rationis, & in firme atque constanti proposito sit, ea omnia faciendi, quæ recta ratio ipsi suadet, nec cupiditatibus suis ab hoc abduci se permittat. Jcti est leges saluti publicæ aptas invenire, eas explicate, & ad certa facta applicare. Id autem unice perficitur rectio rationis usu, & frustra jura addiscit, qui non incipit a purgamentis rationis, & intellectus sui. Medici munus est cognoscere, & distinguere naturas hominum in statu lano, & morbo, caussas morborum investigare, remediorum vires scrutari, easque prudenter applicare. Sed in hisce omnibus opem unice debet exspectare a lano iudicio, rectæque rationis usu. Non dicam jam de omnibus iis, quæ in œconomicis & in physicis faciunt ad commodam vitam, ubi attenta ratio omne absolvit punctum.

Demonstrata sic rationis eminentia, devolvimur jam ad ea, quæ faciunt ad ejus culturam perfectionemque. Compendio autem dicimus, excoli rationem ratione. Ut enim lumen in apta materia suscit novum lumen: ita ratio peculiariter multiplicativa vi accedit rationem. Patet hinc excellentia informationis, quæ partim hauritur ex auditu, partim ex lectione, ac conversatione cum sapientibus atque eruditis viris. Maxime omnium hoc faciunt præcepta Christianæ doctrinæ, & sanctoris Philosophiæ, quæ docent veras a falsis distinguere ideas, quæ tradit scientiam numeri, ordinis & proportionem, quæ mores hominis componit & actionum humanarum naturam estimat, & scientiam motuum, ac operationes mechanicas corporum explicat, ex quibus omnibus æternæ veritates emicant, quæ olim pro dono ac invento Deorum habitæ sunt. Elucet

itaque ex dictis, quod perperam ii agant, qui rationem ex fastigio plane dejiciunt, eamque quasi in exilium ex scholis, & academiis agere contendunt, & ob id humanæ sapientia studium, & rationis culturam parvi faciunt, sine quibus tamen trunci, stupidi & inhabiles omnes sumus.

Verum enim vero nec diffidendum hoc loco est, rationem in divinis esse insuffcientem, ejusque etiam abusum penes eruditos esse maximum. Nam ratio etiam optima non subministrat vera offensi Numinis expiamina; non restituit pacem peccatorum conscientiis; non vincit, & subigit carnis illos stimulos, & impetus; nec patientiam, humilitatem, mansuetudinem & constantiam in adversissimis infundit mentibus nostris: sed hoc facit Spiritus fidei, Spiritus amoris, maximum illud a DEO nobis datum lumen per verbum ejus, quod sicuti sol ad candelam, ita Spiritus ad rationem sese habet. Beinceps & ipsi homines rarius inveniunt, rarissime sequuntur ductum recte rationis. Mens enim eorum penitus occœcata, non attendit rationis lumini, non cupit ea discere, quæ insunt rationi, multo minus ea facere, quæ ratio proponit sestända. Et tali sensu scriptura, & rationem, & rationis voluntatem, ac intellectum humanum, dicit esse corruptum: quod tamen nequitam intelligendum de ratione recta, exculta & instracta; hæc enim lumen est a DEO nobis datum, ad verum, & bonum cognoscendum. Unde scite & verissime dictum a veteribus: qui rationi paret, DEO paret. Et sciri oportet, abutit sæpenumero hominem rationis thesau-ro, utpote in totum perversa voluntas male uitetur ratione sua ad exsequendas voluptates & passiones suas; propter quod tamē ratio non culpanda est, sed potius ipsius animus hominis. Nemo ignorat Arithmeticam esse divinam scientiam: si quis autem ea abutitur ad fallendum proximum, non eo nomine mala dici meretur, sed propter intentionem decipientis.

Manet itaque statum atque firmum, nihil dari in mundo præstantius instructa atque exculta ratione. Manet etiam firmum, quod Spiritus sanctus verbo suo per-

perficiat potius rationem, ac exaltet, quam ab homine accensum, concessum fit ad sanandam mentis corruptionem, ut sanata sic in aeternum felix sit.

DE RATIONE UNIVERSÆ MEDICINÆ PRÆSIDE.

PRO O E M I U M .

Rationis lumen homini a Deo concessum, divinum esse donum, quo nihil sit prestantius, omni tempore non modo sapientiores agnoverunt, sed etiam ipse Deus in Sacro Codice nobis id revelavit. In hujus confirmationem, ut aliorum innumera testimonia taceamus, unicum ex Gentilibus Ciceronem, in medium producere placet, qui lib. v. de Fin. cap. 13. in homine nihil esse ratione divinus affirmit; & lib. 111. de Republ. Reclam rationem perpetuam & aeternam, quia Deum sequitur, appellat; & Juv. Sat. x. habet: Nullum numen abesse, & frustra Fortunam Deam coli, si rebus adsit prudentia. Nemo vero rationis excellētiam majori opera commendare studet, quam Regum sapientissimus Salomo in Proverb. ubi virum prudentem & ratione prædium caram vocat animam; & passim inculcat, omnia negotia infelicitate, nec consilia persistere posse, nisi ducem habeant rationem, atque prudentiam. Ipse denique Sanctissimus noster Salvator Matth. 7. 22. stultitiam & imprudentiam summis mortalium miseriis annumerat. Neque si rem paulo curatius intuemur, quippiam in orbe universo animæ nostræ statum rectius perficit, quam rationis usus. Veritas, qua lux humani intellectus dicitur, nihil aliud est, quam recte rationis soboles, qua rerum proprietates distinctionem, ordinem, proportionem atque connexionem perspicue demonstrat, quemadmodum contra error recte confusio, & abusus rationis dici meretur. Enim vero caleffit doctrinae veritates ra-

tione humana multo sunt superiores; tandem autem abest, ut ipsi sint adversæ, ut potius rationis lumen mirifice perficiant. Ecquis est, qui ea, qua Deus nobis tam ad fidem, quam ad vitam pertinentia in verbo suo proposuit, recte explicare, ab aliorum dubitationibus vindicare, & docere poterit, nisi id exulta rationis fiat beneficio? Justi & aquilæ scientia, ejusque origo ab hominum cultiore ratione proficiscitur. Quid enim salutares Reipubl. leges aliud sunt, quam regulæ, nostras actiones dirigentes, ex summa sapientum prudentia, ac ratione adornatae? Nec quisquam secundum leges recte judicare, & forensia negotia hisce apte applicare potest, nisi ratione & prudentia fuerit instructus. Perfectissima disciplinarum Matheis, unice in rationis cultura, atque exercitio consilit, dum rerum quantitates, magnitudinem, numerum, mensuram, pondus, proportionem, equalitatem & inaequalitatem inventat, & demonstrat, posteaque ad usum multiplicem, & omnis vita utiliter applicat. Qui Rempubl. gubernare, & multorum saluti prospicere cupit, ir in omnibus difficillimis negotiis rationem, ac prudentiam pro duce, & consiliario habeat oportet. Inter diversissimarum indeclum homines versari, utamque beate, ac tranquille traducere nemo sine singulari prudentia, qua optima vite est dux & moderatrix, potis erit. Ut adeo recte Ovid. L. 1v. de Pont. vers. 12.

Crede mihi miseris prudentia prima relinquit,

Et sensus cum re consiliumque perit.
Quum itaque tam excellens & ingens,
retta

recta ratio homini a Deo concessa, sit beneficium, & in omni veritatis inquisitione, omnibusque scientiis principem locum teneat; hinc quis usus, quis fructus, & quantum emolumenii inde in medicam artem redundet, merito venit dispiciendum. Communis usque coinvolutus inter doctos aque, ac indoctos opinio, medendi artem atque professionem non tam ratione, quam usu multiplici, ac longa experientia sustineri; unde etiam experientissimi nomen medicis tribuitur. Verum enim vero, utut experientiae laudes detrahere animus noster neutiquam sit, re tamen paulo altius perpenja, deprehendimus in universa medicina, tam theoretica, quam practica longe potiores rectae rationis, quam ipsius quidem experientiae esse partes, adeo ut sana medici ratio preses, ac directrix praxeos medicæ merito sit dicenda: quod pernobile argumentum paulo diligentius impræsentiarum perseguiri apud animum constituimus. Cui instituto ut infinita & perfectissima Divina Ratio saveat, & nostram longis parasangis inferiorem hoc in negotio clariorem reddat atque perficiat, est, quod precibus efflagitamus humillimis.

§. I.

Sunt & fuerunt semper ex nobis humum aque, ac vulgi numero, qui artem nostram saluberrimam variis probbris lacessere, ac de honestate non erubuerunt, induiti maxime hisce rationibus, quod videlicet experientia, cui eeu fundamento superstruitur, primo quoque medicinæ parente Hippocrate testante Aphor. 1. Sect. 1. admodum sit fallax, cui tuto fidere nequeamus; judicium vero medici de iis, quæ agere debeat, si difficile, & eam ob causam longissimi temporis filia sit, cui nequeat comparari vita medicorum brevis. Quod graviter dictum ulterius variis ratiocinis roborare annuntiuntur, præcipue quidem quod ingens omni tempore & loco medicorum, tam in theoria, quam praxi dissensio, ac discrepanzia vigeat, ita ut tot fere opinionum ferax sit ævum, quot medicorum, cum tamen una tantum sit veritas, certitudi-

nis partus. Opinio vero ipso Hippocrate fatente lib. de leg. in medicina in crimen verti debeat, quoniam perniciem afferat maximam. Urgent porro in artis nostræ contemptum, quod plures sæpenumero ex plebejis atque rusticis, qui nulla medicorum ope fruuntur, convalefcant, & cum sanitate in gratiam citius redeant, quam qui medicis, eorumque pretiosis atque copiosis remediis usi fuerunt. Addunt preterea, quod indocti & vulgus hominum, expertis & familiaribus quibusdam remediis in morbis profligandis sæpe sæpius plus valeant, quam doctissimi medici exquisita sua methodo, & magnificis suis arcans.

§. II. Ut itaque has non levis momenti adversus medicinæ certitudinem adducetas difficultates medici diluerent, respondere communiter soliti sunt: a medicorum ignorantia ad artis incertitudinem atque non existentiam haud esse concludendum, neque medicos cum arte esse confundendos; Veritatem vero & certitudinem arti nostræ salutari inesse inde colligunt, quod duabus fulcris firmissimis experientia nempe, & ratione nitatur; neque negandum esse afferunt, dari ex alimentis & remediis multa, quæ ad sanitatem tuendam, vel morbos profligandos modo noceant, modo profint; utilia autem &noxia vita & sanitati nosse, præcipuum esse medicinæ cardinem, & horum cognitionem optimè usu atque experientia comparari posse. Porro veras scire & cognoscere causas, cur sc. hæc vel illæ noxam, vel utilitatem in morbis afferant, a recta proficieti ratione affirmant. Et quoniam nec vera ac solida experientia, nec demonstrativa ratio fallere potest, hinc colligunt, artis nostræ fundamenta utique esse certissima & inconcussa, ex quibus veritas, & certitudo in nostra arte optimè possit stabiliri.

§. III. Evidem hæc omnia: egregia sunt arguments, qua valide satis existentiam, ac veritatem artis nostræ roborant. Verum si paulo curatius nostræ professionis faciem, ac indolem modernam, ejusque communem & familiarem pertractationem intueamur, fatendum profecto est, de perfecta experientia, & solidis inde

inde ratiociniis parum quempiam gloriari posse. Paucissimi enim intelligunt, quid velint per experientiam, neque conceptum de hac possident, aut desiderantibus magnum suum fulcrum explicare possunt. Plurimorum experientia, quam allegant, imperitia, & ignorantia est: rationes, quas in theoreticis pariter, ac practicis afferre solent, minus sunt solidæ, incertæ atque inevidentes, & sœpe nihil nisi mereæ opiniones, nugæ, speculations, fictiones & probabiles conjecturæ, quæ nec explicari nec demonstrari possunt, ut etiam ex earundem summa diversitate, & mira discrepantia, imbecillimas eisdem esse, & proflus inanæ, curate in eas inquirenti facile dispalecat.

§. IV. Ne autem hæc gratis & quasi in contemptum artis a nobis dicta esse videantur, eo allaborabimus, ut assertum nostrum sincerius, & per singula capita excutiamus. Primum autem, quam instabilis, & infirma practicorum, quam allegant, experientia sit, ex ingenti horum diffensu circa VSnis usum licet observare, quod certe exemplis meretur uberioris confirmari. Constat inter artis nostræ peritos, quod VS. olim ab *Erasistrato*, & superioribus seculis a *Paracelso* & *Helmontianis*, nostris vero temporibus, a plurimis Belgis Cartesianæ sectæ medicis penitus e praxi proscripta, imo pro infami remedio habita fuerit: neque desunt hodie, qui a ferro velut ab hoste metuentes, ad tranquilla horum castra, crux suo parcituri transeant, quorum si species rationes, potissimum in eo conveniunt, quod sanguis thesaurus vitæ, ac virium sit, & quod plurimi sine VSne vitam longam, & a morbis immunem duxerint; nec minus sine hoc remedio chronicæ pariter atque acutæ passiones persanæ fuerint. Contra vero ingens etiam eorum est numerosus, tam inter veteres, quam inter recentiores, qui experientia multifaria non minus quam rationibus fulti non dari præsentios, nec excellentius in morbis cum lanands, tum præservandis præsidium VSne, alleverant. Utraque pars dissentientium affert experientiam, & ab hac desumptas rationes. Illi a VSnis usu in morbis vires

dejectas, transpirationem impeditam, & materiae per peripheriam corporis eliminandæ reversionem ad interiora notarunt; inde præsertim noxam in acutis passionibus, periculosa symptomata, & dispositionem quoque ad morbos chronicos, ac epidemicos grassantes suscipiendo observarunt. Hi rursus in contrarium abeuntes, se expertos docent, quod a VSne vires restitutæ, & transpiratio auctior facta, & materia nociva promptissime expulsa fuerit; præterea vero tutum quoque adversus morbos epidemicos, & febres grassantes præservativum esse, frequenti observatione animadvertisse, & insuper eam a malo hypochondriaco, a calculo, a cachexia, & hydrope corpus defendere asseverant. Quot sunt Practici, qui in omni febre, sive benigna, sive maligna, sive intermitentes, sive continua fuerit, vel exanthematica, ut purpura, variolæ, morbilli &c. VSnam reformidant? Alii contra in omni febre, quæcumque demum fuerit, VSnam ceu summe necessarium præsidium commendant, experientia multiplici, & longa industi. Hic si observationes medicas prostantes consulere velimus, quot sunt quæ ad faciliorem, & meliorem expulsionem, variolarum, morbillorum, aliorumque exanthematum extollunt VSnis administrationem?

§. V. Plures Practicorum VSnis usum in intermittentibus febribus plane damna-re solent, eo quod diurniores & contumaciiores inde facta fuisse observaverint. Ex adverbo multos proferre licet, qui magna cum evanescere hisce in febribus ea usi fuerunt, dum sc. languinis facta detractione protinus æstus vehementia, gravis capititis dolor, & ingens circa præcordia anxietas, se remiserunt. Quanta præterea efficacia olim & ab omni tempore VSni in gravioribus internis inflammationibus mitigandis adscripta fuerit, ingentia praticorum volumina testantur. Neque vero minus dantur haud incelebris nominis medici, qui hoc remedigenus, ceu inutile in hisce affectibus non modo respununt, sed longe melius sine illo evadere posse ægrotantes existimant, & præter experientiam, quam allegant, hoc inprimis ra-

tiocinio se fulciunt, quod sanguis incarcерatus, & coagulatus, sive intra, sive extra vasa existens, qui causa inflammationis est, neutquam sanguinis missione tolli possit; quum tamen non desunt mille exempla, cum in nostris climatibus, tum præcipue in Gallia, & Italia, ubi inflammationibus, & in primis in peripneumonia, non una quidem, vel altera, sed quinta, sexta & septima vice per ejusdem morbi decursum non sine fructu, & manifesto spirandi allevamento, vena fuerit adaperta. Quin imo plures practicorum in eo convenient, quod vera angina ex sanguinis itasi sebñata funesta sit, nisi statim ab initio sanguis e venis sublingualibus fuerit missus. In puerperis si febris urget, vel inflammationis metus est, novimus, non sine fausto successu VSne fuisse celebratam. Constat vero, maximam practicorum partem id remedii genus, mirum quantum, in hoc casu in formidare. Deinde vulgaris est & recepta opinio, in gravidis ante medium gestationis tempus ab omni VSne esse abstinentiam, quod plerumque sequatur abortus: suppetunt vero, quam plurima exempla, ubi secundo, & tertio mense sanguis fuit emisus, & vel quinques id per tempus imprægnationis fuit repetitum, adeo felici cum successu, ut quæ multoties abortiverunt, sanam & perfectam problem in lucem hac ratione produxerint.

S. VI. Verum enim vero non VS. solum, sed etiam alia ex evacuantium remediis generibus, idem fatum ab experientia inconstantia nanciscantur. Novimus plures haud infelicitis nominis practicos, qui singulis fere in morbis, etiam acutis, emeticis uti non verentur. Alii contra ab eorum usu valde metuunt, isque vel rarissime, vel plane non utuntur, eo quod ventriculo noxam, aut funestam inflammationem induixerint; denique faburram primarum viarum longe tutius abstinentibus, & evacuantibus posse educi, exilliment. Neque obscurum est, in calidioribus locis, Italiae, Hispaniae, Galliae &c. eorum usum non semper feliciter succedere, adeo ut olim Romæ inducti fuerint, publico pœnali edicto an-

timonialium emeticorum usum interdicere. In intermittentium contumaciam expugnanda quidam practicorum non satia polsunt laudare, quod somitem febrem præsentissime extirpent. Alii contrarium tuerint, qui longe felicius vel tutius harum curationem absolvii posse statuum, si salinis deterioris obstrunctiones referunt, & specificis, v. g. Chin. Chin. satim febribus impetus coerceantur, præsertim cum pleræque intermittentes ex aeris & tempestatum vitio gignantur, & magis ex subtili caustica acrimonia, quam copia, vel stagnatione humorum subfuscantur. Ingens omni tempore fuit formido in morbis, ubi ad habitum corporis aliquid expellitur, criticis, & evacuantiam emetica quam purgantia præsertim eruptionis, vel expulsionis tempore adhibe, & propterea quod peccantem materiam magis in interioribus atque in centro retineant; hoc non obstante, sunt nostris temporibus practici, qui in variolis, & morbillis ante eruptionem, imo sub ipsa reiteratis vicibus & emetica & evacuantia propinare non verentur, ad experientiam crebri, & fausti successus confugientes. In apoplecticorum insultu utrum emetica convenient nec ne, ingens adhuc lis atque conetur est inter practicos. Quidam hac vehementi commotione sanguinis & humorum impetum magis ad caput uretri existimant: alii contra e capite stagnantes humores h. m. detrahi commodissime judicant. Multis soleane est, post bilis commotionem ab iracundia factam emeticum ad ipsam deplendam exhibere; alii experientia induiti hoc remedii genus tali in casu, ceu perniciosissimum damnant ac respouint.

S. VII. Purgantia validiora, hellenborata, scammoniata, colocynthiaca, & olim Hippocratis tempore, & per longam seculorum seriem, in usu frequentissimo medicis fuerunt; unde in officinis ingenientem farraginem compositionum variarum purgantium, tam veterum, quam recentiorum adhuc prostare, ubivis ferme locorum deprehendimus. Siquidem credebat his ipsis humores & copia, & qualitate peccantes, tam præservandi,

quam

quam curandi fine optime hac ratione posse educi. Sunt tamen & fuerunt semper, qui omnia valentiora evacuantia, cœu perniciosa damnarunt. Ipse *Asclepiades* referente *Celsi lib. 1. p. 29.* purgantia e foro medico ex pulit. E recentioribus *Paracelsus*; *Helmont*, *Bontekoe*, & qui ejus castra sequuntur, acriora hæc purgantia mortifera, & infamia remedia appellata non erubescunt, eo quod semper fere notitia observata sunt, vires dejiciendo, tonum ventriculi & intestinorum destruendo, & caustico inflammatorio sale fibrillas nerveas convellendo; neque res est de nihilo; cum certe plus damni, quam emolumenti ab eorum usu sit expectandum, qua de re legi meretur *Dissertatio nostra de purgantibus fortioribus e foro Med. proscriptis*. Ad hydropicorum aquas eliminandas tutus semper aerium purgantium usus habitus fuit. Nihilominus confirmat experientia, morbum hunc ab eorum usu ingravescere, inque pejorem statum præcipitari. Quin imo observatum fuit, a frequentiori horum usu cachexiam & hydroponem inductum fuisse. Noluerunt antiquiores in acutis, & exanthematicis febribus ullo modo irritare alvum, vel clysterem admittere; usus tamen & experientia docuit, vanum hunc esse metum, cum alvi fluxu spontaneo sœpe hi morbi terminentur, & moderata facta ejus aperiitione longe felicius earum curationes succedant. Aloen in concitandis haemorrhagiis, haemoptysi, haemorrhoidibus, membranis, olim admodum reformidarunt: a longo vero iam tempore convicti sumus experientia, hanc ipsam convenienti dosi & methodo adhibitam, ad haemorrhagiias fistendas esse utilissimam. Insolum mannae, & cassiae in nostris locis ferme proscriptum fuit, cœu languidum, effectum; & quod tormenta & hatus producat: contra olim *Egyptiorum* medici, Galli quoque, in ingenti copia ad uncias sex mannam, & cassiam pro dosi prescribunt; & hæc insula, vel decocta, in pectoris præsertim affectibus, inque aliis morbis acutis, & chronicis præstantissimi efficiuntur, experientia docet.

§. VIII. Communis tam vulgi quam

Medicorum olim fuit opinio, variolas, morbillos, purpuram, atque pestem expellantibus, & alexipharmacis esse tractandas, quo videlicet illud, quod vitæ sit inimicum, cito & celeriter per corporis peripheriam expellatur: unde tot in officiis prostant tinctoræ bezoardicæ, alexipharmacæ, spiritus volatiles, salia volatilia, ex viperis etiam desumpta, ac pulveres variis expulsivi, sudoriferi, olea calidiora, camphorata, alexipharmacæ, quorum usus in hisce morbis fuit frequentissimus. Et quamvis per multa secula hæc methodus medendi fuerit solennis, nihilominus solidia, & accurata per plurimum annorum decursum experientia ostendit, hæc omnia nocentissima esse, longe vero tertia in expellendis variolis, & morbillis esse, quæ nimios motus sustinent, impetus arcent, humectant, imo refrigerant: cujus generis sunt acidula, anodynæ, erreaque fixa, emulsiones ex semenibus quatuor frigidis, & hujus generis plura. Denique omne regimen in his morbis temperatum calidiori nocentissimo longis parasangis esse præferendum usus quotidianus perdocuit.

§. IX. In recenti forsan adhuc versatur memoria, quanta æstimatio laus, ac dignitas salibus volatilibus oleosis, sali volatili C.C. spiritibus volatilibus oleosis vario modo aromatisatis, constiterit, adeo ut pro panaceis præservandi, & curandi fine hæc ipsa remedia habita & magno pretio vendita fuerint, eo quod credebant, circulationem sanguinis, & humorum nec non inutilium partium excretionem egregie hinc promoveri, unde in morbis chronicis debellandis maximi semper fuerunt habita. Verum enim vero & hæc sua subierunt fata atque tempora, dum annotatum fuit, in compluribus chronicis passionibus ea plus damni, quam emolumenti attulisse vehementer humorum massam commovendo. Hoc vero notatum dignum occurrit, quod haemorrhagiæ salibus volatilibus augeri communiter assertum sit, cum tamen experientia demonstret contrarium; utpote hæc moderata dosi exhibita, spasmos, qui haemorrhagiarum fabri sunt, sistendo, haemoptysi, & nimium mensum fluxum in dispositis

egregie cohibent atque coercent.

§. X. Ante aliquot lustra in nostris Germania locis quidam Chimiatri non modo acidos minerales spiritus, sed & alia acida refrigerantia ex vegetabilium classe in frequentem usum traxere, & non modo in acutis, sed chronicis etiam passionibus ea adhibuerunt, quo nomine famigeratissima fuit tinctura aperitiva Mœbii, quæ spiritus salis bene rectificatus & coloratus est; & maximo pretio hæc habita fuit, & a multis practicis in renum & vesicæ calculo, malo hypochondriaco, scorbuto fuit ordinata. Postea vero quam praxis Bon-tekoearia, & Belgarum methodus curandi nostris terris innotuit, omnia acida ferre remedia e foro medico proscripta fuerunt, utpote hi statuebant omnium morborum originem esse stagnationem & coagulationem humorum, consequenter acidum & viscidum, hinc curationem morborum iis, quæ humores lento, & viscidos resolvebant, acidumque extinguebant, unice moliebantur, eumque in finem acida ex remediorum classe penitus propellebant.

§. XI. Opium, & quæ ex hoc paratur remedia dicta laudana anodyna theriacalia, quorum præcipuum ingrediens est opium, divinis laudibus olim, & omni tempore celebrata fuerunt, imo inter panaceas relata, quasi omnium morborum antidota: neque ullus fere exitit celebris nominis medicus, qui non hoc remedii genus magni fecerit. Quidam de eo volumina composuerunt: non nulli se nolle esse medicos dixerunt, nisi opium existaret. Nihilominus ab omni tempore fuerunt Medici, qui instar veneni illud reformidarunt, quod vitales motus & vires extinguat, sensibus torporem, ac stuporem inferat. Et ex recentioribus complures solidiores animadverterunt, quod ab opiatibus cuiuscunque generis, & compositionis fuerint, tam in chronicis, quam acutis passionibus, plus damni, quam utilitatis corporibus accedat, utpote cum peccantem morbi materiam, sive in qualitate sive in quantitate intus retineant acfigant, humorum stagnationes & stases, tantum abest ut removeant, ut potius au-

geant & salutares excretiones impediunt, quibus rationibus permoti non dubitant asserrere, theriacalia & opia valde infida esse minusque secura remedia.

§. XII. Dudum est, ex quo medicamentorum e Marte desumptorum usus in morbis chronicis debellandis, nominatum in malo hypochondriaco, cachexia, hydrope, mensum suppressione, ad contumaces viscerum obstrunctiones expedientias, mirifice fuit estimatus, usque eis, ut innumeræ compositiones, in liquida, & solida forma, quas ferrum ingreditur, in medicorum scriniis & pharmacopolis splendentes, ubique reperias. Neque tamen deesse plures novimus ex recentioribus, qui anticipis & minus tutæ virtutis, ut omnia ex metallorum regno desumpta, martialia remedia judicant, quum adhibitione sua in chronicis morbis vasculorum obstrunctiones magis firment, ac fibrosas nerveas partes ad spasmaticas contractions admodum disponant: & hoc ulque adeo, ut dictis in morbis illa magis noceare, quam prodere, experientia prædicta sit commonistratum. Ulterius quanta dissensio, quanta contentio inter praticos circa corticis Chinæ usum hodienum observatur? Hic a pluribus magnis medicis, divinum adversus intermittentium contumaciam præsidium habetur, neque innumeris observationibus hanc sententiam tueri desistunt. Quod si vero experientiam consulamus obviam, atque peritorum Practicorum observationes perlustremus, innumeræ etiam occurruunt exempla, ubi infaustus eventus hujus usum fuit consecutus, dum vel pejores febrium recidive factæ fuerunt, vel gravior morbus, ut cachexia, hydrope, malum hypochondriacum, contractura artuum, asthma spasmicum, & colica convulsiva febrem hoc remedio intempestive suppressam excepterunt.

§. XIII. Pari modo ex Mercurio desumpta remedia ingentibus medicorum dissensionibus obnoxia videmus. Et quamvis vetus illa, & male fundata opinio, mercurialia & metallica esse venena, dum expiraverit, solideque compertum sit dextre præparata & applicata non ca-

vere insigni fructu, & utilitate; nihilo ramen minus censuram mereatur illi, qui Mercurialia, vel etiam Solaria, etiam ritte preparata, tantis extollunt laudibus, ut ea efficacissima, & universalia prouincient, quom certe fama sua longe sint minor. Quis enim nescit a mercurialibus, quoque modo etiam preparata, correcta, vel rectificata fuerint, plurima incommoda, debilitates generis nervosi, molestas salivationes, paralyses, & tremores ortos fuisse? At missa haec facimus, certe enim volumen componendum elset, si vel omnia remediorum capita persequi, & hoc argumentum condigne tractare vellemus. Quibus enim ignotum est, quantus dissensus inter Practicos viget, circa Vesicatoriorum, & Fonticulorum, circa Therarum, Acidularum, & Lactis usum? & quomodo ad leclum cuiuscunq; agrotantis nullus fere modus, vel finis dissentendi, vel contradicendi sit inter medicos, singuli tamen, quod mirum, in sua sententia tuenda ad summum illud experientiae tribunal, & idolum confugiant. Videmus hinc clarissime, quam imbecillum, ac debile experientiae, cui medici innituntur, sit fulcrum; videmus porro, quod magis opinio cœca, quam certitudo, & veritas regnet in medicina. Dölendum vero maxime omnium, quod singula haec ita sint comparata, ut tyronem ab artis studio merito arcere, & potius horrorem illam addiscendi incutere queant. Et haec utique est ratio, quare apud prudentes ingens contemptus & opprobrium medicis, & medicinæ semper accesserit.

§. XIV. Verum enim vero necesse etiam est, ut audiamus, quæ ad haec omnia reponere, & quibus experientiam suam defendere & vindicare soleant medici. Dicunt nempe: experientiam esse omnis certitudinis, & veritatis medicæ parentem, dummodo non superficiaria incompleta & imperfecta, sed solida, & accurata fuerit, ad quam requiritur, ut omnes circumstantiæ, quæ ad veram morbi historiam pertinent, sint junctæ: quod si enim subjectum, quod ægrotat, in-

doles morbi, ejusque causæ atque effectus probe fuerint cogniti, nec non ea, quæ opem, vel etiam noxam attulerunt, accurate annotata, tunc utique tales observationes sœpius reperitas fallere minime posse affirmant. Neq; certe de nihilo haec est assertio. At vero ubi prostant tales observationes, tales completæ morborum historiae? ubi invenitur talis experientia? ubi notatus est talis remediorum effectus, in quo omnes & singula circumstantia fuerunt juncta? si enim vel veterum, vel recentiorum monumenta evolvis, rarissime talia invenies; potius omnes observations mancæ sunt, & mutile principis omissis circumstantiis. Præterea piger, & pudet proponere, quam parum verae virtutes & dotes medicamentorum sint cognitæ, quamvis innumeræ laudes, encomia & vires in Botanicorum, Chymicorum, & Pharmacopœorum libris jactatas, & venditatas videoas, quarum tamen paucissimæ fidem sustinent, & effectui respondent. Et nulla hic alia subest ratio, quam quod, si forsitan a tali medicamento assumto bonus effectus sequutus fuerit, statim hujus causam medicamento assignaverint, nullo habitu respectu ac ratione historiae morbi, ejusque circumstantiarum, sub quibus exhibitum fuit remedium.

§. XV. Verum enim vero quamvis non negandum sit experientiam bene instructam, & accuratae morborum historiae superstructam minime fallacem, & maximopere in praxi medica commendandam, attamen dubitari merito potest, nunc ad taalem experientiam pervenire possibile sit. Non enim ignotum est, naturas & corpora hominum mirum in modum variare, differre etiam morbos, eorum indolem, ac causas, & infinitas esse circumstantias, remediorum usum applicationem & effectum determinantes; unde videmus pro diversitate climatum, vita generis, ætatis, sexus, viatus, aeris, annitemporum, tempestatum, aquarum, consuetudinum, & dispositionis hæreditariae variare morbos, variare methodum medendi, variare etiam ipsa remedia. Ita idem purgans decem

subjectis, ejusdem etiam aetatis & roboris exhibitum, diversissimas producit operationes; in quibusdam fortius, in aliis segnius movet alvum; nonnullis digestionem turbat, appetitum prostrans, anxietates parit, & vomitum simul concitat. Et idem homo, qui hoc tempore bene potuit hoc, vel illud remedium ferre, alio tempore damnum inde experitur. Unde bene notatum a Sydenhamo, methodum febrem curandi, uno tempore prodesse, alio nocere.

§. XVI. Variant quoque morborum curationes pro diversis climatibus. Quis enim auderet enervantes Gallorum curas in febribus, per crebrius repeatas VSNES, purgationes, & pilas in nostris locis temere in usum trahere? & nemo facile in Hispania, Italia, aliquique calidioribus locis, nostram in Germania mendendi methodum, quoad usum emeticorum, volatilium, & calidiorum imitabitur? Quare videmus, quam difficilis & operosa res sit, rectam medendi morbis methodum addiscere per observationes, etiam accuratissime conscriptas, quam mirum in modum discrepant circumstantiae, quarum minima saepe variat remediorum applicationem. Profecto centum hominum aetates non sufficerent huic operoso negotio. Et antequam hac ratione, nempe per longam, & annoxiorem experientiam, vera medendi methodus inveniretur, plures oportet extingui. Ulterius vero medici pro defendenda experientia hoc argumento solent uti, quod ingens ille dissensus circa remediorum vires, & applicationem non destruat ipsam experientiam, & ad stabilidam hanc unice opus sit, ut respiciamus ad numerum eorum, qui medicamentum in morbo, vel male, vel prospere successisse affirmant: imo si mille fuerint, qui bonum esse medicamentum prouuncient, centum vero, qui contrarium assertant, tunc dicunt majori numero plus esse credendum, quam aliis, qui contrarium observarunt minori numero. At vero nee haec argumentandi ratio difficultatem hanc expedit; utpote a numero & multitudine idem sentientium

non adstruendum est veritatis criterium. Longissimo tempore Opiata magna in morbis remedia credita fuerunt, quanta tamen experientia testetur, plus nocimenti, quam emolumenti in morbis ab ipsis esse exspectandum. Quot numero fuerunt Practici, qui Calida expellentia volatilia, myrrhata in variolis & morbillis proficia judicarunt? que tamen certissime plus nocent, quam profund. Lenientia & alvi fluxus in febribus acutis pro interdictis habentur, & damnantur, cum tamen experientia contrarium testetur. Vehementiora purgantia per tot secula in frequentissimo fuerunt usu, quum tamen valetudinem magis destruant, & morbum augeant, quam auxilium ferant.

§. XVII. Quum itaque tam misera & desperata res sit, soli experientie credere, & adhaerere in praxi medica, hinc quæstio non immrito oritur, unde certitudinem & veritatem medicus in suis curationibus mutuari debeat. Plerique medicorum in eo dubio procul contentient, quod hoc passu ad alterum medicinæ fulerum confugiendum sit, nempe ad rationem, quæ cum experientia sic conjungenda. At vero quamvis non animus sit haec duo artis medicæ fulcimenta infirmare, sed potius ea roborare, ac firmare, placet tamen, eo quod id modo perfecimus circa experientiam, demonstrare quoque quam lubrica, quam languida, & imbecillis res sit medicorum ratio, qua ceu fulero inniti adhuc communis & perversus mos fuit. Quia rationem in auxiliu firmandæ artis nostræ causa advocant, id urgent maxime, ratione omnium morborum causas & remediorum effectus penetrando esse, & quomodo hoc, vel illud fiat in medicina, vel cur fausti, nec non infausti curationum eventus proveniant, unice ratione intelligi posse. Quid vero per rationem, qua veritatum medicorum norma sit, accipi debeat, non mitimur difficultatis est; etenim quis sibi persuader, se recta ratione uti, se veras causas penetrare, & firmis in demonstrando principiis nisi, quum tamen tot diversæ,

sæ, & rationes ejusdem effectus in medium proferantur, quot sere numero sint medici, non obstante, quod una tantum sit veritas. Adeo opiniones male fundatae imo fictiones pro veris rationibus, & demonstrationibus haberi solent. Quantus dissensus est circa principia, quibus Theoria, & Praxis medica superstrui debet? Paucissimi artem recte ratiocinandi, & unum ex altero deducendi, ex cognitis incognita eliciendi, res invicem connexendi, & distinguendi, aut errores ex veris, & simplicissimis principiis demonstrandi norunt, sed sine ordine, sine deliberatione, sine intima rerum cognitione, ex sola saltim imaginatione, & sua persuasione philosophantur. Tædet certe pressius prosequi, quot figura, quæ nec concipi, nec explicari, aut demonstrari possunt, a tot seculis ab ipsis dissentientibus medicis in scenam produsta fuerint; eujus commatis sunt ex veteribus calidum innatum & humidum radicale, natura, anima, cujusque facultates expultrices, attractrices, contoctrices, spiritus insitus & influus, naturæ prudentia, intentio, directio, energia, sympathia, antipathia, idiosyncrasia, antipraxia, vis plastica, quatuor qualitatum, & humorum temperies, & intemperies, hæcque vel cum materia, vel sine materia, Hælmonii archaeus, Chymicorum sal, sulphur, mercurius, diversi salium sapores, Glas, Blas, semina & fermenta morborum, idæ morbosæ spiritibus insite, vel influe, & nonnullorum lux, & flammula vitalis, spiritus vitalis, lucidus & igneus Willisi, peregrinus æther, varia cræses, & materia secundum figuram, situm, & magnitudinem dispositiones; quæ omnia & singula, nil nisi meri termini sunt, toni & soni nihil significantes, quorum explicationem si desideras, nihil aliud nisi petitio principii exsurgit: manent itaque speculationis, & imaginationis simulacra, & figura, nec ullum usum habent in demonstrando. Qui solidiori Philosophia Mechanica, & experimentalis scientia instruti sunt, facile agnoscunt, omnes in universo mutationes, omnes effectus fieri motu, qui unice res alterat, corruptit, destruit, immutat,

generat, producit, & omnium effectuum causa, & fons est. Facile quoque hi perspiciunt, omnes qualitates, omnes proprietates, & vires corporum motu fieri, nec sine motu concipi posse. Ex quibus etiam recte argumentantur, omnia, quæ contingunt in corporibus humanis, sive circa vitæ, & sanitatis, sive circa morborum, eorumque præservationis, vel sanationis negotium versentur, unice tantum absolvit motu; omniumque effectuum ac phænomenorum, quæ in corporibus animantium obtingunt, unicum & veram causam esse motum. Quare cum motus præcipuum sit mechanics principium, hinc omnia, sicuti in universo, ita etiam in corpore nostro mechanice fieri & explicari debere asseverat: & physicum, ac medicum, non secus ac mechanicum, motuum omnis generis leges exacte nosse debere, adeo ut, quo plures cognitæ habeat, eo felicius in demonstrandis effectuum causis progredi possit. Ex quo perspicue patet, quid intelligi debeat per Philosophiam, & medicinam Mechanicam, & quam sit turpissimum hæc ipsa a novellis doctoribus quibusdam non tantum ignorari, sed impudenter etiam contemni, & susque deque haberi. Verum enim vero, quamvis circa hæc inter prudentiores amplius sit consensus, quod scilicet in corpore animantium præsertim hominis omnia fiant, tam in statu sano, quam etiam quandoque in statu restitutio- nis, certo ordine, tempore, proportione, ad certum finem; & quod sublit horum summa ratio, ars & sapientia, quæ ex certis mediis ad finem ducentibus proportionatis cognoscitur; nihil tamen minus in diversas rufus recedunt sententias. Quidam dicunt harum rerum causam esse principium quoddam incorporeum, quod efficiat motus, quod sapientia, ratione, intentione, & cognitione præditum, corpus struat, conservet, præservet & restituat, si vero hoc ab illa sapientia atque prudentia deficiat, vel ab ea deficiat, tunc motus erroneos, frustaneos, & morbosos efficiant. Alii secundum mentem nostram dicunt motum esse mutationem statutus in corporibus, provenientem ab im-

pulsu , mutua actione & reactione , nisu & renisu vario corporum . Nam vires , quibus corpora agunt , a Deo creatæ , & per multiplicationem diffusæ sive extensæ veram naturam & essentiam corporum constituant ; quapropter inotus causa non extracorpus , sed intra essentiam corporis est quærenda . Neque negamus in macrocosmo pariter , ac in microcosmo , nec non in omnibus animantibus , & plantis , a sapientissimo ordine , arte , ac ratione in certum finem , sive machinas artificiosissimas esse productas , quæ nunquam clarius perscrutanda potentia & modo propagantur & multiplicantur , in quas tamen omnes , & singulas externa , solida & fluida , elementa , alimenta , medicamenta inducunt . Quas mutationes , ante omnia Physicus , & medicus tam a posteriori , quam a priori bene debet nosse , inquirere , explicare , & postea in usum applicare .

§. XVIII. Non vero nostri instituti , vel temporis ratio postulat hæc fusius adhuc & distinctius h. l. excutere , & ab aliorum objectionibus vindicare , sed leviter saltem illa attingere placuit , ut omnes intelligant , quanta dissensio adhuc circa prima principia Physica , & medica vigeat inter medicos . Enim vero non tantummodo inter medicos dissensio circa principia theoriæ medicæ , sed & circa morborum generationem , causas , eorumque curationem abundantissime visitur . Quidam plethoram pro causa omnium fere morborum habent , exclusa omni qualitate , & potentia salsa , & acri . Alii ne ullam quidem sanguinis P. N. abundatiā dari affirmant , sed potius ex perverso motu partium corporis nostri ipsique infensis qualitatibus morborum causas deducunt . Ex recentioribus plures ex solo acido , specifico tamen , nec non viscido , omnium morborum chronicorum originem explicare allaboraront . Quidam hæc esse insufficientia afferentes , adjecerunt potentias salinas , acres , salsas , causticas , volatiles & sulphureas biliosas ; non nulli nec hæc morborum explicationi sufficiere judicantes , morborum specifica fermenta , semina , ideas semifinales , fermentations hostiles , ætherem peregrinum ,

& diversas materiae morbosæ texturas in societatem advocarunt . Sunt quoque , qui omnes causas materiales negligunt , & occasioales tantum afferunt , veras autem morborum causas in ipso Archæo , seu principio vitali , in spiritu corporis nostri , seu in ipsa anima , corpus nostrum dirigente , querunt , quæ cognitione , prudenter , & vigilante instruta , contra & propter materiam corpori nostro infestam , præsertim sanguinem abundantem se propriis viribus , & marte proprio armet , & motu salutari critico , aut evacuatorio , aut febrili consumtorio , perniciolum vitæ humorem a corpore arcere , & propellere moliatur : quales motus salutaria potius naturæ conamina , quam vere morbosæ effectus dicendi essent . Alii , qui simile quid concipere nequeunt , a causis mere Physicis necessariis hos præternaturales motus proxime deduci debere afferunt , qui in se , & per se ad turbationem , sæpius etiam ad destructionem economia corporæ , & ejus perniciem tendunt , persæpe vero per accidens dirigente sic divina Artificis , qui corpus nostrum struxit , sapientia salutares fiunt , & in ipsis causæ morbificæ , a qua oriuntur , correctionem , vel expulsionem , vel destructionem benigne terminantur .

§. XIX. Neque in explicandis remediorum viribus , & operationibus confessio , & symbolismus observatur , sed plerique in diversas & contrarias sëpe abeunt sententias . Veteres peculiarem virtutem certis partibus dicatam remediis affingebant , unde emergebant pectoralia , stomachica , hepatica , cephalica , cordalia ; vel etiam sibi persuadebant dari evanescencia , quæ peculiarem humorem v. g. bilem , pituitam , melancholiæ corporis sphæra attrahant , & eliminant . Fuerunt , qui medicamenta saltim operari in spiritus , illos irradiando , vel etiam obfuscando , aut terroris , vel etiam iracundia ideam pervertendo , sibi imaginabantur , vel etiam , quod speciali ratione fermenta & semina morborum extinguenter : quæ omnia si bene æstimamus , nihil nisi vanæ speculations , & figurae , quæ nec intelligi , nec perspicue explicari pos-

possunt, merito dici debent. Ex recentioribus vero surrexerunt, qui omnem remedium efficaciam in concilianda sanguinis, & humorum fluiditate, eorumque circulatione promovenda, unice ponabant. Sunt quoque, qui remediis praecipuam virtutem in medendo derogant, & soli naturae medicatrici favandi & mendendi vim adscribunt, infusosque successus ejusdem erroribus assignare non verentur. Sed utinam haec omnia, quæ gratis sic in medicina afferuntur, solide prius & explicentur, & demonstrentur.

§. XX. Ex quibus omnibus dictis & adductis clarissime intelligitur tantopere a medicis laudatam rationem, non secus atque eorum experientiam admodum imbecillum in medicina, tam Theorica, quam Practica, esse fulcrum. Equis enim est, qui ubi tantus opinionum, & dissensionum numerus reperitur, certitudinem, ac veritatem sibi poterit promittere? Verum enim vero quo tandem ex omnibus hisce, quæ nos premunt, difficultatibus emergamus, paucis dicimus, opinionem perversam & errorem, sicuti in omnibus aliis disciplinis, ita etiam in medicina, unice ex corrupta nostra ratiocinatione oriri, omnem vero veritatem, & certitudinem ex solida, & bene fundata ratiocinatione profluere. Sanam autem rectam & perfectam ratiocinationem eam statuimus, quæ firma nititur demonstratione, id est, quæ clare & distincte res distinguit, intelligit, explicat, connectit, & debito ordine in adstruendis causis utitur; neque res separatas, aut ordinem rerum, & causarum inter se confundit, denique ex notis ignota detegit, media fini convenientia inventis, suaque detum illationes multiplici experientia & constanti eventu confirmat. Plurimi profecto eruditorum artem recte ratiocinandi ignorant, unde in graves incuridunt errores. Plures veritates singulares possident, sed eas postea ad invenendas, & eliciendas alias male applicant. Quam pauci norunt speculations, opiniones, resque imaginationis a claro, & perspicuo conceptu distinguere. Pauci etiam nominales definitiones, & expli-

cations a realibus sciunt separare. Quot sunt, qui nondum satis demonstrata, vel explicata pro veris alsument principiis, ex quibus postea multa inconvenientia inferunt. Causatum ordo a plurimis turbatur, ita ut remotas causas pro causis proximis ponant, & intermedias cum principiis confundant. Dantur, qui singularia nomina singunt, ipsisque realēm quandam tribuant efficaciam, vel a recepta terminorum significatione abeunt, unde non mirum, quod propter obscuritatem non possint intelligi. Et quod maximum, plures eruditorum hoc morbo laborant, quod ambitionis, philautiae, contentio- nis, quam veritatis sint cupidiores, & decori sibi habeant, semel amplexam sententiam relinquere. Hic est fundus miseriae medicæ, hic fons est tot hypothesis, variarum opinionum, sectarum.

§. XXI. Quis igitur non intelligit medicinam medicinæ esse necessariam, quæ nostro quidem judicio, non salubrior ex cogitari potest, quam quod rationem medici ante omnia corrigeret, emendaret, & proficeret, qua potest fieri solertia, ac dexteritate allaborent. Cultura vero rationis maxime continetur duobus; alterum est, ut intellectus compluribus veritatibus ex sensu, experientia, & observatione petitis in Physicis, Mechanicis, Chymicis, Anatomicis & Practicis imbuatur; alterum est, ut veritates jam cognitas bene connectere, & in ordinem dirigere ratio dicat: quod ultimum, saniorum judicio, studio divinæ Matheœos maxime acquiritur. Hec enim, ut bene monet Hippo. Ep. ad Thess. Fil. non solum vitam illuminet, & ad multa commodam in humana rerum statu efficit, sed etiam animam acutorem, & clarorem reddit ad omnium, quorum usus in medicina expetitur, utilitatem consequendam.

§. XXII. Quod si itaque Medicus artem recte ratiocinandi bene calleat, & plures veritates, ex Physicis & Medicis singulares cognitas habeat, tunc facile eas promovere potest ad axiomata invenienda, nec non ad incognitas veritates ex iis detegendas, & omnia obscura explicanda. Hisce præsidiis jam instructa medici ratio-

facile perspicet, experientiam omnem medicam in se non esse fallacem, neque ansam dare diversis opinionibus atque erroribus, sed præcipitam in judicando esse horum unicam causam, quod nempe ea, quæ observavimus v.g. a dato remedio sive faustos sive infastos effectus, nimis præcipitanter ipsis datis remedii hos scribam. Nam quemadmodum in Physicis & Mathematicis, sensus in se nec fallunt, nec falluntur, sed judicium, quod nempe secundum sensuales perceptiones ad ipsarum rerum existentiam, naturam, & causas statim argumentemur: ita etiam experientia minime in se fallit, sed fallit nos præceps nostrum judicium. Communis enim & quasi innatus error est, quandocunque, ut supra jam monuimus, a dato remedio in morbo prosperum, vel infustum effectum observamus, quod statim hujus causam ipsi remedio assignemus, cum tamen ad hunc, vel illum effectum saepe plures simul causæ concurrant, quæ nec cognoscuntur, nec perpenduntur. Quis enim nescit, pro diversitate humorum, pro differentia motuum, quibus fibra & partes solidæ corporis assuetæ sunt, mire variare remediorum vires atque effectus? ut proinde, remedia non secundum aetavitatem suam, sed secundum receptivitatem subjecti agere, veteres recte inculcaverint.

§. XXIII. Sana itaque medici ratio ac judicium solidum genuina clavis est, & vera directrix experientiæ Practicæ, & optima conciliatrix diversarum opinionum. Supra mentio facta est, in gentem inter Practicos, circa remediorum efficaciam in morborum sanatione existere dissensionem, dum alter certam medendi methodum, & certa remediorum genera mirum extollit, alter eadem valde deprimit atque contemnit, ut singuli experientiam diutinam profundamento assertionum suarum allegent. Hujus dissensus causas facile perspicit Vir exquisita ratione prædictus, & hinc disereptantes invicem Practicos haud difficili negotio conciliat. Et ut exemplis rem confirmemus, quando concertant

medici, utrum in variolis, in purpura, aliisque exanthematicis febribus VSo locum habeat, nec ne, tunc perfacile medicus peritus decisionem dabit rationi convenientem, quod videlicet VSo administrata in talis modi morbis exanthematum exitum promovet, si subiectum sit juvenile, vino assuetum, sanguine turgeat, vel effrænes motus in fibrarum systemate vigeant; contra vero quod in corpore segnori, spongioso, caechetico, & ubi bonorum succorum defectus est, circa expulsionis præsertim tempus, nunquam suadenda sit. Ita etiam ratione controversia inter medicos facile decidi poterit, num quisquam sanitatem, vel longævitatem sibi promittere possit sine VSne? sive, an VSo ad vitam sanam & longam multum conferat? Quod si quis itaque valde laborat, parvumque solidarum robore instructus est & vasa ampliora possidet, is certe sine VSnis auxilio diu sanus vivere poterit. Si quis autem in vita tranquilla, & otiosa, copiosos & boni succi cibos ingerit, corporis vero spongiosi est, & laxioris, illi nisi velit sibi subtrahere alimenta horumque bonitatem, opus utique erit sanguinis missionibus. Solenne est in Gallia in omni febre, vel etiam inflammatione per repetitas VSnes, purgationes, clysteres, ptisanas vires valde enervare, & ita sanguinis ebullitiones & itusque vehementiam deprimere: hæc methodus in illis regionib[us] facilius tolerari potest, quam in nostris humidioribus, & frigidioribus, ubi non tanta corporum agilitas, fibrarum sensibilitas, humorum fluiditas & sanguinis restauratio, sed fibrarum major addeptus, humorum densitas, unde nimium per Venæ Sectionem imminuto virium labore, vel pereunt acri, vel si remittit vehementia morbi, mortales majores sunt recidivi, vel alii malis morbi succedunt. In intermittentibus quando disceptatur, an Venæ Sectione utilis sit nec ne, tunc medicus adhibita ratione commode quoque id poterit definire, videlicet nō usum habere eam, si in prima regione præsertim ventriculo & duodenal humorum corruptorum stagnet, lavies,

luvies, vel in puro sanguine infarcta vas & viscera sint. Si vero febris fuerit epidemica, vel ex transpiratu prohibito nascatur, præterea corpus juvenile calidum & ingens æstus cum metu delirii præsens sit, quis dubitabit sanguinis evacuationem esse summe utilem?

§. XXV. In inflammationibus, num Venæ Sectio sit proficia necne, rationibus solidis medicus facile quoque determinabit; si enim viscus, uti pulmo, inflamatum graviter fuerit; si que ingens circa hoc sanguinis stagnatio ex oppressione respirationis obseretur, denique vasa sanguine repleta fuerint, tunc certe Venæ Sectio præsentissimum præstabit auxilium, quod subito respirationem libriorem reddat. In senibus vero, & ubi plus seri impuri, quam sanguinis in venis stagnat, utique sanguinem multum emittere, & per crebras vices eum immuovere non tutum, sed periculosum erit. Disputaverunt olim medici, num purgatio præcedere debeat Venæ Sectioni, vel Venæ Sectio purgationi? Non vero diffisilis erit horum conciliatio, si inter purgantia & inter laxantia fiat distinctio. Hæc utilissime semper missionibus sanguinis præmittuntur, ne biliosi humores in primis viis collecti succedant in locum sanguinis, & vasa occupent: minime vero purgantia ante Venæ Sectionem instituendam locum habere possunt. Vidiimus exempla ab imprudenter datis emetico-purgantibus in virus plethorico-hyPOCHONDRIACIS varia spasmatica nec non paralytica pathemata excitata, quæ V.S. statim temiserunt. Neque enim aliter contingere potest, quam quod partibus a purgante sortiter commotis, & spasmatica tandem constrictis, sanguinis copia ad cerebrum cum impetu deferatur, & ibi facta stagnatione & congestione, varia in genere nervoso exiget incommoda.

§. XXVI. Sunt nonnulli, qui emetica cum Asclepiade præcepta medica lubentissime expellerent, alii nolunt sine illis esse medici. Medicus vero ratione imbutus hanc dubiam sententiam facile conciliabit, quod carere certe emeticis solidus medicus nequeat, quoties considerat plu-

rimorum etiam acutorum morborum somitem plerumque subsistere in primis viis & flexura duodeni ceu succenturiato ventriculo, uti id D. Praeser latius in *Dissert. de duodeno multo. mal. sede deduxit*. Noncent vero emetica, si spasmatica partium crispatura & contractura urgent, si que plus acrimonia caustica subtili humores, quam copia peccant, vel si ab animi impetu motus œconomiae corporis fuerint turbati. Ubi vero a saburra & quantitate humorum stagnantium atonia partibus inducit, tunc certe iis ablatis robur fibris debilitatis rursus sua sponte additur. Quæstio etiam decidenda occurrit, num vomitoria, vel etiam laxantia aut clysteres in variolarum vel morbillorum affectu tuta sint, an vero singularis potius noxa ab ipsis metuenda? At vero sana etiam medici periti ratio horum usum & abusum facile determinabit. Nam certe corpora hisce affectibus correpta, quovis etiam tempore subinde hisce remedis exercere, conatus erit omni prudentia ascopo vacuus, inde debilioribus subjectis non sine periculo: si vero indicium adfuerit saburræ acidæ biliosa in ventriculo, & duodeno existentis, præstat utique hanc moderato emetico cum laxante, V. G. manna decocto mixto prius evacuare, ita enim benignior certe & tolerabilior, sine ingenti quoque copia exanthematum, succedit morbus. Quod vero alvum aprire, quandoque per decem dies occlusam, in hisce morbis renunt, nec admittere volunt clysteres lenientes, ne temperata laxantia, hic certe non capiunt, quod nimia mora in intestinorum canali contenta colluvies biliosa mucosa pernicioles corruptiones induat, quæ postea gravioribus symptomatibus viam pandit: apertissimam.

§. XXVII. Utrum in peste emetica usum habeant nee ne, nuperimo tempore disputatum fuit a dissidentem experientiam allegantibus. Observatum tamen fuit mox in principio ea data profusiss., si vero jam malum in universum corpus & nervorum systema dispersum fuit, tunc inflammationem, quæ semper fere in peste præsens est, adauxerunt. Miasma enim

enim pestilens tenuissimæ indolis cum saliva mixtum descendens ad œsophagum & ventriculum, ibi stagnantes & ad corruptionem proclives humores, facile in suam naturam confermentat, ubi utique hanc corruptionis virulentæ mineram, antequam elaboretur, subito e corpore expellere tutissimum erit.

§. XXVIII. Quod attinet ad expellentia & sudorifera, horum magnus olim usus fuit in expellendis exanthematicis, nostris vero temporibus in totum fere cessat & damnatur. Integrum vero erit h.l. etiam afferere, sanam medici rationem, modo dextrum horum usum suadere, modo ab eorundem abusu dehortari, de utriusque vero legitima indicatione pro diversa circumstantiarum indole prudenter decernere. Sic ubi nimis vigent commotiones solidorum & que ac fluidorum in machina nostra, ubi irrequieta anxietas, intensus æstus, humorum abundantia, ubi calidiora hac remedia venenivicem subeunt, & utique magis & re erit tali casu propinare sedativa, quæ efferos sanguinis & humorum motus refringent, utque hac ratione feliciter heterogeneorum expulsio promoveatur. Ita saniori quoque ac recta ratione decernimus non quadrare calidiora, & expellentia iis morbis, ubi materia nondum est ad motum apta, neque ad seernendum vel excernendum prompta atque disposita. Statuit quoque ratio in morbis chronicis, ante solutionem plethora, sudorifera activiora neutiquam convenire, ne intensiori sanguinis & humorum peccantium circulo, per incongrua loca eruptionem materiæ moliens natura ingentes hemorrhagias, extravasationes, humorum stagnationes, & inflammations, vel etiam paralyses & apoplexias in scenam producat. Si vero, excretionis tempore, & materia ad excernendum digesta & congrua natura nimis langueat, & legnis sit ad expellendum, tunc utique prudentia medici in eo versari debet, ut fidelem naturæ ministrum se gerat, eamque in opere suo deficientem adjuvet.

§. XXIX. Similiter ut Opiatorum o-

sores cum nimis horum remediorum satoribus conciliemus, opus quoque & labor unicus rationis erit. Ecquis enim non intelligit, ubi motus in corpore deficiunt, ubi copia & lentescentia humorum peccantium est, eorumque slasis aut inflammatio metuenda; præterea pulsus debilis & languidus, ætas senilis, habitus corporis lpongius, quod neutiquam tunc, quicumque demum etiam morbus fuerit, eorum usus sit conveniens. Contra vero ubi nimia dolorum & spasmorum adest ferocia, ex animi affectu, vel principio subtilissimo, aut causa externa producta, vel ubi natura anomalis motionibus morbosiss assueverit, præterea natura est sensibilior, ætas juvenilis, & motuum concitata vehementia, ibi certe desideratissimam opem ferre solent.

§. XXX. Eodem modo sese res habet cum Chin.China, cum Martialibus, Roborantibus & leniter Adstrictivis, quorum abusus valde nocet, dexter vero usus summe est proficuus, nec tamen discerni invicem, nisi per judicium & prudentiam medici possant. Quis enim Chin.Chin excellentem virtutem in listendis febribus motibus, quis Martialibus in roborandis visceribus, aperiendis obstructiōnibus & eliminandis superfluis vint derogare velit, si dextre adhibeantur, subtracta nempe primis viis prius nimia humorum peccantium colluvie vel plethora soluta, & ubi toni fibrarum remissio & laxitas advertitur? Contra vero, ubi in prima regione non solum, sed in ipsis quoque visceribus humorum abundantia fuerit; si tonus fibrarum vigeat, & spasmodis constrictæ fuerint partes, plus certe nocent quam prosunt, & ab eorum usu gravissimorum semper morborum catervam, tanquam ex Pandoræ pyxide consurgere dolebitimus, dum materiali morbosam, quæ débebat excerni, intus continent atque coercent.

§. XXXI. Mercurialia quod concernit, horum pariter abusum damnat recta rationis consultatio, prout dextrum eadem adhibendi modum summopere suadet atque commendat. Quotus enim quisque est, quem lateat mercurialia in pul-

polveris forma deglutita facillime salivationes excitare, quod partim glandularum salivalium mæandris celerrime se insinuent, partim etiam tunicis ventriculi impacta, ex concursu variorum humorum, & salium corrosivam suam rursus nanciscantur indeolem, unde illæ lacrymæ. Contra vero si in pilulas cogantur, effectus longe præstantior sponderi potest, dum per intestina prius devolvuntur, quam soluta fuerint, & sic successive colliquata vim suam placide dispergunt, & tandem foras, qua data porta ruunt. Præterea mercurialia nunquam interne dari debent, quoties prima regio acribus salinis biliosis lordibus squalent, ne saline haec particulae mercurialibus assidentur, & corrosivum virus ipsis restituant, unde saepius præsertim in hypochondriacis, scorbuticis, arthriticis, febribus biliosis, infantibus lacte corrupto adfectis noxam intulisse præsentissimam compertum est. Nec ubi genus nervosum vel cerebrum valde languet, fibrarum & vasorum tonus insigniter relaxatus, vel etiam nimis constrictus est, ceu in paralysi, epilepsia, apoplexia &c. fieri assolet, locum habent heroica haec remedia, utpote que stimulando & animando sistema fibrosum omnem lymphæ ac humorum massam turbando ingentes concitant motus. In hujusmodi casibus mercurialia, qua certe alio tempore, loco, morbo & subjecto non modo tutissima sunt, sed etiam efficacissima, eximiā noxā afferre possunt corporibus, tot historiis & observationibus id testantibus. At ubi nihil vetat ea propinare, certe nulla potentius remedia contumaces oppilationes referant, & obstructions etiam in remoris & angustissimis capillaribus vasis perfringunt ipsis mercurialibus: nulla efficacius viscidos crassos & lentos humores fundunt atque colliquant, quam haec ipsa: unde in rebellibus ac contumacibus affectibus, venea lue, antiquis exulcerationibus, tumoribus duris dissolvendis, vermidibus fugandis, & depuranda lymphæ massa divinam ferunt opem, dum modo dextra methodo & debito cum regime adhibeantur.

§. XXXII. Tandem quis ignorat a fontium salubrium & nominatum Thermarum Acidularumque usū noxam pariter atque levamen ægrotantibus accedere, ut profecto etiam circa horum selectum & prudentem applicationem medici ratio caute versari debeat. Quis etiam non a priori videt in gravi viscerum obstruktione, induratione, corruptione &c. ut sit in hydrope & phthisi, vel etiam nimia cerebri & nervorum laxitate, ut in epilepsia & paralysi, vel seri etiam extravasatione, ut in hydrope thoracis & asthmatis convulsivo horum fere nullum esse usum, adeoque plus detrimenti, quam emolumenti inde expectari posse? Contra ubi obstructionum ea est ratio, ut possint superari, ubi humorum tenacitas resolvi, & expelli possunt, acidi salsive humores corrigi & dilui, constrictæ nervorum partes emolliri, ibi sane hi fontes summa sunt ad rebellis chronicas passiones arcendas, vel sanandas præsidia. Non vero hujus loci vel temporis est hæc omnia specialius adhuc deducere, cum certe integrum volumen de hoc pernibili arguento conscribi posset. Sufficit, quod sat superque exemplis demonstravimus, sanam & rectam medici rationem, omnē fere in omni genere medendi ferre punctum. Quare etiam Hippocrates lib. de art. Sect. 7. scribit: *Quæ profuerunt, ob rectum usum profuerunt, quæ vero nocuerunt, ob id, quod non recte usurpatæ sunt, nocuerunt.* Etenim ratio optime causas inquirit & scrutatur, cur medicamenta vel noceant vel profint, adeoque usum eorum vel abusum detegit; ideoque scite rursus pronunciat Hippocrates l.c. *Quod medicus omnia bene fundata ratiocinatione facere debeat, & quod opinio in medicina in crimen vertenda sit, quia perniciem affert.*

§. XXXIII. Verum enim vero non tantum medici ratio potissimum præstat in medendo, sed præcipue etiam in præcavendis morbis plurimum valet, dum exquisite sanitatis naturam calleat, & quæ labefactare hanc idonea sunt, prævidet, & morborum originem, generationem & progressum, cognitis infinitis eorum causis.

sis concurrentibus, quasi ex alto prospicit, & speculatur. Quibus evolutis jam facile cognoscit medicus, quæ ex elementorum, alimentorum, vel remediorum etiam classe morbis resistere, vel tempestive illis succurrere, eorumque vim infringere possint. Ipse etiam medicus distincte perspicit machinæ nostræ vitam & que ac sanitatem dependere a continuis ingestionibus & egestionibus, quarum utræque si deficiunt, vel modum atque proportionem excedunt, periclitatur sanitas; unde mensuram ingestorum & egestorum accurate perpendit. Perspicit quoque longam & sanam vitam fluidorum perenni libero & non interrupto motu stabiliri; quare maxime in id incumbit, ut humores convenienti humidi quantitate mobiles atque fluxiles, vasaque & vias aperatas servet, & ut quæ solidis robur addunt, & fluidorum in solida impulsu adauagent, sicuti sunt exercitia corporis, motus, medicamenta ballamica, roborantia, suadeat atque commendet. Oprime quoque cognoscit, cogitationes & impressiones animæ operari in partes solidas, fibras & membranas, quarum tono & motu lœso, fluidorum quoque motus invertuntur, & a regulari sua velocitate deflectunt & turbantur: hincque animum sedatum & moderatum, qui ut Poeta loquitur, gaudeat minus, minus que doleat, omnibus commendat: denique cum a suppressis vel omissis sanguinis vel aliorum humorum excretionibus persimil confuetis, morbos propullulare videat, hinc sollicitus semper est, ut mature eas restituat.

§. XXXIV. Tandem sagax medicus maximam differentiam subjectorum, temporum, circumstantiarum, locorum & climatum in medendi methodo observat: neque enim alimenta, quæ certis subjectis convenient, aliis eodem modo sunt proficia; neque quæ a state assumentur, pari cum successu exhibentur hyeme: neque victus certis regionibus ac populis familiaris, & consuetus, & que conductit aliarum regionum incolis; neque remedia, quæ huic vel illi individuo in certis quibusdam morbis sunt excepta-

ptissima, aliis individuis eodem morbo laborantibus conducunt. Nullus igitur medicus observationibus, aut libris medicis diversis in locis scriptis, recte utri, & ea, quæ continent, ad sanitatis ac vita tutelam applicare potest, nisi summa ratione sit instructus. Sic enim a priori statim dijudicare poterit, quando circumstantiae principaliores in observationibus sunt omissæ; atque illico perpendet methodum medendi huic illive climati ex aeris, vietus, diversitate & singulari corporum constitutione familiarem & utillem, non convenire diversis ab his regionibus, adeoque non esse facile imitandam. Quare semper exacto cum judicio, & clara distincta ac solida cum ratione legendi sunt medicorum libri, & caute perscrutandæ sunt observations aliorum, nisi in praxi postmodum quadrata rotundis miscere, & graviter impingere medicus velit.

§. XXXV. Restat jam ut demonstremus, artem nostram per solidam rationationem & sanam Philosophiam longe magis increuisse, quam per immensam atque infinitam experientiam. In confirmationem hujus asserti producere licet magnum illud, quo non datur in medicina superioris, nec in mundo præstantius inventum, Sanguinis Circulationem, quam Anatomizæ exquisitiōi debemus. Hec, ut primum quidem in scenam prodit, tantam arti & scientiæ nostræ lucem affudit, ut inde medici non solum longe penitus in abditam vite & sanitatis naturam penetraverint, & partium corporis nostri functiones & viscerum officia dextre magis, ac olim factum erat, explicaverint: sed etiam veterum figura & somnia in meris verbis, sonis atque tonis nihil significantibus, ut supra jam innuimus, tradita, tandem sub felici hujus auspicio disparuerint, atque explosiant. Hoc divinum inventum hodie tam firma fundamenta cum Physiologia cum Pathologia & Therapiæ subministravit, ut hujus cognitione omnes fictiones de medicamentis specificis certis partibus dicatis, hepaticis, spleneticis, cordialibus, uterinis &c. præterea omnes facultates

tates concordantes, secretrices, retentrices, excretrices, nec non electrices medicamentorum purgantium, uno quasi istu ceciderint, & funditus eversæ sint. Neque minus recentiorum commenta de medicina universalis, de seminibus & fermentis specificis morborum, de electione venarum quoad scopum evacuatorium, hujus ope detecta & profigata sunt, & demonstratum præterea paucis & selectis quibusdam remediis omnium morborum curationes commode & efficaciter posse perfici. Non dicemus jam de aliis præstantissimis Anatomicis, Chymicis, Mechanicisque inventis, quæ non tantum in Theoria, sed etiam in Chirurgia, Pharmacia, & Medica Praxi tuto fideliter, & jucunde gerenda operam præstant desideratissimam.

§. XXXVI. Optandum vero vehementer foret, ut in Mechanicis, Hydraulicis, Staticis & Hydrostaticis plures leges motuum, fluidis pariter ac solidis elasticis, magis determinate nobis essent cognitæ, ut motuum in corpore nostro anomalias accuratius explicare & exactissime cognoscere liceret. Optandum præterea, ut melior esset oculorum acies, qua exilissimos illos cerebri, nervorum, fibrarumque canaliculos rimari, & fluidorum per illos motus pressius prosequi, & mixtiones atque texturas corporum attendere possemus; tunc certe desiderio nostro potitis, longe adhuc nobiliorem futuram esse scientiæ nostræ medica faciem sperare liceret. Neque minus egregia nostræ arti salutari accederent incrementa, si ejus antistites in pulsuum, qui de sanguinis atque humorum progressu testantur, negotio, tam in sanis quam subinde etiam ægroris intensius paulo desudarent, necnon curatius ad excretiones, earumque modum, quantitatem, ac pondus respicerent.

§. XXXVII. Quis itaque ex dictis & demonstratis haec tenus non evidenter agnoscit, solidam medici theoriam & praxim potissimum in ratione, & prudentia fundari? Quis porro ambiget afferere, rationem medici esse experientiæ & observationum directricem, imo clavem:

atque experientiam rationali & physica theoria destitutam infidam esse, empiricam, mutilam atque mancam, & verum ignorantiam asylum? Patet ulterius ex ante adductis, illos, qui inventis Anatomicis Physicis Mechanicis atque chymicis usum atque præstantiam in folida Theoria & Praxi medica stabilienda derogant, penitus ignorare, in quo nostræ artis natura, perfectio, & incrementa versentur. Neque obscurum amplius esse potest, quod methodus medendi specialis nihil sit aliud, quam medici judicium: quo differentiam status morbi cognoscit, convenientia remedia invenit, inventa debito tempore ordine ac regimine applicat, & tandem ægrorantes ab iis omnibus, que ullo modo noxam inferre valent, sedulo dehortatur. Unde etiam fluit, quod qui acri judicio pollut, ad praxim medicam faciendam admodum sint idonei, & quod prudentia in judicando, felix atque foecunda mater sit omnis peritiae, prout imperitia e contrario misera loboles est hebetis animi, & stolidæ in discernendo imprudentia.

§. XXXVIII. Exponere hæc omnia paulo clarius in præferti Dissertatione voluimus, quum pauci ex medicis, multo minus e vulgo, & artis nostræ rudibus intelligent, quid medicina sit, quæ ad ejus incrementa promovenda requirantur quæ ejus sint fulcra atque fundamenta, & quæ medicus discere, scire, ac docere debat? Vulgaris error est, experientiam omne punctum ferre in praxi medica, & medicis ratiocinationem in ea parum esse utilem, quum tamen, ut supra ostensum, ignorantiam rationis medice & experientiæ naturam; hinc etiam usum & abuseum remediiorum, in quo cardo medicinae practicæ versatur, perperam distinguunt, sed vel ex prospero successu observato certa remediiorum genera in cœlum usque extollunt; contra vero si male aliquando cesserit eorundem usus, ea ipsa mirum rursus deprimunt, & in orcum usque dominant, quum tamen ipsum remedium, quod in se est optimum, hujus infausti effectus non sit incusandum, sed medici ignorantia, qui prudentia id recte

applicandi est destitutus: Quare nostro iudicio ii medici, qui absolute vel remedia nimium extollunt, vel ea ab aliis laudata sine discriminē & limitatione increpant atque contemnunt, parum certe videntur artis nostræ, & veræ theoriz & præxeos naturam penetrasse. Sed hæc pro hac

vice sufficere censemus. Te vero L. B.
rogamus, ut memineris illius Horatiani:
- - - - - Si quid novisti relictus
istis,
Candidus imperti, si non, his utere
mecum.

DE FONTIS SPADANI ET SCHWALBACENSIS CONVENIENTIA.

Q. D. B. V.

S. I.

ACidularum, quæ passim in Germania nostra scaturiunt, non eadem est natura, neque eadem ad morbos, tam avertendos, quam abigendos, efficacia, sed magna diversitas, & ratione elementorum æque ac virium discrepancia. Ut igitur de omnibus eo melius constaret sigillatim, foret omnino operæ pretium, si qualibet ipsarum haberet, qui meritis laudibus in ægrotantium salutem præstantiam medentibus commodarent, & nativas dotes cum memoratu dignis observationibus prosequerentur, atque plenius exponerent.

S. II. Veteres quidem, & adhuc ante triginta annos medicorum cæteroquin doctorum plurimi, soteriorum, & calidorum, & frigidorum fontium, sive thermarum & acidularum, vera & genuina principia ignorarunt. Plerique potius, qui de medicatis aquis in lucem scripta ediderunt, peregrina, aliena plane & naturæ humanae prorsus infensa, non amica, ex metallis pariter, & mineralibus, saliumque bituminumque familia effinxerunt agendi elementa numero plurima, e quibus vix unum reperiire, vel demonstrare est integrum. Non tamen mirum, adeo hallucinatos esse priscos, quia philosophiaz chymicaz & experimentalis cognitio ipsos præteriit, cuius solius benefi-

cio, ea, quæ medico usui serviunt, explorari, ipsorumque contenta erui possunt.

S. III. In primis hoc ex fonte repetendum, quod olim crediderunt, & adhuc plurimi recentioris ævi crediderunt, minerales medicatas aquas, acidum quoddam elementum ac spiritum custodire, unde ipsis etiam acidularum nomen impositum. Sed primus utique inter omnes, jam ante aliquot lustra multis, & claris argumentis demonstravi, ne minimum quidem acidi, sive spirituosi, sive fixioris, sed potius acido contrarium, alcalini nempe quippiam, in acidulis perperam sic dictis reperiri, eo quod alcalinorum est proprium, ut cum acido quovis affuso conflictum edant, ac lacti commixta illud non coagulent, id quod utrumque præstant acidulae. Dein facta ulteriori indagine, aliquot postea dissertationibus, insignem illam, quæ inter acidulas & thermas intercedit convenientiam, publice docui, & asserui: thermas nihil aliud esse quam acidulas, intra terræ penetralia calefactas, eaque propter cum bonis ægrotantium rebus acidulas frigidas, moderato igne tepefactas, loco thermarum, tam interne, quam externe posse usurpari. Neque minus experimentis cum plurimis medicatis in Germania scaturientibus aquis institutis perspexi ac demonstravi, præter salinum ac terreum crassius elementum, inesse salubribus aquis spiritum quandam æthereum, volatilem, mine-

ralem, ab eoque potissimum ipsarum virtutem esse arcessendam, adeo ut hoc dissipato, vel in auras avolante, & sapor, & vis medicinalis præcipua mox expiret.

§. IV. Quæ quamvis ita sint, neutriquam tamen negandum, conspicuam etiam esse inter minerales medicatas aquas differentiam, modo majorem, modo minorem. Aliæ quippe plus, aliæ minus spirituosi purissimi & ætherei principii: aliæ vitriolici, volatilis, martialis elementi aliquid, vel nihil recondunt; aliæ subtiliorem ac leviorem, aliæ rudiorem, & graviorem, ob calcariam, vel ochream terram admixtam, vehunt aquam. Quæ ingredientium & mixturæ diversitas diversas dein facit vires operationemque aliam atque aliam. Quare a circumspetis & rebus suis sat agentibus medicis exalte merito pernoscenda hac differentia, quo in tam discrepante corporum, naturalium & morborum quoque indole, cum certa ratione dare queant consilium, quem ex soteriæ aquis, magis, vel minus, singulis convenient.

§. V. Dedi quidem & inculcavi utilissima hanc in rem monita passim in scriptis nostris, quæ qui rite obseruat, ejus consilia certe non cadent in irritum. Ut tamen specialius paullo constaret, qua ratione comparatio instituenda & differentia æque, ac convenientia inter minerales aquas eruenda, placuit iam sistere celebratissimas binas acidulas, Spadanæ scilicet & Schvvalbacenses. Utriusque enim hiujus soteriæ aquæ genuinæ ac optimæ conservata copiam fecit haud ita pridem Dn. HOCHIMER, mercator Lipsiensis integerrimus, & nos utramque examini curate subjecimus. In quo quid observavimus, quid de viribus & usu censendum, exponemus candide, quo mendaces eo certiores reddantur, quibus ægrotis, quibus in morbis, & qua methodo usui sint acidulæ haec nobilissimæ.

§. VI. Prius vero, quam nostra in examine Spadanarum & Schvvalbacensium instituta experimenta promamus, haud abs re erit dispicere, quæ ipsis aliis adscriperunt elementa. De Spadanis qui-

dem edidit anno MDCXCXIX. gallico idiomate tractatum NESSELius, Medicinæ Doctor & Senator Leodiensis, in quo & multa & varia ipsis inesse putat principia. Autumat enim easdem custodi re quippiam martialis, eo quod canarium, per quos decurrent, & vasorum, in quibus aliquamdiu stant, fundo atque lateribus, flavum sedimentum, quo d. vulgo ochram vocant, apponant. Id vero non quidem negandum, sed commune est omnibus ferme thermis, & acidulis, ut in locis, ubi scaturiunt, atque etiam in calibus, quos perlant, terrestrem flavi coloris materiam deponant; ita tamen ut ab aliis id majori, ab aliis minori copia fiat.

§. VII. Idem porro auctor vult Spadanis inesse martiale vitriolum, ejusque in confirmationem provocat ad saporem. Verum, nos nunquam, neque ex acidulis, neque ex thermis, verum martis vitriolum educere, neque illud per evaporationem, neque per atramentosum adjectis gallis, colorem, deprehendere potuimus. Atque etiam in Spadanarum examine idem nobis accidit, quippe quæ insperso gallarum pulvere, non nigrum, sed tantum colorem ex bruno rufescens exhibuerunt. Neque tamen color hic, ut in aliis quoque acidulis accidere solet, perpetuus est, sed si aqua in liberiore aere steterit aliquamdiu, non amplius comparet. Quod haud fallaci est indicio, genuinum vitriolum, quale est nativum, vel artificiale, ex vitrioli spiritu ac latura martis paratum, minime in hisce aquis recondi. Quod autem sapor acutus vitriolici quippiam mentiatur, id dubio procul principii subtilioris terreo-martialis & spiritus mineralis ætherei connubio tribuendum.

§. VIII. Porro nitrum vehere Spadanas aquas tradit NESSELius. At nitrum, cuius character inflammabilitas, ut ita loquamur, & fulminatio, neutriquam est nativum, neque in subtortaneis locis, ut ab aquis forberi posset, reperitur, sed sal potius est aereum, ex acido catholico, in aere circumvecto, intime cum terra subtiliori alcalino-sulphureo ma.

maritato genitum, nec ullas unquam fontanas aquas, ut communis fert opinio, ingreditur. Ut mittamus ejusdem commatis asserta, quo aluminis, sulphuris & cerussæ contagio infellas esse nostras comminiscitur.

§. IX. Sic quidem satis multus est auctor hic in elementis Spadanarum nominandis, sed sterilis plane in iisdem per chymico-mechanica experimenta demonstrandis. Argumenta potius, quibus sententiam suam probare nititur, redeunt ad conjecturam, & ex operationibus a diversis affectibus sunt desumpta, quibus etiam ante ipsum egregii alii viri, quos advocat testes, usi fuerunt, Scilicet observatum fuerat, acidulas nostras adstrictivam & roborantem, nec non excretiones fissilentem facultatem possidere. Hinc albumen ipsis inesse crediderunt, quod virtute pollet eadem. Observarant, hanc aquam vim habere calefaciendi, & cum fructu in morbis frigidis, & personis natura phlegmaticis usurpari, quare sulphur ipsi inesse conjecterunt. Noverant per experientiam, Spadanæ in morbis a bile artis nimium astutum restinguere: eundem vero etiam effectum nitrum praestare: unde hoc illis inesse bona fide crediderunt. Vitriolum vero & ferrum omnibus fere soteriis fontibus inesse voluerunt Majores, induci virtute eorundem roborante & aperiente, qua excretiones per alvum, urinam & sudorem promovendo, & obstructa expediendo, in gravibus chronicis morbis opem ferunt incomparabilem.

§. X. Non melior Schvvalbacensium sors. Harum enim utilitas spectatissima jam pridem inclaruit, & longius quam ante centum annos in medicum tractæ sunt usum. Nec defuerunt, qui de his scripto aliquid consignarunt, inter quos primas fert JO.DANIEL HORSTIUS. Sed quicquid de salutari hoc latice disserunt, eodem infirmo conjectura & ab effectu tantum desumpto fundamento nittitur. Nimirum quia hæc aqua pro diversitate corporum ac morborum refrigerat, exsiccat, adstringit, & calefacit,

ferrum, vitriolum, ochram, sulphur, alum, sal fossile, nitrum, in ipsius sinu hospitari, sine ullo experimento, & inde ducta demonstratione, perhibent, ac salutaris effectus causam ab imaginariis hisce elementis reperunt.

§. XI. Nos igitur, relictis ducibus hisce, viam ingressi sumus aliam, & per instituta tentamina varia, chymica, & mechanica, in genuina horum fontium agendi principia cum cura inquisivimus. Quo perspectum habuimus, ne ullum quidem ex allegatis ingredientibus, iisdem inesse revera, sed longe aliis praestabilem ipsarum virtutem in acceptis esse ferendam. Simul etiam innotuit, magnam Spadanæ cum Schvvalbacensibus esse convenientiam, quallem fovent alicæ nullæ, & ob id eo magis notandam.

§. XII. Primum, quod adornavimus tentamen, fuit ponderatio. Levitatem enim & subtilitatem aquæ nosse, est in examine palmarium, magnumque ad di-gnoscendam salubritatem fert momentum. Replevimus hunc in finem vitrum satis capax aqua pluviali, id lanci exquisitæ imponimus, & vidimus, vitrum cum aqua gravitatem habere novem unciarum, drachmarum sex, & granorum sedecim. Eadem dein vitro, ad eandem altitudinem, infudimus fontanam aquam, in area ædium nostrarum scutrientem, eandem lance libravimus, & notavimus pondus novem unciarum, sex drachmarum & triginta sex granorum. Tum eodem modo expendimus in bilance Schvvalbacensem mineralē aquam, ac observavimus, eandem idem pondus drachmarum, & unciarum, sed grano minus æquare, quam cœlestem. Et in Spadane demum ponderatione, eadem prorius, quam que in Schvvalbacensis, fuerunt notata. Ut adeo pateat, utramque aquam bonitatis indicem egregium terre levitatem tantam, que uno grano superat ipsam pluvialem, fontanam communem vero viginti uno granis.

§. XIII. Aliud dein adhibuimus ad examen gravitatis instrumentum, a nobis

nobis inventum, ad explorandum salis, vel sacchari in aqua communi contenti pondus. Hoc ita fabrefactum, ut in aqua pluviali purissima penitus ferme submergatur, in aliis vero differentiam monstrant insculptæ drachmæ ac lineaæ. Nimirum, si aquæ puræ libræ inditur sacchari aut salis drachma, immisus in eam hydrometer eminet, ut conspectu offerat punctum drachmæ, si plus, ascendit altius, sin minus, mergitur. Hanc statuam etiam immisimus Schvvalbacensi, ex lagena exacte obturata, nihilque vacui habente, de summa, & in conspectum venerunt drachmæ duæ. Summis etiam ex lagena, quæ ante hebdomadem aperta sic non proflus plena se posita fuerat, eandem hanc mineralem aquam, saporis non amplius adeo acuti, in qua staticum instrumentum ad drachmam unam & aliquot lineaes submersum. In Spadana recenter ex plena lagena effusa, statua ereta est ad drachmam; in ea, quæ aliquot dies steterat in aere libero, tantum ad duas tertias drachmæ. Aqua vero fontana eodem instrumento explorata drachmæ unius gravitatem in libra exhibuit.

§. XIV. Hæc dupli modo instituta experimenta statica, sibi invicem videntur esse contraria. Priori enim ratione nostræ minerales aquæ leviores fuerunt fontana, posteriori graviores. Verum jam pridem id notavi, atque etiam hujus differentiæ subinde memini. Nec causa singularis hujus phænomeni adeo occulta. Videlicet subtile illud spirituosum elementum, quod minerales aquas incolit, elasticæ est & expansivæ indolis. Elater autem, seu elasticæ vis, uti quamplurimi physicis, pneumaticis & aerometricis experimentis constat, æqualis est motui gravitatis, seu ponderi. Atque adeo elasticæ & expansivæ virtus ætherei in aqua principii, eodem modo hydrometricam larem sursum arget, ac materia salina vel terrea gravitatem concilians ejusdem descensum impedit. Unde quo magis minerales ejusmodi & spirituose aquæ statuam elevant, eo subtiliores sunt eoque meliores, licet gravitatem mentian-

tur. Vicissim, quo minus spirituoso hoc elementio imbuta descensum impedirent, eo rudiores minusque salubres censemendæ, quamvis videantur esse leviores.

§. XV. Sed pergendum in examine. Si sapore explorantur, & Spadanæ, & Schvvalbacenses exhibent acutum; sed ille magi, ad vitriolicam quandam constrictiæ accedunt; hæc autem penetrantiores, quia plus spirituosi elementi custodiunt, quo etiam fit, ut non secus ac vinum odore nares ferire soleant, & ob id vernacula audiant der Wein-Brunnen. Color utriusque aquæ pellucidus est atque perspicuus. Quam vero mutationem inspersis gallis subeat, dictum supra §. VII.

§. XVI. Per mixturam reagentium observavimus hæc. Neque salis tartari solutio, neque spiritus salis ammoniaci urinosus, Spadanis æque ac Schvvalbacensis instillata, ullam, tam in colore, quam consistentiâ, ipsis inducunt mutationem. Idem accidit commixta sublimati mercurii, lunæ & saturni sacchari solutione. Quod indicio est, nihil calcarii aut salis communis ipsis inesse; quandoquidem si quippiam inest, ad horum reagentium mixturam, aqua illico turbatur, lactescit, & nonnihil sedimenti ad fundum dimittit, uti quidem facto cum aqua fontana communi tentamine accidit. Quod si autem hæc aquæ aliquamdiu steterunt in aere aperte, & spirituosum subtile elementum aufugit, confuso tartari per deliquum parato oleo, nec non lunæ liquamine, pellucidam faciem depontunt, & laetescensem colorem exhibent.

§. XVII. Violarum Tyrupus, qui certissimus salis tam acidi, quam alcalini, in aquis proditor, si Schvvalbacensi committetur, nitidam viridecentem exhibet tinturam, luculento testimonio, hospitari in ipsis alcali. Sed Spadanæ colorē syrapi non mutant. Neque etiam si Schvvalbacensis aeris expositis aliquamdiu & spiritu orbis immittitur, viridis amplius emergit color, sed nativus violaceus manet. Ex quo merito conclu-

dendum, alcalinum principium una cum spirituoso in aere destroci.

§. XVIII. Admixtis aquis hisce acidis liquoribus, oboritur pugna. Schvvalbacenses quidem cum vini aceto forti valide effervescent & bullulas rejiciunt copiosissimas. Infuso Rhenano vino, nec non Mosellano, conflictus idem fere est, non ita a vitrioli spiritu. Spadanæ hisce commixtae, etiam quidem effervescent, non tamen tam valide, neque tam copiose bullulas emitunt. Ubivero dissipato minerali spiritu instituitur experimentum, vix ac ne vix quidem pugna observatur ac effervescentia.

§. XIX. Cum lacte promte ineunt coniubium aquæ nostræ. Neque etiam lac hac mixtura densatur in coagulum, sed potius tenuus longe redditur ac fluidius. Quo apertissime erroris arguitur illorum opinio, qui acidum mineralibus hisce aquis inesse putant principium, ac ob id sub earum potu, ut lacticinia in victu vi tentur, serio præcipiunt.

§. XX. Aique sic se gesserunt soteriæ nostra aquæ in examine per reagentia. Quo ab soluto, perrexiimus ad eruenda ea, que ignis ministerio educuntur. Sunimus hunc in finem sedecim uncias, sive libram civilis ponderis aquæ Spadanæ, eandemque indidimus patina stanneæ, subdidimus lenem carbonum ignem, & dissipato in auras humido, obtinuimus pulverem siccum terreo-salinum, grana decem pondere æquante. Idem dein experimentum eodem modo adornavimus cum Schvvalbacensi, ac idem quoque materiæ restitantis pondus habuimus, ea tamen cum differentia, quod hoc residuum magis flavesceret, & martialis subtilis terræ indicium ferret, quam quod ex Spadanis manferat.

§. XXI. Restituentem hanc post exhaustionem materiam fixorem, terrestris, sal. næ indolis aqua irroravimus, spiritum vitrioli instillavimus, & observavimus fermentativum quasi cum bullulis & conflitu motum. Quo composito, alias portionem residui aqua diluimus, & affudimus violarum syrump, ac viridis in conspectum venit color. E quibus haud fal-

lax capiendum indicium, inesse huic residuo quippiam terræ saline ad alcalinam indolem accedentis. Alii hujus cramatæ portioni affudimus vitrioli oleum, ut videremus, an post ebullitionem vapor albus ascenderet, ut fieri solet, si communis sali adjicitur hoc oleum. Sed observavimus nihil, eoque compertum habuimus, ne quicquam salis communis in harum aquarum sialu delitescere, quod tamen alias satis accidit frequenter Selteranis, Antonianis, Egrani, & Wisbadensibus, aliisque soteris undis.

§. XXII. Ex omnibus igitur hisce curate factis & notatis experimentis patescit abunde, nostras acidulas levitatem, subtilitatem ac puritatem, plures, immo potissimas Germanie salubres aquas superare longissime. Neque enim multum terra ochreæ, alcalinæ, neque multum salis fixi, aut calcarii amari, aut culinaris habere; quod tamen alias thermales & frigidas minerales aquas redundantius incolit, Sedlicenses, Egranas, Wisbadenes, Selteranas ac Pyrmontanas. Præcipuum porius quo operationem suam sequuntur elementum, est delibatissimus, æthereæ, expansivæ & volatilis indolis spiritus, qui medicatarum aquarum quasi anima, a quo potissimum salutaris sua facultatis partem trahunt. Hic pro diversitate materiæ, cui occurrit & que adhæret, varia exhibet phænomena variisque effectus. Scilicet quum sese unit cum tenuissimis martis moleculis, vitrioli indolem, saporem quoque ac virtutem refert. Ubi cum terrestris alcalinis congregatur, sal æmulatur alcalinum. Hæc tamen salia, tam vitriolicum quam alcalicum, non fixam, sed volatilem ab hoc spiritu nanciscuntur naturali. Quo sit, ut calore cum spiritu promte abeant in auras, pereunte simul sapore, aperiente, roborante, acidum absorbente & corrigente virtute, ac remanente aqua effecta insalubri. Ex quibus porro in proclivi judicare, mineralem hunc spiritum esse veram & efficientem causam virium, quibus minerales aquæ in morbis omnis generis persanandis æque

que ac arcendis, præstabilem suam facultatem debent. Atque, quum levis & subtilis aqua hujus nobilissimi spiritus sit quasi vehiculum, nullum utique est dubium, quin sic imbutus latex per omnes corporis tubulos ac mæandros expedite pervadere, impactos ibi humores expedire, tenaces dissolvere, salsos, acres acidosque contemperare, & per convenientia emunctoria eliminare possit. Ut ideo pateat, ejusmodi aquam esse vere medicinalem, & longe tutius longeque efficacius potari, quam si in chronicis præfertim ac difficultibus morbis aquæ radiores, graviores, heterogeneis, oehreis, aut calcariis particulis fœtæ aquæ in usum vocantur.

§. XXIII. Patet porro ex dictis, magnam utriusque nostri fontis mutuam esse convenientiam, tam quoad bonitatem aquæ, quam ingredientium proportionem & elementi spirituosi uberratem. Ex quo perito artifici in promtu est judicare, exquisitam quoque utrisque intercedere virium & effectuum puritatem, in reserandis viscerum & vasorum obstructionibus, fundendis ac diluendis tenacibus ac spissis succis, promovendis omnis generis excretionibus, per alvum, urinam & perspirationem, & quod maximum est, in roborando & confirmingo nervosarum fibrosarumque partium tono labefactato. Qui sicuti plurimarum difficultum ac chronicarum passionum auctor est; ita ad emendandum illum, & oriundos inde morbos præscindendos, nihil certe præstabilius nobilissimo elasticæ, & expansivæ indolis spiritu, aquas nostras redundantius incolente. Hic enim, dum remissam nimis cordis muscoli, arteriarum omniumque tubolorum, qui fluida vebunt, vim motricem firmat atque intendit, auget simul sanguinis omniumque in corpore humorum progressivum motum, & secundat penentes ab hoc utilium secretiones ac iutillium egestiones, a quibus maxime sanitas & integritas corporis venit, & in quarum restitutione maximum sanandi momentum est repositum.

§. XXIV. Quæ quum ita sint, nemo,

nisi qui ex ignorantia artis est osor, negabit, saluberrimam esse horum fontium in quamplurimis morbis facultatem. Sed nolumus longiores esse in recensendis quibus medentur malis, in primis quum abunde id factum sit ab iis, qui ex insituto de ipsis egerunt, & de Spadanis quidem omnium optime Henricus ab HEER, ac de Schvvalbaceensisbus supra laudatus Jo. Daniel HORSTIUS. Sufficiet nominasse ex his morbos, quibus profuisse exemplis, & rationibus docent. Id autem asseverant de ventriculi morbis, anorexia, vomitu, inflatione, nausea, inappetentia, ructibus, diuturno ardore & dolore cardialgico; de morbis intestinorum, torminibus, colica flatulenta, spasmodica & scorbutica, cholera, diarrhoea, nec non lumbricis; de morbis hepatis, ictero, cachexia, principio hydrops atque etiam scorbuto; de affectibus renorum ac vesicæ, mictione dolorifica, ischuria, nephritis, vesicæ & renum calculo; de morbis nervorum, quorum referimus affectum spasmatico flatulentum sic dictum hypochondriacum & hystericum, spasmos etiam artuum dolores creantes, rheumatismos appellatos; de morbis uteri, fluxu mensum suppresso, vel plane deficiente, aut vicissimum effuso, fluore albo, atque sterilitate.

§. XXV. Quod autem mirum videtur, iis maxime, qui in eruendis morborum causis minus exercitati, est ille contrarius quasi quem in sanguinis proflviis praestant effectus. Scilicet quando in muliebri sexu salutaris illa sanguinis per uterina vasa excretio deficit, vel plane supprimitur, & ea propter mulierculas atrocia excruciant pathemata; soteris nostræ aquæ, stillicidium, frustra adhibitis etiam famigeratissimis pharmacos, revocant feliciter, & sic causam multorum malorum præscindendo, juvant egregie. Vicissim ubi sanguis effusus, quam corporis constitutio fert, effluit, idem hoc remedium opem fert eximiam & excessivum profluvium compescendo, imminentes inde graves morbos, cachexiam, phthisin & lontas febres arcit. Idem

accidere in viris hæmorrhoidibus obnoxii multiplici compertum habemus experientia. Sive enim sanguis immodece per ansi venas efferratur, sive suetus fluxus retineatur, utrique malo efficacissime opitulatur aquarum nostrarum potus. Utrumque vero præstat in utroque sexu, aperiendo vasa obstructa. Etenim obstructis arteriosis tubulis, nec menes, nec hæmorrhoides, debito modo succedunt, sed restitant. Vicissim ubi hæmorrhoidalia, vel uterina vasa obstructa, sanguis aliorum ruit, ibi demque cum impetu prorumpit. Igitur, quod obstructos tubulos expedit, id saat malum utrumque. Quod præstare fontes nostros docet ratio, & exemplis confirmat NESSELIUS, tractatu supra allegato §. 7.

§. XXVI. Non minus oppositus libi videtur duplex ille effectus, quem minerales spirituosæ aquæ præstant, in excretionibus per vomitum, alvum & fudoris spiracula sedandis, æque ac provocandis. Etenim in alvi profluviis, dysentericis etiam, nec non cholericis Antonianas non modo, sed & Selteranas acidulas, præsertim cum tertia lactis parte remixtas, eximie conduxisse, novimus ipsi. Et de Schvalbencibus meminimus, WALDSCHMIDIUM commendasse in dysenteria tum epidemica ipsorum potum. Qui vero vomitu crebriori, ex imbecillitate, seu potius tono tunicarum ventriculi dejecto, & oriunda inde crudorum, viscidorum & acidorum humorum saburra laborarunt, his non præsentius & efficacius per ipsam experientiam novimus præsidium harum aquarum usu. Qui etiam largius cum lento & emaciante calore, nocturno præsertim tempore, obcito nimis suppressas criticas evacuationes, vel febries commotiones, diluvant, his omnino præsidio est exoptatissimo aquarum nostrarum potus. Etenim, dum subili, & spirituoso suo elemento labefactatum excretiorum tonum roborant, & humido suo puro atque tenui peccantem in corpore materiam, quæ acrimonia nervas fibrillas ad excretiones extimulat, diluvant atque contemperant, sustent motum impetuosum, eoque simul excretionem compescunt.

§. XXVII. Sunt etiam non tantum ex vulgi genere, verum etiam medicis minus peritis, qui in cachecticis & seroturgidis corporibus, aquarum mineralium usum reformat, quasi aqua tanta copia quotidie pota, malum augeret ac hydrope ingeneraret. Verum frustre, neus est hic timor, qui ignorantium concutit animum. Nam medicatæ aquæ potius præscindunt hydrope, & cachexiā persanant. Diluvunt quippe tenaces viscidos humores, eosdemque ad excretionem præparant, simul tonum & elasticam vim excretiorum tubulorum firmant, quo non modo inutiles ac superflui humores, per vomitem, alvum, urinam ac sudorem eliminantur, sed & corpus, omnesque in ipso partes ab exandante humiditate liberantur & exsecantur quam optime.

§. XXVIII. In vincenda febrium intermittentium contumacia, an fontes medicati habeant usum? ambigunt multi. Etenim nullus sere eorum, qui de mineralibus aquis scriplerunt ex instituto mentionem injectit emolumenti, quod in febrilibus præstant insultibus. Neque etiam febres possunt, & admittunt talēm potum ac usum, quem quidem servant, qui in aliis morbis tendunt ad scatebram, ibi certam quotidie bibunt mensuram, & sic curam uti vocant conscient. Sed ordinarii potus loco, tam iatra, quam extra paroxysmum, potari possunt quam optime, atque etiam cum ipsis alia remedia antifebria, salina, detergentia, amara etiam & roborantia assumi possunt ceu vehiculo commodissime. Novimus certe diuturnas quotidianas, autumnales tertianas, quartanas quoque, immo-mesentericas & lentas, que ex nimis cito suppressis adstringentium ope, aut recidivantibus febribus accelerant, hac ratione sanatas esse felicissime. Neque tamen mirandum, scriptores hunc effectum secco præteriisse pede. Neque enim ullus febre correptus peregrinatio proficitetur ad scatebras has; neque etiam qui accedit, facile ibi corripitur morbo febri.

§. XXIX. An qui labet & vitio pulmonum.

xum affecti phthiseos metu tenentur ; ut possint his aquis? haud levis momenti est quæstio. Plurimi id negant & pernec-
tant. Verum respondentum cum di-
stinctione. Si corrupta & exesa est pul-
monum substantia, & insignis humorum
facta effusio ; si tota pulmonum substan-
tia scirrhis obessa, & vomicis ; si poly-
posæ, ut haud raro accidit, adiunt in
pulmonum vasis concretiones : si etiam
hydropis pectoris jam præsto est princi-
pium, potum aquarum soadere utique
foret damnosum. Verum ubi phthiseos
dumtaxat est principium ; siue ex hy-
pochondriorum vitio nascitur, ac obto-
num pulmonum labefactatum, ingens
seri ad pectus fit affluxus, & cum tussi
diurna ac valida, quasi rheumatismus ;
neutiquam dissuadendus, sed potius præ-
cipiendus est acidularum usus. Et quam-
vis levis præcesserit exulceratio, eandem
tamen omnino egredie ad consolidatio-
nem aptam reddit mundificando hoc
remedium, præsertim si ex catarrhalis &
scorbutica defluxione fuerit oborta. Tum
potius medicata hæ aquæ cum lacte re-
mixta, & convenienti modo usurpatæ,
levamen afferunt, suffragante quamplu-
rimis exemplis experientia, incompara-
bile. Quod enim exulcerationibus in
interioribus corporibus non sint inimicæ,
sed salutares, uberioris confirmant effe-
ctus saluberrimi, quos in renibus, vesica,
& prostatis glandulis ulcere obessis, præ-
stissime, fidem faciunt testes oculati, ex-
ceptione majores, HEERIUS, HOR-
STIUS atque NESSELIUS, locis citatis.

§. XXX. An porro in morbis capititis &
cerebri, soporosis affectibus, lethargo,
coma, catalepsis, apoplexia, hemiplexia,
paralysi vera, epilepsia, gutta serena,
caduca vertigine, nec non furibundis &
melancholicis deliriis, ex usu sunt minera-
les aquæ vexatarum est dubium. Non enim
leve dubitandi momentum fuggerit, quod
hi morbi potissimum a nimia membrana-
rum cerebri remissione, vasorum distensio-
ne ac repletione, immo humorum in cere-
bri tubulis stagnatione, vel plane effluxu,
ortum ducunt. Quæ omnia, ne augeat at-

que exacerbet tam copiosus aquarum pos-
tus, metus esse videatur haud adeo injus-
tus. Accedit, quod hæ aquæ spirituoso
elastico, quo uberior perfusæ sunt, elemen-
to, caput temulentia quadam afficiant,
vasaque nimium distendendo, eorundem
tonum nonnihil debilitent. Verum & hic
prudenti opus est limitatione. Quod si e-
nim nominati supra morbi sunt, ut scholæ
efferunt, idiopathicæ, id est, sedem & cau-
sam suam principaliter ipso in cerebro e-
jusque membranaceis & vasculosis parti-
bus, multum lœsa illarum substantia, ha-
bent, ac præterea propter diuturnitatem
in habitum quasi sunt conversi, satius uti-
que est, abstinere a potu. Sed ubi sympto-
matici sunt hi morbi, ex hypochondrio-
rum, vel primarum viarum vitio orti, ne-
que in habitum jam conversi sunt, neque
etiam cerebri substantia labe affecta, nullo
modo reformidandæ, sed potius in usum
vocandæ hæ aquæ.

§. XXXI. Quum porro insignis ratione
ingredientium, saporis, subtilitatis & vi-
rium quoque inter medicinales aquas vi-
geat differentia, & ea propter alia præ
aliis, aliis atque aliis individuis, nec non
morbis, sint convenientiores; disquiren-
dum merito, quando & quibus nostrarum
potus sit magis ex usu. Jam diximus supra,
easdem tenues esse atque subtile, minerali
spiritu copiose afflatas & quippam vola-
tilis vitriolici complecti. Unde peritus uti-
que facile judicabit medicus, peculiarem
ipsis inesse roborantem, ac dejectam par-
tium motricem vim ad propellenda fluida
firmantem facultatem. Judicabit porro, ob
puritatem ac tenuitatem humoris ad suc-
cos viscidos diluendos, glandularumque ac
minimorum tubolorum obstrunctiones re-
serandas, easdem esse utilissimas. Ex qui-
bus tandem recte concludet, in omnibus
iis morbis, ubi toni adeat remissio, præser-
tim in ventriculo & intestinorum canale,
in sexu potissimum sequiore, temperamen-
to phlegmatico, aliisque imbecillioribus
corporibus, nostras aquas in parva etiam
quantitate potas esse saluberrimas. Scilicet
in vomitu, diarrhoea, albo fluore, seminis
stillicidio involuntario, rheumatismis, ca-
tarrhis, sudoribus nocturnis, nimio men-

sium ob debilem uterum fluxu , nec non pendente ab eadem causa sterilitate, Spadanæ cum Schvvalbacensibus , plus præstare atque efficere , quam alii medicati Germaniæ fontes .

§. XXXII. Contra ea, ubi ex primis viis exturbanda per alvum humorum vitiosorum copia & colluvies , in cachecticis , phlegmaticis, vel etiam hypochondriacis , omnino Egranæ & Wisbadenses acidulæ cum Sedlicensibus præferendæ sunt nostris. Ubi deinde acidi pontici humores, quorum uber esse solet proventus in hypochondriacis & hypochondriaco-melancholicis , nec non quartana diurna cum nimia ciborum appetentia laborantibus , contempnerandi, & per inferiora simul effaciter eliminandi , Carolinæ thermæ in hoc perficiendo omnibus sunt superiores . In morbis pectoris , renum ac vesicæ virtutis, ubi diuresi opus est, aut etiam erosio, & exulceratio has partes tenet, simulque nervosarum & membranacearum partium systema multis & validis spasticis obnoxium est strictris, Selteranæ, Antoniana & Wiedungenses acidulæ nostris erunt anteponendæ, eo quod parum virtutis adstrictivæ & vitriolicæ , sed multum salis alcalini cum aqua pura habent , neque tam ulti spiritu minerali sunt frætae .

§. XXXIII. Neque etiam negandum , quosdam ex mineralibus sic dictis fontibus , certis corporibus & temperamentis , viatu etiam diverso utentibus magis congruos esse & aptos . Sic Pirmontanæ acidulae , rudiori aqua , sed copioso spiritu instructæ , optime quadrant Westphalis , qui vietu fruuntur duriori , & natura sunt robusti , non vero iis , qui sunt corporis tenerioris , & tenui quoque diætæ assueti . Carolinæ thermales aquæ sunt percommoda Bohemis & viciniæ incolis , qui cibis ac cerevisiis nutrientibus multum fruuntur. Qui autem loca inhabitant calidiora , vini potum frequentiorem habent , quam cerevisiæ , qui etiam cholericæ & siccæ sunt constitutionis , his utique , si valetudinem incurront adversam , saluberrimæ sunt Spadanæ nostræ & Schvvalbacenses cum aliis mitioribus aquæ . Ut adeo

divina merito veneranda sit & celebranda benignitas ac sapientia , qua hominum saluti tam clementer prospexit , ut qualibet regio ejusdemque incolæ habeant auxilia ipsis maxime accommoda , quibus valetudinem levare possint , ac inter hec maxime medicatos fontes , quorum alii alvum , alii urinam movent , alii acidum contemperant , alii acre obtundunt , alii viscidum resolvunt , alii roborant leniterque adstringunt , alii vicissim spasmos & rigidas fibras molliunt . Quam singularem omnium indolem , merito scrutari & perspectam habere debet peritus ac rebus suis satagens medicus .

§. XXXIV. De ipso autem aquarum salubrium usu id monendum habemus in genere: erroneam esse illam per vulgatam , & medicorum , & aliorum sententiam , thermas & acidulas certo tantum anni tempore , vere scilicet , vel exente æstate , esse per definitum temporis , mensis circiter , spatium , ad curam , ut vocant , potandas . Nam ratione & experientia convicti scribimus , omni tempore , ver sit , sive ætas , autumnus vel hiems , saluberrimum esse aquarum mineralium potum , non modo ad scatram , sed & in remotis ab ea locis , modo in lagenis rite obturatis eō transportentur . Scilicet in variis tam longis , quam acutis morbis , & parcus , & copiosus , necnon vehiculi remediorum loco , solè etiam mane , aut vesperi , vel vino remixa , inter cibos commodissime , & cum insigni sanitatis emolumento , secundum periti artificis præscriptum , bibuntur soteriæ aquæ . Quare omnibus , quibus salus sua cordi , quibusque comparandi facultas , serio suademus & candide , ut in promtu habeant , si confluantur morbis , convenientem cuilibet salutarem latitatem . Nam profecto , aquis summati , & arcana prorsus juvandi virtutem indidit universi opifex benignissimus , quam tamen norunt paucissimi .

§. XXXV. Ut tamen speratus salutaris effectus obtineatur eo certius , curandum , ut integris viribus bibantur in diffinis maxime locis . Jam huc usque ex aci-

dulis vix ullæ tam raro rite conservatæ ad nos pervenerunt, quam Spadana & Schvvalbacenses, ita ut ex viginti lagenis, quandoque vix quinque usui fuerint aptæ, reliquis effœcis & corruptis. Ex quo autem mercator Lipsiensis famigeratissimus Dn. HOCHHEIMER transferri curavit has aquas, ipsius solertia ac circumpeccatione factum est, ut jam possint haberi incorruptæ, & spiritu minerali penitus refertæ. Artificium conservandi absoluitur his. Lagenæ feligendæ sunt compactissimæ compagis, & probe exustæ, ac vitrea quasi coerulea crusta obductæ, ne per parentiores poros elabatur nobilis ille spiritus. Dein exactæ sunt obrundæ eumque in finem orificia claudenda subere non carioso, sed integro, cera terebinthacea, vulgo Baumwachs, fissuræ obliuendæ, ac corium extus illigatum pice inducendum ubique, ne aeri accessus & subtilli elementi exitus pateat. Tum non sole ardentiſſimo, vere exeunte, vel ipsa aestate, transportandæ, semperque probe obtregendæ lagenæ, ne accessu solis calefiant, quo multum virium & spiritus dissipatur; frigidiori potius tempestate, & noctu quoque transportatio instituenda, & sic certo servatur aquarum integritas.

S. XXXVI. Specialem demum usum quod attinet, has servandas præcipimus cautions. Si solennis, uti vocant, cura, cum iis instituenda, sive domi, sive ad scatebram, videndum primo omnium, ut, si corpus plethoricum, & sanguinis missionibus affuetum, duobus minimum ante potum diebus, vasorum per se tam venam fiat depletio. Dein ante usum etiam prima corporis regio a sordium colluvie repurganda. Neque tamen id perficiendum acrioribus catharticis, quæ intestinorum tonum destruendo, felici aquarum operationi mirum obsuntr, sed clementioribus congruis. Inter quæ pro naturæ & primarum viarum dispositione ex usu esse possunt, vel manna soluta ad uncias duas, cum drachma una tremoris tartari, vel passulæ rhabarbarinæ laxativæ, vel pilulæ balsamicæ ad Becherianarum exemplar concinnatae, vel etiam

magnesia alba, cum, vel sine sale cathartico oblata.

§. XXXVII. Postea ipsa potatio sic instituenda, ut primo die, libra tantum dimidia, secundo integra, tertio duæ libræ, tres tum aut quatuor libræ, eo usque, donec per alvum, urinam & sudorem, aqua sufficienti æquali mensura iterum secesserit. Quod ubi factum, quantitate hac continuandum ad finem usque curæ, eademque absoluta, ad evanendas reliquias, superius commendata laxantia, sed majori paullo dosi, per biduum usurpanda. Quod si etiam sub ipso potu alvus obliviscatur offici, status in intestinis renitentur, vel etiam peristalticus motus inversus sit, clysteribus non adeo acribus, sed tantum stimulantibus, carminativis ac demulcentibus, ad inferiora vocanda est humoris evacuandi copia, vel pilulæ balsamicæ, ad aliquot tantum grana, circa somni tempus, deglutiendæ.

§. XXXVIII. Alia ceterum remedia sub potu commendare non solemus, quia ipsis aquis jam egregia inest medicamentosa virtus. Unum vero, tum ad secundam auspicatam operationem, tum avertenda, que quandoque incident symptomata, habemus quod commendemus medicamentum, longo osu atque experientia comprobatum. Est illud elixirium nostrum balsamicum temperatum, ex benignis balsamicis speciebus cum menstruo lixivioso paratum. De quo in prandii ultimo hausto, vel etiam aliquor horis post digestionem peractam, octoginta, vel centum gatta sumenda cum quovis vehiculo. Id enim mirifice succurrit digestioni, acidum & vitcidum corrigit, chylo blandam conciliat subtilitatem atque temperiem, simulque tonum intestinalem servando integrum, excretionum successu velificatur egregie.

§. XXXIX. Ubi tamen vis morbi nervolis partibus insidet altius, ut fieri solet in diris passionibus spasmodicis, spastico-convulsivis, arthriticis, arthritis rheumaticis, preter internum aquæ potum, utilissima sunt balnea. Possunt autem hæc concinnari ex aqua dulci, nullo minerali sale, aut martiali principe

pio imbuta, quam habent Piperane, Tœplicenses, nec non viperina, nostris das *Schlangenbad*. Quæ certe balnea, ad laxandas nervosarum partium tensiones, & contractiones longe magis ex usu sunt, quam quæ multum croci, martis, vel terreo-ochrei, salini, aut calcarii principiū vehunt.

§. XL. Si quis porro ob caput debilis has eminenter spirituosas aquas ferre nequeat, alia puræ fontane miscela easdem temperet. Si porro forsan adstrictio, & spirituum ubertas nervis, & pectori videatur inimica, asinum lac, vel lactis serum, ad emendandam hanc qualitatem admisceatur. Qualem præterea mixturam in podagra, arthritide, scorbutica lue, infando dolore artuum & membra diverxante, in purpura quoque scorbutica, nec non foedis cutis exulcerationibus, summo eum egrotantium levamine multoties commendavimus.

§. XLI. Maxime omnium vero sub harum aquarum usu exquisitum in vita victuque servandum regimen. Animi eura habeatur præcipua, ut sit tranquillus, ab omni affectuum impetu, meditationibus, & fatigationibus liber. Nihil enim sub potu harum aquarum perniciosius, quem vehementiores animi per iram, aut terrorem commotiones,

quippe quæ aquarum per vias ordinarias fecessum legitimum intercipiendo, anxietates, flatulentias, aliaque symptoma-
ta creant gravissima, ut satios sit, si inciderint, illico abstinerere a potu. Dein sub usu nihil accommodatus, quam ordinarii potus loco, bibere mineralem a-
quam, cum dimidia fontanæ, & tertia,
vel quarta vini Rhenani parte remixtam.
Qui etiam frigidioris nature sunt, vini
plus potare possunt; quandoquidem sum-
atis tam copiose aquis, sitis non adeo esse
folet intensa. Porro non omittenda cor-
poris exercitatio, quæ mirifice favet ef-
fectui aquarum secundando. Instituitur
hęc commodissime duabus horis ante, vel
quinque, aut sex horis post pastum, con-
fecta jam digestione. Cavendum vero
summopere, ne corpus frigidiori vesper-
tino aeri, post solis occasum exponatur,
sed ab eo quovis modo defendatur. Si fe-
cūs fit, perspiratio intercipitur, somnus
turbatur, multaque in valetudinem re-
dundant cum successu impedimento, in-
commoda. Atque deum, ut breves si-
mas, videntur sub aquarum nostrarum
usu omnia, quæ vitanda; & observentur
omnia; quæ observanda, tum a nobis
passim, quam ab aliis scriptoribus pluri-
bus prescripta sunt & inculcata.

DE FONTIS SELTERANI VIRTUTE ET PRÆSTANTIA.

CAPUT I.

De aquis mineralibus in genere.

§. I.

Intra innumerā, quæ mirandam Sum-
mi Numinis providentiam compro-
ba nt documenta, hoc mihi non ultimum
esse videtur, quod sub tanta morbosarum
co rporis humani afflictionum multitudi-

ne omnes prope, quas tria naturę regna
continent, res creatę virtutibus polleant
medicinalibus, quibus peritus medicina
consultus pro naturarum, morborum, a-
liarumque circumstantiarum ratione ad
medendum uti potest commodissime. At
vero ex singulis his medica facultate in-
structis auxiliis vix ullum est, in quo
tam salutares & efficaces reconditę fūnt
virtutes, quam in mineralibus, ex i-
mis terrę visceribus scaturientibus tam
frī.

frigidis, quam calidis aquis, quæ, si prudenter adhibentur, in pessimis temporis que diurnitate confirmatis affectionibus incomparabilem, ac omnibus tam laboriose paratis chymicis longe superiorem exserunt efficaciam, ut confiteri sagax quisque debeat, medicinam universalem, frustaneo huc usque studio undique conquisitam, in istis aquis vere esse reconditam. Etenim, omnis salutaris corporique humano proficuus medicamentorum effectus eo maxime debet dirigi, ut vel corruptos & a naturali temperie sua destitentes acidos, viscidos & biliosos succos corrigan, obstructos valorum tubulos referando, superfluos & vitiosos humores per alvum, urinam, cutim, aliaque muci excretioni dicata pulmonum, & narium excernicula ejicant, vel etiam debilitatum nervosarum partium tonum corroborent, variisque ex causis constrictas & rigidas fibras emolliendo, dolores consopliant, imo liberiorem sanguinis circuitum per universum restituant.

§. II.

Singulæ autem hæ facultates, quas in multis remediis seorsim distributas comprehendimus, in fontibus medicatis sunt unitæ. Primo enim subtilem velunt aquam, qua in convenientiæ dosi adsumita diluuntur, salini acres temperantur, fibræ nimis rigidae relaxantur, infarcti viscerum & emunctiorum canaliculi aperiuntur, imo excretiones omnes promoventur utilissime. Alterom fontium salubrium ingrediens constituit sal quoddam alcalinæ, vel mediae indolis summe proficuum, quorum illud sordes acidæ, quarum abundans in hypochondriacis provenitus est, corrigit, spissos humores resolvit, sudorisque & lotii excretionem promovet; hoc vero insigni viscidos humores dissolvendi alvumque movendi pollet efficacia. Quod si ulterius progrediendo in saluberrima aquarum mineralium principia inquirimus, quedam earum in mixtionem suam recipiunt alcali fixum terreum, quod, absorpto primarum viarum acido, instar oculorum cancri, vel magnesiz albae in sal neutrum transiens viscidates attenuat, alvumque egregie subdu-

cit; aliae contra secum vehentes tenuissimum martis crocum, in fibris vasorum, & nervosarum partium nimis flaccidis roborandis, sanguinisque & humorum motu hinc inde retardato promovendo vim scenerant præstantissimam.

§. III.

Præter hæc vero ad unum fere omnes minerales fontes nobilitati sunt spiritu purissimo, valde penetrante aereo æthereo, quem præter odorem, & saporem sat spirituolum, bullularum & vaporum ab affuso vino acido, vel aquarum commotione emissio abunde satis confirmat. Atque hoc subtilissimum summæque energiæ elementum aquis mineralibus, & præsertim acidulis omnibus animam quasi agendiq; potentiam elargitur, & tantæ subtilitatis est, ut facile avolet, nec ulla imitari arte possit, adeoque pro vera causa æstimandum sit, quod ipsarum clementia in minimos, ac tenuissimos corporis meatulos penetrando, sanguinis & humorum in orbem motum & abhinc dependentes excretiones potenter promovant, imo ventriculo & universo nervosarum partium systemati debilitato robur addant desiderissimum.

§. IV.

Quæ vero quum ita sint, ut tam excellens tamque præclara, & a longa abhinc tempore ex mirabili morborum pertinacissimorum in tot hominam myriadibus curatione satis cognita juvandi facultas in medicatis fontibus sit reposita, mirari certe debemus, quod incomparabiles hæjus remedi vires tam diu delituerint absconditæ, & a medicis, qui nonnisi panaceaæ & artificiose parata chymica excoxitare student, derelictui fuerint habitæ. Multo vero adhuc magis dolendum est, etiamnum tales reperiri homines, qui vel ex ignorantia, vel perversis de aquarum mineralium ingredientibus sibi formati conceptibus, vel ex stolidâ quadam arrogâlia, qua mirum inflati opinionebras rejecere turpititudini ducunt, scaturigines medica facultate a Deo instrutas plane negligunt, aut certe ney eo, quo merentur, encomio commendant, sed ad eadem deturgandas varia eaque futilia proferunt.

ferunt argumenta, quæ tamen experientia, verissima rerum testis, optime labefactat.

§. V.

Verum enim vero licet aquis medicatis tam calidis, quam frigidis, ea præcipue quæ proposui, ingredientia & facultates insint medicinales, nihilo tamen minus, accuratori instituto examine, insignem inter ipsas, quoad agendi principia, deprehendimus differentiam, quibus plus minus instructæ majorem, vel minorem in operando exercent potentiam. Atque in eo quoque celebranda est summi Numinis misericordia, quod pro diversa hominum, respectu naturæ, temperamenti, climatis & viætus conditione, (secundum quam modo acidi, & viscidi, modo acres & biliosi peccant humores, ipsique exinde provenientes morbi, vel catarticam, diureticam, vel sudorifera postulant virtutem;) differentis quoque indolis, & his illisve morbis abigendis magis aptas aquas concesserit, quas pro circumstantiarum ratione medicus cum fructu possit præscribere. Nolo jam his seorsim explicandis diutius immorari, quem jam olim præcipuorum Germaniæ fontium elementa & vires in peculiari dissertatione pertractaverim, sed de fonte Selterano, omnium fere, & utilitate & securitate præstantissimo, quem longinqua experientia satis exploratum primus ego commendavi, in praesentiarum dicturus demonstrabo, quibus ille principiis, & medendi viribus sit instructus, & qua methodo tam solus, quam cum lacte mixtus in variis generis morbis tuto, & utiliter possit usurpari.

C A P U T II.

De elementis, & viribus fontis.
Selterani.

§. I.

Fons Selteranus, cuius jam accuratio rem suscipimus tractationem, nomen suum mutuat a pago Trevirensi Nieder Selter dicto, qui tria millaria a Longo Schwalbaco, quinque ab urbe Giessa, totidemque passus a Francofurto ad Moe-

num distat. Hunc prope fons ille sub ameno coeli tractu trans piscinam truttis divitem jucundissimo scaturit murmure, aquas fundens limpidas, gratique saporis, & eximiæ salubritatis, quibus incolæ non solum potus loco, sed etiam medendi scopo cum fructu utuntur; unde etiam a longo abhinc tempore fontis medicinalis nomine inclaruit. Ita suo jam ævo Tabernæmontanus in eleganti libro, quem inscribit thesaurus aquarum, & Daniel Horstius in suis de re medica monumentis ejusdem honorificam injiciunt mentionem. Maxime autem omnium Johannes Daniel Horstius filius, & ante hunc Johannes Willhelmus Moge, eximius civitatis imperialis Wormensis physicus hunc fontem in peculiari de ejus principiis virtute, & usu conscripto tractatu commendavit.

§. II.

Prout vero prope omnes, quas pristina tulit ætas, medicinæ scriptores de aquarum mineralium uso, & facultate medicamentosa varia in experientia fundata, de ipsarum vero elementis, & agendi principiis non nisi futilia, & fabulosa prodiderunt figura; ita profecto non mirandum esse censeo, quod par i ratione res se habeat cum fonte Selterano, cui citati auctores tam mirabilia affinxerunt principia, quæ nec ipsi unquam competunt, nec humana erui arte possunt. Exemplum dicti sit, quod præcipuum ejus ingrediens habuerint nitrum, cuius tamen vix ullum deprehenditur vestigium; siquidem sal inibi contentum nec instar nitri flammam concipit, nec ab affuso oleo vitrioli rubicundum & aquam stygiam odore æmulantem emitit fumum, qui tamen nitro nunquam non proprius est. Præter hæc valde erronea est opinio, qua nitrom terræ inexistere, & a fontibus nonnullis in mixtionem recipi statuunt: quod vel exinde solum clare rejicitur, dum nitrum e terræ visceribus nullib[us] locorum effoditur, sed potius sub liberiori aeris accessione in terra pinguiori paullatim generatur; imo illæ ipsæ aquæ, quæ dicuntur nitrosæ, terram magis calcariam, quam verum nitrum in sinu fovent. Neque aliter.

terres comparata est cum sulphure, vitriolo, marte, & aliis, quæ fonti nostro inesse somniarunt, ingredientibus, quorum nullum, vel accuratissimo instituto tentamine, potest explorari.

§. III.

Sed quo vera, & genuina fontis Selterani elementa, quibus ab aliis distinguitur, paulo clarius innotescant, breviter jam strictimque suscepta cum ipso experimenta, & quæ inde annotavi phænomena enarrabo. Scire itaque licet, aquam esse claram, liquidam, sapore magis lixivioso, quam acri, vel acidiusculo præditam, nec ut in cæteris sic dictis acidulis compungentem, & adeo penetrantem. Dein præ omnibus fere reliquis facillime vapescit, & in putrilaginem abit, nisi lagæ, quibus continetur, totæ repleantur, picentur, curateque obturaculis muniantur. Unde si per nycthemeron in vase ampliori liberiori aeris accessui patet, nihil quidem ad fundum dimitit, sed amissio suavi sapore plane adversum, & vere lixiviosum, perinde ac si oleum tartari per deliquium ipsi affusum fuisset, contrahit; quæ subitanæ catastrophe meo quidem judicio exinde derivanda est, quia elementum illud subtile spirituosum, a quo optima, & præcipua ejus virtus dependet, facile hac ratione avolat, & in auras dissipatur. Quæ vero cum ita sint, a veritate longe mihi discedere videtur auctor citati tractatus, qui hanc nostram aquam in libero aere spirituose & effectu præstantiorem fieri arbitratur, indeque suas sibi factas rationes ducit, quia in diffatis etiam regiones commode possit transportari. Sed fallo profecto ita concluditur: nam primo præter id, quod idem experimentum cum aliis etiam mineralibus aquis probe operis possit instauri, ego persa pe observavi, ipsam Selteranam tempore anni fervidissimo in laginis non seorsim cistæ inclusis, sed solo stramine leviter obductis aliorum devestatam permultum penetrantis saporis, & efficaciam ferme oinnem amisisse.

§. IV.

Instituta cum reagentibus & contrariis principiis experimenta, quæ sequuntur,

sunt phænomena. Et primo quidem Selterana cum quocunque acido, sive fortiori, sive leniori promissimam subeunt effervescientiam, quæ inhospitantis alkalini principii indolem mentitur. Si cum æquali portione vini veteris generosi Rhenani miscentur, limpiditatem deponunt, colorem ex bruno rufescensem ostendentes, haud secus, ac contingere solet, si oleum tartari per deliquum, vel spiritus salis ammoniaci redificatus cum vino optimæ notæ confunditur. Adiecto contuso saccharo ingens cum strepitu & copiosissimarum bullarum adscensione conflitus observatur, ut tota inde mixtura non solum laetescat, verum etiam a bullulis emergentibus vaporem quasi emittere videatur. Syrupus violarum admixtus aquam viridiuseculo tingit colore, eodem modo, ac cum alcali quocunque evenire deprehendimus; inspersus autem gallarum pulvis neque coeruleum, neque sanguineum, multo minus nigricantem inducit colorem, aperto indicio, nihil terræ martialis aut vitriolici elementi in hac aqua recondi, ideoque nec excrementa sub ipsa potatione egesta atrum referunt colorem. Ad mixturam olei tartari per deliquum nulla conspicitur ebullitio, sed turbidæ & paullisper aquæ fiunt, & lacteo quasi colore imbutæ, nullo tamen luctæ indicio succedente, nec magmate ad fundum dimisso; unde concludere licet, neque acidum, neque calcaream terram in connubium has aquas recipere.

§. V.

Selteranarum libras duas medicas super leniori igne, quem carbones subministrarunt ardentes, evaporationi commisimus, & enī materiæ albæ, saline tenuissimæ drachmam unam cum duodecim granis obtinuimus, quæ oleo vitrioli imprægnata vaporem emisit albicantem, acidum, nares penetranti odore ferientem, haud aliter, ac cum sale communi, & oleo vitrioli confusis solet contingere. Idem residuum in aqua liquatum, & per chartam colatum bibulam, præbuit lixiuum, ex quo, lenioris exhalationis ope alkalini salis scrupulos duos obtinuimus. Hac solutione infusum rhabarbari colori

rem induit exacte purpureum, & ubi di-
cto liquamini mercurius affunditur subli-
matus in aqua solutus sensim paulatim
que in fundo depositur sedimentum, au-
rantii coloris, turpetho minerali quoad
omnia simile. Eadem deinceps salina
massa, evaporatione acquisita si cum sale
ammoniaco remiscetur, detentum adhuc
vinculis suis spiritum volatilem liberum
reddunt; quod ex acriori, quo nares affi-
cit, odore satis manifesto dijudicare licet.
Tandem alcalina Selteranarum natura,
vel exinde satis appetet, quomodo, si ipsa-
rum duæ libræ medice sufficieni spiritus
vitrioli affusione saturatae mitiori igni ad
exhalandum committuntur, peracta eva-
poratione, salis medii, quod omnes tar-
tari vitriolati characteres refert, drachma
una cum dimidia nanciscatur.

§. VI.

Sicut ergo singula hæc experimenta
planum atque testatum faciunt, fontem
Selteranum affluentem salis puri alcalini
copiam in complexu suo alere; ita pariter
ex variis a me observatis phænomenis evi-
dum esse credo, eundem instar omnium
aquarum salubrium, maximeque acidu-
larum purissimo illo volatili, & minerali
spiritu esse imbutum, quem facile quis-
que deprehendit, qui Selteranas antilæ
pneumaticæ beneficio aerea materia intus
contenta privare contendit. Tum enim
manifesto ebulliunt, marginem vitri
transcentes, ideo quod elasticum il-
lud elementum, subtrahito aeris externi
afflatu, nunc majorem semet expanden-
di nanciscitur potentiam, qua mediante
protinus magnoque cum strepitu ex aqua
emergit. Et inde simul ducenda mihi vi-
detur ratio, quare sub sola Selteranarum
concussione, vel fortiori ex ampulla in
vitrum effusione copiosissimæ ad superio-
ra eluctentur bullulae, quæ ad parietes vi-
tri collectæ tandem disrumpunt, & inter
adspectum oculis aufugiant; idque eo
magis si dictæ aquæ igni carbonum impos-
itæ paullatim incalescunt. Præter hæc
vero certissimum elementi aereo-ætherei,
& abhinc dependentis eximiæ harum a-
quarum utilitatis indicium præbet sapor
ille prorsus singularis, & suavi quadam

acrimonia linguam compungens, quem
in nulla, vel iisdem ingredientibus ex-
acte imbuta aqua comperire licet, quem-
que a liberiori aeris accessu evanescere su-
pra diximus. Et quamvis Selteranae par-
ciori spiritus mineralis copia præ reliquis,
maximeque Pyrmontanis acidulis, sunt,
tamen eandem ob causam non adeo ve-
hementis, sed mitissimæ indolis, ac ope-
rationis, ut majori fiducia majorique uti-
litate in pluribus morbis diversisque
subjectis possint adhiberi.

§. VII.

Ex duobus itaque nostræ aquæ constant
principiis, sale videlicet alcalino, & spi-
rituoso, aero-æthereæ naturæ elemen-
to, a quibus non minus, quam ab aqua
subtili, leviori ac pura spectatissima ea-
rum virtus est derivanda. Et primo qui-
dem ad aquam, quod attinet, jam supra
satis oftensum fuisse reor, hanc ipsam ex
natura sua insignibus splendere facultati-
bus, & adduras, tensas, strictasque parti-
tum solidarum fibras emolliendas, ad
acres falsosque humores diluendos, ac
temperandos, neque minus ad lentos hu-
mores incidentos, obstructosque vasorum
porulos recludendos egregii esse usus, ita
prorsus, ut hac via omnes, ac singulæ
corporis excretiones imminutæ pristinæ
restituantur integrati, Accedit adhuc,
quod aqueum hoc elementum commodissi-
mo inserviat vehiculo salibus Seltera-
nis innantibus, quæ quasi imbibit, &
secum vehendo per totum corpus in mi-
nutissimos viscerum recessus expeditius
transfundit, ut dein eo melior sequatur
operatio.

§. VIII.

At vero quum aqua sola, sibi relata,
per facile vim vasorum, quæ perluit, sy-
stematicam imminuat, & fibras jam antea
debilitatas adhuc imbecilliores, & ad mo-
tum magis reddit inertes, præcipuum
profecto, quod connubio Selteranae fu-
scipiont, constituens sal illud alcalinum
habendum erit, quod stabulante in ven-
triculo, & intestinis acidorum succorum
fæburræ absorbet, & obtundit, visci-
ditates resolvit, spissosque humores di-
luit, & aptos ad evacuandæ reddit. Ne-
que

que dein alcalina hujus salis natura spernendam commodat operam in fibris vasorum, & viscerum motricibus leniter irritandis, & ad crebriorem fortiorernque contractionem stimulandis; qua ratione non modo subsistentes hinc inde crudi humores in motum cidentur, sed &, oppilatio-nibus vasorum reseratis, liberiore excretio-num successus insigniter promovetur. Maxime autem omnium, experientia magis-tra, cognoscimus, renale illud cibrum, quod secerendis excernendisque fixioribus salino-tartareis scorius speciatim dicatum est, ad majorem concitari ejectio-nem, ideoque parcius alvum, potentius vero urinam sub Selteranarum ulpi mo-veri.

§. IX.

His proxime accensenda est tenuissima spirituosi elementi materia, qua Selterane animata subtilissimum illud, quod in ce-rebro cerneritur, omnibusque nervis impertitum sensibus, & motibus praest, fluidum activius reddunt, & fibrarum elateri novum quasi robur maioremq; agendi pot-entiam addunt, ut hac ratione partium sā solidarum, quam fluidarum saluberrimae ad vitam, ac sanitatem tuendam actiones in naturali conserventur vigore. Nec dubi-tare amplius licet, quin eidem spirituoso minerali ingredienti salubris harum aquarum facultas quoad maximam p. item tri-bienda sit, ideo quod sua, qua pollet, subtilitate ubique penetrando, non modo in-farctos vasculorum meatulos referat, & ad fortes ipsis innidulantes eliminandas potenter stimulat, verum etiam elastica vi sua commodam aquæ viam pandit, ut eo facilius cum adnixitis sibi fixioribus ele-mentis per exiliissimos canalium alveos possit traxici, & vere medicinalis reddi.

§. X.

Jam, ubi singulorum nostri fontis in-gredientium operationem curatius con-templamur, cuivis medicina, vel leviter tincto perfectu erit facillimum, hunc ipsum prudenter adhibitum non corpori solum esse amicum, & pro-sus innoxium, sed multis etiam numeris aliis, quos me-dicatos dicimus, fontibus præferendum. Etenim locupletiori salis alcali fixi copia-

præ Pyrmontano, Schwalbacensi, Anto-niano, & Wildungensi ipse foetus com-modissimum cum lacte init connubium, eoque minus verendum est, ne hoc forte in nocivum condenseretur coagulum: licet gravissime mihi omnes errare videntur, qui lactis cum aquis mineralibus mixtu-ram ob coaguli metum prohibent, imo laetitiae sub istarum potatione omnino interdicunt. Unde ego permotus jam ante viginti, & quod excurrit, annos sat ponderosis ostendi rationibus, & experi-mentis, quod in acidulis minime acidum qua tale & explicitum, sed potius alcali-num, ceu prædominans elementum re-periatur, adeoque iste majori jure dicen-dæ sint aquæ alcalinæ.

§. XI.

Eodem ego innixus fundamento primus omnium a priori perspexi, & suscep-to pos-tea experimento optime cognovi, acidularum, maximeque Selteranarum cum lacte miscelam in multis morbis, cum bo-nis ægrorum rebus esse instituendam. Et profecto, si dicere mihi licet, quod res-est, fateri debeo, Selteranam lacti & po-tissimum asinino nuptam in morbis, qui ex pulmonum substantia lœsa, eaque vel-duris tuberculis obfessa, vel lantis succis-farta, & a materia acri caustica exulcerata-pendent, ut fere sunt phthisis, emphe-ma, tussis pectoralis chronica, hæmo-ptysis cum spirandi difficultate calore len-to corporisque contabescientia juncta, di-vinam polliceri, & præstare opem. Enim vero licet de solius lactis eximia in pe-ctoris affectibus virtute abunde satis con-stet, & asinimum ob dulcem salinam, & aquosam, qua turget, substantiam inter-cateras lactis species longe emineat, adeo-que ad medendum aptissimum sit, rarius-tamen, quod dolendum est, ejus copia ægrotantibus potiri semper licet. Pre-te-re-a non omnes pulmonum morbi soli acr-i-monie, nervosas hujus visceris membra-nas arro denti, sed potissimum ejus vesicularum vasorumque sanguiferorum ob-strictioni, liberiore sanguinis per ipsa-transitum remoranti suos debent nata-les, cui removenda lac soluti non suffi-cit, quod e contrario commodissime per-

fieri posse deprehendimus, si per convenientem spirituosa alcalinæ aquæ affusio nem aquosæ ipsius portionis quantitas augetur, quo facto longe præstabiliorum obtinet efficaciam.

§. XII.

Eadem laetis cum Selterana remixtio singularem spondet effectum in iis affectibus, qui a nimia sanguinis atque humorum acrimonia salsaque horum impuritate ortum trahunt, cujus generis sunt scorbutus, indeque provenientes dolores, scabies, purpura scorbutica, aliaque cutis exanthemata, nec non varia dolorum quæ acrendi debentur, species, ut arthritus vaga, & podagra, ut & ipsa tabes hectica. Hoc enim divino remedio, non modo succi corporis edulcorantur, salvi & acres temperantur, sed & cum urinoso latice e corpore paullatim eliminantur, ut quæ inde luunt, nervosæ partes insigne percipient levamen.

§. XIII.

Neque vero minus lactis cum fonte Selterano sociati usus eos egregie solatur, qui ex nimia nervorum membranarumque ariditate horrendis spasmis & ad convulsivum usque gradum auctis membrorum agitationibus miseri torquentur, ubi exsiccatas partes humectando, densasque & strictas demulcendo, noxiūm spasmodicūm recursum optime avertit. Et quia mentis abalienatio a membranarum cerebri stricture, quæ sero acri, falso debetur, sèpissime suam ducat originem, nullum sane ad istam furiditus tollendam accommodari, vel efficacius excogitari potest praesidium, quam nostra hæc toties commendata medicina. Imo, quum in cardialgicis & colicis doloribus, in vomitu nimisque alvi fluxibus tam serosis, quam sanguineis, acriis quædam biliosa rodens materia plerumque sit accusanda, quæ nervosas ventriculi & intestinorum membranas arrodendo, ad spasmos & irregulares motus, cum horrendis dolorum tormentis sèpè stupatos sollicitat, nihil profecto magis, quam dictum remedium ad spasmorum dolorumque saevitiam complacandam est accommodatum.

§. XIV.

Præter amicum vero lactis cum fonte Selterano connubium præcipui quid in ealitat, quod hic suam per urinam magis, quam per alvum exserat operationem; quare etiam in renum, vesicæ, ac uretherum morbis, qui vel a tartareo muco, & calculosa materia has vias obstruente, vel ab erosa & exulcerata ipsarum substantia proveniunt, admirabilem habet virtutem. Dum enim aerimoniam humorum temperat, mucum dissolvit, ac eluit, renesque, vesicam, & uretheres a materia ipsiis inhærente repurgat, non modo ad calcum præcavendum, aut jam præsentis incrementa impedienda præsentis est efficaciam, verum etiam in stranguria, difficilie, ac dolorifica urinæ crasse, & turbidæ mictione exoptatissimas afferit supperbias. Et quum in gonorrhœa, tam maligna, quam benigna non raro similes ipsi uretheres ab inquinamento venereo in consensem trahi graviterque exedi solent, ut urinæ inde difficilis oriatur emissio, ego pariter tali in casu sèpe laudatum nostrum remedium optimo cum successu præscripsi; quum e contrario reliquæ minerales aquæ omnes tam interne, quam externe adhibitæ, maxime vero, quæ fortiter alvum movent, & aquam graviorem vehunt, malum exacerbant.

§. XV.

Porro quoque Selteranæ nostræ in malo hypochondriaco, & conjunctis cum ipso symptomatibus non satis laudandum præstant operam. Licet enim in diurna hac passione ii omnes soterii fontes, qui cruditates viscidæ acidas ex mala digestione ortas, & spasmos, ac flatibus materiem suppeditantes per alvum sufficienter educunt, ut fere sunt Egrani, Sedlicenses, & thermæ Carolinæ, insigniter opitulantur; nihil tamen fecius fons Selteranus, ob vim suam acidum obtundenter, partesque nerveas demulcentem in eodem casu eximiam meretur commendationem, idque eo magis, si corporis adeo sensibilitas, emaciatio, & ad spasmos concipiendos proclivitas, aut si cardialgici dolores cum præcordiorum anxietate, spirandi angustia, & intercurrentibus caleari

ercentibus a multo sanguine in intestinorum volumine subsistente graviter urgent. Quod si vero primas expurgandi vias indicatio est, sualor sum, ut ad curationem rite instituendam ægrotantes primo fontem Egranum per octo dierum spatium in convenienti dos bibant, & huie dein Selteranum per tres circiter hebdomades substituant, vel etiam dimidiā salis Sedlicensis unciam in mensura ejus solutam inter curæ initium, & deinceps alternis, vel tertio quovis die adsumant.

§. XVI.

Eandem fere efficaciam in malo sic dicto hysterico, quod cum hypochondriaco multum alit affinitatis, foeminino sexu Selterana commodare solet, maxime si illud a remanente aut inordinate succedente menstruorum fluxu suam mutuantur originem. Convenienti enim ordine, dicta & vitæ genere ipsa epota, & pro circumstantiarum ratione sale quodam leniter purgante remixta liberiorem sanguinis per imi ventris & uteri vasa circuitum restituit, inordinatos motus & spasmos consopit, vel certe fundamentum ponit ad reliqua symptomata facilios abigenda, & salutarem mensum fluxum aliorum hoc fine utilium remediorum ope revocandum.

§. XVII.

In morbis cum mentis abaliatione junctis, si præsertim a vehementioribus, ac diuturnis animi affectibus nimiisque mentis defatigationibus ortum traxerint, eadem Selterana, pariter ac Deinacensis, præstantissimam fert opem. Mirum tamen talubris hujus aquæ usus adjuvatur, quando non modo sanguinis abundantia per venæ sectionem detracta, & primæ viæ a colluvie vitiosorum humorum probe prius expurgatae fuerint, sed ipsa quoque potatio cum quotidiano balneorum aquæ dulcis usu conjuncto ad commodum tempus protrahitur. Hac enim methodo certissime efficitur, ut, sedatis nervosarum partium spasmis, viscerumque imi ventris obstructionibus referatis, circulatio sanguinis sicut per totum corpus, ita etiam per capitum & cerebri vascula pristino restituatur æquilibrio.

§. XVIII.

Denique præcipua fontis Selterani prerogativa hæc adhuc habenda est, quod ipse nec fixiori calcarea, vel martiali terra, nec locupletiori spiritus mineralis copia imprægnatus mitissimam præstet operationem, ideoque imbecillioribus omnibus, & minerales alioquin aquas ægressentibus optimo sit præsidio. Ita enim foeminis, utero gerentibus, & ubera præbentibus admodum est proficua; nam pluribus eductis exemplis confirmatus afferre possum, quod foeminæ in terrum quartumve mensim gravidæ non Selteranum solum, sed Carolinas quoque tam molares, quam ferventes sine ulla subsequuta nota utiliter potaverint. Enim vero licet ego gravidis Selteranas magna in copia adsumere, vel curationes cum ipsis adornandas diu protrahere nunquam permittam; præmissa tamen venæ sectione, alvoque prius liquata tam inter cibos, quam extra hos mane, & ante decubatum, ea, quam vitrum cerevisiarium capit, quantitate cum fructu commendare soleo. Nec reticere hoc loco licet, quod lactantiibus foeminis, si forte lac generant impurum, magna caseofæ substantiae copia refertum, vel etiam si ipsæ scorbuto infectæ infirma premuntur valetudine, fieriori fiducia majorique jure possit præscribi. Et profecto, si dimidiā mensuræ partem quotidie hauriunt, lac inde, quod infanti sugenti præbent, molto salubrius efficiunt, & ne in coagulum cojens in ventriculo acescat, & fibras intestinorum nerveas irritando diari hœcas, ventris tormenta, imo ipsam epilepsiam producat, commodissime avertunt.

§. XIX.

Imbecillioribus dein jure suo adnumerandi sunt senes, quibus Selterana non minorem pollicetur fructum. Erenim quum præcipue decrepitorum molestia, quales nominatim sunt scorbutus, scabies licea, impetigo, renum & vesica calculi, stranguria, dolores dorsi & ischiadici, arthritis & hujus census alia, fortes potissimum acidas salino-tartareas prima in regione stabulantes, æque ac insignem sanguinis, ac humorum impuritatem

pro vera causa agnoscant, in proclivi est
judicare, fontem Selteranum, qui hu-
morum acrimoniam temperare, succos
edulcorare, omnesque intus susceptas im-
puritates leniter expurgare solet, huic
abigendæ esse convenientissimum. Opti-
me itaque sibi consulunt, qui in senio
constituti divinum hoc remedium, ad
dictos affectus, tam avertendos, quam

præsentes profligandos in usum trahunt,
& Selteranam, vel lactis asinino ouptam
per aliquot hebdomades, vel cum vini
portione mixtam loco potus ordinari
per totam æstatem, vel etiam cum pa-
ne tosto, nuce molchata, cinamomo &
citræ corticibus imbutam ad vim ven-
triculi concoctricem erigendam hauriunt.

DE MEDICO SUI IPSIUS.

PRO O E M I U M.

Duplex datur bonum, quo humanum
genus ad genuina felicitatis per-
fectionem ducitur: alterum spectat ad
animam, & magis spirituale est, &
versatur in confortio, & unione cum
DEO, utpote per hanc unitæ beata,
tranquilla, & felix evadis anima, un-
de non immerit talis in DEO tran-
quillitas summum hominis bonum judi-
cari debet: alterum pertinet ad corpus,
& versatur in ejus statu sano, ordina-
to, ubi omnes actiones corporis recte se-
cundum regulam, ordinem, sive natu-
ram, sine molestia, sine dolore, sine
morbo perficiuntur. Prudens igitur ille
jure meritoque estimandus est, qui ad
duplicis hujus boni possessionem perve-
niendam omnibus viribus contendit, &
inquirit debita media. Quænam vero hoc
sint, & qua ratione, ac via ad felici-
tatem hanc exceptatissimam peringere quis
possit, in questionem non inepte venit.
Brevibus ut rem, & mentem nostram
circa hoc negotium exprimamus, existi-
mo, quemvis hominem debere esse sui
ipsius theologum, & medicum quoque.
Miseri sunt isti Christiani, qui, quoad
res credendas, imo agendas, tantummo-
do aliis credunt, ac fidunt, nec ipsi ea,
qua ad salutem æternam animæ sunt per-
necessaria, præsidia inquirunt, scrutan-
tur, cognoscunt, & indies facta appli-
catione secundum hæc vitæ, ac conscienc-

tia suæ curam, ac rationem habent.
Eodem modo se res quoque habet cum sa-
lute corporis, ubi miseri sunt illi, qui
ea, que corpori, vel profunt, vel nocent,
ipsi non attendunt, vel cognoscunt, ne-
que sua naturæ scientiam possident, vel
diata regulas servant, sed pro arbitrio
suo vivunt, & persuasum habent, me-
dici duntaxat hoc esse officium, cui soli
in negotio sanitatis sit fidendum. Sed
quam misere deludantur, & sanitatem
optimum illum vite thesaurum postea de-
perdant, res per se clara est, nec ulla
eget probatione. Non institui de præsen-
ti quedam coninuorare de retus ad an-
imæ felicitatem pertingentibus, sed hoc
maxime scopo, ac proposito nostro con-
sentaneum erit, demonstrare, quaratio-
ne quisque sui corporis debeat & possit
esse medicus, adeo ut medico alio etiam
possit ferme carere, & sine eo vitam sa-
nam, & longam servare atque tueri.

S. I.

ANequam vero demonstrem mo-
dum, ac rationes indigitem, quas
sequendo quivis sui corporis perfidus
medicus esse possit, opus est prium,
ut afferamus momenta, quibus ostenda-
mus, non modo id ipsum esse perutile,
sed & summe necessarium. Prima ratio
est medicinæ practicæ imperfectio. Quan-
vis ars nostra in se sit certissima & valde
salutaris, nihilominus non omnes in to-
tum tollere potest morbos, neque in om-
nibus subjectis, neque omni tempore.

Cetis

Certis enim circumscripta ac limitata est terminis, utpote remedia, quibus ceu instrumentis utitur medicus artifex, certæ suæ activitatis continentur sphera, ultra quam minus agere possunt, unde plures a morbis vici plane non curantur. Sique rem velimus exemplis illustrare, ante oculos nobis morbi hæreditarii versentur, & ii, qui in habitum quasi degenerarunt affectus, ut sunt spasmoidæ, & convulsivæ nervosarum partium passiones, quæ abunde visuntur in podagrīcīs, arthriticīs, epilepticīs, hypochondriacīs, hysterīcīs, quorum pathemata, quam rebellem alant naturam, practicis non ignotum est. Difficilissimum enim est, hos morbos radicatos exquisitissima etiam medicina in totum tollere, sed sufficerit, quando quis prædenti remediorum applicatione vehementem eorum impetum quodammodo retundit ac imminuit. Notum porro est, nonnullos ex chronicis ita esse comparatos, ut plane non auscultent ulli medicinæ, sed correptos ad lethum certissime ducant. Cujus generis sunt hydrops, phthisis, hectica, febres lentæ, scorbutus consummatus, cachexia, morbi quidem familiarissimi, sed magna medicorum opprobria, in quibus certe medicus nihil solidi præstare potest. Qod vero attinet ad affectus, qui dicuntur acuti, ac in febribus & inflammationibus potissimum versantur, ibi & medici plerumque frustrantur, sed natura hic optimus solet esse medicus. Si hæc favet, si potens est, si viribus gaudet, tunc sere sola totum expedit curationis negotium; si vero virtus vitalis, quæ motrix est, si natura deficit, si via ac instrumenta ad motum destruta, si humores plane degeneres fuerint, omnis medici labor inanis atque frustaneus est. Patet itaque luculentex hisce breviter adductis, quam debilis sit potentia artis nostræ, & quibus limitibus ac terminis adstricta, & quo i medicus non ea possit perficere, quæ ineptum vulgus abi plo desiderat. Unde laborandum est, ne incidamus in tales affectus, qui medicorum opera, & remediorum facultates eludunt. Hoc per-

ficitur, si conservamus corpus nostrum, idque defendimus a gravibus morbis insultibus: longe enim facilius est sanitatem servare, quam possidemus, quam reparare eam, quam amissimus. Cum autem scopum istum præservandi corpus a morbis injuriis, neutquam quis valeat attingere, nisi ubi quis proprius suus medicus sit, esque calleat, quæ sibi pro sint, vel noceant; facile apparet, quam necessarium sit, naturam suam cognoscere, & medicum proprium agere.

II. Secunda ratio, quæ urget quemvis, qui sanam & longam ducere vult vitam, ut sit sibi ipsi medicus, sic se habet. Pueri medicorum ex tanta turba inveniuntur periti, & docti, fideles ac circumspicti, & verissimum deprehenditur ipius Hippoc. editum lib. de art. Fama & nomine dantur Medici plures, re uero & opere pauci. Plures carent solida medica experientia, nec non accurata historiæ morborum notitia, quæ tamen fundatum est totius artis, genuinas & veras remediorum facultates ignorant, sed cerebrum variis speculationibus, controversiis, inanibus & sterilibus theoriis repletum habent. Paucissimos reperies, qui sunt vere rationales, i. e. qui eorum, quæ fiunt, quæ sunt res facti, & experientiæ, ex veris physicis & mechanicis principiis, & in primis ex motus regulis ac legibus, rationes, & connexiones demonstrant. Physicam enim scientiam, nec non chymicam & anatomicam in academiis non addiscunt, vel iplorum vel præceptorum culpa, cum tamen hæscientiæ non egregie modo ornent, perficiant ac distinguant medicum a medico, sed & ipsum certum efficiant, & ad plura utilia in sanitatis negotio invenienda occasionem præbeant amplissimam. Plurimi penitus nobilissima medicinæ parte, a sapienti antiquitate semper maximi habita, scilicet *syrii*, quæ docet corpus conservare sanum, & a morbis ipsum defendere, destituuntur: utpote nec aeris, nec climatis, nec locorum, nec alimentorum, aquarum, vinorum, consuetudinis notitiam vel rationem ullam habent; ex his tamen rebus vivimus, sani-

sumus & agrotamus, multo minus circa has res naturatum distinctionem atque diversitatem attendunt. Sed consuetudo pessima est, crudis studiis, experientia & scientia solida destitutis, prorumpere sic in forum medicum, & farragine rem diorum pretiosis formulis, immo fraudibus & eloquentia maleferiata, crumenas agrotantium emungere, & plus revera nocere, quam juvare. Quam periculo sum itaque sit, in re, ubi de vita & sanitate, pretioso illo thesauro, agitur, fidere cuivis medico, facile poterit intelligi. Tertius itaque est, sive naturæ & sui corporis proprium agere medicum.

III. Tertia ratio, quæ exigit, ut quisvis calleat notitiam sui corporis, eaque cognoscat, quæ proslt vel noceant, est differentia subjectorum, & naturarum maxima. Scitissime jam olim scriptis Hippocrates l. de flatibus. *Differunt natura a natura, corpus a corpore, nutrimentum a nutrimento, non enim omni animalium generi eadem aut conserunt, aut commoda sunt, sed sunt alia aliis convenientia.* Posita est non minima artis nostræ difficultas in eo, nosse cuiusvis individui agrotantis naturam, quas nempe habeat consuetudines in rebus non naturalibus, præsertim in excretionibus, quomodo sese habeat in hæc vel illa dosi, quibus animi, & corporis pathematis sit obnoxium, quam sensibile sit corpus. Mirum enim est, quantum in eo differant temperamenta, sexus, familia, cœlum, vitæ genus, consuetudo &c. immo ipsis morbi immutant corpora, & familiarissimum est, quod idem remedium uno tempore prosit, altero noceat, & pro diversitate temporum diversas sepe operationes exhibeat. Quam operosum vero, & difficile sit, exacte hac inquirere & memoria tenere in tot individuis, quæ medicis offeruntur ad sanandum, facile appetet. Nullus autem melius suam naturam, ejus vires, & habitum ad hæc vel illa inventire, explorare, & addiscere potest, quam quivis ipse; Medicus vero sepiissime in eo peccant, quod ea, quæ ipsis proslt consueta, aliis quoque omnibus indistincte, & pro-

miscue laudent atque commendent, quem tamen iis minus quadrant vel conveniunt.

IV. Ulterius rationem, cur medico carere quis possit, ex Hippocr. l. 1. de dieta §. 14. petere possumus, cum ait: *Medicina id, quod molestat, tollit, & id, quo homo agrotat, auferens sanum facit.* Natura eadem sua sponte novit, desidens conatur resurgere, currens conatur requiescere, & alia ejusmodi natura habet, que medicine sunt. Quin imo, univeralis sapientis antiquitatis in eo consensus est, naturam esse optimam morborum medicatricem, tamque sufficere sepius in sanando. Quid autem per naturam intellectum voluerunt veteres, non una eademque omnium est sententia. Nos, dum naturam occupamus, nihil aliud intelligimos, quam coordinationem, & cœconomiam omnium motuum in corpore, maxime omnium cordis & arteriarum, sanguinisque circulum, quem non a potentia quadam immateriali percipiente, per ideas agente, perque eas motus dirigente, videlicet anima derivamus, sed a principio pure physico, tenuissimo nempe fluido, vi motrice instructo a deoque mecanico. Ut pote animæ est tantummodo, per ideas actiones corporum percipere, & secundum easdem reagere; naturæ autem est, solo contactu corporeo suas operationes exequi, id est solo motu causas nocentes corpori amendare atque expellere. Non inepte itaque hi agunt, qui non tam respiciendo ad cauam, sed ad ipsum actum, sanguinis circulum habent pro natura. Potest hac de refusis legi *Dissertat. nostra de nat. morbor. medicat. mechanica*, nec non Clariss. Bergerus in *Dissert. de nat. morbor. medico*, ubi evidentissime demonstratur, corpus nostrum a sapientissimo Deo opifice tam assubre, tam artificiose, tantaque ratione esse constructum, ut non modo seipsum per motum a corruptione defendere, sed expellendo nocentem materiam sanare possit.

V. Contulimus hactenus varia rationum momenta, cur quisque sui corporis pro-

proprius debeat esse medicus ; sequitur jam , ut hanc assertionem non novam esse , sed vetustissimam , præstantissimis quorundam medicorum testimoniiis corroboremus . Inter hæc vero eminet laudatissimi nostri Hippocr. edictum , qui in libr. de nat. statim in principio hæc prodidit ; Omnes homines artem medicam nosse oportet ; est enim res honesta ac utilis ad vitam , & ex his maxime eos , qui eruditio[n]is ac eloquentia cognitionem habent . Nam sapientia cognitionem , medicina sororem ac contubernalem esse puto . Sapientia enim animam ab affectibus liberat , augescit autem intelligentia presente sanitatem . Ubi habitus corporis ægrotat , nec mens ipsa claritatem habet ad virtutis meditationem . Hisce sapientissimus vir innuit , non modo omnem hominem , sed maxime sapientem & eruditum nosse debere medicinam , quoniam hæc animo simul , & sapientia velificatur . Qua de causa pulchre scribit idem Author lib. 2. de diata §. 34. si sanum fuerit corpus , & non ab alio aliquo perturbetur , animi temperamentum sapiens existit . Dehinc Cicero libr. 2. de officiis : Valetudo conservatur notitia sui corporis , & observatione earum rerum , quæ aut prodeesse solent , aut obesse . Huic quoque consentit Illustris Verulamius , qui in sermone fidel. Tit. 34. hæc habet : Observatio cujusque propria eorum , quæ nocent , & eorum , quæ juvant , optima est medicina ad sanitatem tuendam . Tiberium Casarem legimus apud Suetonium Cap. 68. & Tacitum Annal. VI. 46. solitum eludere medicorum artes , atque eos , qui post XXX. etatis annum ad internoscenda corpori suo utilia vel noxia alieno consilio indigent . Usus enim quid salutare , quid vita aptum , quid contra sit , docet . Cato ille magnus philosophus ipse erat sùs , & totius familie medicus . Et Historici referunt de vita sua , quod illustris hic Romanus se suosque sanos servaverit per solius rationis & naturæ regulas . Celsus autem elegantissimus ille medicus , quod non adeo magnus medicinæ patronus fuerit , ex hisce clarum fit :

Scribit enim statim in præfatione : Multiplex ista medicina neque olim neque apud alias gentes necessaria , vix aliquot e nobis ad senectutis principia perducit . Ipse Hipp. pulchre distinguit libr. de arte inter medicos & medicinam , docte judicans , plures evadere posse sanos , qui medicis non utuntur , nihilo minus tamen medicina ; valde enim necessarium est , ut ii , qui medicis non sunt usi , si egrotarunt , & convaluerunt , aliquid fecerint aut non fecerint , per quod sanati sunt , adeoque non minus ea , quæ opem tulerunt , quam ea , quæ damno fuerunt , testantur artis certitudinem .

VI. Ostensum igitur est tum rationibus , tum authoritatibus , perutile esse , ut quilibet gnarus sit corporis sui , & quod sine medici ope sanus esse , & permanere possit . Res ipsa jam ulterius postular , ut doceamus , qua via & quo modo unusquisque ad cognitionem sui ipsius pertingere , seque ipsum & sanare & præservare possit . Primo omnium vero opus est , ut quisque sciat , an in statu sano vel ægrototo sit , & quænam sint hujus status indicia ac notæ . Brevissimis ; sanus homo is est , qui bene appetit , & bene secundum proportionem ingestorum egerit per omnis generis emundatoria . Sanus porro est , qui corpus possidet omnis doloris , gravitatis , lassitudinis expers , robustum , agile ad motum & laborem aptum , in quo somnus moderatus & reficiens , mens serena ac hifaris , ad studia apta ; pulsus arteriarum moderatus cum calore corporis temperato , hisce signis præsentibus sanus homo dici poterit . Morbi autem tam præsentis quam futuri testimonium sunt appetitus prostratio cum nausea , sitis magna , egestionum per alvum , per transpirationem , per urinam imminutio , & peculiaris in hisce mutatio , virium languor , corporis gravitas ac lassitudo spontanea , somni defectus , vel turbulentia , pulsus frequens solito major cum horrore & calore corporis , flatulentia & gravitas in hypochondriis , facies lurida & pallida , macilenta præternaturalis , magna proclivitas ad animi præcipites

motiones, dolor insolitus in capite vel circa lumborum vertebras. Ex hisce colligere quivis potest, morbum gravem esse in propinquuo. Unde celerius languenti naturae est succurrendum. Qua ratione autem id perficiatur, inferiori loco docebimus.

VII. Deinceps qui vult longam & a morbis immunem ducere vitam, is probe callere debet, quænam sit morborum origo ac fons. Ut autem hac in re breviter & perspicue exponamus nostram sententiam, ita dicimus: sicuti sanitas est motus liber, æquabilis & temperatus sanguinis, in debita quantitate & mixtione existentis, per omnis generis tubulos corporis nostri, quo omnes actiones secundum normam & regulam sunt, ita morbus a statu naturali recessio sit a motu sanguinis & humorum impedito inæquabili intemperato, ob laſam non modo quantitatem & mixtionem humorum, sed & ob naturæ, motus & spirituum, qui motum celebrant, defectum. Perpetua enim hæc regula mechanica & physica medicorum est, quod ad æquabilem proportionatum & temperatum motum, qualis vitam & sanitatem constituit, debeat esse proportio inter movens, sive vires motrices, quæ sunt in nervis, & muscularis, & inter mobile sive sanguinem & humores, qui sunt in vasis. Ex hac proportione laſa, quæ sit maxime ex defectu viuum respectu sanguinis, resultat omnis morborum fons materialis nempe, utpote inter ipsum motum morbosum & causam morbi materialem distinctio quædam est.

VIII. Ut autem pressius hanc ipsam rem tractemus, placet ex ipsis scriptis Hippocr. quid ipse senserit de morborum ortu, hoc loco evolvere. Extat autem egregius locus lib. de r. atur. human. S. 18. Morbi, (scribit) partim ex diætis, partim ex spiritu, quem attrahimus, sunt. Per spiritum intelligit aerem, quem lib. de flatib. nuncupat maximum in omnibus, quæ corpori accidentunt, authorem & dominum vita, & morborum fabrum, idque judicat magnus ille vir optima ratione. Per quam enim notum est, quanta sit aeris ad circulum sanguinis necessitas, quo

vitæ, & sanitatis ratio continetur. Nam is ipse est, qui pondere suo vesiculas pulmonum elevando transitum sanguini concedit ex uno ventriculo in alterum. Is pondere suo externe vasis corporis incumbens moderatur nimiam expansionem arteri interni, & transpirationis excessum. Aer porro elastica sua valida virtute subtilissimaque portione sanguini intimè mixtus, totum negotium spirituacientia & virium, quæ insunt muscularis ac nervis, absolvit. Aer enim tanquam universalis spiritus, animantibus robur, motum, calorem, imo animam concedit. Et ut libere dicam, anima nihil aliud est, quam aer variis potentias immaterialibus valde activis distinctæ operationis imbutus, unde non inepte Hip. l. de flatibus & de morbo sacro dicit: aer sensum & motum præstat partibus.

IX. Ex hisce facile intelligitur, si quando aer ab indole temperata desciscat, quanta noxa tunc imminet corpori. Experimento quotidiano discimus, ad aeris subitaneas mutationes, variumque tempestatum habitum, subito mutationem quandam in corpore & animo persentiri. Atmosphæra enim nimis humida, cœlum nimis nubilum & pluviosum, venti austrini & occidentales, corpus flaccidum languidum, mentemque tristiorum reddunt. Motus enim sanguinis ob robur fibrarum delassatum, tardius procedens, excretiones omnes facit imbecilliores, unde omnes morbi humidi, putridi, maligni, & qui ex stagnatione seri, imbecillitate nervorum, & motus defectu oriuntur, non modo tunc gignuntur, sed & præsentes incrementa capiunt. Atmosphæra nimis frigida, compresia asperis rigidis elasticis ventis, quales sunt septentrionales, animata, dolores & spasmos, ubique consistunt, acutiores reddit; tusses, raucedines, coryzas, rheumatismos, catarrhales, inflammatorias febres progignere apta est, præfertim si ad hos affectus disposita fuerint corpora. Observavimus quoque febrium intermittentium recidivas, & paroxysmos arthriticos a borealibus ventis facile suscitari. Quam infensus sit yel-

valde frigidus hyemalis aer nervosis partibus, & quantum morbos ex debilitate nervorum eorumque obstructiones augeat, inter praticos notissima res est. Neque dubitari poterit, ab austrina nimis fervida levi & valde rarefacta atmosphera morbos praecalidos, choleras, ardentes, tertianas continuas, & intermittentes febres, hecticas quoque, diarrhoeas capere suum ortum, & nimium inde exacerbari. Neque ignorari oportet, omnes morbos epidemios, quorum magnus est numerus, & ingens frequentia, ex aere ceu communi causa plures simul ladeant, prognosci. Clarissime jam dudum id professus est Hipp. l. de natur. human. §. 15. inquiens. Quando ab uno morbo multi homines corripiuntur, eodem tempore causam ad id, quod communissimum est, & quo maxime omnium uitimur, reservare oportet; est autem hoc spiritus, sive aer, quem inspirando trahimus. Quales vero morbi sub peculiaribus tempestatibus surgant, de hisce ipse Hippocr. aperte lib. de humorib. §. 7. pronuntiat sequentia: Qualia sunt tempora, tales etiam erunt morbi & constitutiones ex ipsis: si tempora tempestive & ordinate se habuerint, morbos judicatu faciles facient, & contra.

X. Alteram causam, quæ morborum parens est, divinus noster senex dicit ex dicta prava. Est autem secundum gravissimum hunc Authorem l. de flatib. §. 9. Mala dieta hæc, primum quidem, cum quis plures cibos liquidos, aut siccios ingerit in corpus, quam ipsum corpus ferre queat, neque laborem aliquem ciborum saltem multititudini respondentem adjungit; Deinde cum varios & dissimiles inter se cibos assument, seditionem enim movent, qua sunt inequalia, aliquaque citius, alia difficulter concoquuntur. Tria sunt, quæ ad malam dietam secundum Hippocr. concurrunt: primo ciborum mulitudo, quam corpus ferre non potest, secundo motus & laboris intermissio, & tertio ciborum varietas. Quandoquidem si sanum permanere debet corpus, generalis hæc observari debet regula, proportionem inter alimenta & vires, sive motum & naturam corporis esse debere. Sic

robusta corpora, in quibus validus celebratur motus, ciborum copiam bene possunt ferre, i. e. digerere & superflua ejicere citra sanitatis dispendium. Imbecillia vero, quibus parum motus & vigoris inest, non sine damno utuntur alimentorum copia; ob defectum enim digestionis, & egestionis debitæ, copia seri vel sanguinis impuri in venis progingitur, quorum utrumque largus fons est ægritudinum cum chronicarum, tum acutarum. Veteres talismodi sanguinis abundantiam plethoram, seri vero excessum cacochymiam appellantur, & pro fundamento morborum duplex hoc vitium uanimi consestu habuerunt. Solennes sunt ex nimia sanguinis abundantia, spasmi, inflammations febres, & hemorrhagiæ. Pulchre scribit Hippocrat. l. c. §. 9. sanguine abundantantes partes, propter sanguinis multitudinem, & tremunt & inflammationes suscitant, nequit enim fieri, ut sanguinis multitudo conquietat. Cacochymia autem, sive seri impuri abundantia, cachexiam, scorbutum, varias exulcerationes, tumores, dolores, fluxiones serosas, variaque tartarea coagula, putredinem verminosam lentasque catarrhales, malignas febres exuscitat, nec non scirrhosa viscera, gravissimosque chronicos morbos parit.

XI. Ad producendam autem tam plethoram, quam cacochymiam non tantum multitudo ciborum major, quam natura ferre potest, sed & laborum intermissio consert. Dici vix potest, quam salubris sit & sanitati amicus motus & labor membrorum. Externus enim motus exuletat internum motorem, spiritus auger, sanguinis, & humorum excretiones adjuvat; ergo dilucide appetit, quam infensa sit quies, & ocium. Pulcherrima sunt, quæ hac de re nobis reliquit Hippocr. lib. de dieta §. 11. Homo edens sanus esse non potest, nisi etiam labores contrarias enim inter se vires habent cibi & labores, verum inter se mixti conferunt ad sanitatem. Labores enim ea, que insunt, consumere solent, cibi autem & potus ea, quæ evacuata sunt, expletent.

plent. Oportet itaque habere mensuram, ac proportionem laborum ac multiudinem eborum pernoscere. Si enim inventa fuerit eborum mensura, & laborum ad unamquamque naturam numerus, ita, ut excessus neque supra neque infra modum fiat, inventa sane exacte hominibus satitas.

XII. Tertio resert Hippocr. ad malam diætam eborum dissimilitudinem. Certe prisci, qui simplici victu utebantur, & saniores, & longæviores erant nostrorum temporum hominibus. Et illi populi nec non plebeii, rustici, qui lacte, pane, caseo, butyro & aqua fruuntur, sanitatem præstant omnibus iis, qui laute vivunt, & delicatis variis cibis sub ocio vescentur; & robustiora corpora habent, & vivaciores infantes progignunt. Natura enim gaudet temperie & temperatis alimenti, quibus conservatur. Eam autem laedunt omnia intemperata, excessivis qualitatibus prædicta, fortia & potentiss. Merentur hoc adduci elegans locus Hippocr. libr. de veteri medicina §. 32. Verum robur & augmentum, ac alimentum præseri per nihil aliud contingit, quam quod probe temperatum est & nihil habet intemperatum, neque forte, sed totum unum factum est, & simplex, & non forte. Teneri hoc loco oportet, cibos optime dispesci posse in eos, qui sanguini materia præbent, & qui serum generant, illudque peregrinis qualitatibus induant. Ex illorum classe sunt carnes, præsertim gelatina abundantes, uti est suilla, vitulina, bovina junior, omnia farinacea, dulcia, ova, pinguis, semina & fructus multum olei recondentes, dulcia vina, cerevisiae alimentosæ. Hæc copiam sanguinis proferunt maxime in corporibus, quæ natura multum generant sanguinis. Serum vero impurum & sanguinem intemperatum reddunt lacticinia, fructus horæi, omnia olera, vegetabilia, carnes induratae, salina acida, spirituosa, aromaticæ, acida, vina austera, marina, præsertim pisces. Hæc ipsa, ut non defluantur usu suo, præsertim in iis, qui multum generant sanguinis, nocent ramen serolis, & ubi viscerum obstructio-

nes adsunt, & ubi natura imbecillis est, maxime si peccetur in excessu; unde disponunt ad cacochytiā, omnesque eos morbos, qui ex hac resultant.

XIII. Restat adhuc alia causa, quæ efficacissima est ad gravissima patremata celerrime inferenda in corpus, eaque sit per animam nostram. Mirabile est, quod anima solo ideali & immateriali actu, & perversa ad certa objecta cogitatione & ratiocinatione, & inde nascente vario desiderio vel cupiditate, vehementer movere & conturbare possit non modo sanguinis circulum, sed & excretiones pervertere, & spasmodicas contractiones in genere nervoso & membranoso hinc inde producere. Magna est vis & potentia animæ in corpus nostrum, & quasi rora suprema, quæ alias rotas circumagit. Edocemur enim quotidiano exemplo, quod v. gr. a terrore gravissima mala inferantur, videlicet epilepsia, syncope in foeminae, abortus, mensium aut lochiorum suppressio, aut nimius eorum fluxus, cordis palpitatio, apoplexia, paralysis, nimia haemorrhagia, hystericus adfectus. Ab iracundia non semel norata fuerunt erysipelas, inflammations gravissimæ ventriculi, haemorrhagiæ, febres bilioso-cholericeæ, colicæ, arthritides, icterus, paralyses, apoplexia, vomitus biliosi. Tristitia, mœror, nimia cura, animi anxietas ad morbos chronicos, febres lentas, hecticam, viscerum obstructions, affectum melancholicum, hypochondriacum, scorbutum præsentissime disponunt, imo vires destruendo malignitatem facillime morbis ingenerant. Neque tantum animi commotiones gignunt novos saltē morbos, sed & veteres exasperant, paroxysmos resuscitant, recidivas accersunt. Brevissimis: animus hominis plus noet corpori, quam omnes res corporeæ & non naturales, quibus homo utitur.

XIV. Exposito sic morborum, qui invadunt corpus humanum, ortu, eorumque causis perspectis, facillimum jam erit inquirere modum ac rationem, sepe defendere ab ipsis, & in tempore prævenire horum ortui. Piacet igitur per singulas classes ire & cōpendio subjecere qualidā

regulas, quarum observatio perquam utilis ad scopum nostrum obtinendum erit. Di-
ctum fuit, ab aeris intemperie plures na-
sci communes morbos; hos ut evitemus,
oportet sequentia tenere. 1] Vitandus
est, quantum possibile, omnis aer humili-
dus, & in humilibus locis, vaporibus,
& exhalationibus repletus, omnis quoque
frigidus & excessive calidus: eligendus
vero est serenus, siccus, perflabilis, & in al-
tioribus locis existens. 2] Tempore ver-
nali & autuniali, ubi aeris immutatio &
alteratio varias mutationes & commotio-
nes in corpore infert, vestibus probe est
muoviendum corpus, & victui tunc ali-
quid detrahendum, transpiratio quo-
que per insula calida vegetabilium procu-
randa. 3] Si diu persistit austrina præ-
humida pluviosa cœli intemperies, ad
serosos & putridos morbos valde dispon-
nens, medicamenta balsamica, salia vo-
latilia oleosa, vinum generosum, usus
pilularum Ruffi vel Avicennæ, in con-
sueticis tabaci sumus, inveniunt egregium
locum, non neglecta sobrietate, semper
commendarissima. 4] Nunquam corpus
liberius exponendum ventis borealibus,
præsertim, si quis ad catarrhos & febres,
& dolores arthriticos inclinet, vel etiam
plethoricus sit, aut ex morbo convaluer-
rit, aut vino vel crapula onustus fuerit.
5] quando morbi gravantur epidemici ex-
pravo tempestatum habitu, omnem ni-
miam repletionem in cibo & potu, affe-
ctuum intemperiem vitare oportet. Ex-
pedit tunc alcum habere apertam per pi-
lulas balsamicas, ex quibus commendo
sequentem formulam. Recipe Aloes he-
patice, extracti centaurii minoris, myrra
electa ana scrupulum unum, eruci,
extracti rhubarbari, balsami peruv. ana
scrupulum semis. M. F. l. a. Pilulæ,
præ una dosi sufficiente grana XV.

XV. Proximum jam est, ut nos conser-
vamus adeos morbos, qui ex nimia re-
pletione & mala diæta originem suam
accersunt. Hos ut præcaveamus, sequen-
tes inferire possunt regulæ: 1] perpetuo
studendum est temperantia & sobrietati,
nec nimis saginandum est corpus. Elegan-
tissima hanc in rem habet Celsus in pra-

fatione. Verisimile est (inquit) inter non
multa auxilia adversæ valetudinis, ple-
rumque eam bonam contingisse ob bonos mo-
res, quos neque desidia neque luxuria vi-
tarunt, siquidem hæc duo corpora prius in
Græcia, deinde apud nos affixerunt.
Huic etiam absentitur Democritus scri-
bens: homines a DEO sanitatem petunt,
ignorant autem, quod eis potestatem apud
se habeant. Nam per intemperiantiam sa-
cientes contraria ipsi proditores sanitatis
sue existunt. Et Hippocrates lib. de mor-
bis: si quis pauca edat, & pauca bibat,
nullum inde morbum experietur. Et alibi:
Nihil magis ad sanitatem facit, quam
non satiari cibis, & impigrum esse ad la-
bores, unde pulchrum adagium, modicus
cibi, medicus sibi. 2] Quorum corpora
copiam sanguinis facile progignunt, illi
sibi temperent a ratione carnium esu, quem
per totam vitam parciorem lubentissime
vellemus. Certe fuerunt prisci sanissimi
homines, qui fructibus, lacte, herbis
contenti simplici victu & tenui diæta
consensercent, uti Plato, Zeno, So-
crates. Porphyrius libro 4. de abstinentia
testatur, quod carnis abstinerint phi-
losophi, sponte nascentibus ex terra cop-
tent. Pythagoras, qui a sobrietate suam
philosophandi rationem orsus est, certis
de causis elum carnium prohibebat. Mi-
rabile est, quod nos abstipere soleamus ab
omnibus eis animalibus, que carne ve-
scuntur, nihilominus ea mirifice dele-
ctemur. 3] Sanguinei parcus assument
dulcia, farinacea, leguminosa, pinguis,
vina generosa, hæc enim abundantem
sanguinem corpori ingenerant. 4] Debiles,
valetudinarii frigidæ, & seræ
constitutionis homines, fœminæ præser-
tim, valde fugiant acidorum nimium u-
sum. Dici enim vix potest, quantum
hæc vitient corpora fœminarum, & irre-
gularem mensum fluxum faciant, necnon
ad spasmaticas multasque chronicas pas-
siones exemplo quotidano eas deducunt.
5] Cibi debite conditi sale, aromatibus,
vino, aceto melius concoquuntur, & mi-
nus natram gravant, quam qui talis me-
di condimentis carent, diutius enim mo-
rantur in sanguine quam decet. 6] Men-

suraciborum tam ratione copie, quam ratione difficultioris concoctionis, aestimanda est, secundum proportionem laboris, motum, exercitationem corporis, secundum vires quoque. Nam robusti & qui laborant, duram & plenam diætam ferre possunt, minus, infirmi abstinentes a laboribus. 7] Nunquam ingerenda sunt de novo alimenta, antequam priora fuerint concocta: judicamus concoctionem ex eo, dum agile & leve fit corpus, nullus torpor vel gravitas inest membris, ingenium alacre redditur, urina & alvus bene succedit, appetitus resurgit, nec flatulentiae incommodant hypochondria. 8] Quod si gravitas percipitur in membris, lassitudo in corpore, alvus segnis est, ructus & inflationes primas vias occupant, somnolentia & torpor caput pertunt, detrahendum aliquid eibi est, vel a coena plane abstinendum, & humida tantum, facillimæ digestionis, assumenda, corpusque fortius movendum est; labores enim egregie evacuant, & agile ac liberum corpus reddunt. Audiri meretur hac de re Hippocrates, qui in lib. de veteri med. §. 19. egregie describit incommoda, quæ a nimia ingluvie proficiuntur, dum ait: *si prans fuerint, idque eis non conducat, statim graves & corpore segnes sunt, itemque mente pigri, hiatusque ac scificatione & dormitione ac siti pleni; si vero insuper cœnaverint, & flatus & stormina, & alvus infringitur, & multis magnis morbis principium hoc fuit, si eosdem cibos, quos semel assunmere conuererunt, bis assumant & nihil amplius.*

XVI. Si vero nimia sanguinis exundantia morbum, & periculum corpori minatur, solvenda hæc ipsa citius venit, idque optime per venæ sectionem. Indicant autem plethoram & hujus generosi auxili necessitatem facies rubicunda, sanguine turgida, pulsus magnus, dolor gravatus in dorso, lumbis, in osse sacro, lassitudo & gravitas corporis præfertim a motu & adscensu acclivium, ardor ac pruritus cutis, venæ fectionis vel evacuationis sanguineæ naturalis confusa intermissione. Hisce signis præsentibus

tutissime veniendum est ad sanguinis artificiale evacuationem; commodissime autem ea ipsa fit ante, & post æquinoctia hac cautela, ut sobrie vivamus post eam, cibisque facilis, & boni succi corpus nutritius.

XVII. Si vero abundantia succorum impurorum ex intemperie alimentorum nata, subiecta imbecillia onerat, & morbos tales, quos cacoehymia parat, minatur, consultius erit venæ sectionem omittere, & potius minuere & emendare peccantem materiam oportet per evacuationem balsamicæ naturæ, amara, & maiorem motum moventia. Talia sunt medicamenta sale volatili oleoso imbuta, vini optimi potus procurans liberiorem ventilationem, & excrementorum excussiōnem, non omisis polychrestis pillulis, vegetabilium infusis cum aqua calida adornatis.

XVIII. Circa potum tenenda hæc sunt, 1] ut temperatus citius hypochondria citra flatulentiam transiens præ omnibus aliis eligatur, sive sit vinum, sive cerevisia. 2] sufficiens quantitas ejus sumenda est, ab hujs enim defectu pigræ fit alvus, segnes evadunt evacuationes, & corpora ad morbos chronicos disponuntur. Natura enim gaudet maxime fluido, sine quo sanguinis circulus & excretionum œconomia salva subsistere nequit. 3] Extra cibos, potus largior præfertim inebrians plane vitandus est: mirum enim nocet sanitati ebrietas, utpote intemperiem humoribus, nervis magnam infect debilitatem, ac digestionum robur destruit. 4] potus frigidus corpori calefacto magna quantitate ingestus verum simulatur venenum. Nam uti venenum, ita talis potus celerrime totam œconomiam motuum vitalium & secretiorum turbat & pervertit. Unde multiplici experimento compertum est, plures inde sibi contraxisse lethales morbos. Inciderunt nempe in ventriculi inflammationem, hepticaam, phthisin, hydrozem, lentas febres, peripneumoniam, abscessus. Nocet autem maxime talis modi potus sanguineis, & qui vasa habent exilia, copiosa, & spongiosa sunt habitus cora.

corporis. 5] Si ex tali potu assumpto imminet noxa corpori, mox fortius illud movendum, vena mature secanda, & infusa calida, blande diaphoretica sumenda.

XIX. Quoniam in superioribus animi perturbatio relaxata fuit inter causas morborum præsentissimas, hinc ne ab animo nobis contrahamus infirmum corpus, omni modo cavendum est. Palmaria autem & summa vere uiversalis medicina hic commendanda venit, quæ est animus tranquillus, & quietus, & pacatus ejus habitus & status, qui omnibus vehementibus desideriis & cupiditatibus vacuus est. Maxime omnium autem celstet animi commotio circa tempus somni, cibi & motus. Audiendus hunc in finem est Verulam. in serm. fidel. tit. de regim. valeret. ita sentiens: *Vacuo animo esse & hilari, ad horas cibi somni & exercitationis, est ex optimis præceptis ad prolongandam vitam, quatenus ad animi passiones & studia. De vita invidiam, metus anxios: ianum intus cohibe, subtile & nodosæ disquisitiones, gaudia, & exhilarationes immodicas, tristitiam alte pressam & non communicatam; amplectere spem, lœtiam potius quam gaudium: delectationum varietatem magis quam satis etatem, admirationem, & propterea novitates; studia, quæ animum replet, splendidis & illustribus subiectis, veluti historias, fabulas, peragrationes naturæ. Ad tranquillitatem animo conciliandam subsidia hæc opportuna sunt, nempe ianioris philosophia saluberrima præcepta, quæ omnia mundana spernere docent. Itaque non sine ratione Lucianus lib. Macrob. p. 827. longevis annumerat philosophos, & omnes, qui ingenio, & eruditione prestantes fuerunt. Ita etiam Plutarchus narrat, plures corpore aliquo parum firmo philosophie præceptis vitam longam consecutos. Maxime autem omnium vitam longam vixerunt, qui deletabantur pulebris, & quo orationis capiebat ornatus, sic Gorgiam, Protagoram, Isocratem, & e latinis M. Senecam rhetorem, philosophi parentem longevos suisse legimus. Laudandi eam ob rationem sunt Platonici veteres medici,*

qui paucis remediis, plantarum nempe decoctis, contenti potius omnem animum atque operam eo convertebant, ut bonis moralibus præceptis imbuerent animos hominum, tam sanorum, quam ægrotantium, probe gnari, quod ex animo magna medicina redundet in corpus. 2] Ad animi tranquillitatem conferunt pietas & frequens lectio verbi divini, cum animo ferio id applicandi ad usum: pietas revera ad omnia utilis est, & hinc etiam ad vitam sanam ac longam. Nam qui per preces & fidem magno Spiritu Sancti dono beatur, ejus anima incredibili lœtitia, pace, tranquillitate, amore fructu, qui omnes affectus sanitati egregie favent. Denique ad tranquillum & pacatum animi statum non parum confert studium rationis, ejus amor, & veritatis inquisitio, temperantia in vita & vieti, conversatio cum honestis & piis hominibus, & fuga ocii.

XX. Quandocunque vero commotio gravior animum corpusque percillebit, utile est abstinere a cibo, & potu, evacuationem moliri per alvum, & pacare spirituum discursivum motum per pulvrem præcipitatem ex antimonio diaphoretico, lapidibus cancerorum, nitro purificato, & pauxillo anodyni confessum, qui in incandescencia valde proficuus. In terrore subito, efficaces sunt spirituosa aquæ cum antispasmodicis mixta, aqua florum tiliæ, liliorum convallium, spirituosa, pulvis Marchionis, essentia castorei, sal volatile oleolum. In mœrore ac angore animi, usum vini optimi commendamus, item ambra vel moschi essentia cum sale quodam volatili mixtam,

XXI. Præcepta hæc singula ad sanam, & longam vitam ducentia generalia sunt, nihil minus in diligenti debent esse observatione, non alienum vero ab instituto nostro videbitur, quædam adhuc specialiora afferre, ad cuiusvis individui usum spectantia. Nam qui sanum vult servare suum corpus, ille ante omnia exquisitam suæ naturæ & corporis debet

debet possidere cognitionem. Aureum enim dictum est Hippocr. *Differit corpus a corpore, natura a natura, temperamentum a temperamento.* Et quemadmodum juxta eundem nobilissimum auctorem, principium ac fundamentum totius medicinae est scientia naturae humanæ, ita etiam fundamentum, secundum quod leges & regulæ, tam in diæta, quam medicina invenire quicquid debet, esse oportet cuiusvis propriæ naturæ in individuo scientia. Per naturam hic intellectam volumus maxime viriō constantiam & totam œconomiam motuum; vires judicantur ex sanguinis circulo & pulsu, ex labore & labore partium, ex vigore digestionis atque excretionum, ex potentia motus in musculis. Vita dicitur merito a viribus, & nil nisi morus est, & exercit se & perficitur motu, & unice dependet a viribus motricibus, quæ insunt partibus solidis & fluidis corporis nostri. In quoconque itaque subjecto copia virium manifestatur, illud bonam ac robustam nactum est naturam, hoc non tam facile lœditur a causis externis, multos ferre potest labores ac molestias, facilis convalescet & revertitur ex morbo. Contra ubi virium adeat languor & defectus, debilitas dicitur natura, quæ facillime lœditur a quaenque causa heterogenea, nec sustinere multum potest, facilis agravat, & difficultus sanescit. Plurimi hic refert, ut robur & debilitatem naturæ cognoscamus, inquirere in parentes, eorumque dispositionem ac morbos. Robusti enim ut plurimum robustos progignunt infantes, morbosim morbosos. Indicatur postea naturæ robur ex habitu corporis, qui enim solida ossa, magnos nervos, & tendines habent, vaseque majora, plures dentes, habitum corporis strictiore, i.e. valentiori gaudent natura præ iis, quibus laxa & spongiosa est caro, facile sudant, venas habent & nervos exiles, ossa parva, paucos dentes.

XXII. Secundo loco quivis homo naturam suam, ratione consuetudinis, probare cognoscere debet. Scite enim dictum a veteribus, *consuetudinem esse alteram naturam.* Consuetudo attendenda est ma-

xime in usu rerum non naturalium; & nominatum circa quantitatem & qualitatem ciborum, circa tempus assumptionis, circa somnum & vigilias, corporis motum, aeris usuram. Extenditur quoque hæc ipsa ad excretiones per alvum, urinam, sudorem, sanguinis per nares, uterum, haemorrhoides, imo ulterius ad sanguinis artificiales missiones, per venæ sectiones, cucurbitulas.

XXIII. Terrio versatur naturæ propria cognitione in eo, ut aliquis sciat, utrum corpus valde sensibile sit, nec ne permagna enim in eo est differentia corporum, quædam naturæ valde sensibilis sunt, activæ, & subito alterantur, vel ab ipso animi motu, vel ab alieno aere, vento septentrionali, aut mutatione cibi aut potus. Sensibilia quoque ea corpora dicuntur, quæ mox sentiunt operationes ejusdem purgantis, vomitorii, opiat, in minima etiam dosi. Firmiora autem sunt, quæ non tam facile vitiantur aut afficiuntur, sive sit aer insuetus, cibus & potus, ventus, quæ majorem dosin vomitoriorum, purgantium, sudoriferorum ferre possunt.

XXIV. Quarto dantur plurima subjecta, quæ non modo differunt ratione sensus exquisitoris vel minoris, sed peculiarem idiosyncrasiam vel sensum ad hæc vel illa fovent. Ita quidam plane nequeunt ferre tabaci fumum, cerevisiam, caseum, butyrum: quidam præsestitum foeminae lœduntur mirifice a suaveolentibus. Datur in nonnullis peculiaris averratio ab iis vel illis medicamentis, camphora, anilo, absynthio: quidem plane certa remedia ferre nequeunt, uti sunt opiate, martialia, aloetica. Novimus virum, qui, quoties assumpsit tremorem tartari, toties syncope correptus fuit. Tacemus, quod nonnullorum naturæ ita sunt comparatae, ut mallent mortem admirare, quam sanguinem mittere vel clysteris admissionem pati. Denique observatur quoque peculiaris sensus in quorundam cute. Quotidiana hæc est observatio chirurgorum, dum nonnulli in externis lœsionibus plane nequeunt perferre emplastrum, vel alii non spiritus, vel unguenta, non-

nonnullis calida cataplasmata nocent, quidam vero ab hisce non afficiuntur. Ita etiam porro quorundam cutis facillime consolidatur, in aliis ægerrime vulnera coeunt.

XXV. Cum itaque hactenus deductum fuerit, multum longeque differre inter se naturas hominum quoad usum tam rerum non naturalium, quam medicamentorum: hinc utile erit, imo pernecessarium, quasdam regulas & observationes hac de re condere. Prima est: Qui robustam ac valentem nacti sunt naturam, ii non debent tam accuratum servare dictæ regimen. Spectat illud *Celsi*. *Sanus homo, & qui bene valet, & sua sponte est, nullis se obligare legibus debet; hunc oportet varium habere vita genus, modo ruri esse, modo in urbe sapiusque in agro, navigare, venari, quiescere interdum, sed frequentius se exercere, nullum cibi genus fugere.* Et tali in casu valet illud: *Medice vivere i.e. rigorose secundum regulas medicas vivere, est pessime vivere.* Secundo, qui naturam acceperunt debilem & imbecillum, valetudinarii sunt, & ad subeundos anomalos motus valde prompti, hi accuratius tenere debent dieteticas regulas. Certa enim cibi & potus mensura ipsis est præscribenda, temperatus aer, somnis quoque largior sit commendatissimus, quo enim quis debilior est, eo diutius debet dormire & contra. Nocent quoque ejusmodi subjectis omnia intemperata, potentia, excessivis qualitatibus imbuta, & maxime omnium animi gravia pathemata. Tertio consueta longo tempore, non simul & semel sunt omittenda, quandoquidem consuetudo est altera natura, & sicuti difficile est naturam immutare, ita etiam consuetudinem non simul & semel tollere oportet: unde optimum *Hippocr.* effatum: *quamvis detineres sint ill.e, tamen minus consuetis male afficiunt.* Et ergo assuetorum usus suspiciendus; idem Author scđt. 2. aph. 49. hæc habet: *Affueti, consuetos labores etiam si fuerint debiles aut senes, non affuetus fortibus aut juvenibus, faciliter ferunt.* Paucis: omnis subita muta-

tio, in rebus diu consuetis periculi plena est, ita v.g. si quis consuevit somnum capere meridianum, vel diu dormire, aut lectum tardius petere, lucubrare, vel induratis infumatis cibi uti, vel tabaci fumo, sternutatoriis pulveribus semper delectatur, corpus in perpetuo labore servat, vel peregrinatur, is non facile ex istis rebus subitam mutationem capere debet. Meretur hanc in rem adduci insignis locus ex *Verulam. l. de sermon. fidel.* *Cave a subita aliqua mutatione, in regiminis parte quapiam principali, quod si necessitas urgeat, cetera ad eam mutationem accommoda, secretum enim est & physicum & politicum: tutius est multa mutare, quam unum magnum, examini tamen subjectas consuetudines tuas, dictæ, somni, exercitationis, vestium mansionis, & similium, & si quæ nocturno esse judices, experiri illud paulatim exire, ita tamen, ut si ex mutatione nocturni aliquid percepferis, ad consueta reideas: Difficile enim, distinguere inter ea, quæ toto genere sunt salubria, & ea, quæ corporis tui unica constitutioni convenient. Quarto: ea, a quibus aversatur natura, & quod plane ferre non potest, tutius & consultius est omittere, quare contra naturam, sive ea invita, & reputante aliquid moliri. Nam sicuti deteriora, quæ cum desiderio, appetitu & delectatione assumentur, non facile laudent; ita benigna & optima, quæ abhorrente natura usurpantur, efficaciter nocent. Quinto: optimæ & universalis regula est; quæ corpori proson, sunt facienda & continuanda, quæ vero nocent, sunt omittenda. Evidem circa hanc regulam hoc adhuc desideratur, quod mala sit conclusio; *hoc mihi non nocet, ergo est bonum.* Nam sèpius nocturnum non subito, sed successive fit: hinc legitimum requiritur tempus, quo explorare & attendere possumus, an hoc vel illud nocuerit, nec ne.*

XXVI. Ultimo loco perutile erit, subiace generale axioma, cuius observatio ad vitam sanam, & longam ducendam commendari meretur, & hoc est: *Quodcumque conservat vires, hoc ipsum custodiens.*

diendum, quodcumque vero eas destruit, hoc omittendum. Delruunt vero vires crebrae venæ sectiones. Tametsi ea non simus in opinione, ac si velimus proscribere venæ sectionem ex foro medico, sed potius, quando plethora morbosa urget, generosum & magnæ virtutis præsidium hanc pronuntiamus; nihilominus tutius est non adsuescere sanguinis missio nibus, sed alii modis, abstinentia, motu, evacuatione per sudorem, & alvum demere humorum & sanguinis copiam. Secundo, infirmat naturam purgatio vehementis. Peritissime scribit Hipp. sect. 2. aph. 37. Qui secura sanitate fruuntur, hos purgare grave est: utpote omnia validiora evacuantia agunt virulento quadam caustico, naturæ inimico elemento, quod subinde tonum ventriculi & intestinorum destruit, ad anomalous spasmoidicos motus ea disponit, & valde copiosa eductione humorum debilitat. Robur autem naturæ conciliat, alvum semper habere liberam & apertam, eamque si pigra est, si vix tautus & plenus, creibius blando monere & sollicitare stimulo, ubi egregium scenerant usum balsamica, amara, salia elixa &c. Tertio: rarius vel plane non utendum est medicamentis vomitoris, sudoriferis nimis calidis, opiatis, metallicis. Hæc enim ejus sunt indolis, ut valde afficiant, alterent, & sanum corpus destruant. Accedit & illud, quod medicamenta assueta careant postmodum sua efficacia. Scite hac de re Verulam, loco citato: si nimium assuefas medicationi, detrahet de viribus & efficacia ejus, quando morbus advenit. Probo potius diætas quasdam ad certa tempora, quam usum medicamento rum frequentem, nisi jam pridem transferit in consuetudinem. Quarto: destruunt vires nimia ingluvies, ebrietis, & in seram noctem potatio & assida venos. Verissimum quod scribit Hippocr. de diaeta; Multi corrumptunt corpus suum, & quod Deus dedit aptum faciunt ineptum, idque labefactant, ocio, somnolentia, vino, vigiliis venereis, ac immodica libido. Et ipse laudatissimus auctor Epist. de sanit. tuenda, ad Demetrium Regem

hæc memorix prodidit: oportet animum advertere & peculiariter vivere, ita ut neque rei venere, neque diversorum ebuliorum incontinentia, neque somni immodicis, aut inexercitato corpore utaris. Quinto: infirmant anxia & morosa studia, cura & sollicitudines, animi labores, lucubrations, quandoquidem hec et plurimum comites habent vigilias, & ipsa sua natura vires subducunt, & ita omnis virtus, & vis, quæ requiruntur ad corporis functionum exercitium expirant.

XXVII. Adduximus præcepta, quorum observatio ad sanam vitam tuendam monstrabit viam aperiissimam; sequitur jam, ut monita quædam etiam afferamus in medium, quibus uti quisque possit, si quando morbo jam detinetur. Quemadmodum autem dantur duplices generis morbi, acuti videlicet & chronicci, ita quivis seorsim peculiarem tractandi methodum & observationem expostulant. Acuti sunt, ubi motus in systemate tam vororum, quam nervorum valde intensus & auctus est, & breviterminantur vel ad vitam vel ad mortem. Oriuntur ut plurimum a subtili & exiguo virulentæ & activæ naturæ principio. Chronicci sunt, qui per longum tempus vexant corpus, lassitantur potius a copia vitiosorum humorum, viscerum obstructionibus, & a motu sanguinis valde segni & impedito sunt. In acutis motus ille viriosus vehementer auctus, in quo consistit revera morbus, sapientissime bonum finem, licet per accidens obrinet, causam morbi faciem emendando, atque propulsando. Natura enim, qui nihil aliud est, quim motus & sanguinis circulos, morborum optimus medicus est. Omissis igitur operis, quam præstare medicus & quisque debet, versatæ in eo, ut vires naturæ sive motuum quantitatem in hisce morbis probe observet, & cognoscat, an debilis, an nimis vehementer vel languidus iste motus sit, hic promovendus, ille moderandus est. Secundo attendere debet, per quas vias & excretiones ordinario morbus terminari solet, ita inflammations ordinario per diaphoresin, & haemorrhagiæ,

gias, febres per diaphoresin, & alvum, spasmoidæ affectiones per hæmorrhogias & sudorem. Hanc methodum & processum observare debet unusquisque, & probe caveat, ne alias excretiones suscitent, quas natura non intendit, sed cuivis morbo proprias & congruas faciat. Tertio: quo tempore debeant institui evacuationes, ex ipsa quoque natura addiscat; dies hi vocantur critici, & dies se- primus, undecimus, & decimus quartus, quibus plerumque feliciter finiri solent morbi, hos dies probe attendat, & si tunc agit, sub favore naturæ agit. Quarto: grassantium morborum acutorum ingenium, indolem, ac mores probe ex experientia scrutetur. Non enim semper una morbi species diversis temporibus eandem desiderat methodum. Ita nonnunquam venæ sectio juvat, quandoque nocet, interdum volatilia ferre potest febris, quandoque plane non. Quinto: in quovis individuo consuetudines probe ac diligenter attendat, quibus nempe symptomatibus evacuationibus in statu egroto ante usq; fuerit natura, qui enim consuetudines novit & occasionem medendi, ille juxta Hippocr. invenit fundamentum veræ medicinæ. Sexto: generalis & perpetua hæc esse debet regula: In acutis morbis, blande, temperate, successive agere debemus, nunquam violentia, & præstat tunc naturam ducere, quam cogere. Aureum est dictum Hipp. l. de locis in homine §. 55. Medicamenta fortiora a natura in debilibus morbis dare non oportet, neque paucitate medicamenti debilitas ipsius facienda est: sed fortibus natura fortibus pharmacis utendum est: debilibus vero pharmacis non fortibus. Septimo: diaphoretis in omnibus acutis per totum morbi cursum blande est movenda, quod fit per hypocauti & lecti calorem moderatum, per diaphoretica mediæ naturæ, per diluentia, temperata. Octavo: nocent in acutis omnia, quæ turbant & fistulant motus, præsertim diebus criticis, uti sunt frigus externum, anodyna, refrigerantia, acida, omniaque draſtica, nimisque cibus. Nono: in dictis affectibus præstat semper alvum habere liberam,

quam clausam, hinc clysteribus & laxantibus congruis sui officii monenda est.

XXVIII. Quod attinet ad passiones chronicas, hæc non tam facile auscultant remedii. Evidem nonnulla peculiarem tractationem exigunt, uti lues venerea salivationem, scorbutus decocta lignorum balsamicorum, &c. nihilo minus placet regulas quasdam hic statuere, quæ diligent observatione plus præstabunt opis ægrotantibus, quam pretiosissima quædam medicina. Primo: Ubi spasmoidæ contractiones nervosarum partium conspicuntur, alvus semper debet esse libera, quod fit per clysteres, per laxantia, elixiria vel pillulas polychrestas martiales. Secundo: in subjectis plethoricas vena debito tempore est aperienda. Tertio: saluum volatilem oleosorum frequentissimus debet esse usus, sed dosis non adeo magna. Quarto: pulveres præcipitantes, acrimoniam temperantes nonnquam non egregium facient officium. Quinto: infusa herbæ veronicæ, betonicae, sassafras, radicis chinæ, utilitatem afferent non minimam. Hæc remedia sufficient in affectibus ventriculi hystericas, hypochondriacis, nimis hæmorrhagiis, febribus lentis, & omnibus affectibus chronicis, qui proveniunt ex vitio hypochondriorum. Saltem hæc cautela addi debet, ut diæta regulas accurate servemus, nec multum mutemus remedia, sed eorum usum continuemus. Secundo in omni habituali morbo chronico, ubi obstruktiones adsunt viscerum & saburra vitiosorum humorum, non præsentius datur auxilium, quam quod petitur ex legitimo acidularum vel thermarum usq;, ubi notandum est, quod acidula magis plethoricas, & calidis subjectis, frigidis autem humidis, ubi nervi laborant, plus aquæ calidæ conferant. Deinde bibende etiam sunt in debita quantitate, copia enim debet juvare, & singulis fere annis, donec morbus ablatus fuerit, frequentandæ sunt. Hæ aquæ generosæ sunt operationis, innumeris exemplis testibus, tollunt vel ad minimum allevant calculum tam renum, quam vesicæ, asth-

asthma, cachexiam, paralyses, podagram, rheumatismos, hystericas passiones, hypochondriacas, colicas & affectus ventriculi ac intestinorum spasmodicos.

XXIX. Tandem in omnis generis chronicis passionibus, stomachica remedia, quæ sale volatili oleoso temperato, & balsamico pollut, crebrius & per longum tempus usurpata, omnibus aliis facile palmam præcipiunt. Nam qui stomachi vitiis succurrit, digestionem semper adjuvatur, & blandam chyli ac sangu-

nis spirituosaentiam promovet balsamicis & naturæ amicis remediis, is ferme omnino punctum in medendo absolvit. Commendari merentur nostrum elixir balsamicum, stomachale *Michaelis*, Elixir proprietatis album cum sale volatili mixtum, Elixir amarum *Conerdingii*, quorum usu frequenti, & continuo plus revera præstari potest, in minuendis affectionum chronicorum symptomatibus, imo in ipsis eradicandis, quam ulla alia medicina. Sed sufficiente hac vice dicta de nobili hac materia.

DE METHODO ACQUIRENDI VITAM LONGAM.

PRO OOE MI U M.

NULLO non tempore, summi Viri & que ac Philosophi extiterunt, qui non modo exoptarunt longam vitam, sed & summa adnixi sunt ope, ut viam invenirent, qua ad eam posset perveniri. Tam grata nempe, tam jucunda, tam exoptata res est mortalibus vita, ut nihil & que illos teneat, ac amor vitam, que brevis est, quam diutissime extendendi. Et fuit apud antiquissimos sapientium jam optimo circa hanc rem meditatio, ut circumspicerent ejusmodi praesidia, quibus vitam sanam maximeque diuturnam adipiscerentur. Testantur antiqua eorum monumenta, qui alchymie studium professi sunt, ipsis non tam metallorum transmutationem corrediuisse, quam inventionem ejusmodi medicinae, quæ corpora a morbis unice tuere tur. Videbat enim venerabilis illorum solertia, qua ceteris mortalibus tum maxime anteibant, quam artis angustisque terminis tot hominum vivacitas ac atas circumscriberetur. Videbant etiam, quam multis iisque gravibus malis esset obnoxia vita, inde ejusmodi auxilia conquirebant, unde ex iis difficultatibus emergerent. Lices vero illorum conatus sua laude minus

defraudandi sint, eventus tamen, quod dolendum est, vota illorum ex parte destituit. Ex medicina enim ac remediorum adparatu vitam longam petere, difficile omnino est, & an hoc modo sit petenda, merito addubitamus. Longe alia sunt, quæ nobis dare possunt vita diuturnitatem. Quæ invenire licet arduum in primis ac difficultatis plenum sit, minus tamen abjectienda spes est investigandi vita longioris auxilia. Etenim si certum est, & est omnino certum, & olim fuisse, & nostro adhuc tempore longævos esse quam plurimos, imo certas gentes, & certa corpora reliquis præstare vivacitatem, necesse utique est, ut dentur quoque causæ longevitatis. Quas si invenire datur, speramus fore, ut pateat promptum expeditumque iter ad sanam atque diuturnam vitam adspirandi. In presenti igitur remedia, & causas longioris evi exponendas putavimus, & quantum ingenio adsequi licet, presso facilique styllo exponentemus. Ac prium quidem ostendemus, unde fluxerit quorundam hominum longævitas, & unde hodiendum ad longam vitam multi perco-
niant, & ex iis ipsis salubria precepta atque modum trademus vita longe adquieren-
da. Neque tamen ita sentimus, sciu-

quidam in suis de sanitate conservanda commentariis somniarunt, ut cuivis homini longevitatem promittimus. Non minus enim impudens, quam ineptum fore, cilibet non habita corporum ratione hanc polliceri. Multi enim tam infirmo desilique sunt corpore, muli ejusmodi temperamento, ut ne sexagesimum quidem annum impleant, licet summam circa viatum curam adhibeant. Deus vero arbiter vita necisque hominum, cuius munere spiritum trahimus, clementer adfit labori nostro, ut exinde cum arti nostrae, tum vita hominum accedat incrementum.

I. **J**Am primum omnium convenientissimum est, prius, quam descendamus ad expromendas longævitatis causas, ex physiologicis & quasi ab ovo repetere, quid vita sit corporis, & quoniam formalis ejus ratio ablolvatur. Minus vero congruum videtur, lectori fastidium movere in recensendis veterum sententiis, qui clariore philosophia destituti rem physicam ac medicam inconcinnis abstrusisque terminis tradiderunt. In horum censem referendi calidi innati, humidi radicalis, quatuor temperierum, spiritus vitalis, flammula vitalis, archei conditores, quorum somnia ac nebulae nostri saeculi lux discussit atque dissipavit. In eo vero non intulilem nos operam posutros arbitramur, si paulo fusi, dispiciamus, utrum vita res magis animæ, an corporis sit existimanda. Deus nempe sapientissimus infinitaque virtutis sapientiam suam in operibus suis maxime demonstrare voluit, & demonstravit unice in ordine seu mechanismo, quo corpora organica in primis hominum composita. Hic ordo, sive mechanismus, qui in situ, figura, dispositione materiæ ad motum apta consistit, causa, sors, & lex est omnium actionum, quæ ab ipsis corporibus perficiuntur, idque modo huic ordinis conveniente, videlicet secundum proportionem, tempus, mensuram, gradum. Illud maxime notandum, quod omnia corpora via activa motrice a conditore summo sint donata, & omnes illorum actiones nil nisi motuum species sint,

dum alterum in alterum agit, unumque alteri resistit. Si vero haec ipsa, ut videamus in organicis, motus edunt proportionatos ad certum finem conspirantes, tunc utique ratio & ars, quam mechanismum vocamus, requiruntur. Quæ quidem in eo consistunt, ut corpora situ ac dispositione in certum finem componantur, quod *vivere* & horologia demonstrant. Sicuti vero ars & ratio divina infinitis modis superant naturam humnam, ita nullum dubium est, quin machinæ divina ratione compositionis ac ordinis humanas nimium quantum antecellant, ut id docent animantia & vegetabilia. Duplex vero, in homine praefertim, existit agendi principium, alterum corporeum, alterum incorporeum. Illud veteribus naturæ nomine sicut insinuitum, recentioribus mechanismus vocatur, & causa est proxima omnium, quæ corpus conservant, motionum. Hoc posterius dicitur anima, certis legibus & ordine agendi quoque donatum. Hujus vero actiones non proprie sunt edere motum, sed motus potius percipere, & ex his prognata affectuum genera inclinaciones aversiones producit. In homine vero hoc principium augustiore virtute est praeditum, interna nempe notitia, ratione, liberaque voluntate. Utriusque de quo loquimur, principii summum Numen esse voluit consensum eximium & ejusmodi conspirationem, ut ad certas fibrarum motiunculas varias perceptiones atque cogitationes anima concipiatur, proportionate scilicet semper ad istam corpoream actionem. Et contra ad certas actiones animæ desideria in corpore certi motus excitantur, & quidem tales, quia ratione proportionis gradus in his vel illis partibus animæ actibus convenient, exemplo motuum voluntariorum, affectuum animalium, phantasie.

II. Iam vero in genere notandum, quod haæ actiones, quæ dependent a mechanismo & ex eo commode explicari possunt, non sint referenda ad alterum incorporeum principium nempe animam. Tales vero sunt motus sic dicti naturales, & vitales, fluidorum circuitus, digestio-

nes, secretiones, excretiones, omnesque motus, qui in statu sano, morbo, morborumque cura observantur. Non existimamus, animam hic proxime aliquid agere, vel, sive ordinati, sive inordinati sint, efficere; sed omne, quodcumque hic fit, dependere ex divino & sapientissimo artificio, quo possunt corpora humana citra notitiam ac intellectum. Et tam stupendi ac sapientissimi ordinis causas in Deo primum, deinde proxime in virtute motrice partium corporis seu secunda reponimus. Hic mechanismus debet esse fundamentum medicinæ rationalis, ex quo omnia, quæ profundunt vel nocent, tam intra, quam extra nos, in statu sano & ægrotio explicari, connecti, ac demonstrari debent. Alienum enim & absconsum esse videtur, ubi phænomena & effectus in medicina explicari debent, confugere ad tales obscuram prudentialm, errorem animæ, cum quo nullam connexionem in rebus externis, quæ nocent vel profundunt, mens humana adsequi, & hinc ex tali principio nihil demonstrare potest. Igitur ad propositam quæstionem ut veniamus, utrum vita magis sit animæ an corporis res, paucis dicimus; vitam, sanitatem, morbos & sanationem non proxime ab anima, sed a solo mechanismo i.e. fibrarum certo motu certaque ad motum dispositione, proportione, fluidorumque progressu ac temperie esse accersendam. Anima quidem lege commercii, quod ipsi cum corpore intercedit, turbare potest corporis motus, quod animæ affectus testantur; nihilo secius hi motus non intradie ab anima, sed a virtute corporum insita, quæ mutationem suscipit, sunt derivandi. Et ut verum fatigantur, quanta sit præstantia mechanismi, velex eo clarissime evincitur, quod anima ejusque actiones plus a corpore adficiantur, quam corpus ab anima. Quod appetet in temperamentis, ætatibus, climate, vicissitudine, & hereditaria dispositione, ubi observamus, pro diversitate harum rerum variare etiam ingenium, mores, virtutes, animique affectiones. Porro ipsa experientia teste, ab aere, aliamentis, medicamentis, aliisque externis

rebus corporis motus mirifice adficiuntur ac immutantur. Horum actiones in corpus cum claræ sint, & motu absolvantur, varieque fibras corporis commoveant, non intelligo, cur nihil fere activitatis in negotio vitali, sed passiva tantum & instrumentalis facultas hisce rebus adsignatur, origo vero omnium motuum ab anima peratur, quæ non adæquata causa motuum est, sed tales operationes habet, que cum motu nullam habent connexionem, uti sunt perceptiones & desideria.

III. Cum itaque abunde pateat, vitam rem esse corporis, non animæ, opus est omnino, ut vita rationem & essentiam ex corporis natura & legibus mechanicis explicemus.

IV. Per vitam vero corporis nostri non intelligimus ejus durationem in structura & mixtione, quæ etiam salva esse potest, vita cessante. Quod observamus in locis septentrionali polo vicinis, a gelo animalium corporum corruptionem impendiente. Vita potius corporis nostri denotat actum quendam, qui cum in physicis non alias detur, quam motus, hinc & vita est motus, & quidem motus fluidorum progressivus per tubulosam animalium substantiam, dependens a fibrarum motricium pulsu, tono, impulsu ac robore. Nam quamdiu cor & arteria pulsant, & fibræ motu systoles & diastoles gaudent, & quamdiu etiam fluida per corpus bene feruntur, tamdiu adest vita. Ubi vero ille motus solidorum & fluidorum ita interit, ut non amplius possit revocari, tunc mors corporis adest dicitur, utot diu adhuc a corruptione salvum atque integrum illud consistere possit. Mors itaque est destructio C. S. & omnia, quæ conferunt huic mortui extinguendo, inter causas mortis præsentes sunt numerandas. In omnibus vero observamus propendum, qui ex morbo obtinet, causam mortis fuisse sanguinis circuitum destrutum ab extravasatione seri vel sanguinis in cavitate quadam corporis, stashi sanguinis inflammatoria, fluidorum vel viscerum corruptione & vasorum occlusione v.g. a polypo.

V. Exposita sic vita essentia & ratione formalis, jam demonstrandum est, quiam effectus in corpus nostrum hunc vitalem motum sequantur. Primus & praecipuus est præservatio corporis alias ad corruptionem paratissimi a putredine, ejusque in structura & mixtione conservatio. Perficitur vero haec ipsa sequentia ratione. Primo fluidum vel liquidum, quandiu motu progressivo & celeriter moveretur, putrefactio vel ad putredinem disponi sequit. Est nempe haec motus progressivi virtus & indoles, ut intestinum fluidorum motum naturalem conservet, ac integrum tueatur. Hic causa est unica, quod corporis mixtura vigeat; simul ac vero accedit aliis externis motus ab aere vel aethere, qui naturalem destruit, partiumque ordinem ac situm interturbat, mixtio & crasis prior plane immutatur. Impedit vero & resistit externi aeris vi internus partium motus. Quod vero motus intestinus fluidorum putredinem a corpore arceat, liquido videmus ex mustis in fermentatione existentibus, item in vinis generosioribus multo spiritu ac sulphure scatentibus. Haec enim beneficio sulphuris tuta sunt a corruptione, nam propter internum particularum fortiorum motum minus patet circumfusi aeris injuria. Ubi vero despumaverint musta, & vino decesserit robur, mox succedit ab aere ambiente corruptio.

VI. Porro S. C. corpus expositum corruptioni obviumque egregie defendit, dum partes alienas, quæ non misceridebent cum sanguine, quæque illis aliam crasis induant, perpetuo secernit. Per tot enim genera emundiorum perenni & jugi motu ejiciuntur partes subtilissimæ salino sulphureæ mucosæ serosæ, quæ ubi remanent, largam morbis præbent materiam. Vero simile tamen est, ad tuendam sanitatem non minus conferre C. S. in se consideratum, quam harum solidum excretionem, quod nempe alienissimæ haec fortes exemplo scorbuti, luis venereæ, & cachexiæ diu in sanguine latere possunt, adeo ut connexæ cum illo

videantur, salva interim vita. Præter hæc C.S. hoc peculiare beneficium præstat corpori nostro, ut hujus munere velut arctissimo vinculo anima cum corpore uniatur. Ubi enim hic motus per cerebrum cerebrique vias labascit, vel plane intercidit, actum est de animæ functionibus. Quod ut magis confirmetur, constat omnino, tales esse animæ actiones, quale sanguinis per cerebrum iter. Si celerior est is motus, vehemens quoque est animi impetus; si tardior est, eadem tarditas ac torpor animi, segnities par. Ultimo loco C. S. ipsas partes corporis nutrit, foveat, auget, & ipsis addit incrementum. Idem morbos sanat, & causas morbificas corrigit atque expugnat. Et quoniam fluidorum motus tantam utilitatem corpori præstat, & ipsam vitam ac sanitatem constituit, hinc summa Dei providentia factum est, ut omnes corporis organici partes ratione actionis & officii eum in finem conspirent, ut sanguis rite moveatur, & per hunc motum illibatum corpus maneat & anima operationes suas exerat. E vim vero objiciat hic quis forsitan, C. S. esse tantum instrumentum vitae, causam vero, que circulum hunc regat, esse animam, que etiam omnis mechanismi prima causa formatrix & origo sit. At licet generationis prima causa nobis plane sit incognita, & quomodo operetur, certum tamen est, nos in procreatione animantium æque ac vegetabilium nullo modo concipere posse, quod hæc fiat ex ratione vel intellectu, ut non sine ratione ac intellectu summi Creatoris. Demus vero animam producere corpus organicum, sicut artifex machinam, machina tamen edit suas operationes ex actione insita materiæ, & proportione ac situ partium, non vero ex concurso artificis, qui tunc est remotus. Eadem ratione corpora nostra, ut ut ab anima credamus producta, ex corporum motu ejusque legibus suas operationes exerunt, non vero proxime ex ipsis animæ actione. Unde vero anima

nullum in demonstratione medicum fundatum esse potest, nec ex anima vita vel brevitas vel longævitas explicari potest. Ex mechanica potius ratione & structura fibrarum & temperie fluidorum longævitas est deducenda; & porro omnia ea, quæ circuli hujus diutinatem præstant, cause illius possunt nuncupari. Hæc nostra & recentiorum nostri ævi medicorum est sententia, qua nihil clariss apertiusque videtur, quam melioris doctrinæ gratia tyronum in commodum neque censendi libidine, ne que ex adfectu aliquo adjiciendam putavimus.

VII. Cum itaque nobis propositum sit, causas longioris vita in hominibus inveniagare ac expromere, hinc ut ex C. S. diurno, & iis, quæ ad hunc contribuunt, tam intra quam extra corpus possitis derivemus, ordo postulare videtur. Compertum ex physiologieis est, S. C. regularem id est aquabilem liberum ac moderatum dependere in primis ex debito tono, labore & impulso solidorum sive fibrarum juxta fluidorum copia temperieque. Hinc necesse est, ut, qualis structura habitusque fibrarum, qualis vasorum conditio, & fluidorum proportio ac temperies exigatur ad vitam longam, paucis videamus. Quoniam vero ad C. S. conservandum solidorum actio principem locum obtinet, hinc maxime omnium, qualis fibrarum natura esse debeat, in præsenti intuebimur. Firmiores vero fibras, & quæ diutiori motui apte sufficiunt, eas esse arbitramur, quæ sunt flexiles, compactæ, tensæ tamen & ex tenerioribus filamentis contextæ. Minus vero aptæ ad impulsu sunt dense, tumidae, nimis molles vel duriores. Ipsa senectus in fibrarum duritie, & minori ad impulsu promptitudine versatur. Ne longius repetamus exempla, experimento domestico constat, vetustiorum animalium carnes, ut percoquuntur, fortiori igne tractandas, cum juniorum contra leni clementique flamma emoliantur. Verulamius in his storia vit. & mortis notat, illos longe-

vos esse, qui cutim habent compactiorrem, corpus nervosum fibrosum, nates minus tumentes, eminentiores venas, dentes firmos, pectus latius, grandiores oculos manusque longas, & palmas paucis lineis distinctas. Hæc omnia firmam fibrarum structuram, partiumque, quæ impulsu inserviunt, robore atque firmitatem significant. Hippocrates eos longæ vita esse judicat l. 2. popul. qui plures dentes habent, non alia de cœnæ, quam quod dentium copia & firmitudo de partium solidatum vigore testantur. Ex decenti vero solidorum labore ac fortitudine pluris longa vita æstimari debet. Quibus ex causis animalia nervosa fibrosa macilenta vivacitatis exempla sunt, nempe corvi, cervi, aquilæ, psittaci, cameli, elephantes, cornices, quorum animalium nonnulla hominum ætatem excesserant.

VIII. Deinde observamus, vita longioris esse, quibus vasa ampliora indulxit natura, quippe per hæc facilius, & promptius sanguis ire potest, quam per angusta ac exiliora. Memorabilis hac de re aphor. 44. l. 2. Qui natura sunt obesi, breviore vita sunt, quam gracieles, quippe obesi arteriis, & vasis angustis, & textura cutis ac fibrarum densiori fibrarumque imbecillitate laborant, unde difficilior sanguinis circulus est. In gracilibus contra vasa sunt majora, & nervi ac fibræ robustiores, unde secundum veteres calor nativus, & facultas major. Non temere vero Author ad poluit κατέ φύσιν i. e. a natura, a prima conformatione. Nam ut ait Galen. in comment. si quispiam natura mediocris viatu deinde pleniore agnavia factus est crassior, is non citius moritur gracili, quod scilicet venas & arterias latas habet, atque adeo calore nativum minime imbecillum & extinctioni obnoxium. Elegantissima verba sunt, quibus in supra laudatum aphorismum commentatur Hollerius medicus ad Hippocratis genium doctus. Qui parvo & crasso, (inquit,) capite prædicti sunt venis angustis, corpore den-

so & glabro voce exili a prima conformatione, celerius moriuntur. Graciles e contra, qui magno capite sunt, & qui cum inclinantur, cervicem magnam offendunt, gravem edunt vocem, amplas habent venas & arterias, longiores sunt.

IX. Ex dictis intelligitur, maximum longioris vita momentum positum esse in fibrarum motricium conformatione; & si quis hac a natura destitutus est, licet omnes circa viatum regulas sollicite observet, is longam vitam consequetur nunquam. Confirmatum est experientia crebra, longiores parentes progenerare etiam filios tales, & rarius accidere, ut, qui brevioris vita fuerunt parentes, diuturnioris vita filios suscipiant. Ratio nimis hæc est, quod cum nihil per semen parentum in liberos transfundatur magis, quam solidorum constitutio, inde etiam longioris vel brevioris vita ratio ex hac hereditaria dispositione proficiatur. Multum vero refert, qualis sit structura fibrarum a nativitate, quæ multum differt pro vario gravidarum statu, earumque in rebus non naturalibus regimine. Nam gravidæ si fuerint plethorice, impuris succis turgentes, nutrimentum quoque embryonibus parum bonum præbent, a quo tamen solidarum ac fluidarum partium conditio dependet, unde infantes ab ipsis parentibus nati sèpius stratura partium magnopere differunt.

X. Cum vero ad tonum ac robur fibrarum musculosarum, nec non ad fluidum spirituosum, quo fluidis ac solidis vigor ac robur infunditur, multum faciat aer usus, hinc videndum est, quid aer ad vitam longam contribuat. Est aer fluidum mobilissimum impetum faciens & partes commovens, sine quo nec vivere nec mouere se potest animal ullum, unde respiratio & vita eodem prelio estimanda. Inde Hippoc. in lib. de flatibus non inepte scribit, quod aer sensum & motum praefet corpori nostro. Fibrae enim corporis nostri, fluido tenuissimo ethereo elasticò sulphureis sanguinis partibus conformato repletæ demum acquirunt robur impulsuque. Optimus vero aer ad fibrarumque motum est:

serenus siccus vaporibus minus repletus, compressiorque paulo ac frigidior. Hic enim calore accedente mirifice sese expandit, magnamque motus potentiam exercendo fibras comprimit, illas tono ac robore instruit, motumque intestinum spirituascentia fluidis foenerat. Quare non in obscuræ est ratio, cur, qui frigidiores regiones incolunt, salubriore ac longiore vita fruantur, quam qui sub calidiore celo agunt. Si oculos per omnes regiones circumferimus, quæ sub frigido celo sitæ sunt, hujus rei veritas de faciliter ostendit potest. Aeris in Islandia tanta est salubritas, ut paucis ibi morbis locus atque sedes sit, peste ac febribus velut exulare iussis. Videbis ibi serenes quamplurimos, quorum multi nongesimum imo centesimum, innumeris octogesimum annum egrediuntur. Videatur Strauch. in dissertat. de Islandia.

XI. Qui novam Zemblam Groenlandiam Lapponiamque incolunt, eodem cœli beneficio prosperrima sunt valetudine, duro aliqui vicii adsueta. Minoris illis sunt corpora, sed robusta ac compacta, iisdemque sera ac cruda senectus & senectuti nulla canities. Eadem aeris benignitas Sveciæ Fioniæque incolas sovet, quorum corpora dura & robusta sunt. Feminae ibi fecundissimæ, viri veneris potentes, siue temperantiae student, vitam diutissime proferunt.

XII. Angli & Scotti longiores sunt Gallis Italisque, quia septentrionali plægæ viciniores. Verulamius in hist. vit. & mort. hoc scribit suo tempore: Apud nos in Anglia non existere arbitror villulam paulo populosiorem, in qua non reperiatur alius vir vel mulier ex octogenariis. Ante paucos etiam annos, pergit, in agro Hersfeldensi inter ludos florales instituta erat chorea & saltatio ex viris octo, quorum etas simul computata 800. annos implebat, cum quod alii exiiscederent annorum, alteri superesse. Sed hoc illo forsitan tempore, cum præsca adhuc frugalitas illi genti in honore esset, & nondum luxuria velut tabes in corpora

invasisset. Eandem Angliam cum insulis Orcadibus & Hebridibus ad longam vitam maxime conducere, idem confirmat Baconius lib. cit. p. 518. Cui accedit nobilis *Angliae medicus Lyster*, qui in Commentario eruditio ad *Sanctorium l. 3. apb. 34.* diserte scribit, plurimos in remotis & montosis Angliae locis magnæ etatis reperi, quia purior limpidiorque ibi aer. Non minor in Norwegia cœli aerisque est salubritas, eadem cum reliquis gentibus vivacitas. Corpora illis dura ac laboris frigorisque patientissima. Raro ibi morbi maligni occurunt, & licet duro vietu gaudent, diutissime tamen vivunt.

XIII. Quoniam frigidus concentratus ac purus aer tam egregie & solidis & fluidis partibus prodest, motum ac robur ipsis addendo, juvandoque transpirationem, hinc montosa & excelsa loca, quibus ejusmodi aer adfluit, longam vitam commode præstare possunt. Nobilis inde Bohemia, quæ salubritate sua ceteris Germania locis longe præferenda. Est nempe regio altissima, testantibus id fluviis, qui ex Bohemiæ jugis oriuntur, & in declivia, & planiora decurrent. Omnes enim terræ, per quas ferruntur fluvii, demissiores sunt illis, in quibus nascuntur. Ostendit Bohemia sanos longævos robustosque homines, optimi vultus, coloris albi. Slavata Cancellarius Bohemiæ in regibus hujus regni observavit, omnes, qui ex regibus ægiōnī in Austriam vel Hungariam aliove se receperint, brevi obiisse. Eos contra, qui infirmi in Bohemiam concesserint, pristinum vigorem atque sanitatem receperisse. Quod Sigismundi, Maximiliani II. Matthiae, Ferdinandi III. Annæ Imperatricis exempla abunde confirmant. Vid. *Balbini chron. p. 9.* *Gassendum in vit. Tyebon. Brab. Joffen de peste.*

XIV. Eandem ob causam Vogtlandia sanos longævosque incolas habet, quia regio hæc altior est, & ex altiore situ insigilis ibi aeris clementia aquarumque præstantia sinceritasque. Hac prærogativa gaudent, qui in Silesia degunt, maxime giganteorum montium accolæ, nec

cedit illis hac in laude Helvetia & Rhetia, quæ identidem & sana, & longeva corpora producent. Cujus rei non alia dari potest ratio, quam aeris tempes, & puritas, & huic juncta temperantia, accidente etiam aquarum his in locis bonitate. Quoad Italiam in Apennini quibusdam locis homines viridis senectutis reperiuntur, & qui longissime mortalitatem extendunt. Quod idem de Timolo famoso Poetarum fabulis monte circumferuntur, in cuius fastigio, quod *Tempsin* vocant, incolas 150. annorum reperi, *Mutianus* gravis Author apud *Plin. in histor. natural. l. 7. c. 48.* diserte contestatur. Athon etiam celeberrimum montem, qui Macedonia & Thraciam distinguit, sua in primis salubritas nobilitavit. Longam enim perpetuamque ibi ex aeris mollitie duci sanitatem, ex eo colligere est, quod, qui circa habitant, præstant ceteris mortalibus extento vita spatio ac valitudinis prosperitate. Vid. *Erasm. Francisci in Auslandischen Kunst und Sitten-Spiegel lib. 1. c. 28.* Montium salubritatem comprobat *Plato*, qui aperte seribit, in altissimis & temperatis regionibus senes, & longævos ipsum maxime invenerisse.

XV. In protensis montium jugis versus Æthiopiam & Abyssiniam, ubi propter arenarum moles nihil vel parum vaporis exsurgit, solito longior incolis ætas est ad annum sapientissime centesimum adscendens. Equidem has regiones fervidissimus adflat aer, & situs illarum planus ac depresso est, in montium vero jugis frigidius est cœlum, & saluberrima inhabatio. Spectat hoc elegans locus apud *Dieteric. in Jaticr. p. 1412.* urbes in montibus aperiioribus, quos aer ferit vehementius, salubriores merito habentur, sed si montes montibus, colles collibus jungantur per flexuosa intervalla obscurarum vallium, sepe mephitis exhalationum urbes incommoda, ut insalubriores sint civitates, quæ in declivibus vallibus in ipso luto jacent.

XVI. Præter aerem frigidorem & sum altiorum egregie etiam vita prorogantur.

gandæ inservit aer temperatus æquabilis & constans. Laudat hoc nomine Brasilium V. CL. *Piso in hist. nat. p. 112.* in qua testatur, non paucos olim senes infirma tenuique valetudine ex Hispania aliisque locis has ingressos terras convaluisse, quos ex remotissimis locis exciverit cœli aquarumque salubritas, seu egregia fulcra valetudinalis vitaque conservandæ. Matura incolis ibi pubertas, tarda senectus, & quod senectutis onus unice levat, vita senio molestiaque vacua, quippe sine calvito canitieque. Quo minus mirari convenit, plurimos ex illis centum ultra annos vivere, idque non in America solum natos, sed qui ex aliis terris huc adpulerunt. Celebris etiam hac est aeris constantia ac æqualitas in Hispania, & eandem ob causam Gallia Narbonensis sanos longævosque homines secundo finu profert. Constans ibi cœli facies, constans tempestas & per plures menses serenitas, plures etiam uno tenore tempestates foedæ ac pluviosæ.

XVII. In nostris terris ætas non tam ferax est morborum, quam vernum atque autunmale tempus, quæ tempora multis funeribus foeda sunt. Hisce enim temporibus atmosphæra nimium quantum immutatur, mox enim in barometro mercurius inferiorem, mox superiorem locum occupat, & ingentem in modum ejus situs variatur. Æstate vero minus observatur hac varietas, quippe ultra tres gradus neque adscendit neque descendit mercurius.

XVIII. Cum igitur manifesto experientiæ testimonio constet, animum vi- gore legis, & commercii cum corpore magnæ efficaciam esse in motibus fibrarum adficiendis pulsu, tono, denique sanguinis circulo, hinc ab animi motu vitam quoque & longiorem & breviorem flue- re videamus. Optime vero æquabilem motum solidorum fluidorumque sustinet mens tranquilla, hilaris omni tristitia, curis, desideriisque vacua, moderato gaudio, spe, fiduciaque se se sustentans, quæ denique omnia affectuum genera in potestate habet. Hæc enī si ita instru- ëta fuerit, perpetua ipsi cum corpore est

conspiratio, nec unquam corporis motus excretionumque opera interturbantur. Quamobrem in sacris etiam monumentis piis vitam pollicetur Deus, cuius promissi præter divinam benedictionem non alia causa est, quam animus in tranquillitate atque moderatione constitutus. Recte enim pietas & promissionem hujus & celestis vitæ habet. *Lucianus longævis adnumerat philosophos in primis, animique cultura conspicuos, qui aliqua corporis cura habita ad extremam senectutem perveniunt, eodemque loco magnum illorum numerum adnotat, vid. dial. Macro. p. 427.* In eodem negotio occupatus est *Verulam. lib. de hist. vit. & mort. p. 510.* Veritatis enim investigatio mirifice recreat animum, illumique in statu hilari & pacato servat, unde studium investigationæ veritatis multum omnino facit ad vitam solito longius prorogandam. Quo nomine laudanda maxime amoënissima studia matheseos, philosophiæ naturalis experimentalis, chymiae, literarum de- nique humaniorum, & sublimioris Theologiæ. Habent enim hæc studia præter delectationem, quam adferunt, hoc peculiare, ut non vera utilitate solum sese commendent, sed ut corpori etiam egregio sint falcimento. Quod quidem non contingit iis, qui in ejusmodi studiis ætatem terunt, quæ in terminis, ficti- nibus, opinionibus & suppositis non intelligibilibus fundamentum suum ha- bent. Hæc ut nullius plane sunt usus, ita nec animo, nec corpori opem præstant ullam. Deinde studium philosophiæ moraliæ, quod non nuda contemplatione, sed praxi metiendum est, vitam etiam egregie sublevat. Illud vero intelligimus, quod in agnitione sui, quam ur- gebant perpetuo sapientes, maxime oc- cupatur, quod imbecillitatem proprii ingenii detegit, quod denique salu- brem præbet medicinam affectuum ve- saniam vecordiamque extinguendi. Non major enim pestis corpori nostro immi- net, quam affectuum impetus, quos qui prudenter compescere potest, næ is & animo & corpori eximium invenit levamentum. Id quum philosophiæ morali-

ralis studia in primis nobis præstent, me-
rito sunt magni æstimanda, & dolendum
sane, pulcherrimum hoc studium negligi
a literatis, qui nec fructum etiam illius, qui
in signis est, exinde percipiunt. Hoc e-
nem si didicissent, facile evaderent com-
mune illud malum, quod velut pestilenti
sydere homines literatos adflavit, nem-
pe indignissimam censendi aliorum mo-
res libidinem, ne affectuum insania ex-
agitati multa indigna sua committerent
professione. Abesse certe jactantia, phi-
lautia, invidia, maledicendi petulantia, de-
nique vesana illa intemperantia aliorum
operam industriaque infectandi. Ita
cum dolore odia, jurgia, similitates ple-
nis invehi velis videmus, quibus tamen
nihil indignius deformiusque est ordine e-
ruditorum. Quæ cum & sanitati, & vita
sapientiæque officiant, merito vitanda ac-
dere standa sunt.

XIX. Persecuti igitur solidorum sive
fibrarum naturam ac structuram, quatenus
nempe ad vitam longam concurrat,
jam dicemus, quid fluida ad hanc ipsam
faciant. Sicut vero ad sanitatem conser-
vandam motu, situ, atque vasorum justa
capacitate, fluidorumque debita quanti-
tate opus est, ita facile apparet, sanam
& longam vitam iisdem etiam præsidis a-
dipiscendam, maxime decenti fluidorum
motu. Nam si sanguis, & humores mo-
dum excedunt, stagnationes humorum-
que corruptiones nascentur, quæ non mo-
do morbos morbosque motus excitant,
sed fibrarum etiam robur labefactant &
destruant, ut diuturno circulo machina
non amplius sufficiat. Eam ob causam &
veteres, & omnes, qui longævitatem ex-
optarunt, ad hanc consequendam strictam
moderatamque diatam uno ore comen-
darunt. Optime *Sanchius* *secl. 5. aph. 34.*
si sciveris quotidie, quantum cibi tibi con-
veniat, scies diutissime valetudinem &
vitam conservare. Et *Lyster* in *comment.*
ejusdem *aph. scribit: ex modico cibo vigor*
& longa vita. Thonnerus CL. medicus,
qui 80. annum attigit, suo exemplo hæc
comprobat, qui de se ipso hæc prodidit.
Ego & proxi corporis a parentibus insitam
accommodata dieta conservare studui, que

optima est nutricula senectutis. Lud. Cor-
narius insigne medicinæ decus ab ineunte
ætate cum iniqua valetudine conficitatus,
ejurata demum medicorum ope, ad dia-
tam strictam velut extremum auxilium
confugit. Nec se fessellit ipsum, quippe
præter omnium opinionem annos 95. con-
secutus est. Quanta vero tanti viri fuerit
abstinentia, ex eo patet, quod cum consuetam cibi potusque mensuram ad uncias
duas auxisset, in febrem incidit, sicut
ipse de se scribit. Cibus ipsi erat unc. 12.
cibi, vini 14. uti ipse scribit de se in lib.
*de vit. sobria. Idem fecit *JCtus CL. Bartholus de Saxoferrato*, qui ad pondus vi-*
titasse dicitur, ut sereno esset capite ad
solvenda juris ænigmata. Nec omitten-
*dus *CL. Medicus Italus Nicol. Leonicenus*,*
qui summa abstinentia 90. annos est con-
fecutus. Et rogatus, quænam essent re-
media longæ vita: Vividum, inquit,
ingenium perpetua vitæ innocentia, salu-
bre vero corpus bilari frugalitatis præsido
*tuemur. vid. *P. Jov. in elog.* Et vetus est*
proverbium, modicus cibus medicus sibi.
Temperans enim & moderatus cibus tan-
tum corpori præbet alimenti, quantum
illi utile & necessarium est; laetior vero
& liberalior vietus superflua, & inutilia
producit, imo magis noxia; nam hæc
cum non sufficienter subigi regique pos-
sint, cruditates & ex cruditatibus mor-
bos producunt. Nemo vero secundum
**Sanctorii aphor. 89. secl. 3.* incidit in mor-*
bum, si sedulo provideat, ne cruditatibus
laboret. Nam sobria vita perspirabile
corpus reddit, quo nihil aptius ad fa-
*nam & longam vitam. Pulchre idem *San-**
ctorius secl. 1. aph. 83. senectus revera est e-
gritudo, sed protracta, si corpus est per-
spirabile. Ante omnia vero in senectute,
ubi vires deficiunt, libera perspiratio est
commendanda.

XX. Ad copiosi sanguinis generatio-
nen carnes in primis faciunt, inde, cui
cordi est longævitas, a nimio illarum usu
sibi temperet. *Quercetan. in diat. p. 323.*
causam vitæ longævioris veterum frugal-
tati illius ætatis & abstinentiæ a carnibus
adscribit. Illi enim simplici victu & ager-
tibus pomis, ac si sitis admoneret, pra-

fluente

fluente aqua vitam tolerabant. Eadem est ratio, cur in Ægypto longæviores sint homines, quippe inveniuntur ibi, qui centesimum annum egrediuntur. Causam hujus longævitatis ad sobrietatem refert Prosper Alpinus de med. Ægypt. l. 1. p. 23. & præcipue ad temperantiam & carnis carniumque varietate, & optimum porum aquæ ex Nilo, siquidem omnes Europæi, scribit, qui crapulas & vina carniumque copiam amant, brevius vivunt. Germani ac Poloni multis carnis vescuntur, vinoque largius se ingurgitant, igitur morbis quam plurimis adficiuntur. Brachmanes Indiæ populos longissimæ fuisse ætatis accepimus, quia nempe carnis, & vino abstinebant. Dicēarch. apud Porphyry. l. 10. de abstin. testatur, quod saturni sæculo longævi fuerint homines, quia carnes respuerint, sponte ex terra nascentibus contenti.

XXI. Tandem & simplex vietus faciliusque locum habet in longævitate acquirenda, quippe homini utilissimus, variisque cibo longe præferendus. Eleganter & graviter Seneca acerrimus luxuriaz Romanæ censor hac de re scribit: *Multos, inquit, morbos multa fercula fecerunt, & simplex morbus ex simplici cibo. Innumerabiles miraris morbos, numera coquos.* Cui igitur curæ est sanitatis ac vitæ diutinias, is legem sibi indicat temperantia & continentia, ciboque semper in vitam non in voluptatem utatur. Macrobius. l. 7. saturnal. c. 8. ubi prolixè de vietus simplicis excellentia & ulu differit, saniora pecora hominibus ex ea ratione judicat, quia simplici & uniformi vietu delectantur, & grecere vero, quæ saginam composita varietate patiuntur. Nam id genus alienigenæ non magis copia, quam varietate crudescit. Eandem etiam ob causam rusticæ agricultæ firma atque diurna sunt valetudine, quia præter aeris salubritatem vietu simplici & aquæ potu uertuntur. Præterea dum sub dio & jove perpetuos subeunt labores, corpus sibi indurant, & abdicatis deliciis, quibus corpora sanissima effeminantur, in labore ipsis otium & valetudo. Cibus, quem occupant, satiat, humus procubili est,

& paupertate magistra illorum disciplina-sanitas longævitatisque constat. Quæ cogitans bona non iuste canit Maro:

O fortunatos nimium, bona si sua no-
runt, Agricolæ.

XXII. Laudanda proinde aquarum etiam bonitas ad longam vitam & infra eas & cerevisia & vinum. Aqua enim potus est naturæ nostræ convenientissimus, celesterrime viscera & venas transiens, & aetherium purum elementum, quod pavulum est spirituum, foyens & recreans. Præcætas, quo nulla gens bonis exemplis ditior fuit, sola aqua usæ fuit & longissime vixit: Tibull. l. 2. eleg. 3.

Glans alat, & prisco more bibatur aquæ.

Claud. Deodat. in Panth. Hygiast. l. 2. c. 2. potum aquæ salubrem pronunciat, & eæ patriachias usque ad Noe tempora usos fuisse testatur. Et Ægyptiorum longævitatem, de qua supra diximus, non parum juvat aquæ Niloticæ præstantia, in cuius laudibus recensendis multus est summus Vir Prosper Alpinus. l. c. p. 23. Creberrimo in usu habent hanc aquam Ægyptii, in cuius bonitate egregium aduersus morbos ipsis est monumentum. Sunt enim hæ aquæ levissimæ, [levitas vero prima aquarum virtus est;] sunt & dulcissimæ tenuissimæ ac splendidissimæ & celerrime corporis viscera permeant. In singulis etiam corporibus epora vel urinam, vel sudorem, saepè etiam alvum provocant, nulla in hypochondriis observata fluctuatione. Quod manifestum documentum est, ipsas valetudini in primis convenire, dum, quod maximum ad firmum corpus momentum est, transpirationem & excretiones moluntur.

XXIII. Expositis sic causis longævitæ, juvat jam inquirere, cur veteres ante diluvium tam longam egerint vitam, & nostra tam brevis sit. Primum autem sedulam dabimus operam, ut quæ adversarii hic nobis objicere videntur, ante omnina diluamus atque refutemus. Inventi namque sunt homines, qui patriarcharum longævitatem, qualibet mirabilis, minus rem mirabilem existimarent. Hui enim non dubitarunt adfirmare, illa per-

vetus ævo annum nunquam a solis circuitu, quem ille per duodecim signa conficit, consueuisse numerari. Eo potius spatio annum complexos esse adserunt, quo lunare sidus orbem signiferum paulo minus 30. diebus emetitur. Quæ opinio si vera esset, & pro nostris annis anni Ægyptii menses nempe adfingerentur, oppido consequeretur, nostros homines perinde longævos esse, imo longæviores iis, qui rudi illo saeculo vixerunt. Nam non pauci dantur hodierno tempore, qui centesimum quandoque annum excedunt; jam si mensis computaretur pro anno, eorum ætas ad 1200. annos adscenderet, quos tamen nullus veterum est adscitus. Quippe infra millesimum omnes substiterunt. Porro & hoc inde flueret, extitisse olim seculum, quo homines partim nono partim sexto ætatis anno sobolem procreaverint. Nam fide dignissimus scriptor *Moses* scribit, filium Adami Sethum, cum 105. annorum esset, Henochum progeniisse. Jam si accurate hic ponamus calculum, fateamur necesse est, Sethum nono ætatis anno patrem esse factum. Quæ cum nugæ sint & fabulæ, merito hanc sententiam explodimus, & convertimus nos ad aliorum opinionem. Hi persuadere nobis conantur, veterum annos minime duodecim, sed tres duntaxat menses implevisse. Qualis sententia fuit *Heliconiensis* & *Plinii*. At vero cum sine ratione hoc adstruatur, ita vicissim æquali destruitur facilitate.

XXIV. *Robert. Hooke in operibus posthumis* & quidem in discursu de terr. mot. fol. 322. adffirmat, vitam patriarcharum ante diluvium nō fuisse nostra longiorem, quia tunc fortasse anni fuerint breviores ob motum telluris diurnum adeoque & annum circa solem celerius absolutum. Celeriores autem tum fuisse rotationes telluris, inde suspicatur idem, quia probabile est, variare polum & æxem rotationis telluris, cum non semper versus idem cœli punctum, dirigi obseruentur. Etenim cœli punctum, quod nunc respicit polus telluris septentrionalis, exiguo intervallo distat ab ultima stella

in cauda ursæ minoris, cum antea longe majori ab eodem removeretur. Provocat etiam ad puncta intersectionis eclipticæ & æquatoris variationem. Verum enim vero cum hoc suppositum dictum quidem, sed non demonstratum sit, hinc nihil ipsi superstrui potest.

XXV. Substernemus igitur sententia nostræ aliud fundamentum ex sacro nempe fonte, unde compertum est, arcam Noe consistentibus aquis ad VII. mensis in Armenia montibus consedisse. Ex quo constat, non trimestrem, sed pluriom mensum fuisse annum. Neque hoc effugium alicujus momenti est, menses tunc non dies novem & viginti complexos. Legimus vero in lib. *Genes.* quod dies decimus septimus mensis ibi commoretur, quo primum conqueivit arca Noe, ut adeo & hæc sententia non recto stet talo. Verissimum potius est, illos homines vere ad tantam ætatem pervenisse. Sapientissimus enim Deus ad gloriam suam & salutem nostram volebat tunc respublicas constitui, ecclesiæ colligi, familias extendi, ut incolas haberet spatiolum hoc mundi theatum. Ex pirasset enim primo ferme seculo universum genus humanum, si ætas hominum centum saltum annorum fuisse.

XXVI. Cum vero Deus in natura nihil sine causis agat, sed manifesta ratione, hinc quis dubitaret, quod in & perspicua hujus longævitatis causæ existant. Neque illæ quidem ex animarum differentia petenda sunt, sed potius ex rebus externis physicis, & mechanicis. Extra dubium nempe est, ante eluvionem illam terræ longe aliam fuisse structoram globi terraquei, sicut & doctissimus *Burnetus* jam dudum hoc elegantissime demonstravit. Alia itaque aeris, & cœli tunc facies erat, æquabilis nempe priorque, cum tota velut natura esset recens. Hinc inspiratus aer purissimus ac tenuissimus, qui sensum ac motum partibus præstat, non parum ad longam vitam contribuebat. Deinceps haud exiguum fuit adminiculum natale soluci, quod habitavit Adamus cum posteris suis. Vero enim simile est, primos pa-

tentes ex paradiſo ejecſos domicilia ac ſedes ſibi non procul ab horto Eden, ubi inſignem aeris benignitatem fuiffe non temere conſicimus, collocaſſe, ubi iſpa vicinia multum de ſalutari aeris temperie retinuit. Et hodie etiam in Mesopotamia & Babylonia, ubi olim Paradifus fuit poſitus, habitatores eſſe vivaciflmos, lcriptores illarum regionum tradiderunt. Mite enim & temperatum ibi cœlum, aſtus non folvit curis poros, nec frigus torporem inducit. Ob ſingularem hanc aeris clementiam Dabroanam iſulam incolentes, quæ, cum ſub æquinoctiali ad ortum cœlo ſita ſit, benigno aere fruitur, vitam ad trigesimum ſupra centenarium annum perducunt, ſine morborum iſultu.

XXVII. Neque dubium eſt, aquas fuiffe tunc ſubtiliores & ſalubriores, terraque alimēta produxitte melioris mixtionis, & temperaturæ. Post universalem vero totius mundi inundationem univerſale etiam vitium, & terra & aquis aerique incubuit. Nihil enim magis durationi, conservationi, & fecunditati adverſum eſt, quam nimium humidum. Quod manifeſte exinde patet, quod nullus annus iſalubrior fit, & morborum magis ferax, ac quod annonam magis intendat, quam præhumidus. Humiditate enim nimia fibra rum robur laxatur, & fluida ad corruptionem præparantur. Itaque ante diluvium longe ſubtilior & ſiccior aer, ſubtiliores aquæ, ſubtiliora denique alimēta minusque putredini obnoxia firnum corpus ſuppeditabant. Is nempe ſaluberrimus annus eſt, qui ſocitate moderataque temperie conſpicuus eſt, quod conſirmat illarum regionum ſalubritas, quæ ejuſmodi aere ac cœlo perfruuntur.

XXVIII. Illud vero priſcorum hominum vivacitatem maxime juvaſſe conſtat, quod ad temperantiam vietumque moderatum ſe in primis compoſuerint. Verique ſimile eſt, inter nulla vel pauca plane auxilia adverſa valetudinis plerumque tamen bonam contigifſe ob

bonos mores, quos neque desidia neque luxuria vitiauerat, *Corn. Cels. teſte in prieſat.* Abſtinebant illi carnibus & delicatis cibis, viisque uſu ipſis plane incognitus, denique neque cibum neque potum ad voluptates, ſed ad vitam reſe- rebant. In potum aqua, in cibum ole- ra ac herbe loſſiciebant, donec tempore Noachi queſita, & inventa ſunt galæ irritamenta, vini nempe carniumque uſu. Deus autem euit, qui iuſſit *herbam agri comedere*, & hic ſane uniformis ci- bus ventriculo conveniens, quippe facile concequitur, nec ex herbis tanta for- dium colluvies in corpora congeritur. Carnium vero uſu a Deo non mandatus, ſed permiffus tantum eſt. Ipsi abſtineamus carnivoris animantibus. Nec negari po- teſt, augeri corpus carnium uſu, dum multum ſanguinem in corpore progene- rant. Sed hoc ipſo, quod plus ſanguinis, quam quod propelli robore fibrarum poſſit, in corpore efficiant, nobis no- cent, vitalem motum interturbando. Et haec eſt ratio, cur vita noſtra tantis in- tervallis cedat veterum longævirati. Nam præter inſignem intemperiem, quæ poſt diluvium in elementa introducta fuīt, in- gluvies & tot ciborum varietas, carnium & vini amor, libido denique corpora adſliixerunt. Et quod corpori adverſum maxime eſt, otio pigritiaque homines delectari coepérunt, cum labore potius industriaque ſanitas ſit conservanda. Non mirum inde, brevioris vita homines ho- dierno die eſſe, & generare etiam liberos infirmos & parum ad longævitatem idoneos. Cum ſemine enim quāli per ſucceſſionem ſtatiū illis traditur ſolidarum partium infirmitas, eademque fluidarum intemperies.

XXIX. Propofitis igitur longevitatis cauſis tam in veruſiſſimis illis mortali- bus, quam noſtri etiam temporis ho- minibus, nihil jam reliquum eſt, quam ut ea, quæ ex re noſtra eſſe poſſunt, ex hiſce cauſis excerpamus. Utile enim ap- prime futurum ſperamus, ſi quādām inde feligamus, ac methodum ac re- gulas, quibus vita noſtra ſalva ac inte- gra permanere poſſit, ex iſdem cauſis

eradamus. Diximus in superioribus, pri-
mum longævitatis momentum in partium
solidarum seu fibrarum robore ac structu-
ra contineri. Hæc licet humana arte vix
componi possit, sed ex hæreditaria potius
profluat dispositione, nihilo tamen secius
hæc nativa constitutio ut conservetur ac
corroboretur, necessariis remedii prospic-
ciendum est.

XXX. Initium vero faciemus in iis
recensendis, quæ membrorum robur sol-
vunt, illorumque vim potentiamque labefac-
tant. Inter quæ eminet & excellit im-
maturus loquinarum complexus. Incre-
dibile, quantum hic damni sanitati adser-
at: subtrahito enim sero roscido spirituo-
so, quo semen constat, & quo adolescere
roburque debitum adquirere fibræ debe-
bant, necesse est, ut vires immuanuantur,
& solidò robore priventur membra. Lau-
danda hic veterum Germanorum conti-
nentia, apud quos, si Tacito credimus,
parentum robora liberi referebant, quod
nempe, eodem Tacito Auctore, tarda
illis venus, & pares validique miscebantur.
Qui mos, ut alia speciosa ac laudabilia,
nostro seculo exolevit, quo luxuria pec-
candique licentia velut effractis claustris
impune pervagantur. Ferme enim ante-
quam pueri esse desinunt, puerumque e-
xuerunt, mariti sunt, & infirmis adhuc
annis gerunt.

Prælia conjugibus loquenda.
uti Poeta canit. At hæc intemperantia
non modo effectum infirmumque corpus
senectuti tradit, sed ante tempus etiam
vitalem corporis laticeum absumit, co-
ctione everfa, fractoque partium robore
ac enervato. Sapientiores olim erant La-
cedamonii Ægyptiisque, quorum illi vi-
gesimum quintum, hi trigesimum quin-
tum ætatis annum ineundo matrimonio
prudenter destinarunt, Platone etiam e-
gregium hunc morem collaudante. Idem
tenendum servandumque est in foeminis,
quæ, quantum immatura ac præcipiti-
venere patiantur, nihil attinet hoc lon-
gus explicare. Nam dum liberos pa-
riunt, & quandoque singulis annis e-
nituntur, succus nutritius, qui robori ac
incremento solidorum debebatur, infan-

tis intercipitur nutritione, reliquo matre
imbecillo infirmoque corpore.

XXXI. Fibrarum partiumque robur
adfligit etiam non leviter nimia in vino
intemperantia potandique cupiditas. Vi-
demus raro illis ad senectutem pervenire,
qui in juventute statim baccho, veneri &
ocio se dediderunt. Nam cum ad sustinen-
da corpora benigni ac temperati succi re-
quirantur, intemperati & calidi succi ex
potationibus proveriunt, firmandis ner-
vis inidonei. Observamus contra, quod
qui tardius, & jam confirmata ætate
ad veneris vinique usum accedunt, me-
lius, & sine damno has voluptates to-
lerent.

XXXII. Non minus corporis robur
debilitat adfectuum incontinentia, &
mens trifitia, mero, & angoribus in-
quietata. Cito enim moriuntur, & mor-
bosca reduntur corpora, quæ plus justo
adfectibus fræna relaxant. Animus enim
quasi rotæ suprema est, inquit Verulanius,
quæ reliquas corporis rotas circumagit.
Hæc immediato influxu in partes solidas
agit, naturales turbando motus. Id quod
si sèpius & per habitum quasi contingit,
tunc necesse est, ut naturali ac genuino
fibrarum motu inverso, nil nisi motus
inordinati relinquantur.

XXXIII. Præter hæc corporis robori
nocet humiditas, qua nihil nodis infen-
sius, nihil quod motui fibrarumque tono
magis aduersetur. Inde non obscura est
ratio, cur balneorum usus, aer turbidus
ac pluviosus, tempestates annorum hu-
midiores, loca denique humida & palu-
dosa corpori sint extimescenda. Noxi-
sissimum vero est, circa ejusmodi loca
habitare, vel sub tali aere dormire, quip-
pe natura adeo debilitatur, ut minus re-
cte suo officio, cui destinata est, defungi
possit. Imbecillitatem corpori adferre
aeris humiditatem, ex eo constat, quod
ubi cœperit humidus fieri aer, manifesta
statim corporis lassitudo sentiatur, pul-
susque insignis debilitas. Tantum nempe
jus potentiamque in corpus aer sibi ven-
dicat.

XXXIV. Corporis denique robur de-
struunt medicamenta in nimia copia ad-
sumta,

Tumpta , præcipue purgantia ac vomitoria , quæ ventriculi ac intestinorum robur male viciant debilitantque . Jam olim hac de re nos monuerunt summi Viri Hippocrates & Plato , quorum hoc præceptum elegans celebratur , ad bonam valetudinem consequendam omnia prius tentanda esse , quam corpus pharmacis operose commovendum . Nec inelegans est C. Celsi illud : *Summa medicina est, non uia medicamentis.* Pertinet huc & aphor. 36. sct. 2. Qui salubritate corporis sunt prædicti , iij purgante hausto medicamento statim deficiunt , ut & qui pravo utuntur alimento . Et æque gravis est sequens statim aphor. 37. Qui integra sunt corporis valetudine , medicationes ægre molesteque ferunt .

XXXV. Ad ea jam progredimur , quæ positive robur fibris addunt . Et cum a prima partium formatione multum dependeat , hinc providendum in primis , ut semen , quo concipitur infans , tunc maturum coctumque sit . Quale enim semen , talis etiam est natura ac indoles infantis ; & robustiores inde parentes firmiores etiam filios gignunt , quamquidem senes & in juvenili adhuc ætate constituti . Deinde semen illud bene coctum ac spirituolum sit , nec per ebrietatem , nec nimiam & exercitatam antea venerem debilitarum . Confert etiam ad robur infantis tempus ipsum , illud nempe , quando natura est robustior , & tempore verno naturæ vigor velut renovatur . Commodissimum ergo est mense majo & autunnali tempore septembri mense , quod tunc ad venerem a natura animantia stimulentur .

XXXVI. Non minus facit ad decentem partium conformatiōem in infantis in utero nutritio . Quare prospiciendum , ut matres gravidæ sanæ vegetæque sint , & si plethora ac cacochymia illas male habent , per VSneM , per leniora laxantia , & quæ juvant transpirationem , ipsis est succurrendum . Debet porro fœtui in lumen edito debita suppeditaci nutritio , quæ non pulpamentis variis & ovis , quibus vasa invilcantur , neque coagulato nutricula lacte , sed temperato ac tenui absolvitur . Aeris etiam maxime habenda

ratio . Minus enim congruum est , aeris calido adfuesfacere infantes , temperato frigidiori lucidoque potius adfuesfaciens . Laudem meretur hac in re veterum Germanorum consuetudo , qui infantes a matre fere adhuc rubentes in fluvio mergebant : & hoc modo tenerima corpora ad patientiam laboris indurabant . Inde Claudianus canit :

Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus .

Pessimus igitur mos est , infantes ab omnibus liberiore aeris usu excludere , illosque fomentorum lectorumque onere tantum non opprimere ac sepelire . Abstineant etiam gravidæ infantesque a dulcibus acidis & spirituosis , quæ , dum sanguinem cacochymicum progenerant , facile fœtus humores insciunt .

XXXVII. Ad robur solidarum partium utilis etiam est motus , optima corporis medicina . Nam uti ocio languescunt & emolliuntur corpora , relaxato fibrarum tono , ita motus est , qui fibras corroborat & vasa reddit ampliora . Placet elegantem adscribere locum ex Cl. Pechlini observ. 34. Nulla corpora morbis minus obnoxia intolerandisque injuriis magis idonea repertis , quam illorum , qui a prima statim infantia motu palestrico gladiatorio , & alia vehementia motum sibi contrarerunt , viriumque robur , quod cum in seram ætatem extendant , usque eo etiam immunitatem a morbis incommodisque facile sibi procurant , quod infinitis exemplis obvium est . Et celeberrimus de Auditor medicamentis corporis p. 6. scribit , octoginta annorum senes se vidisse , qui cum assidue curstante in perpetuo motu fuissent , pedibus plus valuerint , quam multi juvenes , qui & cibos appetenter & somnum quiete caperint .

XXXVIII. Dispiciendum jam etiam est , quænam in senibus in primis fibrarum robur conservent ac tueantur . Ante vero , quam aliquid hac de re in medium adferamus , exponendum videtur , quænam fibrarum in ea ætate sit constitutio . Fibræ vero senum siccæ , durae , & aridae sunt , quod testantur senectutis insigia rugæ nempe & partes ariditate nimia flac-

cescentes. Neque dubium, internas partes similiter esse constitutas. Et hinc omnia, quæ fibris vitalem rorem auferunt, celeres rugas proferendo immaturam accelerant senectutem. Ob naturalem hanc fibrarum siccitatem, deficiente in illis vita oscillatione, & in fluidis elastico motu ac fermentatione, varii humores inter ipsorum spatha congeruntur. Qui stagnando ibidem nec manentes amplius sub potestate sanguinis in orbem commovendi, morbos excitant senectuti familiares. Et licet saepe minus ex morbis periclitentur senes, virium tamen languore, qui a solidorum siccitate fluidorumque intemperie provenit, difficulter liberantur. Deinde exsiccatis nimium fibris sensus impressiones objectorum vix percipiunt. Quia de causa in senibus interni & externi sensus hebescant, ac aetate decorsa memoria perit, ratioque immittitur.

XXXIX. Ex hisce, inquit, Cl. Balivus de fibra motrice p. 213. deduci jure poterit, remedia ad vitam longam & revera esse, & talia dici debere, quæ in humano corpore elaterem cum rotis & rotar cum elatere mollia laxa, & facile flexibilia conservare possunt. Cujus rei non ignari primi medicinae parentes nihil magis in morborum curatione ac præservatione procurabant, quam ut balneorum, focium, lotionum, unctionum, frictionum & omnis generis exercitacionum usu debitus in solidis servaretur tonus & mollietas, ne impedimento essent circulantibus fluidis, & contra ne fluida nimio impetu acrimonia tenuitate velocitateque præternaturali morbosas ariditates tensiones & crispaturas in solidis inducerent, mellis, lactis, olerum fructuumque esu & omnimoda vini carniumque abstinentia in naturali quadam dulcedine ea perpetuo conservabant. Quo siebat, ut non prospera solum uterentur valetudine, sed ad centum & plures annos dulcem vitam protraherent, ut olim Pythagorici philosophorum omnium principes hujusque dictæ primi auctores fecerunt. Quorum balneum ex ligno cedrino pro retardanda senectute, leniendisque artuum morbis adhibitum & odorosa cedrina pice tempera-

tum, incredibile, quantum mihi arrideat: multa enim ad hoc in tota citro latent arcana, & multa in herbis ad citri natum accendentibus, ut melissa thymis citratis, cedrelate, quæ cedrinam dat pitem &c.

XL. Ad fluidorum vero temperiem conservandam & robur solidarum partium præter motum, abstinentia a carnis dulcibus & viscosis, quæ sanguinem crassum & copiosum reddunt, merito est commendanda. Veteres hoc vietus genus vocant dietam Pythagoricam; hinc miranda illa longævitatis, hinc salubris & athleticus corporis habitus, & ignota tot morborum agmina. Causa enim, quare Pythagoreis animantium carnes interdictæ erant, non ea solum erat, ne talium animalium mores, & ideas imbiberent. Eo potius illorum prudentia sanitati propriebat, quod olra fructusque terræ tales in sanguine temperiem dulcedinem atque simplicitatem induunt, quæ difficulter vel in morbos solvit fermentatione, æstu & ebullitione, vel ansam praebet animi affectibus iræ concupiscentiæ aliisque, ut loquitur jam laudatus Balivus l.c.

XLI. Ex cibis vero ad longam vitam probamus magis conducere eos, qui compactæ sunt substantiæ potius, quam fluxiles. Hippocrates eos adserit brevioris vitæ esse, qui cibis concoctu facilibus & ob id substantiam fluxilem facileque dissipabilem habentibus enutriuntur. Longioris contra vitæ eos adseverat esse, qui duriore vietu utuntur, & ejusmodi cibis, quorum substantia pertinacius corpori inhæret. Unde veteres ex usu grossioris panis carniumque iaduratarum plus sibi roboris acquirebant, quam ex delicatis cibis. Videmus inde, Westphalos, Suecos & septentrionis incolas corporis rohore ac viribus pollere, quia duro ac indifferenti vietu utuntur. Effeminatoris contra & molles homines mollis cibus facit. Ceterum sanitati & vita nocent carnes nimis saltae vetustæ & rancide, item omnes ejusmodi generis cibi, qui ad putredinem sunt proclives, dulces in primis, pingues marinæque copiæ.

XLII. Ad fluidorum conservandam temperiem fibrarumque virtutem aer serenus purus compressiorque paulo commendari meretur. Omnis enim aer, qui humidior est, emollit, & laxat corpus, frigidior vero robur ac motum solidis & que ac fluidis impertit. Sub hoc aeris statu alacriores semper sumus, torpemus vero sub humido & nebuloso.

XLIII. Ad sanum fluidorum statum custodiendum laudari etiam debet aqua vinique salubris potus. Aquam omni potu salubriorem judicamus, modo sit aqua pura, levis, tenuisque, que non facile gelu crescit, & hypochondria bene transit, denique conservat. Talis si defuerit, confugiendum ad aquam coelestem vel ejusmodi, quae distillatione subtilior facta est. Vina ad vitam longam optima censemus præsertim senibus, Hungarica genuina Toccavensis, ex Gallicis Frontiniac, ex Italicas Montefiascone, ex Helvetiis Veltinum aromaticum. Viris & viridi atati convenient temperatoria Mosellana, Rhenana, Mœnana. Neque nocet quandoque liberalior eorum usus, modo non ad ebrietatem perveniat.

XLIV. Venendum jam ad gravem questionem, an ab medicamentis sibi quis longevitatem possit polliceri. Nolumus hic commemorare fabulas de auro potabili & philosophorum lapide, quibus hanc virtutem vulgi adsignat credulitas. Verulaminus ambram & nitrum commendat, cuius excellentiam & ipse suo exemplo comprobavit, quotidiano illius usu, quod sali admiscerat, egregiam adeptus senectutem. Veteres ex cervo, ex vipera, tanquam animantibus, que ob balsami abundantiam exuvias deponunt, vita longæ auxilia petiere. Alii in balsamicis, succino, balsamo Peruviano id quæsiverunt. Verum ut medicamentorum laudibus hic nihil detrahamus, quippe quorum virtus in curationibus manifesta est, minus tamen suadendum videtur, ut illorum usui familiariter nos adsuefaciamus. Natura enim facile iis adsuecit, ita, ut necessitatibus tempore nihil opis adferant. Ubi vero vires languescunt,

ubi spiritus sanguini defecerit, nec sufficiunt vietus auxilia, tunc utique ad balsamica, quoniam robur partium confirmant, est confugiendum. Ex horum numero laudamus salia volatilia oleosa bene preparata, essent. ambræ moschi, ol. cinnam. de cedro rosarum genuinum, neroli, balsamum nostrum vit. essent. succ. sp. bals. Peruv. mastich. elixiria balsam. pilulas balsamicas, aquam aurant. cerasi. nig. rad. Nini, aliaque hujus generis remedia. Hæc enim dum solidas partes mirifice corroborant, fluidas vero balsamico spiritu replent, merito iis commendanda sunt, qui corpore sunt imbecilliore.

XLV. Non prætereunda est hic loci V.S. & num quid illa facere possit ad longevam, vitam, breviter excutiendum est. Satis constat, sanguinis detractionem per se non inutilem ad vitæ diutinatatem esse, sed illius usum quotidianis confirmari experimentis. Sciri tamen oportet, quod cum crebra VSne vita debilitetur, hinc frequentiore illius usu corpora torpescant ac emolliantur. At in plethorico statu, ubi plus comedunt homines, quam consumere possunt, merito est amplectenda. Nisi enim solenni veterum more ad abstinentiam inediāque confugias, vix repereris ad conservandam sanitatem præstantius remedium. Tunc enim V.S. adeo non nocet, ut salubris potius sit medicina. Et ne longiores hic simus in commendando hoc eximio auxilio, ii certe illius præstantiam satis abundeque testantur, qui sola V.S. bonam valetudinem & diutissimam ætatem consequuntur. Testes Helvetii & Rhatti, quoru vivacitas exinde maxime profluit, quod bis de anno sanguinem sibi detrahant. Riolanus Cl. Gallie medicus crebræ VSni adscribit, quod ad longam ætatem pervenerit. Credibile tamen est, longeviores futuros, si abstinerent sanguinis missione, & temperantia ac frugalitatis legibus se adstringerent. At hodierno seculo, quo luxuria edendique libido nimis invaluerunt, tantum laudis hoc invenit remedium, quantum ipsi necessitas lenocinatur.

DE ANIMO SANITATIS ET MORBORUM FABRO.

PRO O E M I U M .

Hominem creaturarum omnium esse miraculum, nemo facile in dubium vocabit, qui considerat, ipsum ex duplice principio, altero spirituali, animo, altero materiali, sive corpore organico esse compositum. Etenim optima ratione homo definiri potest, quod sit mens intrusa corpori organico, quae in eo & per ipsum diversissimas res creatas percipiat, easque invicem comparando ratiocinium producat. Mentis naturam quando penitus expendimus, est illa nihil aliud, quam vis quedam viva & substantialis, sui & rerum, quae extra sunt, conscientia, libertate agendi instruta. Hanc Deus Optimus Maximus in prima rerum creatione cum corpore organico univit, ut adjuvante substantia tenuissima aerea sanguinis variae operationes, quae animales & rationales audiunt, exercat, variasque motiones per illam in corpore efficiat. Lubenter autem admittimus & confitemur, quod sicut omnis immaterialis rei, ita & vis istius activa, vive, cogitans & intelligentis, quae praecipua nostri pari est, essentia atque natura intima nobis. absurda atque incognita sit, multaque magis, nexus ille, quo inextensem cum extenso, spirituale cum corporeo arctissime jungitur, intellectus humani captus ac limites penitus transcendat. Sufficit tamen, perspexisse & cognovisse, corporis animique actiones, amicissimo invicem contineri vinculo, mutuaque harmonia & singulari consensus, gaudere, ut affectio animo corporis protinus afficiatur, inque consensum trahatur & versa vice. Quos itaque effectus animus, in corpus habeat ad conservacionem vita & sanitatem admodum conducibles, & contra quas pravas & morbosas dispositiones corpori offerat, & quemodo ad vita destructionem concurrat, argumen-

tum est medica inquisitione dignissimum. Et tametsi experientia satis corroboratum, & apud omnes medicos in confessu sit, quantum noceant animi pathemata corpori, allubescit tamen, de presenti utilissimam hanc materiam, compluribus utra difficultatibus quoad cognitionis modum circumspectam, paulo accuratius tractare atque evolvere, & speciatim ostendere, quo pacto animus noster corpori prodeesse vel nocere possit.

I. **S**Citissime Plutarchus in Sympos. Dec. v. Probl. VII. ταχεσται ουχι τοι συμβιτιδιοι. Ac τα πάθη τα δι ουχι τωνι τροποτρόπους τας της επιπτωσι διαγεις. Quin & Plato, omnis augustioris sapientia Magister, in principio Charmidis gravissime scribit: Fieri non potest, ut animo male affecto non corpus etiam una laboret, & rursus animus bene affectus vi sua, quoad fieri potest, optimum reddat corpus. Ex quibus patet, quam necessarium sit & utile medico scire animi vires & effectus in corpus, & qua ratione ipse auctor sanitatis & morborum existere possit, & quomodo etiam animo curato corpus sanitati restituatur. Quocirca Heurnius in Institut. Med. p. 58. assertat, medicinam non in solius corporis, sed hominis etiam, qui ex animo & corpore constat, cognitione versari. Merito itaque in sanando corpore medicus & animi rationem habeat necesse est. Antiquiores sapientium philosophiam, quae secundum Tullium, vera animi cultura & medela est, non tantum ad vitia animi tollenda, sed & cetera medicinam ad corporis male habentis effectus emendandos utroque pollicie commendabant. Per pulchre a Tertulliano Philosophia dicitur Medicina soror: Tyrius Maximus Platonicus hunc medicum magnopere commendabat, qui non tantum corporis ma-

la herbulis quibusdam ratione observata tollere potest, verum etiam, qui per philosophiae præcepta cupiditates animi, quas Stoicie ejus pathemata dicunt, curare didicit. *Pindarus* prodidit, eam in *Æsculapio* fuisse artis præstantiam, ut, quotquot ad ipsum venerant ægri, aut debiles, aut vulnerati, omnes mali ac laboribus levatos a se dimitteret, alios carminibus & dictis curans, alios potionibus, alios pharmaci & medicamentis foras admotis, alios adhibita sectione. Huc pertinet illud *Flacci*:

Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem

Possit, & magnam morbi deponere partem.

Magnus noster *Hippocrates* medicum philosophum *iesidem* appellat, quo ipse non tantum philosophiam naturalem, sed potius moralem complectitur, cuius dignitas ususque in eo potissimum consistit, ut homines erudiat, quomodo possint animi perturbationes & affectus, ne degenerent in vitia, ne graviter corpus ejusque actiones convellant, compescere & moderari.

II. Cum itaque res sufficienter evidens & clara sit, & a multis retro seculis gravissimorum annorum sententia, & experientia munita, corpus valere non posse, nisi animus sit lanus, placet itaque jam brevi labore & compendio investigare, qua ratione ex mentis sanitatem corpori integra & firma valetudo accedit; & contra, quomodo ex animi turbatione & vitiis corpus morbosum, & languoribus fiat obnoxium gravissimum. Quomodo autem & quibus ex causis animus agat in corpus, sanguinisque & humorum motus vitales & secretorios varie demutet atque afficiat, theorema certe est non paucis iisque gravissimis difficultatibus involutum, cuius cognitionem ceu mentis humanae captui minus obviā non promptuā est attingere. Tamenī enim effrenes perturbationum animi tumultus atque impetus in nobis met ipsi frequentē nimis experiamur, velutique in intimo peccoris excitatos persentiamus, nihilominus difficile est, eorumdem causas proxi-

mas & primarias differentias enucleate explicare, & claram ac perspicuum harum rerum ideam demonstrationis certitudine munitam suppeditare. Notum est, quam impervestigabilis sit animæ humanæ natura, quam impervestigabile arctissimum illud vinculum, quod animæ cum corpore intercedit, quam difficile etiam sit percipere, quomodo ab externis objectis imprimatur animæ certa agendi activitas. Deinceps notissimum quoque est, quam ingentes lites, & controversiae a longo tempore etiam nunc moveantur inter eruditos de sede animæ; ideo mirari nemo debet, si in iis, quæ jam dicturi sumus, quadam non excusa, vel quæ non plenius satisfaciant intellectui, qui circa omnia perspicua desiderat, invenerit. Admodum semper mihi placuit hac de re *Platonis* effatum, qui, cum de anima copiose disseruisset, in hunc tandem modum concludit in *Timao*: *Quidnam ergo mortale & quid divini habeat anima, & ubi & cum quibus & quorum gratia explicatum a nobis est, at quam vere id dictum sit, tunc demum, si id nobis oraculo Deus edixerit, afferemus.*

III. Primo omnium autem brevissimis de passionibus sic dicitis animi, quid illæ sint, & quomodo sunt, mentem nostram exponere allaborabimus. Hæ animi affectiones vocari solent animi motus, impetus, actus potentia appetitivæ, sensitivæ, ab aliis vero passiones, patemata. Certissimum est, in tota rerum natura entium & creaturarum diversas dari actiones & passiones inter se invicem, & ex actionibus & passionibus produci quoque reactiones, quæ quasi sunt actiones per actionem alienam impetu quasi monitorio excitatae. Actio autem dicitur, quando ex interna cujusdam objecti vi provenit motus; quando hæc actio recipitur in alia vi, fit passio; revera enim passio & actio sunt unum quid motu, terminis autem & mente distincta. Sic ut itaque in naturalibus movens in mobili producit novam semper actionem; ita etiam in moralibus actio alicujus agentis externi in nobis recepta producit reactionem, sive vim, qua anima nostra agit, & in

& in qua essentia ejus consistit, vividissime excitat & determinat ad agendum. Quoniam autem vis libera est, inde vel resistere vel obsequi motui recepto, id est vel impressum continuare, vel minus. Talis passio in animo excitata supponit semper actionem externam quandam vivam intime penetrantem, quæ in anima recipitur & deinde vi sua ipsam ad agendum stimulat. Ex quibus suppositis facile elicuntur, tot dari passiones & diversas quoque reactiones in mente, quot nimirum dantur agentia intime animum afficiencia.

IV. Deinceps Deus sapientissimus naturæ microcosmicae architectus talem legem ac proprietatem quasi essentialiem, & naturam menti nostræ concessit, ut nempe, quando ipsa deprehendit ideas, quæ nihil aliud sunt, quam actiones externæ in sensorio impressæ, & illæ videntur bona, sive corpori utiles, excitetur motus attractiorius, qui dicitur amor, quo ille, qui amat rem præsentem, quam amat, quasi ad se trahere & conservare conatur. Contra, quando idem sub specie mali & noxiæ offeruntur, ita, ut ad naturæ perniciem & animæ ac corporis vim imminuendam quasi tendant, motus sive reactio in contrarium producitur, nempe repulsoria, quæ dicitur odium, quo illam rem, quam anima odio habet, amovere quasi & destituere nititur. Hi itaque affectus duo universales & reliquorum fundamentales duos principes junctos habent effectus, nempe amor gaudium, odium tristitia. Cognitionem enim amoremque boni, & mali semper subsequitur vel letitiae vel tristitiae affectus. Id autem bonum vocamus, quod nostram spectat conservationem, & animi vel corporis potentiam auget aut juvat; id autem malum, quod pertinet ad nostram destructionem, & animi vel corporis potentiam minuit & coercet. Unusquisque itaque ex legibus suæ naturæ necessario amat vel odit illud ipsum, quod bonum vel malum esse judicat. Quoniam autem animus, seu principium immateriale intelligens, quod in nobis est, divina voluntate sic ordinante, nihil operari, id

est nullam actionem vel motionem exercere, aut recipere potest, nisi mediante fluido purissimo summeque mobili in partibus solidis & fibris, cerebrique filamentis existente, quod animam sensitivam, naturam, spiritum animalem alii vocare assolent; hinc facile perspicitur, quando mens afficitur, sive ab objectis externis varie movetur, spiritus animales, qui indissolubili vinculo juncti sunt, simul affici, commoveri, & in motu diversos abripi. Brevibus; sub omnibus animi sic dictis passionibus ab objectis externis factis commoventur varie spiritus animales.

V. Præmissis itaque illis, quæ in generis cognitionem affectuum animi pertinent, dispiciendum jam est, quotmodo motiones mentis afficiant, demutent, vel pervertant corpus & sanitatem, vel morbos efficiant. Tenendum autem hoc loco est, sanitatem corporis nostri verlari aquabili placida, libera & expedita spirituum, sanguinis & fluorum per totius corporis tubulos motione, circulatione, & excrementorum per debita evacuatoria secrezione. Ita enim corpus a putredine & corruptione non modo conservatur, verum etiam aptissimum animæ instrumentum. nempe spiritus animalis, producitur. Contra vero omnis morbus, & motus morbosus consistit immediate in motu partium fluidarum, spirituum, & sanguinis tardiori, vel celeriori, circulatione inæquali, & secrezione partium excrementiarum plane depravata.

VI. His perspectis, considerandum jam est, quo pacto animus in sano statu corpora humana servare & morbos prevenire possit. Statiuimus itaque, omnia illa, quæ placidum, tranquillum & moderatum in spiritibus animalibus excitant motum, ad vitam sanam & longam efficiendam esse aptissima, hoc autem præstat mens tranquilla sub moderato gudio, & amore temperato ac bene ordinato. Qualis enim est animus, talis spirituum motus, qualis spirituum motus, talis motus cordis & arteriarum, tonusque partium, & qualis partium tonus motusque cordis, & arteriarum

rum, talis circulatio, & qualis circulatio, talis sanitas. Est igitur mens tranquilla summum hominis in hac vita bonum, utpote in tali statu posita non tantum corpori, sed ratiocinationi quam utilissime inservit. Si enim placida & tranquilla est, circa motus quoque vitales & excretorios in corpore omnia sunt pacata & tranquilla. Porro si quieta est, si libera, omnique inordinata commotione vacua, longe melius intelligentiam suam exlerere potest. Id quod tacite subinnuisse videtur Hippocrates libro de morbo sacro his verbis: *sola quies cerebri sapere facit, prudentiam subministrat, & intelligentiam causatur.* Quamdiu enim mens nostra in se est quieta, nec affectuum cupiditatumque fluctibus jactatur, non tantum veritatem (quæ ipsi propria est, & ad quam quærendam non aliter mens nostra creata est, uti Marsilius Ficinus loquitur, quam oculus ad lumen solis perspicuum) clarius assequi, sed & secundum hanc mores & actiones suas instituere potest.

VII. Fateor quidem, rem esse difficilimam, comparare sibi quietem in animo, & omnes affectus velle tollere, quos, quamdiu in tabernaculo corporis hujus habitamus, & fragili carne circumdamur, amputare non possumus; nihilominus illos moderari, regere ac temperare omnino homini rationali, multo magis Christiano possibile est. Praeclera res sunt affectus, si rationi obedient, in eo ipso enim virtus consistit, & virtutis hoc opus est, servare in affectibus symmetriam ac mediocritatem. Sunt enim affectus motus indiferentes, quibus proposita nobis objecta prosequimur, aut fugimus, suntque hominibus inditi, ut essent virtutum stimuli & calcaria. Quod si itaque impressionibus externarum rerum mens per se libera resistit, & omnes res ex natura sua estimare, & bonum verum ab apparente distinguere scit, an ipsi noceat, nec ne, tunc facile etiam fugere poterit motiones ac perturbationes animi ac spirituum. Spectant huc maxime senioris philosophiæ saluberrima præcepta, quæ omnia munda spernere jubent. Itaque non sine ratio-

ne Lucianus lib. *Macrob.* p. 827. longævis annumerat philosophos & omnes, qui ingenio & eruditione præstantes fuerunt. Ita etiam *Plutarchus* narrat, plures corpore aliquo parum firmo philosophiæ præceptis vitam longam consecutos. Maxime omnium autem vitam longam vixerunt, qui delectabantur pulchris studiis, & quos orationis capiebat oratus. Sic *Gorgiam*, *Protagoram*, *Iscratem*, & e Latinis *M. Senecam Rhetorem* Philosophi parentem longævos fuisse legimus. Cicero monebat per epistolam *Pætum* suum, quod pertinere ad bene vivendum arbitrabatur, ut cum viris bonis, jocosis, amantibus sui viveret, nihilque esse aptius vitæ, nihil ad beatæ vivendum accommodatius. Neque id ad voluptatem referebat, sed communitatem vitæ atque *v. & t.*, remissionemque animorum, quæ maxime efficitur sermone familiari, qui est in conviviis dulcissimus, & mentis nubila fugat. Moderata autem lætitia genere capiuntur illi, qui contemplari solent naturæ miranda, modo non in causis eorum rimandis crucem sibi figant. Speculatio enim rei novæ & magnæ aut pulchræ suaviter spiritus oblectat. Unde inquit *Vossius lib. de Idolatria Gentilium* p. 910. Videmus *Democritum*, *Parmenidem* & alios naturæ admiratores ad longam pervenisse vitam. Philosophi enim vitam egerunt longissimam. A moderata & blandissima tali lætitia spiritus debite expanduntur, liberius in cor & molculos influunt, sicque circulatio ad sanitatem custodiendam aptissima reditum.

VIII. At vero præter hæc dicta medium omnium præsentissimum tranquillitatem in animo acquirendi censeo esse Christianam fidem, & sinceram cordis pietatem. Quando enim ex possessione divinae gratiæ in intimo pectore ex operatione & actione ejus perceptæ enascitur amor fiducia plenus cum spe ac gaudio suavissimo, non potest non mens esse summe quieta, & omnium commotionum, quæ alias fiunt ab externis objectis, negligens & expers. Sapientissimos itaque illos judico, qui animam simul cum

corpore colunt atque persanant, illamque tam in hac, quam in altera vita felicem atque beatam reddunt. Ita Theologia, quatenus in praxi consistit, optimo jure corporis medicina nuncupari potest, adeoque non sine causa etiam natura in sacro Codice probis & obedientibus vite longevitas est promissa, improbis autem & impiorum vita brevitas in poena locum indica. Hic enim pravitate cupiditatum agitati, nec non perdita voluptatum libidine dissoluti complures morbosas sibi accersunt motiones, & vitae spatum sibi met ipsi contrahunt. Contra, si experientiam consulimus, plurima possent allegari exempla, quod Theologi & pii viri sola, ut arbitror, mentis quiete ad extremam senectutem pervenerint. Ex quibus clarissimum esse arbitror, veram mentis tranquillitatem, sapientiam, & inde etiam sanitatem non tantum ex philosophiae praeceptis, quæ mentem & rationem emendant, sed potius vera cultus divini praxi & exercitio spiritualium virtutum posse aquiri & comparari.

IX. Praeterea tranquillus animus, sive mentis pacatus status non tantum sanum & integrum servat corpus, verum etiam disponit corpora, quo minus morbis epidemicis grassantibus corripiantur, immo sanationem illorum, si jam corripuerint, magna cum efficacia promovet. Testatur experientia, non salubrissimum esse consilium, quam morbis grassantibus, peste, febribus petechialibus, dysenteria, animo esse erecto, & in uramque fortunam parato. Et si unquam spes, fiducia & lenne gaudium commodum habet locum, terte est in ægrotantibus. Bardus in medico politico p. 310. scribit. Cor letum benefacit medicina, tunc enim medicamentum proficit & juvat, dum alacri animo est, qui illud excipit. Memoranda hic venit notabilis observatio, nempe sapius nos vidisse graviter & periculose quosdam decumbentes sacra usurpata ~~suæ~~ melius inde se habuisse & ut sentire possis, vires recuperasse, quod procul dubio adscribi debet spiritualibus affectibus in amore, fiducia ac gudio erga Deum positis. Hisce enim spiritus

turbati & depresso vires acquirunt & eriguntur. Ex adverso dici vix potest, quantum noceat in morbis, & in quantum illorum sanationi resistat, esse abjecto & prostrato animo, in perpetuo terrore, formidine, ac metu imminantis velut mortis versari. Et docet experientia, plerumque certum esse signum, & prænuncium futuræ mortis desperationem de recuperanda valitudine. Certe enim periculosa ac sinistri omnis res est, grassantibus morbis male sibi metuere. Nam dum spiritus animales tristiori cogitatione se macerant, & hac ratione consumuntur, non tantum corpora apta redundunt ad suscipiendum contagium, sed & tragediam tunc ludunt magis funestam.

X. Ordo jam ac res postulat, ut etiam dispiemus, quomodo noceant corpori vehementes animi & spirituum animalium motiones. Graviores esse ac perniciosiores animi, quam corporis morbos, a plerisque non obscura fama auctoribus est receptum. Et sicuti animus pretiosior est corpore, & bonum, quod ab animo provenit, majus, quam quod a corpore; ita etiam magis malum animi quam corporis est morbus, utpote turbato animo turbarur, pervertitur & novam insignem etiam contrahit corpus. Pathematum autem omnium animi ad inferendum corpori damnum promptissima sunt, gaudium repentinum atque effusum, vehemens terror, tristitia, ira. Nam cum haec celerrimi animi sint motiones, necesse quoque est, ut celerrime ac concitate prater naturæ ordinem motiones spirituum, & sanguinis consequantur. Inde fit, ut partim dissipatis & consumptis viribus mors excipiat, partim etiam œconomia motus vitalis, & secretionis sani me necessarium negotium evertatur, & via ad morbos struatur apertissima. Gaudium profusum ac insolens spiritus tam vehementer dissipat, ut sanguine hisce destituto syncope vel morte repentina homo corruat, quod nonnullis praesertim languidis, senibus & imbecilibus obtigisse memorie proditum est ab observationum scriptoribus. Ex repenti-

ne gaudio exspirasse animam Polycratam nobilem fœminam a Naxo insula Aristoteles refert. Philippides quoque, comediarum poeta haud ignobilis, atate jam proiectiori, cum in certamine poetarum præter spem viciisset & lætissime gauderet, inter istud gaudium repente mortuus est. Chilonem Lacedaemonium sapientiae commendatione nobilitatum, insignemque philosophum pœœ effuso repentinao que gaudio exspirasse, dum viatorem in Olympia filium consperxit, Plinius scribit lib. 8. c. 53. hist. natural. Plura exempla vide apud Gellium noct. att. l. 3. c. 15. P. Lotic. l. 3. c. 4. Nec veteres latuit tam subite mortis causa, unde Heliodorus elegans scriptor l. 7. p. 321. obtingere ait e-jusmodi mortem ēν τῷ ματινῷ πόγωνις ὑπερβούντες τοῖς ξυλαθέταις. Observatione etiam quotidiana constat, perceptio improviso & magno gaudio appetitum mox deficere, vires infirmari, & ad nimiam laxitatem ventrem disponi, placidumque somnum arceri, ac pulsus fieri debilem & frequentem. Eleganter hinc carmine monet Horatius.

*Æquam memento rebus in arduis
Servare mentem: non secus in bonis
Ab insolenti temperatam:
Lætitias: moriture Deli.*

X I. Quemadmodum autem lenis & suavis lætitia spiritus recreat, excitat, & sanguinis circulum promptum expeditum ac liberum reddit, insolens autem & nimis effusa spiritus admodum dissolvit & consumit; ita tristitia & mœstitia, quæ angor, cura & cruciatus animi est, lætitiae est contraria, & calorem, sanguinem, spiritum & circumferentia magis ad centrum intro-compellit spastmodice constringendo habitum corporis, unde in mœstibus & tristibus facies appetitum pallida, cutis constricta, transpiratio fit remissior, pulsus exilis ac latus evadit, appetitus perit, somnus fit turbulentus, & vires successively convelluntur. Fernclius scribit: tristitia spiritus obtenebrat, ingenium beatitat, rationem impedit, judicium obscurat, spirituascentiam deprimit, & melancholicas desperabundas cogitationes efficit, quibus ex causis corpus pallore de-

sædatur, ignavia torpet, atrophia liquefit, & in marcorem, aliosque frigidos morbos ruit. Id quod Salomo Proverb. XVII. palam testatur, ubi inquit: Tristis animus exsiccatur ossa. it. c. XV. sicut tinea vestimento & vermis ligno, ita tristitia in viro nocet cordi. Et revera tristitia a meror maximum tormentum animi & corporis est, obid Jamblich. de mysteriis, Dæmones, inquit, sua corpora presentia gravant morbisque affligunt, qualiter moerorem ac tristitiam inducunt, inferni germina præcipua, desperationem, timorem, vitæ odium, & mille terricula menta, quibus veluti aquila apud inferos Titi jecur arrodere non cessat præstigiator ille. Cum Paulus Hymeneum & Alexandrum tradidit Satanæ castigandos cor, ad Tim. I. non tam eos, quam moeori ac tristitiae mancipavit. Hippocr. lib. 2. de morb. Cura in visceribus velut spina videtur, atque illam pungit: & idem alibi: Ubi hac anxietas animum corrumpit, lucem atque homines fugit, & tenebras amat, & timor invadit, avidus est & ad contactum dolet, & expavescit, & terricula menta & somnia horrida videt. In praxi observamus, tristitiam diuturnam ad febres malignas, putridas, melancholiā, maniam, malum hypochondriacum, calculum, phthysin, hecticam, cachexiam frequentissime disponere. Eodem fere effectus cum tristitia habet invidia, quæ, ubi insita est, ita animum humum consumit, velut rubigo serram, ut dicere solebat Antisthenes. Alexander M. apud Quintum Curtium, invidos homines nihil aliud esse, dicit, quam ipsorum tormenta. Eleganter Poeta:

*Livor tabificum malis venenum,
Intactis vorat ossibus medullas,
Et totum biberat artibus cruentem.
Quod quisquis fuerit, invidetque sorti,
Ut debet, sibi pena semper ipse est.*

X II. Ira affectus quoque est nocentissimus vitæ ac sanitati hominis, & nascitur ex idea præsentis mali, quod animus odio habet, & omni vi ac motu amovere & amoliri nititur, unde commotio spirituum & sanguinis extorsum a centro ad circumferentiam maximo tumultu perficitur. Ele-

ganter loquitur hac de re . Pergamenus lib. 2. de causis sympt. c. 5. Est quedam , inquit , ex primis & principaliſſimis motionibus ipsa naturalis coloris intro forasque dilatio multas animi passiones sequens : simul autem & spiritus & sanguis modo intro & ad principia feruntur ac contrahuntur , modo foras dilenduntur , & funduntur . Et licet motus hos evidenter perspicere cum in aliis multis , tum in ipsis animi perturbationibus e.g. terrore & ira . Ille intro & ad principium spiritum & sanguinem una cum refrigeratione corporis superficiaria subducit & contrahit , hæc vero foras agit fundit & calefacit . Cum itaque in iracundia sanguis vehementissime & maximo cum impetu ad exterritum habitum corporis moveatur , accidit , ut sub paroxysmo infletur facies , oculi fiant feroceſ & rubicundi , in partibus fentia tur tremor , & respiratio sit adauata , pulsus existat vehementior & mens penitus extra statum suum dejiciatur . Scite hinc immoderatam iram dixit Ennius , infanæ initium , quidam e sapientibus , breuem infaniam . Cato senior iratum ab infano non alia re distare ajebat , quam tempore . Color , vox , oculi , spiritus , impotentia dictorum atque factorum , quam habent sanitatis partem ? Ut scias , inquit Seneca , non esse sanos , quos ira possidet , ipsum intuere habitum . Flagrant emicant que oculi , multus ore in toto rubor est , labia quatuvntur , dentes comprimuntur , surgunt capilli , stridet spiritus , gemitus mutitusque & parum explanatis vocibus sermo præruptus & comploſa ſepius manus & pedibus pulsata humus ſœda visu , & horrenda facies depravantium ſe atque in tumescientium .

XIII. Quoniam vero sanguis non semper eadem celeritate , præſertim , ſi vifcoſus & tenax fit , aut tubuli corporis angusti , quibus in arterias adactos pergere & revelhi potest per venas , hinc ſepius in tubulofa partium ſolidarum vel viſcerum ſubſtantia ſubſiftit , & inflammations pericolofiffimas efficit . Et hæc eſt ratio , quare , qui ira corripiuntur veheſentiore , experiantur non raro pleuritem , peripneumoniam , inflammationem

hepatiſ , item ventriculi & intestinorum , quod in hernioſis maxime accidit . Eryſi pelas ſubſequi iram præcipue in cacochoyticis & ſcorbuticis corporibus obſiſque , reſ familiariffima eſt .

XIV. Quod ſanguis veheſentius in ira moveatur , patet ex obſ. 18 cent. 1. Hild. ubi arteria vulnerata , poſtea probe ſanta , rupta iterum fuit ab ira . Conſtat etiam experimento práctico , iram maximam habere facultatem in conſuetis , & diſpoſitiſ enorimes ſanguinis excretiones ſive per nares , ſive per venas ani , in fecminis per uterum excitandi . Et hæc quoque eſt ratio , quare in ſenibus & plethoriciſ veheſens ira apoplexiā non raro producat . Eſt enim apoplexiā præſertim gravis , brevi interficiens , ut plurimum ſanguinea , quæ a ruptione arteriolarum in capite & inde conſequente extravafatione ſanguinis circulationem & influxum ſpirituū præpedientis proficiſcitur . Ante omnia autem vulneratis , & quidem in capite laſis ira eſt fugienda , utpote mox graves inflammationes partem affectam adoriuntur . Juvenis apud Hildanum cent. 1. obſ. 17. cui caput vulneratum & cranium fractum erat , ex ſola ira in febris , & phrenesin incidunt , & moritur . Cranio aperto , inventæ fuerunt cerebri membranæ inflammatæ , venæque & arteriæ ſanguine congruato turgentes . Quid idem affectus ulcerum consolidatiōni multum noceat , vid. ejusd. auctoris obſ. 75. cent. 5. Eſt peculiare iracundorum ſympotoma , quod in latere dextro ſub ſcrobiculo cordis ſentiant dolorem quendam conſtrictivum , in ore autem amaritiem . Imitum ſuum haec pathemata ducent a motu bilis ejusque effuſione in intellina impetuofiori , dam doctus biliarii nervoſis ac muſculoſis tunicis conſtantibus ab influxu ſpirituū animalium citationi nimium compressi ingentem quantitatē bilis exonerant , & infundunt duodenū , unde etiam dependet inclinatio ad vomitum & diarrhoeā ; hinc Hild. cent. 7. obſ. 18. annotavit , alvum ſubduſtam fuille ab ira , ac ſi pharmacum аſſumptum fuerit .

XV. Notabile eſt , quod Galenus lib. 2. de ſymp. ſcribit . Ira nunquam quenquam

eſſe

esse mortuum, gaudio autem non paucos. In gaudio enim intenso spiritus dissipantur, & cor virtute motrice destitutum syncope[n] efficit. Id quod tamen non universaliter de omnibus individualis, sed de mobilioribus animis & corporibus saltem intelligentem esse, suadet ratio. In ira autem quoniam non dissolvitur spiritum robur, sed potius augetur, ut iratorum pulsus indicat, hinc nemo hac ratione dereum interit, sed potius testatur experientia, & Hippocratis auctoritas confirmat, pituitosis & paralyticis s[er]pius iram prodesse, quoniam inde eorum debilis calor augetur. *Clauderus observatione 196. decur. 11. ann. 5.* scribit: Iram quod attinet, tum alios, tum me ipsum praxis docuit, personis in senio constitutis haec mediante balsamum vitalem quodammodo reviviscere, & in actum deduci, cum ita mucosa phlegmatis visciditas illum quasi suffocans ventiletur, & calor innatus senilis sit æquiparandus lapidi pyriti scintillas igneas non nisi ferro fortiter percussus spargenti & communicanti. Dicta autem lucidescens moderata & lenior nec frequens esse debet, alias flammulam lucis innatæ semimortuam subito extingueret. Ad iram autem spectant etiam odium, inimicitia, contentio, certamen, ut non in simili gradu effectus producant.

XVI. Alia autem plane est ratio terroris, metus, formidinis, pavoris; nam hi affectus ex opinione mali praesentis oriuntur, unde, dum anima judicat, dampnum ab externo objecto illatum in corpori, spiritus & sanguis retrahitur & quasi occultatur, unde motum a circumfere[n]tia ad centrum, sive ab externis partibus ad interiora suscitant predicti affectus. Conspicitur hinc in terrore affectis in externo corporis habitu constrictio quædam spasmodica, ob quam rationem evenit, ut externæ corporis partes pallescant, detumescent, venis plane nullis vel minimis apparentibus. Et cum sanguis sic cum imperu ruat ad cor & pulmones, excitat ibi mole sua premente anxietatem intensam, spirandi angustiam, pulsus debilitatem & frequentiam. Et

quoniam ab onere hoc sese expedire vult natura, spiritus non raro maximo impletu in cordis musculos influunt, & convulsuum motum cordis sive palpitationem, quæ fere individuum est signum terrore affectorum, producit. Terrorem cor virtutem sua spoliare, horroremque febri similem inducere, effatum est *Mæbii in institut. lib. 7.* Nam in febris principio pari ratione partes extremæ constringuntur, ut sanguis non libere possit in illas influere, sed potius retrogrado motu ad cor pellatur, ubi subsistens anxieties efficit intolerandas. Terror autem validus s[er]pius mortis subitanæ causa est, unde hac ratione plures interiisse dudum notavit *Galenus lib. 2. de causis sympt. cap. 5.* Et *Plinius lib. 7. hist. nat. cap. 36. Barthol. hist. 76. cent. 4.* Plura exempla collegit etiam *Valerius Maximus.* Ratio autem est facilis, quoniam sanguis sic circa cor & pulmones accumulatus, natura existente debili, coagulationem sanguinis ibi lethalem facile excitat.

XVII. Considerabimus jam brevibus illa mala, quæ a terrore, & timore proficiuntur. Primo autem experientia quotidiana clarum est, nihil magis provocare epilepsiam in dispositis, imo ejus primam causam esse, quam terorem. Familiarissimum est, infantes latentes adhuc, quando segunt lac matris, terrore affectæ, incurrire in malum epilepticum. Quoniam enim in hoc affectu sanguinis liberior circulatio impeditur, hiac ab extremis partibus ad interiora cor, & cerebrum propellitur, ubi deinde subsistens & acrimoniam concipiens totum genus nervosum convellere, & convulsivos universales motus excitat facillime potest. Porro nihil magis aptum est ad excitandum in gravidis abortum, quam inopinatus terror. Sanguis enim copiosus & fortiter expressus in gravidis, quæ sape sunt plethorico-cacochymicæ, a cortice corporis ad uterum efficit ibi vasorum distensionem, tandemque ruptiōnem & hæmorrhagiam intensissimam, cui tertio, ut plurimum, die succedere solet abortus. Similiter observationis

est frequentis, mammas in puerperis & gravidis singulariter affici ab hoc affectu. In puerperis & lactantibus lactis coagulationem, quæ interdum in ulcerâ cacothica transit, non raro parit, item tumores mammarum muliebrium benigni a metu & tristitia in deteriorius mutari & in carcinoma verti, exemplis aliquot vidi- mos. Quod ex terrore paralysis, apoplexia, hemiplexia, gravis obstructio mensium, hæmoptysis, vomitus produc- cantur, in soro medico pratico no- tissimum est, non aliam ob ratio- nem, quam quod sanguine depulso ad interna, circulatio sanguinis & hu- morum fiat inæqualis, dum in una parte humorum impetus augetur & crescit, in altera autem decrescit, & imminui- tur.

XVIII. Notabile hoc est, quod a ter- rore facile exulcentur labia, manifesto indicio subsistentis in circulo suo sanguinis, & stasi hac acrimoniam concipi- entis. Tales leves inflammationes visun- tur etiam in gravidarum mammis ab ip- so terrore dependentes. Præterea unicum adhuc referendum est, quod nempe post terrorem vel inertum gravem flatus, & borborygmi inquietare soleant homi- nes, qui sapienter cum alvi fluxu, quod bonum est, vel cum ejus obstruc- tione, abdominis distensione se exerunt, & inde accidit, ut terror hypochondria- cis, & hystericeis familiaria symptomata mirifice adaugeat.

XIX. Hoc autem quotidiane est ex- perientia, nihil magis morbis contagio- sis viam pandere, & miasmati aditum præbere, quam gravem terrorem. De- inde etiam certissimum est, terrorem morbis acutis continuis præcedentem sa- vissima inferre symptomata, & sapienter totam faciem & ingenium morbi, ut medicus etiam peritissimus, nisi certus sit de causa hac præcedenti, in proguosi præfertim fallatur. Malignam enim morbo afficit naturam, dum anxieties præcordiorum, maximas extre- morum refrigerationes, animi deliquia, pulsus debilitatem, convulsiones, dolores ventris, cardialgiæ crudellem effi-

cit. Deinceps etiam dici vix potest, quan- tum terror noceat in ipsis morbis acutis, præfertim si die critico accedat, ordinem enim naturæ morbi omniaque immutat, & evacuationes criticas supprimendo, exanthemata retropellendo ægrum sa- pius morti & internecioni dat. Similis quoque effectus est continuus metus & formido de morte apud ægrotos, revera enim sic remediorum efficacia eluditur & infringitur, ut exsuperare morbum nequeant. Unde semper, qui animo sunt constanti libero & affectibus vacuo, citius convalescant, quam qui affectibus sunt detentæ & occupati. Eosdem effectus in corpore nostro, quamvis gradu dif- ferentes, habent timor, metus, des- peratio, exanimatio, pusillanimitas, tri- stitia, & notabile hoc est, quod terror gravis incussus reddat homines meticulo- los, pusillanimes. Sicuti autem in ter- rore cum maximo impetu revocatur san- guis introrsus, ita in dictis affectibus pa- latim impetuque remissiore id ipsum ac- cedit.

XX. Restat jam, ut etiam aliquid dicamus de amore immoderato vel potius insano. Plurimi certe ab eo non tam animo quam corpore laborarunt, qua de re videri meretur *Divus Gregorius lib. 4. moralium cap. 30. & lib. 3. dialog. c. 24.* Indicat id *Amnon*, qui ex amore *Thamar* ægrotasse traditur *libro 2. Regum 13.* Et *Seleuci* filius, cuius erga novercam *Stra- tonicen* amorem callide ex pulsa depre- hendit *Erasistratus* ingeniosissimus seculi sui medicus. Vid. *Valer. Maximum & Plutarch.* Effusus enim & immoderatus talis amor, si objectum amans præfens est, efficit gaudium impetuorum, unde spiritus & robur corporis dissolvun- tur. Quando autem amans amabile ob- jectum non obtinere potest, tristitia si- mul afficit ac macero, qui non potest non ex antea dictis causis turbando san- guinis circulum & crasin morbos induce- res præsentes. Et notum est experien- tia, ex amore tali perverso, nimio & immoderato corpori & animo non tan- tum mollitatem quandam conciliari, sed languores etiam, lipothymias, debilita- tes,

res, cruditates, arthritides, vigilias perpetuas excitari, ut subtimidi, pallidi, lividi hujusmodi homines omni vegeto colore destituti conspiciantur. Taceamus, quod inordinato tali amore data occasione lues venerea tam famosa, qua partes corporis in putredinem fecidissimam solvuntur, exoritur. Hæc sunt ornamenta, illæ dores, q.ibus satellites suos, & milites, voluptas exornat, quod tamen præ amoris insania parum reformidant, aut nihil potius faciunt.

XXI. Postquam itaque passiones corpori nocentissimas brevi persecuti fuimus, operæ pretium esse duco, de imaginatione, quatenus nocet sanitati nostræ, pauca facere verba. Imaginatio est impressio firmissima in ipsum cerebrum idæ a certo quodam objecto vel ejus actione productæ. Quantam vim atque efficaciam talis impressio pro diversitate idearum, & individuorum in corpus possideat, & quomodo actiones naturales, medicamentorum effectus moderetur, variet, augeat & minuat, experientia comprobat quotidiana luculentissime. Evidem spiritus animales animæ imperio subjecti sunt in actionibus sic dictis voluntariis & animalibus, interim tamen conspicuum sit, ab imaginatione etiam varie determinari actiones naturales. Confirmant id infinitis exemplis nævi materni fœtui impressi, quomodo nempe sola formidolosa apprehensio rei alicujus cupitæ & illius in instanti denegata sufficiens sit ad imprimendum id in corpore embryonis, quod mater appetiit, & quidem eo in loco, ubi fortuito manum corpori suo tum mater apposuit. A sola impressione & imaginacione firma presentis mali contagiosi varolas, dysenteriam, imo ipsam pestem excitari posse observationes attentæ in praxi abunde comprobant. Unde Helmont. p. 189. in tumulo pestis scribit: *asolo terrore hominem sibi fabricare posse morbum & mortem.* Sæpe enim fidem experientia fert, quod quis terrore solo pestem absensem sibi atque suis paraverit. Unde communis parœmia, terorem pejorem esse

peste. Ex sola enim imaginatione, terrore pestem ortam fuisse testator Diemer. in Tr. de peste p. 859. De morbis, quæ ex imaginatione nascuntur, legi meretur Pechlinus lib. 3. obs. 16. Quod solus appetitus variolarum provocare eundem morbum possit, quotidiana est experientia, qua de re consuli potest Pechlin. obs. 23. lib. 3. ubi scribit: *Virginem novi pluribus animi dotibus nobilitatam, quæ, cum numero de grassantibus in vicina domo variolis accepisset, velut salmine ista in ipsum illum morbum idealiter sibi representatum incidit, tributumque morti solvit.* Qua de re etiam legi meretur obs. 29. decur. 2. anni 4. miscellan. nat. curios. Nihil certe tam periculosem ac triste est, quam grassantibus morbis male sibi metuere, nam metu isto ac tristitia spiritus confunduntur, sanguinis crasis & motus invertitur, unde non tantum meticulosi facilius morbo corripiuntur, sed etiam, ubi correpti sunt, facile moriuntur.

XXII. Præterea est magna etiam vis imaginationis, quam anima exerit, in moderandis, augendis & minuendis medicaminum effectibus. Elegans observatio Pechlini est l. 3. obs. 13. ubi inquit: *In purgantium effectibus id in primis observavi, nisi conscientia voluntate propincentur, vel nullos esse, aut eo converti, quo fixa cogitatio aut utentis præsumptio eos inclinaret; atque ea ratione in contrarium quoque medicamentorum actiones effectum ab imaginatione ad illum determinari, quem quisque sibi animo certo atque obstinato fingit.* Medicus etiam magni nominis mica panis in pilulas redacta in hominibus credulis, ducente hic phantasia, alvum provocavit. Quod purgatio statim sequatur viso purgante vel odore percepto. Auctor est Barthol. cent. 5. hist. 66. Notabile est, inquit, Pechlinus loco cit. consuetudinem desiderandi sive alvum excernendi ventrem disponere posse, ut certis de die horis respondent, quatenus nempe spiritus sueti instuere certa hora, nisi alia interveniant, eundem servant modum. Plurati qui desiderat legere de viribus imagi-

nationis, evolvere potest *Ficenum*.

XXIII. Ex effectibus imaginationis dependent etiam curæ sic dictæ sympatheticæ, item effectus amuletorum. Nota sunt nobis exempla, ubi ex firmiori phantasia, & fiducia certa & efficacia amuleti curatæ fuerunt febres intermitentes, pathemata epileptica, dolores periodice recurrentes, cum tamen amuleta fuerint facta ex vulgaribus rebus, in quibus nec ulla efficacia deprehenditur, vel unquam talis observata fuit. Eveniunt autem hæc non in omnibus, sed præcipue in illis, qui texturæ sensibilioris & activioris, imaginationis vividissimæ, & qui aliis animi passionibus facile obnoxii sunt.

XXIV. Quid phantasia & contemplatio fixa verum insuetarum efficiat, notum identidem est practicis. Referimus hoc rationem, quare literati sepiuscule alvum obstructam habeant, & ob excrementorum suppressionem facile incurvant in malum hypochondriacum. Quando enim spiritus abstrahuntur & impendunt cogitationibus, non possunt legitime munere suo fungi in secretionibus & excretionibus. Videamus enim saepe illos in eo cogitationum æstu, ut nec videant quicquam, nec audiант, nec tangant. Quando enim spiritus a sensoriis intro vocantur, ne sciunt quid foras accidat, nihil sentiunt, imo dolorem non percipiunt. Curiosum est, sola impressione & insuetæ rei firmitori contemplatione singultum & vomitum in certis personis aliquoties sublatum fuisse. Ex quibus dictis patet, quam necessarium sit, ut in assumptione remediorum sive purgantium sive alterantium libero simus animo, neque vel profundis studiis vel tristibus cogitationibus indulgeamus, alias effectus plane nullus vel alii subsequentur.

XXV. Cum igitur hactenus breviter, sufficienter tamen, ut puto, discusserimus tantam pathematum animi in corpore evertendo potentiam, tantamque esse vim, ut mortem repentinam vel gravissimos morbos aut incommoda afferre queant, inde tanto minus a me-

dico negligi debent, sed potius in eo totus esse omniq[ue] studio in id incumbere debet, ut animum agrotantis ejusque consuetudinem, inclinationes & vires expiscetur, cum animus sanitatis corporis præcipua sit causa, & sanissimum etiam sanguinem invertere & deturbare possit. At vero non tantum noxas illatas remediis debit[is] auferat, verum etiam moralibus præceptis animum in ordinem redigat. Ita optimum est consilium, iracundiam lenitate, mansuetudine ac comitate demulcere, & docere, quomodo metus & formido animi firmitate & constantia abigenda, præfertim, quando ex philosophia, & rationis lumine homines convincimus, quod omne illud, quo tristantur, quod timent, non sit revera malum, sed tantum sua persuasione. Quod si enim rite distinguere ac discernere novimus bonum & malum a vero & apparente, possumus illorum affectus & perturbationes profligare.

XXVI. Postremo etiam de remediis ex medico fonte desumptis quedam adiicere necessarium est, eum maxime in fine, ut symptoma & pathemata illa, quæ prello pede subsequi solent in ordinatos & nocentissimos dictos affectus, gravissima, &, nisi in tempore succurramus, saepius mortifera, præceavamus & avertamus. Consultum itaque est, post nimium & efferatum gaedium spiritus quodammodo colligere & concentrare. Cui fini inservire potest mixtura ex aqua liliorum convallium, malissæ, florum tilie, papaveris rhœados, florum aurantiorum, additis guttulis aliquot essentiæ anodynæ & pro dosi pulveris cordialis Dörnerellii vel Marchionis epileptici, quæ mixtura syrupo acetositatis citri vel berberum acidulari & aliquot viciis, prout occasio fert, repeti potest. Sic etiam Mixtura simplex spiritus nitri dulcis, salis dulcis, usq[ue]pari hoc in affectu comode potest. Post inam, quæ saepius graviter convellit affectus, & periculosa accersit symptomata, probatissimum pulverem commendo hunc: Recip. Nitri purissimi, lapidum cancerorum, rhabarba-

*ri. Alexandr. una drach. j. M. F. P. Di-
vidatur in 3. doses. Hic pulvis temperat,
& detergit sordes biliosas, illasque blan-
de ex primis viis educit. Notandum hic,
omnia illa, quæ amuream biliosam vo-
latilem temperant & mitigant, uti emul-
siones ex seminibus & frigidis, papaveris al-
bi concinnatae, necnon pulveres cordiales,
decoctum cornu cervi, scorzonerae, spiri-
tus nitri dulcis esse probatissima. Contra
cane pejus, & angue fugienda sunt omnia
spirituosa, sudorifera, salia volatilia o-
leosa, & quæcumque massam sanguinis in
motum conjicere solent, quippe post ho-
rum usum arthritides, convulsiones, cor-
dis palpitationes observatae fuerunt. In
plethoraicis etiam Venæ sectionem, quæ
autem minime larga sit, non parum et-
iam auxiliū attrahere compertum est.
Deinceps post terorem magnum & subita-
neum incussum valde necesarium est,
manum auxiliatricem medicam porrige-
re. Utilissimum autem tunc temporis*

est, analeptica spirituosa cum antiepile-
pticis & antipsmodicis miscere & proprie-
tate, unde mixtura sequens expertissimæ
virtutis est. *R. Aquæ liliorum convallium
spirituosa, melisse, florum tilie, ceraso-
rum nigrorum ana unc. j. balsami vite
drach. j. pulveris Marchionis drach sz. sy-
rupi paonie unc. sz. spiritus cornu cervi
succin. guttas decem. Externe etiam spi-
ritus salis armoniaci vinosus, balsamus
vita apoplecticus & aqua spirituosa maxi-
mi sunt usus. In nimia tristitia & cura
salia volatilia oleosa, ambrata, lenitora
laxantia, infusum veronicae, & quæcumque
humores crassos diluunt, blandam
que sanguinis spiritucentiam inducunt,
præsentissima sunt. In genere illud mere-
tur notari, post gravem animi passionem
abstinendum esse ad tempus ab omni cibo
solido, potu, & alvum ac urinam quam
celerrime reddendam, & corpori quietem
concedendam.*

DE MAGNO VENÆ SECTIONIS AD VITAM SANAM ET LONGAM

R E M E D I O .

P R A E F A M E N .

*S*I unquam breviter, solide tamen & ae-
curate universæ medice artis natura
tradita fuit, certe id ab antiquissimo &
probatissimo Medico Hippocrate prestitum
fuisse arbitror, qui libro de flatibus docet:
Medicinam nihil aliud esse quam addi-
tionem & subtractionem eorum, quæ ex-
superant, eorum vero, quæ deficiunt,
additionem. Qui vero istud optime facit,
is optimus medicus existimandus est, qui-
que plurimum abest ab eo præstando, is
plurimum in arte medica deficere cense-
tur. Profecto hac fere mechanica definitio-
ne gravissimus auctor universæ nostræ artis
indolem ac solidum fundamentum comple-

*xus est. Ecquis enim est, qui liberum fun-
ctionum corporis nostri exercitium, quo sa-
nitatis natura continetur, in sola moderati-
one motuum, & humorum debita propor-
tione ac temperie versari ignoret? ut pote
nihil vita ac sanitatis negotio tam inti-
cum, & iam adversum est, quam eorum,
qua vitam dispensant, excessus aut
defectus: qua de causa omnis generis mor-
bisque causa humorum & motuum ex-
cessum aut defectum respiciunt. Et qui-
cumque morbum vult tollere, is nihil al-
liud agere debet, quam ut motus & ma-
terias deficientes vel superabundantes in
nature amicam temperiem ac moderationem
reducat. Huc quoque omnis generis &
quæ alma mater naturæ largiter no-*

bis concessit, remedia spectant, quæ vel evacuandis, vel restituendis humoribus, aut nimiis motibus compescendis, vel tardis promovendis unice dicata esse animadver-
timus. Ex quibus omnibus clarissime apparet, magnum nostrum Hippocratem u-
niversæ artis presertim præxeos medicæ fundamento nobis doctissime tradidisse, que si quis paulo diligentius & perquisitus at-
tendat, is optimus certe effato Hippocratis medicus censetur: habet enim hic nor-
man ac regulam, qua scit, quid agen-
dum, quid omittendum sit. Quum vero excedens & superfluus sanguis ex consensu etiam solerissimorum medicorum, ipsaque teste experientia maxime omnium adfigat, & morbos passionibus producendis admodum idoneus sit, hinc facile appetat, prin-
cipem meritolorum inter ea, quæ exsuper-
rans detrahunt. Vena sectionem sibi ven-
dicare: quia sanguis, quo naturæ, si mo-
deratus fuerit, amicior est, eo, si super-
abundet, nocentior existit. Quapropter magna semper laus & gloria divino. Vena
sectionis remedio constituit. Competit enim
ratio, & experientia confirmavit, omnibus
aliis auxiliis tam operationis celexitate, &
securitate, quam tolerantiæ facilitate hanc
esse superiorē: hinc nullo sermone in mor-
bo a veteribus & Hippocrate est intermis-
sus ejus quoque utilitatem preter. Veterum
testimonia longus & quotidianus usus com-
probat, si modo is temeritate medicorum
vel casu non pervertatur. Verum enim vero
nostrī neutiquam instituti hoc loco erit, Ve-
nae sectionis incomparabilem in sanandis
morbis vim & efficaciam uberioris & per
omnia capita exponere, sed in eo maxime
nostra defixa erit meditatio, ut princeps,
& principium ad sanam & longam vitam
obtinendam efficacissimum esse remedium
non sine fructu demonstremus. Id vero la-
boris in nos suscepimus præcipue ob eam
causam, quia cum dolore non semel, sed
plurimes observavimus, non modo Senes,
vegetos, sed & florentes aetate ac viribus.
Juvenes & viros ex solo Vene sectionis ne-
glectu inexpectata morte celeriter fuisse ex-
tinctos. Summum vero Nūmen conatibus
nostris gratiam suam ex alto addat, quo
zenebris penitus depulsi, clarissimam veri-

tatis lucem in præxi medica, quod val-
dissime optandum est, magis magisque in-
tueamur.

S. I.

Dicitur itaque de Venæ sectione, eam
que cœnsecutum, & summum ad prospe-
ram ac longam vitam impetrandum au-
xilium adseriri, necessarium omnino
arbitramur præmonere, neutquam no-
bis in præsenti esse propositum, ut solam
sanguinis detractionem protrahendæ vitæ
sufficientem asserere velimus, vel quod
sine Venæ sectione nemo prospera ac se-
cunda valetudine frui, aut ad vitam lon-
gam spem sibi possit facere. Neque enim
ullum tam absolutæ efficacij in universa
rerum natura remedium, quo de quis cer-
tum sibi, nedum tam effectum possit
polliceri: sed omnia, quæ in auxilium
prompta sunt, remedia limitatis viribus
determinantur, & natura corporis egro-
tantis potissimum innituntur. Præterea
novimus, qui sine Venæ sectione per lon-
gam etatem firma gavili sunt valetudine.
Novimus quoque, qui cum Venæ sectione
præmaturo fato defuncti sunt. Quia pro-
pter hoc loco non est nostra intentio, ut
asseveremus sanguinis vacuationem om-
nibus promiscue individuis quadrare, vel
ad longam vitam necessario perducere;
sed hic est noster scopus, hæc mens no-
stra, ut adfirmemus tantam hujus auxilii
esse præstantiam, tantam virtutem, ut
plures, quibus propter sanguinis redun-
dantiam & gravis morbis, & subite mor-
tis periculum immineat, quod non in-
crebro evenit, ab impendentibus hisce ma-
lis tueri ac defendere possit.

S. II. Prius vero quam in hujus rei
explicationem paulo altius descendamus,
non sine fructu fore arbitror, si eorum,
qui vel in totum velex parte hoc remedii
genus contemnunt, rationes ac argumen-
ta examini subjiciamus. Quamvis vero
neque ullum unquam auxilium rando me-
dicorum consensu ab incunabulis fere
scientiæ medice per tot secula ubivis fere-
terraum, & per tam constantem expe-
rientialam, approbatum fuerit, præter-
quam

quam ipsa sanguinis per sectionem venæ emissio; nihil minus esse & fuisse semper, quod satis demirari nequeo, qui ferre divinum hoc auxilium ex toto damna-re, imo infamare, vel tamen parcissime eo utendum esse, contenderunt, vix ac ne vix comprehendendum est. Quod unicūm certe documentū esse potest luculentō, quanta imperitia non dicam ignoran-tia inter gentem medicorum adhuc ver-setur; quā res quo certior, eo magis de-ploranda videtur. Atque non tanta res tenere debet admiratio, quare olim Era-sistratus, & ante seculūm forsitan Helmon-tius, & qui ejus salivam lingebat Thom-sonius, hoc remedium contemtui habue-runt, quandoquidem Erasistrati tempore spissis tenebris adhuc rerum physicarum, & medicarum cognitio erat involuta, Helmontio vero viro alijs nobili, & per ignem Philosopho, qui nunquam artem agitavit, hic error de facili videtur con-donandus. Quod vero ex eo tempore, quo magnum illud mundi inventum, sa-guinis intelligo circuitum, orbi innotuit, & hinc corporis humani œconomia paulo subtiliori solertia excoli cœpit, ac uni-versa medicina ex tenebris in sereniorē lūcem asserta fuit, adhuc ex medicorum cohorte dentur, qui velex toto Venæ sec-tionem repudient, vel nimis timide ac trepide cum hoc agant, illud merito vi-tuperandum videtur. Possemus certe hoc loco, si velimus ire in exempla, & nisi veritas odium, molestiam ac periculum giganteret, multos casus recensere, ubi plures ceterum sani ac ætate florentes ex sola Venæ sectione tam curando quam præ-servando omissa in gravissimos & lethales morbos inciderunt, qui certissime potuissent maturæ Venæ sectionis auxilio ser-vari; sed hæc lubenter jam prætermittimus: potius hoc loco non alienum esse existi-mamus, ut patrocinium venæ sectionis agam, & argumenta in contrarium, qua fieri potest brevitate ac perspicuitate dis-cutiam. Mittimus vero Erasistratoꝝ, quos olim jam suo tempore Galenus libro de V. S. aduersus Erasistratum non sine felicitate refutavit, sed rationum momenta, quibus nonnulli ex recentioribus uti so-

lent, intuebimur. Præcipuum vero, quod proponunt, est: Sanguinem non modo vita esse thesaurum, sed & ipsius animæ vehiculum & instrumentum, & sanguine amissio non modo vires, sed & vitam a-mitti. Cum vero omnis thesaurus non sit minuendus, sed potius servandus & repa-randus, hinc male cum ijs agi afferunt, qui vitalem liuorem tam improvide pro-fundunt. Insuper confugiunt ad experien-tiam, qua ostendunt plures a detractione sanguinis ita fuisse debilitatos, ut ægerri-me pristinam valetudinem fuerint ase-quuti. Porro quoque dicunt, complures firma & æquabili valetudine frui, & longa vita gaudere, qui totam ætatem nullam sanguinis immunitiōnem passi sunt. Illud vero primum & præcipuum illorum vide-tur argumentum, quod nullam plethoram seu boni sanguinis redundantiā noxiā esse contendant, siue forsitan superfluu-s, & pravus vasis inhæreat, felicius eum abstinentia, motu, & tutoribꝫ remedis absenti posse asseverent.

§. III. Operæ itaque pretium erit, ut hæc dubia, quæ primo intuitu videntur speciosa, paulo accuratius discutiamus. Primo vero non ibimus inficias, sa-guinem pretiosum & desideratissimum, quo vita & anima ad suas operationes utitur, esse liuorem, quo penitus amissio & vita exspiret, & anima corpus suum defe-rat, necesse est: quo nomine utique optimus vita est thesaurus. Concedimus quoque immoderata in ejus profusionem ad-modum debilitare, corporisque robur im-minore. At vero sanguis eit thesaurus vita, & animæ sustentaculum, dum nempe libero & æquabili lumine vitalem suum in orbem motum per corporis par-tes absolvit. Nunquam enim sanguis in se spectatus ratione mixtionis suæ præ-siat vitam, vel animam cum corpore jun-git, sed tum demum, quando in orbem agitur, & placido motu per corporis fer-tur tubulos; unde etiam talis motus recte dicitur vitalis, siue est, qui commen-cium corporis cum anima statuminat; si-mul ac vero optimus alias liquor in parte quadam subsistit, & progressivo motu e-xiutor, protinus amplam non modo mor-

bis & morborum causis, sed & morti occasionem subministrat. Quod vero nimium exsuperans sanguis vitalem circum turbet, nostrum est inferius ostendere.

§. IV. Remoto vero hoc dubio ad aliud deproperamus; naturam nempe nihil facere frustra declamant, utpote quæ tanta sapientia instruxta sit, ut non majori, quam par est, copia vitalem hunc liquorem progeneret. At huic assertioni optima veritatis parent experientia solenniter contradicit. Cui usui enim est ingens illa pinguedinis moles, qua subinde corpus humanum obruit, annon potius plus exitii quam salutis corpori adfert? Sique nihil noxii vel supervacanei aut deficiens quoddam natura proferat, unde sit, quod unum corpus præ altero debilis, & non modo ad morbos, sed & ad mortem promptius existat? Unde porro evenit, quod natura tam parata ac prompta sit in morborum variis causis fabricandis? Quo magis apparet, corpus nostrum ita esse dispositum, ut tam facile noxia quam utilia producat.

§. V. Accedimus jam ad eam rationem, quod videlicet experientia comprobet, amissio sanguine mire debilitari corporis robur: sed admodum etiam lubrico & invalido fundamento hæc innititur. Quid enim notius, quam quod ex corporibus pleni habitus per vulnera sæpe sæpius incredibilis sanguinis copia sine noxa profundatur? In hujus rei illustrationem occurrit elegans apud Joh. Heurnium in Com. lib. I. Aph. 3. dum scribit: Illustriss. Aurantia Princeps Wilhelmus Nassovius Antwerpia latrone læsus sclopeto in collo, ita ut jugularis magna illa vena maximam sanguinis funderet copiam per plurimos dies, cum quotidie plures sanguinis libras emitteret, fluxione tandem colcothare prohibita salvis viribus evasit. Quid porro familiarius in præsencia accidentit? quam quod foeminae ex abortu ac in puerperio immensam subinde sanguinis quantitatem collectis mox viribus effundant. Neque adeo crebrior per venam sectam sanguinis detracatio viribus infensa est, ut tert vulgi opinio. Legimus apud

Sculptum in observat II. Virginem septingenties per vitam Venæ sectionem passam fuisse sine omni sanitatis periculo. Neque Gallorum hodie medicorum morem ignotum esse existimaverim, qui acuta febre detentos decem sepe repetitis venæ sectionibus citra detrimentum singulare exercent. Sanguis enim est, qui ex boni succi alimentis, salvo saltum ac integro manente appetitu, facilius reparatur, præsertim in iis, quibus laxæ fibræ sunt, & spongiosa carne gaudent; quandoquidem in his ob lentiores cursum temperatior fit calor, qui potius servat sanguinem, quam ut ipsum consumat. Deinceps non constantis est experientia unicum virium fomentum esse sanguinem. Vidimus potius a Venæ sectione oppressas in plethoricis vires protinus erectas. Equidem negandum non est, quin se penumero Venæ sectio male a medicis imperitis instituta corpora viribus exuat, ipsaque mirum debiliter, sed tamen remediorum abusus non tollere debet verum eorum usum, nec sinister quandoque superveniens eventus ejus legitimum usum excludit: nam vix prodest, quod non lede re possit idem.

§. VI. Urgent præterea ii, qui minus sanguinis vacuationibus favent, quod plures sine Venæ sectionibus longam & sanam egerint vitam. At hi per pauci numero sunt, neque vero omnibus alma natura tam valens ac robustum a nativitate corpus concessit, cuius robur humorem alienum & excedentem facile vincere possit: pauci etiam sunt, qui motu, labore, commodoque ac attemperato viatu bonam, quam a parentibus nacti sunt, naturam secundant. Hisce discussis deveniendum jam ad ultimum, quod tamen primo loco esset ponendum. Communis nempe est sententia, quæ etiam in Gallia teste Jouberto adhuc viget, primam Venæ sectionem a morte liberare posse, quare nonnulli hoc remedii genus eum avernum cum mortis differunt. Ad hæc vero dicimus, si sanguinis missio hominem ab impidente morte vindicat, certe non aliter hoc præstat, quam sanguinem exsuperantem, a quo morbus subnatus fuit.

&

& qui multum periculi minatur, subtrahendo. An non vero consultius est matuра Venæ sectione morbum, & illud, quod subest mali, depellere, quam periculo se manifesto exponere, quia hoc non raro labente bene agendi occasione & tempore hominem perimit.

§. VII. Dilutis itaque eis, quæ in contrarium possent moveri, dubuis, se quitur jam, ut firmioribus ratiociniis Venæ sectionis tam necessitatem, quam utilitatem ad tutam & prosperam valetudinem diu servandam statuminemus. Præcipuum vero ad firmandam nostram sententiam ex ipsa natura corporis nostri argumentum desumemus. Tam provide enim, & tam sapienter a benigno conditore constructa machina nostra, & tam insignibus viribus dotata est, ut non modo sponte ab eo, quod vitæ est alienum se liberare, & feliciter tueri possit: verum etiam, ut sola saepius optima morborum sine medici opera sit medicatrix. Jam vero cum nihil æque sit valetudini infensum, quam superabundans sanguis, eo quod vitalem in orbem motum sufflaminet, hinc nihil prius, & antiquius prudens habet natura, quam ut sanguinem superfluum convenienti motu, debito quoque tempore ac loco felicissime eliminet: id vero non modo in sequiori sexu magno cum alleviamento singulis praeflat mensibus, verum etiam in puerilitate vel adolescentia exsuperantem sanguinem per narcs, in adultioribus per sedis venas statim subinde periodis non sine singulari commodo, evacuat. Et quanduncque solennis & saluberirima hæc sanguinis excretio vel ob languorem ex astate vel ex longo morbo provenientem, vel ob alias causas ex gr. præpostoram curationem supprimitur, vel penitus cessat, protinus ingens malorum agmen corpus adfligit. Fiant enim ex conluctis narium hæmorrhagiis deficientibus graves cephalalgiae, ophthalmiae, vertigines, in adultioribus apoplexiæ, aut sensuum depravationes. Mensium vero inordinata vel deficiens fluxio quanta mala non con-

citat? sequuntur inde spasmodicæ internarum partium tractiones, cachexia, lentæ febres, miræ flatulentia, ac digestionis vitia. Ex hæmorrhoidum vero impedita vel cessante vacuatione gravissima quoque mala, ut sunt hydrops, infanæ, nephritides, spalni primarum viarum, flatulentia, asthma, cachexia, apoplexiæ subnescuntur. Monstrat certe medico sapientissima natura, quid ipsi sit agendum: nam com medicus languida naturæ minister & adjutor, vel valentis spectator esse debeat, hinc naturæ methodum optimam addiscere, & cum attentione imitari debet. Videlicet ubi deficit, eam adjuvare, id est arte sanguinem exantare superfluum, qui tantas molestias creat, enitatur; quo remedio tam ad depellendos, quam etiam ad sanandos prædictos affectus nihil est efficacius.

§. VIII. Ex his itaque clarissime perspicimus, Venæ sectionem maximum fundamentum in ipsa natura habere, cuius ars tantummodo est imitatrix. Solvit autem Venæ sectio plethoram, quæ secunda morborum est procreatrix. At cum ex recentioribus nonnulli dentur, qui plethoram existere pernent, hinc non alienum esse judico eorum etiam rationes paulo perquisitus intueri. Dicunt, sanguinem bonus minus abundare posse, talis vero ipsis est, qui gelatinosus temperatus, & floridus appetet. Verum enim vero ipse sanguis dupli modo consideratus bonus dici potest, vel ratione mixtionis suæ, vel relatione facta ad motum, qualis demum recte hunc titulum meretur. Nam etsi optimus, & gelatinosus in vasis continetur, minus autem recte & æqualiter per corporis partes circumferatur, tamen ad vitam, & sanitatem tuendam is plane inidoneus est: quandoquidem si tardiori nimis motu provolvitur, facile in vasis præfertim minimis subsistit, & si viscidiores ejus partes secedentes coalescant, atque emunctoriorum vias occludunt, hac ratione magna, & noxia sit viscerum offen-

offensio. Cum vero optimus & tempera-
rissimus, qui gelatinosa rubicunda sub-
stantia cognoscitur, maxime omnium fa-
cile redundet, pater, nullum æque hoc
ipso ad morbos generandos esse aptiorem.
Frequenti enim constat experimento,
sanguinem ex plethoricorum vel etiam
sanguineorum venis extractum, ut plu-
rimum mixtione gelatinosum, tempera-
tum, coccineo & eleganti colore tinctum
esse. Ubi itaque talis sanguis animadver-
titur, ex eo reple sagaciores medicorum
judicant, multum sanguinis in ejusmodi
corporibus generari, missioneque ejus
esse utilissimam: contingit id ipsum ma-
xime in foeminae, & quæ spongiose habitu
gaudent, laute vivunt, & mentis ac cor-
poris motibus vacant; ibi enim tempera-
tior calor mitifice sanguinis ex gelatino-
sa substantia chyli proventui velificatur.
Etenim quo intensior corporis fervor ac
æstus est, eo major liquoris hujus vitalis
sit consumptio. Siquidem celerrima æthe-
ris agitatione, qua caloris natura conti-
netur, nexus ac unio partium sanguinis
texturam constituentium facile dissolvi-
tur, ut ex nobili & temperato alimento
inutile excrementitium sulphureum li-
quamen emergat. Qua de causa vehe-
mentior corporis motus ac labor neque
minus febrilis æstus pingue, & sanguine
superans corpus celeriter extenuat.

§. IX. Ex dictis itaque clarissime pa-
tet, non modo habitum corporis plenum
ac coloratum, sed & sanguinem optimum
periculi imminentis esse plenum, quia ubi
bonus sanguis gignitur, ibi ejus quam fa-
cili sit abundantia, quæ in pejus omnia
successive præcipitat; qua de re perite
non minus ac scite noster Hippocr. lib. 2.
Aph. 3. prodidit: Athletarum evexia,
qua ad summum distensionis evasit, peri-
culosa, unde talem evexiam sine cuncta-
tione solvere oportet: hinc dicebat Celsus.
Si plenior quis, speciosior & coloratior se
ipso factus videatur, suspecta sua bona
habere debet, quia inquit Hernitus, A ni-
mia sanguinis ubertate calidum, nativum
extinguitur, & præcipiti lapsu homines
rapiuntur, & interceptis carotidum viis,
parva apoplexia fit. Quemadmodum ve-

ro redundans sanguis tam infensus naturæ
ac inimicus sit, nostrum jam est expone-
re. Videlicet laudabilis ex bono chylo in
vasis supra modum collectus sanguis vigo-
ri ac elateri, quo cordis musculi & arte-
riarum tunicae instructæ sunt, nimium
resistens, cursum ac circulum sanguinis
redit difficultorem, unde sanguis ob de-
biliorem cursum spissescit, crassus evadit,
ad obstructiones & stagnationes gigan-
tas paratisimus. Rationem vero hujus-
rei ex mechanicis eruere non magnæ erit
difficultatis: nobilissima enim motus
scientia est, qua nos docet, ex propor-
tione & relatione virium moventis & re-
sistentis motus effectum profluere, adeo,
ut quo major potentia sit virium in impel-
lente, & minor in resistente, eo celerior
motus; sicut contra quo major mobilis
resistentia est, eo plus virium moven-
ti detrahitur, & tardior fit impulsus. Ita-
que sicut major molis quantitas majorem
gignit resistentiam, ita major quantitas
sanguinis activitati & pulsu cordis atque
arteriarum elateri plusquam minor resi-
stit, consequenter sanguis copiosus minus
expedito circulo per corporis partes cir-
cumfertur. Perquam curiosum illud a-
natomicum experimentum est, ubi ex
flatu immisso in venam cavam vel ductum
thoracicum canis viventis, cordis motus
mox sistitur, subsequente inde morte.
Cujus phænomeni nulla alia subest ratio,
quam quod dextra cordis auricula, cuius
fibrorum structura valde tenera est, a
flatu nimium distenta, non amplius con-
tractioni sufficiat; unde cordis motus etiam
conquiescat necesse est. Neque dubi-
tamus, quin ex nimia sanguinis redun-
dantia, si præfertim hic excedente calore
aeris vel spirituoso liquore interius expandi-
tatur, cordis auriculæ eodem modo pos-
sint distendi, ut fibræ supra modum ex-
tentæ ad propulsandam sanguinis congesti
molem, & ad circulum continuandum hanc
plane inidoneæ, unde hypothymizæ vi-
riumque oppressiones plethoricis perquam
sunt familiares.

§. X. Quis itaque medicorum tam
cordis ingenii & hebetis mentis est, qui
non perspiciat, venæ sectionem in tam
noxia.

noxia sanguinis nimii congestione sumum esse praesidium, eo quod superfluum sanguinem subtrahendo protinus convenientem proportionem inter cordis arteriarumque musculos & inter vim sanguinis resistentis restitut, circulum sanguinis rursum aequalem & liberum, a quo sanitatis & vitae ratio pendet, reddendo. Quod etiam experientia confirmatum habemus, dum oppressæ nimio sanguine vires unica venæ sectione, augentur, pulsu citationi calore & perspiratione redditæ intensiori.

§. XI. Quamvis vero hæc, quæ adduximus, ita sint comparata, ut quemvis etiam possent convincere, nihil minus dantur, qui hæc subvertere enixe laborant, dicendo sanguinis excessum longe tertiæ via, vid. abstinentia, inedia, viæ tenui, motu corporis intensiori, infusis calidis, quam periculosa venæ sectione consumi ac castigari posse. Verum non imus inficias, illud fieri posse, sed quis est nostris temporibus ita comparatus, ut a consueta sua indole, vel nimia edendi cupiditate facile deflecat, & rigida hæc præcepta sequatur? Et ut ut hæc cuncta essent possibilia, tamen, ubi præsens impendit a sanguinis ubertate præfertim in passionibus acutis periculum, hæc commemorata remedia, quia tardissime agunt, plane non sufficiunt. Manet itaque, & manebit perpetuo venæ sectioni sua laus & gloria.

§. XII. Confirmata sic firmioribus rationiis venæ sectionis necessitate, proximum jam est, ut paulo specialius, quibus in morbis avertendis, quo tempore, & qua ratione sectio venarum sit instituenda, proponamus. Primo vero dicimus: omnibus, qui succi pleni sunt, vasa sanguine repleta habent, bene appetunt, laute vivunt, & vita secura ac otiosa fruuntur, neque sanguinis solenem & ordinariam quandam vacuationem habent, deflationem ejus adpellendas, quæ presso certe sequi debent pede, ægritudines longe esse utilissimam. Perraro enim accidit, ut homines ita comparati periculum evadant, quod feliciter venæ sectione bis vel ter anno instituta

potest propulsari. Nunc vero devenimos ad eos morbos, quibus dimovendis venarum incisio idoneum est remedium. Videlicet numero robustissimos, qui secura videbantur frui valetudine, præter omnium spem repente procidere, omnique motu ac tensu privatos extingui. Neque novum est, multos in lecto, quem sani firmique consenderunt, emortuos reperiri. Novimus, & ante oculos pluribus nobis versantur exempla, ubi tales fones stos eventus prediximus. Nuper admodum in hac urbe tres floridæ & sanae visæ foeminae subito fato ceciderunt. Quod si vero solertia studio tam subita mortis causas explorare animus est, tunc demortuorum corpora aperiendo, plerumque has duplicitis generis esse observamus. Vel enim ruptio vasorum intra cerebrum, aut in thoracis vel abdominis cavitate, quod tamen minus frequenter fit, vultur; vel polyposa in cordis thalamis concretio, magna vena ram occludens orificia causa deprehenditur. Incurrunt vero apoplexis periculum maxime ii, quibus copiosius intra venas sanguis fertur, maxime si senectuti fuerint propiores; facilis verum malum gignitur, si post largos imbrebus aquilonaris tempestas & saevientis boreæ flatus repente sequatur. Qui sanguinis missionem, quam alioqui salubriter adhibuerunt, temere negligunt, facile quoque eadem corripiuntur, id quod & iis evenit, quibus sanguinis per nares vel ani venas prosluvium, vel sponte constitit, vel supplexum est; hinc etiam mulieres lochiis non rite fluentibus, hoc acerbo malo adfectas vidimus. In præservatione hujus funesti & feralis mali, si quid aliud certe venæ sectione in pede plurimum sibi vendicat, quæ ubi circa æquinoctialis tempora instituitur, secundam præstat valetudinem.

Quod ad polypi originem attinet, patient identidem huic quam maxime ii, qui sanguine abundant, & habitu prædicti sunt spongiosi, insuper obesi, qui multum comedunt, sed parum bibunt, vitam augunt sedentariam, ac spiritum vini copiosius ingurgitant; sit exinde sanguis viscidus ac crassus, qui minus expedito itinere corpus

corpus percurrit, unde viscidiōres & glutinose ejus partes columnis cordis facile adhærent in febrillas paulatim coalescentes. Quo minus vero promptum est tale concretum veluti mortis fomentum ulla medicina dissolvere, eo facilius ac paratiū est, hujus genesis præcavere, quo nomine præter abstinentiam, & motum corporis validiorem, necnon liberaliorem aquæ calidæ potum, venæ sectio omnibus præferenda videtur. Nacto enim liberiori spatio longe expeditius sanguis per cordis thalamos ac tubulos venosos movetur, unde concretio, quæ quietis & motus retardati fiboles est, minus potest continere.

§. XIII. Deinceps heroicum nostrum remedium in gravibus acutis passionibus præfertum, ubi inflammationis metus subest, præcipuum fert punctum, idque non modo in curando, sed maxime omnium in præservando præstat. Et videlicet solertiōribus Præticorum haud incognitum, quantum periculi in febribus sub initio, & statu præfertim immoderata sanguinis profusio habeat, cui symptomati sanguinei sic dicti & plethorici in tales incidentes morbos plerumque obnoxii sunt: quantum itaque auxiliū a venæ sectione tam ad præservationem, quam ad sanationem, si mature inter initia morbi adhibeat, exspectandum sit, quisque qui mediocri tantum judicio pollet facile dijudicabit. Pleuritides, peripneumoniae, anginæ, nephritides, & id genus aliae inflammations vel principaliter affligunt, vel secundario superveniunt aliis morbis ob sanguinem copiosiorem spissioremque factum, qualis e vena missus plerumque appetet. Quid vero hilce gravibus vitiis plus præcavendis & propulsandis sanguinis decenti detractione convenientius sit euquidem non video?

§. XIV. Abortus præfertim grandiore foetu grave malum est, ipsoque partu longe periculosius, eo quod secundina retenta vasorum orificia adaperta maneant, & sic lethales ut plurimum fiant hæmorrhagiae. Invadont tales abortiones præcipue sanguine redundantes, si gravi terrore percelluntur. Præcavet vero dira

hæc mala omnium optime phlebotomia in tempore instituta, quæ in quibusdam confidentius repeti potest. Animadvertisimus enim quibusdam fœminis abortum esse frequentissimum, adeo, ut repetitis vicibus recurrat, a cuius mali amolitione aliis non neglectis nihil aptius est venæ sectione, quæ pro ratione circumstantiarum non semel vel bis, sed singulis mensibus, sicuti tales observationes nobis nota sunt, debet continuari. Quoniam vero ordinario abortus circa tempus mensium consuetum solet invadere, opportunum utique tunc est, circa hoc, si res postulat, sanguinem demere. Ceterum plethoræ solutio gravidis administrata sanas reddit puerperas, vividos gignit infantes, & multorum malorum materiam præscindit. Ordinario enim gravidæ sunt plethorice, & inde fiunt cacochymicae multis impuritatibus in vasis collectis, quæ matre & infanti malo sunt, siquidem in puerperio purpuræ tam rubræ, quam albæ, neque minus partium internarum inflammationi somitem præbent. Solent quoque prægnantibus adhuc alia incommoda succrescere: scilicet pedum, & abdominis tumores edematosi, ferinae tulses, vomitiones, dorsi dolores, odontalgiae, languores, que cuncta sanguinis immunitio non omisso clementium laxantium usu egregie præoccupat. Dein ab impuro gravidarum sanguine infantes frequentem sibi contrahunt labem. Fiunt non modo inde infirmi, sed & si natura valet, variis exanthematibus, ut sunt tinea capitis, aphthæ, erysipelata, variolæ, morbilli, crusta lactea, valde exercentur. Qui itaque ab omnibus hisce vitiis immunes eos reddere percupit, sanguinem ad justam mensuram reducat, neesse est. Quam gravia symptomata suppressa lochia cauentur, quotidianis exemplis edocemur, sequitur plerumque periculosa admodum inflammatoria febris complures perimens. Vidimus non semel cum fructu inter initia sectionem venæ in puerperio, ubi lochia cohibita fuerint, adhibitam vitiis alias difficillimis mitioribus inde redditis, vel iisdem plane averruncatis.

§. XV. Accedimus jam ad chronicas easque contumaces passiones, quibus amo- liendis vix par habet sanguinis copiosioris diminutio. Non incognitum est iis, qui in artis operibus frequenter versantur, quod vere & autumno maxime circa æquinoctia graves morbi oboriantur, & resuscitantur, in quo numero sunt hæmoptyses, arthritides, asthmaticæ per toris oppressiones, insanæ melancholicæ, hemicrania, febres & acutæ & intermitentes, colicæ convulsivæ, hemiplexiæ, quæ saepe anniversariae & statas temporum periodos observant, hisce generosa & alioqui probata præsidia frustra sæpe opponuntur: venæ sectione vero circa æquinoctia celebrata, non neglectis iis, quæ primam regionem ab impuris fordinibus liberant, omne punctum sanationis conficitur.

§. XVI. Arthritis malum est, quod omnis ætatis, & sexus homines vario tempore, & diversis in artibus exerceat. Et quamvis eos, qui vel natura languidiores fuerint, vel præpostero vivendi genere debilitatem membris contraxerint, potissimum invadat, attamen a sanguine plurimo, qualis sit evacuationes solennes cohibitas, maxima parte fovetur. Sanguinei enim & spongioso habitu prædicti plerumque sunt arthritici, quibus si per hæmorrhoides aut alia loca superfluous sanguis fertur, ab hoc malo evadunt ferme immunes. Quicunque itaque a sevis hisce doloribus suum corpus tueri percupit, is nihil prius habere debet, quam ut temperata diæta nimium sanguinis proventum impedit; deinde omni studio ea removeat, quæ viribus ullo modo convellendis idonea sunt. At solenni & spontanea sanguinis cessante vacuatione vel intermisso in iis, quibus humorum aderat plenitudo, venæ sectione, si magna malum incidit, tunc plus materia sanguinis detractione, quam ulla alia medicina efficitur.

§. XVII. Mensum profluviū, a qua curisque etiam causa suppressum fuerit præfertim ob imbecillem & languorem naturam, quæ circa 50. annum

plerumque accidit, innumerabilibus fæminarum corpora malis objicit; hæc solers medicus nunquam non matura venæ sectione præcavere potest; hac enim graves diaphragmatis spalsti, cardialgiæ syncopticæ, cordis palpitaciones mox conquiescent, neque tutius præsidium est multa mala ab illis, quibus propter alias causas, & malam digestam deficiunt, avertendi ipso nobilissimo nostro sanguinis mittendi remedio.

§. XVIII. Dolor calculi est unus ex atrocissimis, sed si originem ejus spectemus vix alia est, quam quod lente nimis procedens plus justo abundans, & spissus sanguis in renalibus vasculis stagnet, eorumque elaterem ac tonum insinuat, unde urinæ difficilis fit secreatio, hinc tartarus secedens paulatim concrecit & inimicum hunc hospitem ingenerat. Videmus itaque plethoricos vitæque sedentariæ addictos, & quibus hæmorrhoides vel menses non amplius feruntur, potissimum diro hoc malo exerceri. Atque hæc est ratio, quare fluentes hæmorrhoides magno sint nephriticis remedio: ubi vero illas non provocare licet, vicariam operam ipsa venæ sectio in pede præstat. Et notavimus plures a calculo, quem dolor circa lumbos prænunciabat, hoc modo immunes reditos.

§. XIX. Cachexia, & qui hanc insequitur scorbutus atque hydrops ex sanguinis & seri redundantia, factaque viscerum inde obstructione citra omnem contradictionem suam originem nascitur. His difficultioribus vitiis maxime ii patent, qui fibras natura laxas exiliaque vala habent, atque ex vixu crasso, duro, item intemperantia, nimio otio vala humoribus aggravarunt. Arduum vero ac difficile est, has graves affectiones visceribus non amplius integris eradicare; neque tamen, si recens malum fuerit, omnis sanationis spes est amittenda, quam in sanguinis matura detractione, motu ac labore, usque aquarum mineralium præcipue ponendam esse arbitramur.

§. XX. Ex longis & periculi plenis vi-
tis non ultimum est phthisis, quæ mul-
tos in juventute perimit opprimitque .
At vero ab hac vena sectione corpora
defendi posse , paradoxon multis vide-
bitur , sed tamen experientia id esse
consentaneum , pluribus exemplis con-
firmatum habemus , ubi nempe juvenes
sanguine pleni ex variis causis macilen-
ti facti , spiritus angustia , tussi siccata ,
dolore circa pectus gravativo , calore
intensiori diu correpti in extremo phthisi-
eos periculo versantes , admissa phle-
botomia , & usurpati aquis minerali-
bus cum lacte caprino mixtis , nec non
pediluvii & nitroso - absorbentibus rur-
sus obesi , & robusti præter omnium
expectationem facti fuerunt , pristinis
incommidis penitus sublatis . Neque
porro incognitum est , eos , qui hæmo-
ptysi patent , quam facile fieri phthisi-
cos , sanguine ex alis partibus ob
spasmodicas interiorum stricturnas ad pul-
mones cum magno impetu congesto ,
qui postea vasorum orificia disrumpens
floridus tussi ejicitur . Jam vero nil fa-
miliarius est , quam quod hæmoptysin
male tractatam pulmonum exulceratio
subsequatur . Quum vero proinde in-
stituta venæ sectio aliaque sanguinis a
pulmone motum divertentia commodis-
sime hæmoptysin præcaveant , hinc quo-
que phthiseos periculum depelli hac ratio-
ne poste certum est .

§. XXI. Ultimum est , ut venæ se-
ctionem in senibus longam vitam pro-
ducendi esse præsentissimum artis subsi-
dium confirmemus . Communis & pessi-
ma opinio increbuit , quæ non modo
vulgum , sed medicos etiam occupavit ,
senectuti sanguinis detractionem esse i-
nimicam , eo quod senibus , qui ordi-
nario invalidi ac infirmi sunt , non con-
veniat illud , quod virium pabulum ac
alimentum est , subsfurari . Quoniam ve-
ro supra jam hanc rationem destruxi-
mus , hinc supervacaneum ducimus hæc
ipsa fallacio repetere ; quin potius ex-
perientia solidoque ratiocinio nisi adfir-
mamus , venæ sectionem senibus , qui-
bus adpetitus adhuc integer ac salvus

est , & quorum vasa turgent , ad lon-
gam vitam & ad seniles ægitudines a-
moliendas esse convenientissimam . Er-
ror enim est , sanguinis missionem se-
nectuti vires subtrahere : possem hoc lo-
co complura exempla proponere , ubi
septuagenarii itmo octuagenarii per ali-
quot annos singulis fere mensibus ve-
nam aperiri passi sunt sine ulla virium
diminutione . Certoque scimus plures
eam ætatem , ad quam pervenerunt , non
attigisse , nisi ex consilio medici singu-
lis annis minimum bis venæ sectionem
admisissent . Dein nulla regio est ubi
tam liberaliter hoc auxili genüs admittit
præterquam in ipsa Helvetia . Ne-
mo fere est , qui non bis minimum singu-
lis annis venæ sectionem ibi sibi cu-
rat administrari , virque in ulla regio-
ne , quam in hac tam longævi homi-
nes reperiunt . In universum plurimi
senum sunt plethorici , inque primis it ,
qui robustiori natura & vegeto adhuc
appetitu gaudent , quibus sanguinis co-
pia præsertim ex boni succi alimentis
absuntis intermissione exercitio in va-
sis colligitur plus quam expedit : accu-
mulus itaque nimium in visceribus
subsistit , illaque infarcit , obstruit , un-
de ad cachexiam , & marasmum via
parator paratissima . Oblentiorem quo-
que humorum cursum , & perspiratum
segniorem perfaciles seri contingunt se-
cessiones , unde catarri , tusses , raucedi-
nes , paralyses , pruritus , stranguriz ,
dysuriæ senibus perquam familiares pro-
pullulant . Si quando vero gravi animi
motu vel acri frigore accedente redundans
sanguis ex partibus inferioribus ad
caput & pulmones nimium urgeatur ,
apoplexiæ & subitanæ mortes , catar-
ri suffocativi celerrime suboruntur . His
itaque de causis senibus sanguine
plenis nunquam V . Sectionem inutilem
judicamus , adeo ut potius eam ad lon-
gam vitam imperrandam expeditissimam
esse asseveremus , modo simul ea , quæ
vires frangunt , & huic ætati sunt aliena-
removeantur .

§. XXII. Ex hisce jam quæ proposui-
mus clarissime intelligi posse existimave-
rim ,

rim, quam generosum & magnæ utilitatis venæ sectio sit remedium & adversus gravissimos morbos præservatorium; item quanta ignorantia ac imperitia illi medicorum laborent, qui hoc in conservationem generis humani a Deo concessum auxiliu in despiciatui habent, & tam improvide pluribus in casibus omissunt & negligunt. Evidem lubentissime largimur, quæ omnium remediorum etiam optimorum est natura, dari ejus abusum, si nempe sine judicio, sine providentia admittitur. Ea propter placet hoc loco breviter tamen strictimque, ubi minus ea locum inveniat vel parca manu concedenda sit, nostram sententiam exponere. Dantur corpora valde pinguia repleta, venis exiguis, laxisque fibris prædicta, ubi humorum utique tardior cursus eorum suadet detractionem: at vero paulo hic opus esse circumspectione, non sine ratione monemus. Nulla enim corpora acopiosa sanguinis missione tam celerem animi patiuntur defectionem, quam præpingua, quare oportet potius alia via in his exsuperantes succos removere. Juvat in hunc finem scarificatione, & clementi laxante succos minuere. Fallinius sapenumero in eo, quod magnam sanguinis redundatiam in iis, qui pingues & robusti sunt, & coloratiorem faciem habent, parvam vero adesse portionem in macilentioribus judicemus: cum tamen potius hi longe turgentiora habeant vas, ampliores canales, magnum cor, (quod ex Observationibus nostris vasorum amplitudini correspondere solet) obtineant pinguisibus, quorum cor ordinario est exiguum, vaseaque admodum exigua. Quare confidentius macilentioribus sanguinis major copia, quam pinguisibus extrahenda est. Secundo loco, circa sanguinis emittendi quantitatem monendum ducesimus; quod nimia sanguinis copia, si fuerit detracta non sufficiens satis, ad partes inflammatione affectas perveniat, quo sit ut humor eccentricus de sede sua non dimoveatur, sed corrump-

ptionem & sphacelum parti affectae minitetur. Nam sicuti inflammationibus sanandis nimia sanguinis quantitas nocet, ita etiam exigua ejus portio est in adversa. Ex quo patet, quanta prudenter & judicio opus sit, ut medicus hæc diligenter discernat. Rectissime monet Celsus lib. 2. cap. 10. in sanguine mittendo vim corporis melius ex venis, quam ex ipsa specie estimari; & porro ibidem ait: si materia vel deest vel integra est, istud alienum est. At si vel copia sui male habet, vel corrupta est, nullo modo melius succurritur. Et vehemens febris, ubi rubet corpus, plenaque vene tument, sanguinis detractionem requirit: item viscerum morbi, nervorumque resolutio & rigor & distentio, quicquid denique fauces difficultate spiratus strangulat, quicquid intolerabilis dolor est & quacunque de causa ruptus aliquid intus atque collisum est: item malus corporis habitus, omnesque acuti morbi, qui modo non infirmitate sed onere nocent.

S. XXIII. Neque facile suadenda est V. S. ubi ex longo morbo ex inedia, ex diurno animi mœrore macerata ac infirma facta fuerint corpora, vel ubi appetitus plane extinctus est, aut digestio ciborum male se habet, primæque viæ vitiosorum humorum colluvient. Nam tali calu sanguinis multum emittere, est plurimum virium subtrahere, siquidem iis, qui cibis dinablinuerunt, & animus laborat, sanguis sponte imminuit, neque opus tunc est, ulterius eum subfurari. Præterea quoque illud animadvertere oportet, quod per largiorem venæ sectionem ventriculus utplurimum debilitetur. Nam quemadmodum partes sanguine repletæ, ut viscera, longe faciliter sanguinis detractionem ferunt: ita membranæ, quas veteres frigidas dixerunt, minus commode eam tolerant. Eapropter non sine ratione omnibus, qui sanguinis imminutionem passi sunt, suadendum est, ut ad tempus cibos tales removeant, qui implent, incitant, & cruditates parant atque dis-

facilioris sunt concoctionis. Deinceps, quia sanguinis largior detractio perspirationem quodammodo remoratur subtiliteribus paulisper subcutaneis canaliculis, optimum tum est consilium omnistudio curaque ea, quæ liberum transpiratum impediunt, fugere, ut est frigidus aeris & ventorum borealium admisso, nec non acidorum & refrigerantium usus, item intemperantia in viatu & potu. Et enim compertum habemus multiplici experientia, complures statim post venæ sectionem frigido humidoque aere expositos in catarrhos & febres sic dictas catarrales tussisque chronicas incidisse. Neque etiam post adstringentium acidorum aut opiatorum usum vena facile debet secari, quia illa sanguinis motum & exstum retardant, qua de re elegans exeat observatio in *Dissertatione Wedelii de venæ sectione rite administranda: Observavimus*, inquit, *in hamptyco*, cui, cum per aliquot dies sumfisser opiate & adstringentia, sanguis, aperta licet vena, fluere penitus renuit.

§. XXIV. Ultimo loco circa venæ sectionis proficuum usum & illud adjicendum videtur, quod hæc ipsa nec unquam facile locum inveniat alvo obstructa. Juvat potius eam prius clementi laxativo,

ut est decoctum manna adjecta salis Anglicani portione, solvere, & postea serendie ad sanguinis extractionem se accingere. Cavendum vero nunquam non est a validioribus catharticis, ceu universam humorum massam exagitantibus, ne in corporibus plethoræ obnoxiosis ante venæ sectionem exhibeantur, exinde enim facile præter inæqualem sanguinis ad cerebrum propulsionem paralyses & apoplexies vel periculosa inflammationes suscitantur, commodius vero est, si malum purgantia desiderat, hæc venæ sectioni subordinare. Deterior vero res est, eodem die & venæ sectionem, & vomitoria, & purgantia in usum adcumulare, quod non potest non cum notabili virium decremento contingere. Coronidis loco addimus, quod utique ad sanam & longam vitam tuendam, & a corpore variis generis vitia abigenda omnino non satis sit sanguinem lemel vel bis de anno emittere, sed aliis adhuc utique opus esse auxiliis tam ex elementorum & alimentorum, quam medicamentorum classe petendis, quæ cum venæ sectionis usum secundent, tum vires ac robur corporis, quo vita & sanitas potissimum sustentatur, firment atque conservent.

DE MILITUM VALETUDINE TUENDA IN CASTRIS.

I.

DE militum valetudine in castris tuerda nunc acturis, verborum definitione parum opus videtur, quem omnibus notum sit, quid sit miles, quid castra denotent, quid rectam valetudinem dicamus. Enim vero juvabit rem non tam definire, quam secundum attributa & circumstantias, ad praesens negotium præcipue pertinentes, describere, ut lectori in memoriam revocemus,

quid in recto judicio ferendo maxime attendi debeat. Est autem miles persona honesta, quæ sacramento, quod Principi suo dixit, obstricta est belli laboribus & ærumnis, quories id jubetur, etiam cum vita manifestissimo periculo, fortiter subeundis: tantum abest, ut suæ spontis sit, atque vel commode vivere, vel se subtrahere possit tempefatum variis injuriis, aliquique causis, quibus valetudini labes affricari, aut corporis integritas detrimentum capere possit. Non
har

habet plerumque cibi & potus delectum, sed obviis, & pro temporis ac loci circumstantiis parabilibus, visitare debet: aliquando affluit & abundat victus optimus, est vero saepius, quando parce vivere, aut famem sitimque sustinere cogitur. Tempora cibi certa, eduliorum adsueta ordo, lauitiarum creber usus, adeo non conveniunt cum vita militari, ut omnium primo his desuescere debeat, qui vel tricinium artis hujus ponere aggreditur. Jam somno meridiano stata hora indulgere, aut certa noctis hora lectum bene stratum & mollem intrare, beneque clauso & munito eonclavi requiescere & vires reficere, donec stata hora evigilare & labores repeteret jubeat, adeo non est militare, ut nihil minus possit. Vigilandum est, dum alii dormiunt, & dormiendum, quando licet & vacat. Laborum & quietis nulla certa designataque habent tempora. Non licet, quod suæ spontis homines magni faciunt, statis excretionibus sudoris, ut maturinis a somno, vacare, non ejus causa sanguinem infusis calidis excitare, certisque horis illud, quo se carere non posse aliqui existimant, evacuationis genus adstringere. Nec tempora sanguini mittendo certis lunæ phasibus adstringere valent. Animi affectuum noxas, præser-tim ab ita excandescente, omnium minime licet evitare: præsertim illis, quibus gregarii militis dirigendi & in ordine continendi munus incumbit: quin ipsis illis, qui ordinem præcipuum obtinent, certisque præfunt, multa quotidie occurrent, quæ animum commoveant indignatione: ne dicam de irrequia cura & cogitatione, qua hostium consilia rimari, ab insidiis ipsorum sibi cavere, totiosque belli successum e longinquò prospicere debent.

§. II.

Castræ non intelligimus illo sensu, quo saepè arcæ & habitationes nobilium eodem nomine afficiuntur: sed stativa militum a ducibus & imperatoribus assignanda, quibus vel integer exercitus subficit, & commodissimum aliquid agendi tempus expectat, aut hostium conatibus se se opponit: vel certæ cohortes ex mandato imperatoris consistunt, ut transitum

hosti prohibeant, aut in propinquo siunt, si hoc vel illo loco in subsidium vocari debent. Sub dio aut tentoriis ibi degitur, male a frigore aut intenso calore munitis. Et quamquam libero perflatu ventorum satis, & aliquando plus satis, frui licet: fieri tamen nequit, quin in tanta hominum & animalium multitudine aer effluviis variis impleatur, fordesque accumulentur: præsertim ubi venti silent, & siccus calor diu continuat, ipseque positus locorum ventos aerem purgaturos excludit & prohibet, aut a paludosis humidis locis ad castra compellitur noxiarum exhalationum copia. Sunt quidem aliqui etiam præsidio urbium & castellarum impositi, qui vindentur his in aprici gramine campi recumbentibus feliciores: sed quum obsidione cinguntur, sat multum sustinent incommodorum; ne dicam ipsa istiusmodi castella & propugnacula raro optimis & saluberrimis locis esse structa, sed plerumque in eo spectari solere reliquias rationes, ad securitatem potius & expugnandi difficultatem, quam ad salubritatem, adeo accurate exactas.

§. III.

Valetudo est vocabulum a nicipitis significationis, nos autem rectam intelligere, qua tuenda sit, facile intelligitur. Sed labacentem fulcire, lapsam erigere, depravatam corrigere, vitioque depulso integrum restituere, officio medici castrensis non minus contineri, & ut, quantum in ipso est, hic sedulo invigilet, omnemque operam & studium ad hoc præstandum conferat, obligatum eum esse agnosco & profiteor. Atque utinam liceat priori, quod ob dignitatem titulo inscripsimus, obtento, supercedere ceteris officiis partibus. Quum vero fieri vix possit, ut in exercitu, aliquot hominum milia includente, tam recte ad votum omnia comparata sint, ut non pluribus morborum causæ inhærent, & valetudinem labefactent: dissipendum utique erit de causis istis, unde morbi primam originem frequenter habere soleant, ut his cognitis & averisis, aut, si averti omnino non possint, mature recte que correctis, exortientes morbi in herba, quod ajunt, supprimantur, & fugiēs sanitas revocetur.

Ff

3

§. IV.

§. IV.

Eundum itaque nobis erit per sex illas rerum in schola medica non naturalium nomine appellatarum classes, ut videamus, quantum, & quale a singulis immineat recta valetudini periculum: hocque cognito statim subjungamus, quid facere ad illud avertendum recta cum ratione oporteat. Aeris, quem non eligere militi licet, sed quemcunque circum se hærentem perferrre oportet, qualitates excessivæ corpori nocent, ut si excessive sit frigidus, calidus, humidus, aut siccus. Frigus excessivus, fortiori fibrarum & vasorum strictura & compresione, humorum motum ab ambitu corporis magis ad interiora urget & convertit, & aequaliter atque per vasa minima exteriora liberum sanguinis & humorum circuitum impediendo, graves & periculosos, in partibus præsertim debilioribus, infarctus, vasorum repletiones, & morbos feras semper stases ac stagnationes efficit. Quod si nimis diu preferendum sit rigidissimum gelu, humores omnino congelantur, parsque sit tanquam emortua, quæ nisi recte studiosissime tractetur, saepè omnino emoritur, & a parte fana abscedit. Potentissime corpora ferit vehementissime perfrigeratus: sic ut tota die his maxime horis cavendum sit. Eudem effectum facit boreas, adversus instans, & per noctem aut noctis partem tolerandus. Noxarum militibus illatarum a frigore gravissimarum exempla dant XENOPHON de exped. Cyri libr. IV. & HENR. MONDIUS oper. med. phys. cor. p. 23. qui ultimus commemorat in Scotia factum fuisse, expeditione quadam hyeme instituta, ut plerisque militum pedes & manus adeo gelu contraherentur, ut multi ægre incedere valerent, quidam non omnino, nec arma tractare.

§. V.

Præter manus ac pedes, pinnæ narium & auriculæ maxime expolite sunt injurias, ab intenso frigore suscipiendis: de quibus præter alios videndus est AMBR.

PARAEUS libr. XI. cap. 2. qui sphaceli a congelatione tam in his quam aliis partibus orti, pessimam indolem exemplis ostendit. Et sane plurimum nocet illis, qui humorum copia repleti sunt, eorumque impuritate cachectica, vel cacocheimica laborant, aut spasmodicis morbis obnoxii sunt, vel nuper a gravi morbo convaluerunt: concitat autem cephalagias, vertigines, affectus soporosos, apoplexiā, paralysin, auditus vitia, oculorum obsfuscationes, lippitudinem, rufes, pleuritides, asthma humidum & longe plura mala.

§. VI.

Adversus tam graves noxas munitum militem reddunt vestes: multum tamen ipsum etiam juvat, si corpus moveat cursu, aut cita deambulatione, manuumque concussione. SCHNEEBERGE-RUS de sanit. milit. conservand. p. 6. de Walachis scribit, quod cum in regione frigidissima habitent, & propemodum nudi, levissimis vestibus induiti incedant, motum sive cursum, & manuum concussionem, vice recti, vestium, lectori sibi esse didicerint. Juvat interdum manus rigere incipientes nive defricare, deinde crebrius movere. Si ad ædes perveniant, caveant probe calefactum locum illico intrare, aut ad fornacem vel focum properare. Rigenter partem nive aut aqua frigida foveant, deambulent potius quam quiescant, & ante quam ad interna compulsi detentique humores ad externas partes remeaverint, spiritum vini aut alium valde spirituosum potum assumere caveant: quoniam facile coagulantur intus coacervati humores. Tuius bibitur cerevisia, postque hanc haustam, si iter continuandum sit, spirituosus portus, moderate tamen & ipte sumendus. Etiam illud ad monendum esse puto, nemiles, si forte ad frigidum locum pervenerit, ubi pernoctandum sit, in conclavi, quod nec fornacem nec caminum habet, carbones ligneos, qualibus fabri utuntur, succendat. Quo gravius frigus eo certior noxa, majusque vita periculum imminet, quod suo exemplo omnem posteritatem docet Romanorum Imperator

tor Jovianus, qui vita exitum hoc modo invenit in pacata regione, quum ab hoste victorias retulisset. Vide EUTROPIUM lib. X. conf. nostr. medic. System. tom. II.

§. VII.

Atque haec de frigore sicco dieta sufficiant. Frigus humidum non minus, immo magis etiam, corpori nocet, humores quidem atque inspissans, tonum autem fibrarum infuper relaxando, universum humorum cursum retardat, transpirationem imminuit, sive copiam impuritatum succis adjicit. Tanto autem peior est humiditas, si a locis paludosis adspirans flatus nebulas ac nimbus afficit: unde vernali atque autumnali tempore plurimi populariter grassantes morbi exriuntur. Oportet itaque illo tempore, quo talis est aeris constitutio, potissimum id agere, ut transpiratio conservetur, atque hoc fine adhibere vinum, spiritum vini juniperatum, medicamenta spirituosa, allium, baccas juniperi, &c., quod fere parabilissimum est, sulphur ejusque flores, quibus diapnoen conservari, & promoveri experientia docuit. Si robjuniperi vel sambuci manus sit, nec ipsa sine fructu adsumentur.

§. VIII.

Omne frigus vehementius nocet homini jejuno, quam qui cibo potuque refectus est. Vehementer igitur optandum esset, ut tali tempestate miles non prodire deberet, nisi juscule vel infuso aliquo calidius assomto. Votum nostrum id est & consilium in diss. de morbis praecavend. §. 31. ubi suadeo, si nihil aliud ad manus sit, libra aqua ferventis uni addere baccharum juniperi leviter tostorum xx. aut xxx. & frumentum tosti panis, & post unam vel alteram ebullitionem calidissime hoc sorbillare, ut alia infusa solemus. Hoc praemissio nec facile nocebit hauitus aliquis: spirituosus: sive bene fluxiles humores cutis constrictos poros aperient; & tam per hos, quam per alia emunctoria, dissipabitur, quicquid impunitatum in corpore alias erat remanendum.

§. IX.

Sed non minus, quam a frigore, laedi calore nos posse, certum est: certe molestiarum inde militibus in castris degentibus plurimum enasci solet. Aer nimio calore fervens, vid. med. System. tom. I. homines corporis immodeice attenuat, ac raro facit, dumque pororum hiatus latiores reddit, inconspicuas diffinationes nimis auget. Sic vero sanguinis particule subtiliores, quae optimae sunt, plus justificantur, gelatinosa vero resolvuntur & dissipantur, unde corpus debilitati necesse est. Quamquam, si recte rem ponderamus, plerique nocte, quae sub noctuante tempestate oriri solent, non tam directe & primario calori tribui debere videntur, quam vel frigidiori & humidiori aeri, qui nocturnis & matutinis horis regnat, indeque ortis crebris vicissitudinibus, vel maleficiis siti, cuius levanda gratia milites potum aut intemperanter, aut qualitate noxiom infundunt vel ejusdem sitis explendae causa fructus horae, saepe non satis maturos, saepe rorox noxio conspersos, ingurgitant.

§. X.

Oportet itaque, quantum fieri quidem potest, providere, ut, dum maximi calores fervent, miles sub tentorio requiescat: itinera autem noctu suscipere, atque matutinis horis eadem prosequi. Illo potissimum tempore vino & spirituosis potibus, atque aromatibus, utpote humores magis expandentibus, abstinentiam est. Utendum autem nitro, acidis ut acetosa, acetosella, succo citri, ipsaque aceo, quod, teste SCHNEEBERGERO p. 66. Romanis militibus in usu fuit, quemadmodum de Marco Catone relatuum legitur, ipsum in militia semper aquam bibisse, nisi quando ardenter sitaret, tunc enim acetum potuisse. Sed de hoc suo loco inferius seorsim dispiciemus, ubi de potu agendum erit.

§. XI.

Calor humidus corpora vehementer resolvit, languoremque inducit, quia fibras motrices nimium laxas & flaccidas reddit, & cutaneam excretionem valde & ad excessum usque intendit. Tanto

autem nocentior est, quam humiditas, quam aer secum fert, impura est, atque exhalationibus sulphureo-salinis referta: unde morborum celeri impetu in plures transeuntium, magnasque strages edentium, quos epidemias seu populares vocare solamus, origo pendet. Ipsa vero effluvia hujus generis frequentissime debentur in vicino putrescentibus aquis, paludibus, stagnis: sed & tot hominum & animalium, in magnis castris diu degentium, exhalationes, & excrementatione cetera, non possunt non aerem circumfusum implere & inquinare. Si vero his accedant hominum & animalium in pugnis castrorum aut morbo defontiorum, non satis profunde humatorum, aut prossimis sepultura carentium, putridæ & foetidæ colliquationes & tabescientiae, utique gravissimum malum reddi necesse est: gravissimum vero fit, quando ex his iam plura corpora infecta in febres, dysenteriasque malignas incident, atque in horum corporibus specificatum & exaltatum venenum in plures, qui versari cum illis & inter illos debent, transit, similemque corruptionem malignam putredinosam in illis excitat: quæ vix coercibili impetu tunc potissimum progreditur, quando ad aeris infecti malignitatem, varia in viatu reliquo vitia accidunt: de quibus suo loco mentio facienda erit. §. XII.

Vix certius tanto malo remedium datur mutatione loci, castrorumque ad salubriorem regionem translatione: sed hoc non pendet ex medici voto; quem, dum illud liceat, alia artis suæ præsidia & auxilia afferre oportet, aut suadere saltē & propōnere. Juvabit igitur ad aërem corrigendū magnos & luculentos ignes in castris saepē accendere, quibus aer stagnans & vapidus commovetur, ipsiusque corruptionis magna pars consumitur. Tentoria succensi sulphuris fumo saepē purganda sunt, & acetō conspergenda. Si juniperi copia sit, illius virides ramos cum baccis utiliter incendimus, atque hoc fumo impuras aeris partes vel dispellimus vel corrigimus. Militi tunc temporis utiliter datur, quicquid transpirationis successum conservat, ut infusum quale §. 8. commendatum est, pulvis ex vegetabilibus quibusdam alexi-

pharmacis, ut pimpinella alba, helenio, angelica, galanga, gentiana, carduo benedicto, cum nitri aliqua portione; aut, si nihil horum ad manus sit, subinde sulphuris flores, quantum cultri cuspis caput, præbeantur cum aliquo terreo absorcente, ut testis ovorum, conchis præparatis, chelis & lapidibus cancrorum. Utilissime versus noctem capietur talis medicina, quo tempore frigus, calorem diurnum excipiens, solet ingruere, & corporis superficiem constringere.

§. XIII.

Dum calido aere ambiuntur corpora, & sub eo moventur, necessarium est saepē illa multumque sudare, & illuvie multisque fordibus obliteri. Hę dum cutim undique tegunt, non solum cum tempore poris claudendis valent, verum etiam idoneum hominem reddunt, cui exterius per aërem sparsa halitiosa miasmata facilis inhārescant, sicque toti corpori insinuentur. Duo præsidia aduersus hanc nostram nobis data sunt, alterum, ut indusia, que sudorem multum exceperunt, crebro mutantur: alterum vero, ut ubi locus & tempus permittunt, corpus crebro laveremus. Dici vix potest, quantum veteres huic rei tribuerint. Afferam in hanc rem notabilem SCHNEEBERGERI locum; Cum vero, inquit, qui in sole fervente itinere peracto non laverit, GALENO meth. med. lib. X. cap. 10. auctore, aut in febrem incidat, aut capite gravato longo laboris tædio afficiatur: illico se in aquam frigidam milites, utpote valentes viribus, conjiciant & juvabuntur. Nam ex itinere accedimus balneum frigidæ, ne loqui quidem præ linguae, & faucium ariditate valentes, totumque corpus squalidum ac exsiccatum habentes. At egressi e frigida, confessim omnia pro naturæ habitu recipimus, nec febrili calore vexati, nec siccitate afflitti, promteque loquentes ac magna sitis parte levati. Sed & rustici in stagna vel flumina seipso conjiciunt, nullo medici consilio, sed ipsa gubernante corpus natura ad id, quod utile est, compulsi: quæ eadem etiam animantia ratione carentia instinctu concitat ad eorum, quæ offendunt, contraria: siquidem

dem & hæc, ubi æstu vexantur, frigida se lavant. Hactenus SCHNEEBERGE-RUS.

§. XIV.

Enimvero huic consilio obsequuturi ca-
veant, ne maxime astuentes, & vere ad-
huc sudantes, frigido lavacro se permit-
tant. Alexander Magnus, quum se in-
cautius in hoc gereret, inque Cydno, Ci-
licia rapidissimo & hinc frigidissimo flu-
vio, lavaret, in magnum vitæ periculum
adducebat. Deinde etiam providendum
est, ne quis febre actu laborans lavacro se
tradat: tandem ne natandi imperitus, in
fluvii ignoti gurgitem illabent, vitæ pe-
riculum subeat. Si in vicino sunt thermæ,
ut in Hungaria multis sit locis, etiam ad
Rhenum, illarum lavacro utilius etiam
se permitteret. Sed quum hæc res mul-
tas cautiones habeat, quas hic locus non
capit, sine medici consilio hoc promiscue
fieri non suaserim.

§. XV.

Progredior ad exponendum de cibo &
potu militum, unde non parvæ nec paucæ
morborum causæ & occasiones solent na-
sci, si magni errores in quantitate, qualiti-
tate & assumendi modo aut tempore com-
mittantur; quos tanto studiosius cavere
militem oportet, quo certius est morbos
facillime exoriri, si cum crebro intercep-
ta & prohibita transpiratione concurrat
ventriculi imbecillitas, aut ille cruditatis
bus oppletus sit. Quantum enim diapnoe
liberior, auctiori sanguinis circulo im-
petranda, concoctionem juvat, tantum
male succedens hæc illi vicissim detrahit;
vid. medic. system. tom. II. Oportet autem
assumtorum quantitatim æqualiter re-
spondere illi copiæ humorum, quæ per
labores, & inde factas excretiones, con-
sumta & diffusa fuit. Hoc nisi fiat, lan-
guebit miles, & minus bene transpirans
omnibus morbis fiet idoneus. Docet hoc
sapientis visa calamitas, ubi se fami præ-
gressæ nimis cito pestilentes gravissimi
morbii adjunxerunt, in quibus a medico-
rum ope minus auxilium accessisse debuit,
quo magis hi morbi, deficientibus initio
probis succidit, deinde pravis miasmatibus
subingressis, & in corpore multiplicatis,
originem debuerunt.

§. XVI.

De ciborum delectu multa præcipere
militi supervacuum existimo; quum rare
copia diversi alimenti suppetat, & ut ne-
cessarii ad vitam cibi potusque boni & lau-
dabiles adsint, per homines huic procura-
tioni idoneos efficiatur. Incidit autem
subinde, ut vel commeatu excludatur e-
xercitus, vel intercipiatur, vel ob longiora
itinera aliasque causas inedia longior
necessaria & inevitabilis fiat. Ubi id fa-
ctum fuerit, vel maxime cavendum est,
ne subita & nimia repletione, damnum
irreparabile militis inferatur valetudini.
Optimum tunc est refectionem a juscis
incipere, & ubi ab his humores novum
supplementum acceperunt, jamque ven-
triculo affertur, quo opus est ad cibos con-
coquendos, generosus latex gastricus, ad
solidorem cibum licet progreedi, ea quan-
titate, quæ infra satietatem subsistat po-
tius, quam illam æquet aut prorsus exce-
dat. Si juscis parando necessaria desint,
vini, sed diluti, aut cerevisiæ calida scy-
pho misceatur vitellus ovi, aut si & hic
desit, manipulus farinæ, aut pauis fru-
stulum, quod bene emollitum, sensim
cum potu deglutiat.

§. XVII.

Pertinet hoc CORNELII CELSI au-
reum monitum, quo milites sepe indige-
bunt. *Si quando infuetur, quis laboravit,*
aut multo plus quam solet, etiam is, qui ad-
suevit, huic jejuno dormiendum est. Illud
quoque nosse oportet, quod ex labore sudanti
frigida potio pernicioſissima est: atque et-
iam, quum sudor se remisit, itinere fatigatis
inutilis. Et potus quidem frigidus hac ra-
tione improvidus sumptus, hominem in ven-
triculis & intestinorum gravem periculis
plenissimam inflammationem conjicit,
stati inducta humoribus per tenuissima va-
sa circulantibus, & actuali frigido coagula-
tis. Si cum enarratis omnino conjuncta fue-
rit aliqua causa, quæ magnam ab iracundia
excandescientiam at tulit, tanto magis au-
getur periculum, sed ad extremum discri-
mē res adducitur, si quis accedit incōsultus
medicus: & tunc emicantibus vomendi co-
natibus, sub vana prefiguratione ac spe du-
cū naturæ sequendi cāq; adjuvādi, p̄fbeat

vomitoriam medicinam, siveque oleum camino addat. Venenum non majori periculo præberi potest, quam talis medicina datur his circumstantiis: utique si subiectum sit plethoricum, & temperamenti sanguinei ad cholericum vel melancholicum declinantis, de quo vid. med. Syst. tom. II.

§. XVIII.

Non possum, quin hic apponam MINDERERI, multum in castris versati medici, doctrinam ex medic. milit. pag. 69. seqq. Si valde astuas & stim. perferre amplius nequis, tantam tibi indulge moram, ut prius lotium emittas, os frigida probe colluas, atque micantibus temporum & corporum arteriis eandem admoveas. Si vero precipitanter potum infudisti, neveris te in magno periculo versari, quod multis vivendi finem intra XXIV. horas attulit, alios in cachexiam, asthmata & heclicam consumpcionem adduxit: quosdam pleuriticos, & empypos fecit, aut viscera naturalia labe insuperabili vitavit. In tanto itaque periculo constitutum docebo te auxilium, quod Deus militum, & laboriosorum hominum usibus, per omnia prata & loca graminosa, per totum annum prestat nos jussit. Est hæc planula vulgaris, quam bellidem minorem vocant. Hujus tu folia humum tegentia collige, munda, & cum aceto, oleo & pannillo sale tibi acetarium para, quod celeriter, post acceptam noxam assume. Certam sere opem & conspicuum, venerisque immortalis Dei beneficium, qui mihi concessit bene multorum salutem tam vili medicina sartam: seclam, conservare, & in periculum adduciam recuperare. Virginis & pluribus annis medicinam tractanti: nondum occurrit certius. & jucundius auxilium & experimentum hoc ipso, quod laudavi, modo celeriter fuerit allatum. Floribus non opus est, sed folia opem ferunt. Meretur hoc experimentum humani generis bono omnibus revelari, utque innotescat cunctis, urbium portis & templorum foribus inseribi & affigi.

§. XIX.

Sæpe accedit militi in castris & itineribus, ut aquæ non optimæ, necessitate

cogente, bibi debeant. Cautio hic sit, ne manifeste turbidam ingerentes animalcula aut ovula insectorum simul deglutiunt, quod aliquibus magno valetudinis suæ damno accidisse, nimis quam certum est. Huic periculo obviam ibitur percusione per linteum. Si tempus permettit, melior correctio est per decoctionem, quæ concitat intestino motu expellet sulphureo-salinæ volatiliores partes, in fermentante putredinoso motu constitutas, aut ab ipso ortas & productas. Si minus moræ conceditur, juvabit tali suspectæ aquæ instillasse unam vel alteram guttam olei vitrioli, quod remedium tam SCH. NEEBERGERUS pag. 58. b. & 69. albo calculo notat, quam MINDERERUS pag. 67. valde commendat. Et sane a recta ratione haud ab ludit: hoc correctionis genus: quippe tam concentrati acidi exigua quantitas, magno vasi, fermentante aut putredinante materia repleto, infusa intestinam illam expansionem manifeste compescit. Ne dicam, quod intensissimo æstui, indeque ortæ sit compescendæ, valde simili proficuum sit idem remedium, quod in tantilla quantitate securè adhibetur ita dilutum, quum alijs, & extra has conditiones, nocere possit.

§. XX.

Et quoniam ad hunc locum deducti sumus, ut de litis, militibus sæpe molestissimæ, remedii dicendum sit, queritur quid de adipisis seu antidiplasicis veterum, quibus nos a siti, vel magna ejus molestia, liberare possimus, sperandum sit. Evidem existimo naturale desiderium alimenti humidi, quod supplet sanguinem per sudorem, certaque excretiones imminutum, nulla re alia, vere siti & auferri posse, nisi ea, quæ defectum humorum expletat. Dari tamen, quæ siti morbosam, ab acrimonia humorum salina, fauces & palatum quasi exurente, corrigerem possint, persuasum habeo: deinde, quæ nimium humorum motum compescendo & calorem imminuendo efficiunt, ut dissipatio fluidi tenuissimi minor fiat, crassisque humorum melior fieri que subsistat. Prioris generis sunt pulveres temperantes ex absorventibus,

Salibus mediis & nitro: posterioris ipsum quidem etiam nitrum, deinde vero acidula vegetabilis regni, & quod anteal laudabamus, acidum vitriolicum, moderate adhibitum. Qui sumtus impendere possunt, carent sibi conficiendas tabulas ex cremore tartari, succo citri, berberum, cum sacchari sufficiente quantitate conficiendas. Tandem sunt etiam, quæ auxilium palliarivum præbent, salivæ affutum excitando, sive oris secitatem corrigendo, ut si quis crustam panis ore masticet, aut glycyrrhizam mandat, aut globulum plumbeum in ore agitet.

§. XXI.

Atque hæc satis secura sunt litis remedia. Paulo majorem cautionem requirunt fructus horæi, ex quibus aliqua, quæ aestate ineunte ad maturitatem perveniunt, ut fraga, myrtilli, cerasa, sic satis secura sunt, præsertim quod tunc temporis raro nocti rores per noctem decidunt. Sed vergente jam ad autumnum æstate, dum hujus generis aspergines deferruntur, longe major est adhibenda in hujusmodi indulgencis cautio. Et pruorum præocium aliquia genera in primis vitanda videntur, quoniam in ipsis est succus alvum ex stimulans, qui facile diarrhoeas concitat, quæ deinceps, accedentibus pluribus causis, quarum calstra feracia esse diximus, in dysenterias malignas degenerant, magna que strages subinde edunt. Eadem causa parcum esse usum jubet malorum Armeniatorum, & Persicorum, quibus tutius abstinetur, ubi jam diarrhoeæ se ostendunt: ut melonum ac cucumerum usus in castris plus timoris quam fiduciae ostendit, præsertim in gregariis, qui raro sibi temperant, & defluunt illis præsidii, quibus ordinum præcipui ductores facile vincunt aut avertunt inde metuendas noxas.

§. XXII.

Quod ad potum in universum pertinet, de eo dicenda aliqua videntur, in quibus sanitas militum valde versatur. Sunt in magno exercitu diversissimi homines, qui stipendia merentur. Aliqui a juventute non adsueverunt nisi cerevisario potui, alii vinis innutriti sunt. His in regione

vinis abundante secure vinum conceditur, illis non nisi cum conditione magnæ moderationis, donec ejus usum perferre addiscant. Juvabit eos aquam interponere & admiscuisse. Fuere quidem inter veteres, qui vini usum omnino interdixerunt militibus: sed hi de vinis generosissimis, qualia apud Græcos, Italos & Hungaros proveniunt, cogitasse videntur, quæ utique majorem cautionem requirunt, quam Germaniæ pleraque vina. Sed & inter illos veteres non desuerunt, qui graves morbos in exercitu ortos annotarunt, ex quo vino cœperunt destitui: de quo vindendus est APPIANUS de bell. Parth. pag. 165. qui illud p. 168. seorsim testatur Antonii milites, post longam omnium rerum, & præcipue vini inopiam, quum ad feliciores agros pervenirent, seseque affatim implerent, hydropicis coeliacisque morbis laborare cœpisse: quod simul comprobat, ab adsueticis non posse subito ad insueta tuto transiri: & periculi plenam esse repentinam repletionem post diuturnam inopiam.

§. XXIII.

Inter potus genera a milite potissimum expetitur vinum adustum, seu spiritus sic dictus vini, qui vel ex fœcibus vini destillando paratur, vel ex frumenti diversis generibus, præcipue autem ex tritico & hordeo. Copiose hic haustus non solum inebleiat, & militem vigiliis obeundis, ceterisque officii partibus, ineptum reddit, verum etiam valetudini ingens periculum afferre valet. Nam non solum sanguinem & lympham coagulando periculosas stases, hincque ortos inflammatorios acutos morbos, inducit: verum etiam cachexiæ, phthisi, hydropi obnoxium illum reddit, talemque efficit, qui nunquam ad integrum valetudinem possit revocari. Merito igitur abusus prohibetur, & innoxius ac salutaris usus ostenditur.

§. XXIV.

Cum periculo & damno adhiberut, quies magna copia bibitur, & quidem minimo phlegmate præditus, quem rectificatissimum, aut alcoholisatum dicimus. Talis enim coagulat lympham & sanguinem,

nem, corporisque tenuissimas & subtilissimas partes exsiccando & constringendo valde nocet. Qui vero minus est accurate a phlegmate liberatus, minus corpori nocet, & majori fructu & utilitate accipi potest, modo & hic in quantitate non excedatur. Est autem usus securior, post aliquem cibum vel potum, quam si solus, præcipueque post incalcentiam aut defatigationem, corpori infundatur. Idemque minori damno bibitur autumno & hyemis initio vel fine, quando aer frigidus & humidus regnat, quam vel estate, qua humores jam satis expansos & fervidos magis æltuare facit, vel saevissima hyeme, qua humores ab externo habitu ad interiora compulso, promte coagulat, & polypolas in vasis majoribus concretiones, multorum morborum chronicorum matres, producit: præsertim si bibatur ab illis, qui sub tali statu quiescent, nulloque corporis motu humores suos commovent. Si quis vero motum saevissima hyeme subiturus moderate bibet, & aliquid cibi, potumque minus spirituolum, ut cerevisiam, prius adsumat, non facile hinc lædetur. Emendator erit hic potus, si super juniperi baccas, aut anisi semen, abstractus fuerit. Sed & hic idem tenendum fuerit, quod de vino, respectu consuetudinis & insuetudinis, antea monuimus: & in genere dicendo, semper vinum minus, quam spiritus vini, nocere deprehendetur.

§. XXV.

Ordine sermonis ad exponendum de fluidis sponte sumis deducti, ante quamvis cibis dicenda omnia absolvere licuit. Militibus quidem non præcipiendum sciimus de gulæ deliciis & irritamentis, quippe paucis eorum licet talibus abuti. Sunt tamen hæc inter aliqua, quæ accuratam curam postulant: saepè autem militibus, rei hujus non omnino gnaris, periculum grave inferre possunt, si se promte sponteque offerunt. Talia sunt fungorum varia genera, quos inter omnino sunt aliqui edules: sed quod simili tuto facile fallit, ipsaque tempestatum diversitas modo satis innoxios reddit, aliquando conspicue nocentes facit: equidem militi sua serim o-

mniño ab illis abstinere. Certum est, quod parum nutrient, & si quid conseruent corpori, illud a jure & pinguibus additis veniat. Quare suadeo militi, in hoc sequatur sapiens monitum SCHERBII, qui fungos sumtuosissime apparatus simero deberi, ad posteritatem transmisit. Si magni imperatores non satis cavere damnum ab illis metuendum potuerunt, quid non metuendum erit militi, cujus culina non ferre potest illum apparatus, qui lauitiis his apparandis impendi debet? Si quis tamen incautus fuerit ab illis læsus, & strangulari se sentit, illico ad acetum confugiat, queratque hoc præsumto theriacam: aut potius ante antidotum evomere tentet, multa tepida cum oleo aliisque pinguis & lubricantibus in ventriculum infusis, deinde digito fauibus intuso.

§. XXVI.

Ex avibus etiam non sine metu comeduntur omnes palustres, seu quæ alimentum ex paludosis locis querunt, quas inter est ciconia. Relatum accepi a viro fide digno, qui nobilem quandam & minime gregarium militem novit, cui placuit ciconiæ apparatus carnes comedere, atque ab eo tempore in tertium annum nidoros ventriculi male appetentiis ruclus, atque diarrhœam valde debilitantem toleravit, quum antea sanissimus fuisset, nihilque a se admissum invenire cogitando posset, quod causam languori suo prebere potuisse. Ejusdem generis sunt ardæ, quatuorvis forte salubriores, quia pisibus plerumque pascentur, quum ciconiæ omne infectorum genus devorent. Ex cæteris avibus coturnices non carent metu noxæ inferenda. Plures in historis medicis occurunt, qui earum esu in vita præsens periculum fuere præcipitati. Malignitatem illam tunc extimescere in primis decet, quando continuæ pluviaz melius tempus antecesserunt, aut comitatæ sunt, magnumque proventum lolii temulenti attulerunt, quod in traetibus Franconiaæ, Sueviaæ, ac Rhenano frequentius inter segetes, quam alibi, sub tali tempestate, succrescit, & coturnicibus jucundum pastum præbet. Caveat etiam

miles delibare illam jucunditatem, quam aliqui percipiunt turdorum ventriculis ex-fugendis: nam ut innoxium hoc sit in il-lis, qui juniperi baccis sese impleverunt: non tamen carebit periculo in pastis solani furiosi baccis, quibus, in quibusdam na-onanis tractibus utique abundantissimis, jucundissime pascuntur.

§. XXVII.

Quando miles, annonæ difficultate, forte in prætensi aut palustri solo fossis a-gendis occupatus, & siti ac fame pressus, conspicit radices molles, succolas & car-nosas, degustanti non ingratas, caveat sibi ab ipsarum usu: potest enim incidisse in radices cicutæ aquaticaæ, quibus nihil humano generi nocentius excitari pot-est; sic ut omnes medicorum libri pleni sint describendis earum noxis, quas post WEPFERUM, præstantissimum medi-cum Scaphusinum, qui integrum tra-tatum de hoc arguento reliquit, aliqui præstantes viri porro annotarunt, quibus adducendis supersedemus, quia recenti lectoris medici memoriaz facile occur-rent.

§. XXVIII.

Longum foret, si de omnibus a cibo & potu metuendis noxis monere hic & e-rudire militem cuperem: quare id unicum addo, temperantiam in hisce optimam esse morborum multorum castrorum a-veruncam: cui tanto magis studendum est, quando morbi ingruere jam incipiunt. Si quis a cibo vel potu noxio & insalubri se laxum sentit, optime facit, si mature evomat; cui scopo serviet aqua tepida copiosa hausta, & digitus ad summas fauces intrusus. Etiam hoc subjungo, quo magis aer intemperatus est, aut impurus, & morborum castrorum initia-le exserunt, cavendum esse, ne jejonus miles prodeat, aut infectos accedat. Dy-senteriis sese ostendentibus victus ab o-leribus & fructibus ad oryzam, fegopy-rum, farinacea, hordeum mundatum & exorcicatum, debet transferri, adjectis, si haberi possunt, aromatibus tempera-tioribus & croci pauxillo. Tunc quoque vinum moderate sumtum egregie juvat, tantum abest, ut sit militibus subtrahen-

dum. Loquor autem non de musteis, sed de probis & justam æratem consequutis - Hic vero iterum sit cautio, ne a nefariis hominibus mangonio corrupta, aut li-thargyrio injecto edulcorata vina biban-tur; quæ adeo non juvabunt, ut potius in extreum valetudinis periculum, len-tasque noxas hominem præcipitent. Co-gnoscentur autem, & detegentur illa li-quore præcipitante ex auripigmento cum lixivio calcis vive decoctione parato, quem Exc. D. D. ZELLERUS singulari dissertatione *de docimasia vinorum lithargyrio manzonifatorum & celeberr. D. D. ROSINUS LENTILIUS in iatromne-matibus confidere docent*. Ipsos etiam ci-bos qualitate innoxios & laudabiles es-se debere, jam supra §. 16. innuimus: facile enim intelligitur panes mucidos & corruptos, carnes lempitridas, lardum rancidum, olera infectis permixta, farinam situ corruptam & lolio permixtam, & quæ alia sunt hujus generis, non solum parum, verum etiam pessime nutrire, integrisque exercitibus morbos ingenerare posse. Sed hæc potius annonæ procu-ratoribus & magistris, quam medico, respicienda existimmo. Pro conclusione tandem totius hujus argumenti, quod in-salubritatem ex cibis & potibus ostendit, plura copiè remittimus ad nostr. me-dic. System. tom. I. ubi incipit tractatio de Salubritate & insalubritate esculentorum: & ubi de morborum origine ex copia & vi-tio ingestorum, & de alimentis intem-pe-ratis ex instituto agitur. Uti etiam mul-ta in scriptis nostris in vernaculum ser-monem translatis, quæ hoc faciunt inve-nire licet.

§. XXIX.

Atque hæc nunc de noxis a cibis atque potibus in militem redundaturis dicta sufficiant. Progredimur ad tertiam rerum non naturalium classem, quæ motum & quietem complectitor. Motum quoque exercitationum nomine complectimur, quæ adeo debent militi esse consuetæ, ut hinc exercitus nomen accepisse videatur, quod exercitando fiat melior, ut Cicero ex M. VARRONE adducit. Atque his-tirones militiaz a primis annis instruuntur

& adsuecent: ipsisque veterani, ne torpeant aut habitum amittant, crebro ad easdem revocantur: quo nihil potest utilius esse, quum & peritiam belli laborum augeat hic labor, & valetudinem juvet, durataque corpora efficiat, quæ, ubi necessitas & usus requirit, longe plurima facile perferunt alii gravia & intollerabilia futura. Sed in his respici tamen debet, ut laboribus tam ingesta, quam interquiescendi justa spatio, bene respondeant: & in fatigatis a magno labore probe caveantur illi errores circa potum assumendum, quos supra notavimus. Etiam hoc salutariter commendatur, ut a maximo labore, sub quo corpus valde incaluit, ad quietem per placidorem demum motum transeamus: omnis enim fubitus ab extremo uno ad alterum transitus periculum afferre solet.

§. XXX.

Quumque magnus labor sudorem, aut saltem copiosiorem transpirationem, moveat; nihil autem perniciosius esse possit, quam subita illius suppressio: illam avertet miles, si corpori valde austrianti vestes non detrahat, neque se quieti in loco frigido & humido statim permitrat. Id si in stativis ex pleno voto caveri non possit, ad ignem succensum se soveat, tunc inducis humido a sudore facto aliud siccum substituat, ciboque ac potu recreatus quiescat. Si cui altero die a magna defatigatione artuum gravitas supereft, frietio valde conduceat, & ab ea senior corporis motus. Aliquis febres a vehementi commotione accenduntur, quæ, si cetera sanus homo sit, non diu durant, & a brevitate diariarum nomen acceperunt: sed omnino contemni tunc non debent, quando populariter grassantur malignæ, & petechiales: quippe hoc initio præterviso facile confirmantur & tanto citius jugant.

§. XXXI.

Quies nimis diurna & quasi perpetua ho mini laboribus adfuetu noxia est: præfertim si cum securitate & omnium rerum abundantia conjuncta sit. Enervatur enim miles otio ac voluptatibus, quod Hannibal maxime sensit, cum ipsis ad Capuam

confidenti Romanorum dux confligendi nullam copiam faceret, miles autem in illo totius Italiæ fertilissimo ac jucundissimo agro adeo degeneraret, ut nihil deinceps ageret pristina fortitudine dignum. Causa, cur valetudini rectæ officia desidia & motus defectus, non e longinquo pertenda est. Nam quum labor corpus firmet, excretionesque, quæ pro sanitate sunt, excitet & augeat: ignavia idem tiebet, fordesque omnis generis in ipso colligi & acervari permittit: unde morbi prompte exoriuntur. Quanta providentia id omni tempore avertire duces conati sint, nolo ex historiis hic adducere: præfertim quum hæc cura non tam medicum tangat, quam ipsis imperantibus incumbat.

§. XXXII.

De somno & vigiliis, quod in militum gratiam hic addam, parum invenio. Etiam illis, ut cuvis homini, opus est somno reparare & instaurare vires. Sed ita in hoc debent versari, ut vigiliis, quoties id res, & imperantium requirit edictum, possint vacare, easque cum recto studio obire. Obest autem illis magna repletio a cibis & potibus, hisque maxime spirituosis. Oportet itaque ab his sibi temperare illos, quos vigiliarum ordo tangit, cæteros autem nunquam ita indulgere, ut bonam mentem amittant, soporeque graventur. Exempla nimis multa prostant exercituū hæc calliditate viatorum, quod fugam simulantes hostes, castra vinis abundantia reliquerunt, reversi deinde vino sepultos aggressi trucidaverunt. Cumque potus medicaminibus soporiferis aliisque noxiis infici possint, semper donum ab hoste suspectum esse militi debet, ne cum honoris & vitæ jaætura redimendum sit.

§. XXXIII.

In recta valetudine tuenda non insimum sibi locum exposcit excretionum omnium naturalium legitimus successus & artificialium aduetarum tempestiva observatio. Hæs inter regnat illa per universam corporis superficiem fieri solita transpiratio insensibilis, qua non solum impuritates & superflua multa expelluntur, verum etiam omni corporis puncto nutriendo idoneæ materiæ iter apertum.

conservari unice debet ac potest. Sed hujus rationem jam habuimus supra, quum de aeris, ad impediendam vel nimis intendendam illam idonei, cavendis noxis egeremus. Non esse suppressandam eam, praesertim fortius commotam, dicebamus, quum de motu loqueremur. Nihil itaque hic superest, quod de illa addamus.

§. XXXIV.

Si valde multum transpiramus sub aere calido & humido, adjuvante insuper motu diuturniore & graviore, alvus facile siccitatem contrahit, qua neglecta in morbos varios incidimus. Solent enim non longe abesse congettiones ad caput, unde dolores vehementes enascuntur, aut decubitus humorum ad alias partes, ante forte debilitatas & morbo idoneas factas, unde, concurrentibus aliis causis, varix agritudines nascuntur. Succurrendum igitur erit mature alvo obstructæ, non per draistica remedia, quibus motus intestinorum peristalticus vehementer exstimplatur & pervertitur, sed potius per blanda: qua inter regnant salina cum copioso vehiculo aquæ assumenda, ut sal Anglicanum, mirabile Glauberi, sal fontium & thermarum, aut salia media, ut tartarus vitriolatus, arcanum duplicatum. Quin ipse tartarus crudus pertinacem alvi duritiem corrigere valet. Si jam tormina & cephalalgia superveniunt, nihil certius succurret, nihilque jucundius, infuso calido foliorum sennæ, cui & ipsi tartarum ac saccharum licebit jungere. Si id parare locus prohibet, succurret scrupulus unus pulveris radicis jalappa, cremore tartari, aut crudo pulverisato, pari pondere addito. Sed optimum erit in hoc nihil sine consilio medici moliri, quia subesse possunt gravium morborum initia, quibus singulari consilio prospiciendum sit.

§. XXXV.

De re venerea exercenda aliqua hic sunt adducenda, quia raro exercitus tam bene legibus coerceri potest, ut non aliqui hic peccent, & libidinibus se permittant. Curet miles, ut se suamque valetudinem conservet, cavendo impuram venarem: idque si non conscientiae

dictamine impetrari ab ipso potest, discat exemplo commilitonum, qui gravissimos simulque foedissimos morbos reportaverunt a scortorum consortio, quibus deinde omnino terribiles opponi curaciones debent, quarum tamen ope vix unquam integra valetudo recuperari solet. Si cui tamen acciderit hic vel sua culpa legi, vel contagio a commilitone infici, caveat sibi a curationibus proprio consilio suscipiendis, vel iisdem ab hominibus imperitis, sibi expertendis aut admovendis: quum inter tot homines male multatos revera pauci sint, qui non potuerint facile liberari, aut minori labore & impensa restituvi, nisi suam salutem imperitissimis, & thrasonice tamen multa pollicitis, permisissent. Non optime hic curat, qui citissime juvare videtur, & gonorrhœa cito suppressa longi languoris, & magna morborum catervæ, causa infinitis exstitit.

§. XXXVI.

Qui sanguinem certis anni temporibus vel per venam incisam emiserunt, vel per cucurbitulas subtrahendum sibi curaverunt, non temere desinant his uti praediis; tantoque minus recedant, quanto longiori jam adsueverunt tempore. Hæmorrhoidum evacuationem sponte adveniente nunquam supprimat miles, suppressamque nos negligat: neque tamen quæcunque abdominis tensiva & flatulenta pathemata hæmorrhoidale molimen existimet, magnamque spem collocet in illa excretione promovenda. Non deerunt facile nostro hæculo, qui magnifica polliceantur, & nescio quæ certa medicamenta jactent, arcana, si diis placet, & infallibilia. Cogiter autem miles nulli vitæ generi, quam militari, minus commodam existere hanc excretionem posse: omniaque potius esse tentanda, ut militem superfedere hac molestia faciamus, quam ut e longinquo quasi instruere hanc scenam, & invitare fluxum hunc oporteat, etiam si verissimum esset, quod minime concedimus, tam certas & specificas esse illas medicinas, quarum fiducia sepe tantopere aliqui jactitant.

§. XXXVII.

Cæcarum hæmorrhoidum furore exagitatus miles, si sanguine multo abundet, detrahendum illum sibi curet; natus deinde sanguinem contemporantibus & inflammationem prohibentibus. Initio primo satisfaciet suffitus ex ungulae equinæ præseminibus, aut scobe a quovis cornu vel ungula. Interponat unguentum de linaria. Alvis clystere infuso emollienda est, ut blande fecedat, alias enim dolores immanem in modum augentur, ipsaque congestio & stasis a nitu excretorio intenduntur.

§. XXXVIII.

Tandem etiam bona militum valetudini a perturbationibus animi varia imminent pericula. Fortes quidem viros nullum periculum terrere, nec strenuo pectori metum incutere quicquam adeo debet, ut non spes victoriae, aut honesti ex hac vita exitus, illum sustentet, & erectum mentis statum conserveret. Sed quoniam in tanta multitudine non potest fieri, ut omnes &que sint adversus perturbationes munito & præparato animo prædicti, præsertim post magnas calamitates jam acceptas, quando se novæ & majores offerunt: efficiendum quidem erit, ut animi quovisunque modo ad spem, fiduciam & hilaritatem excitentur; quod quidem præclari duces atque imperatores omni arte consequi semper studuerunt. Medici partes hic forte sunt minimæ, & tantum in illis, qui morbo correpti majora meruunt, quam ex ratione debent; quos probabili sermone erigere debet, datisque medicinis, quæ vires prostratas excitent, humoresque ad interiora compulso ibique detentos per omnem superficiem æqualiter distribuant, ad alacritatem revocare. Juvat autem in omni tali statu adhibere vinum & blande spirituola; illis autem, qui diutius passitalia fuerunt, resolventia, ut lapides cancerorum succo citri saturatos, aut tantum cum aceto exhibendos: a quibus etiam juvabantur, qui ab iracundia excedentia graviori laicos sese sentient. Iisdem casibus convenient mixtura simplex ad guttas xxx. cum aqua vel vino exhibita.

§. XXXIX.

Inter causas, quibus militum valetudo læditur & pessundatur, haud postrem est, quod se homines imperitissimi, lucris spe ducti, curationibus ingerunt, quamque nunquam didicerunt artem, in perniciem humani generis impune exercendam arrogant. Quantam hi cladem inferant castris, TOBIAS COBERUS, in ipso observationum suarum castrorum initio, ostendit & exemplo comprobat. Sancta fide, inquit, confirmare ausim plures hoc decennio per eū usmodi Harpyias, quam ab ipsis hostibus trucidatos fuisse. Offerunt se scilicet & medicos profitentur omnis generis, & conditionis homines, agyrtæ, Judæi, anabaptistæ, chirurgi imperiti, chymistæ desperati, tonsores, & tandem, ne quid desit, ipsi subinde milites, ii præsertim qui lue venerea sappias correpti, peritiam aliquam inungendi mercuriales litus acceperunt, propria in suis corporibus experientia. Nec desunt qui cistulas medicamentorum, hic illic acceptas, secum ferunt, quæ forte non mala sunt, sed peritum & tempestivum usum postulant; quem quum non noverint, sibi ipsis & aliis sœpe insignem noxam illis inferunt. Si non alio nocent nomine, illud certe magnum jam est & notabile damnum, quod hujusmodi tentaminibus favorable tempus sœpe elabitur, & morbus confirmatur.

§. XL.

Neque parum peccari passim observatur, quod militibus citas curationes præstare & peragere studentes aliqui, quam totæ illæ sint, parum cogitant. Hinc sit, ut boni milites sœpe vexentur periculois remediis, quæ præsentem morbum magis supprimunt, quam tollunt, unde in chronica mala & vix unquam superabilia conjiciuntur. Hujus generis sunt remedia saturnina ad gonorrhœam cito curandam, chirurgis quibusdam castrorum familia, & arsenicum, vario modo rectum & incrassatum, pro febrium intermittentium celeri, ut putant, auxilio: remedia etiam alia omnis generis draistica, purgantia, vomitoria, adstringentia, opiate, sudorifera, quæ in manu jm-

imperitorum idem faciunt, quod gladius strictus in furiosi manum datus. Non satisfacit officio, qui celeriter curat, nisi & secure curet: & præstat morbum simplicem per aliquot dies tolerasse, ut fida curatione penitus tollatur, quam eum supprimere, & hominem in cachexiam, hydropem, phthisin, luem venereum, asthmata, aliaque hujus ge-

neris incurabila fere mala conjicere: Sed quantum in hoc sit periculi, Vid. medic. systemat. tom. II. & sequentibus, ubi medicamenta veneni vim habentia, dilucida oratione exposita, idemque, quantum imprudenti medicatione noceatur, & quot inde morbi pullulent, singulare scripto ostensum.

DE PRÆMATURA MORTE ET MORBIS PRÆCAVENDIS.

§. I.

PErversa opinio a longo jam tempore multorum animis firmius infixa est, quod medici officium unice sit sanare, adeo ut etiam solennis usque adhuc invaleat mos, non a medico consilium vel auxilium prius expeti, nisi ubi magnus vel desperatus morbus corpora humana jam occupaverit. Ignorant autem plurimi, quam parum solidi medicus arte & scientia sua in difficultibus, siue per longas moras radices egerint, affectibus praestare valeat. Evidem adversus omnis generis morbos passim remedia a medicis numerosa celebrantur & magnificis laudibus extolluntur. Si vero rem sine affectu consideremus, pauca sunt, quæ laudes suas sustinent, sed pleraque ita sunt comparata, ut famam soam profluant, & spem medentum penitus eludant. Ut enim quis ex acutis & periculo plenis morbis convalescat, id certæ naturæ potius quam artis beneficio debetur. Chronicarum vero complures passiones minus esse sanabiles usu, & experimento proh dolor! quotidiano habemus exploratum. Quæ autem potestas sit medici, & quid præstare debeat, & possit, paucissimi intelligunt, ipsique medici non recte attendunt. Atque adeo quæ beneficia a medicis vel medici-

na in publicam mortalium rem possint redundare, quam plurimis est obscurum atque incognitum. Permagna certe atque eximia res est, vitam hominum tueri, ne non omsi modo cavere, ne illa abbrevietur, & ut sine singulari & corporis, & animi, ægritudine illa diu servetur, efficere. Quod si vero eandise fateri liceat, quod res est, vix ex centum hominibus unus ad eam pervenit ætatem, quam naturæ ordine ac cursu posset attingere, si ipsam methodum recte vivendi perspectam haberet, neque ex supina ignorantia sibi ipsi filum vita præscinderet. Turpe dictu est, & pudet proponere, medicos maxima ex parte hujus miseriae causam & culpam esse, quod scientiam suam hoc in arguimento non satis excolant, neque talia addiscant, vel doceant, quæ præmatram mortem arcere & infelicissimos morbos avertere possint. Videmus porius plures hisce in rebus parum doctos in forum medicum protrudi, qui omnes morbos sanare volunt, sed paucos possunt; consilium vero, quomodo ipsi præcavéri possint, in promptu ac paratu non habent. Hujus profundæ miseriae causa nostris peccatis ac ingenti mentis corruptione merito debet adscribi, utpote benignissimus Deus obedientibus & piis tantum vitam longam promittit, inobedientibus ve-

so loco pœnæ præmatura mors & magna afflictio corporis est destinata. Quam plures ex proceribus, & principibus, ex sapientibus, eruditis, quiq[ue] Rem Publicam re & opere juvant, servari diutissime possent, modo vellent, & doctos medicos tempestive consulenter. In optatis vero est, ut ipsi medici id negotii magis current, eorumque meditatio ad vitam sanam, & longam tuendam fiat attentior. Dolendum vero est, quod pessimus & detestandus mos jam invaleat, ut nonnulli ea præsidia, quæ ad hunc scopum obtinendum spectant, cuius generis sunt exquisita corporis nostri omniumque rerum physicarum notitia, negligant & tanquam arti inutilia contemnant, cum tamen artis & scientiæ medicæ incrementum non aliter nisi Anatomiæ, Physices & Historiæ morborum pleniori notitia, potissimum vero Rationis cultura, quæ experientiæ in se cœcæ unica est directrix, possit & debeat promoveri. Quod morborum cause physice sint, & quod præservatio a morbis, item egri restitutio ab iisdem causis pendeat, res est certissima, & si quis de eo dobitaverit, præsens tractatio id clarissime edocebit. Quisque vero sanioris mentis intelliget, quod longe tutius & facilius sit, corpora humana a morbis præservare, quam illis oppressa restituere. Deus vero, qui omnis veritatis & perspicuitatis fons est, ex alto vires nobis elargiatur, quo errorum fontes, qui ex abuso rationis & inanibus figmentis unice proficiuntur, nunc & omni tempore evidenter detegantur.

§. II. Sana & longa vita nihil esse præstantius, nihil optabilius, uno ore omnes affirman; pauci vero sunt, qui cogitant de hoc beneficio adipiscendo: paucissimi, qui constans ac firmum habent propositum ea addiscendi, & observandi, quæ huic scopo accommodata injunguntur. Equis enim est, qui corporis sui notitiam & eorum cognitionem, quæ sanitati & vita profundunt, vel obsunt, curæ cordique habeant cum

tamen si quis stabilem & firmam valitudinem tueri velit, medicus sui ipsius esse debeat, quod plane est necessarium. Pulchre in epistola ad Damagetum Hippocrates inquit: si quis juxta propriam facultatem omnia facere cogitaret, stabilem sane custodiret vitam se ipsum cognoscens. Quoniam vero hoc nobile argumentum fusus in pluribus Dissertationibus persequuti sumus, hinc nolumus longius hisce immorari, sed potius, ut instituti nostri fert ratio, convertimus nos ad ea, quæ & præmaturam mortem & morbos corpus destruentes avertant ac præcaveant. Quemadmodum vero in genere nunquam medicus semper sanare vel præservare aliquem potest a morbo, (nam medica scientia relationi individuum tantummodo innitur:) ita etiam hoc considerare oportet in negotio præservationis & vita longæ acquirendæ, quod natura a natura, corpus a corpore multum differat; unde videamus unum corpus altero esse aptius ad sanitatem vitamque diutius tuendam. Per magni momenti ad hanc rem debet esse nativæ cūjusque corporis structuræ consideratio. Quidam a parentibus robustum, validum atque durabile corpus adepti sunt, quidam imbecillum, languidum, sensibile, & quod variis & multis morbis patet, naeti sunt. Multum certe interest, a quibus parentibus quis fuerit prognatus, & qualis fuerit ejus conceptus, an semen maturum fuerit, qualis matris vel nutricis constitutio. Nam si quis fuerit ex parentibus longævis, validis, sanis, & virilis ætatis, si conceptus fuerit tempore verno, salubri, a parentibus rara sed fervida venere urentibus circa tempus matutinum, peracta coctione: porro si mater infantem gestans fuerit bene sana, tranquilli animi, ab omni imperu affectus vacua, & bono ac salubri lacte nutritus, is corpus etiam obtinebit validum, injuriis morborum minus patens, & longæ vita protrahendæ idoneum, Inter honestæ naturæ autem & robusti corporis indicia sunt oculus vivax, dentium multitudo & robur,

bor, manuum ac pedum nec non aurium narium, laborumque magnitudo & apta formatio, femora & crura firma, carnofa, pilis obsita, magnum & capax cranium, vasorum amplitudo, adeps parciior. Talis enim habitus corporis de solidorum robore, quæ fluidorum iter dirigunt ac motum dispensant, abunde testatur. Etenim quo facilior & promptior fluidorum per solida motus est, eo vegetiores omnes persistunt corporis functiones, eoque minus morborum causa generari vel radices agere possunt. Alia vero corporis consideratio est imbecilli, languidi, ad morbos proclivis, quod acquiritur, si quis natus fuerit a parentibus morbos, sensibilioris corporis & animi; si que conceptus fuerit in parentum senectute, vel etiam in ætate prima, & adhuc infirma; vel a crapula & intemperantia præcedente semen factum fuerit effetum, aquosum, immaturum; si que gestatus fuerit a matre spasmis, & animæ gravibus motibus assueta, & lacte fuerit nutritus impuro, intemperato, & nutrix animi affectibus agitetur. Dici vix potest, quantum intersit ad robur corporis, ut a nativitate fundamenta ac primordia solidorum, a quorum labore, vigore, & vi motrice fluidorum natura, & motus pendet, probe fuerint disposita, ordinata ac constructa: unde etiam reftissime natura dicitur a nascendo. Insalubris vero, & minus benignæ naturæ indicia sunt, depresso thorax, cranium parvum, nimia sensibilitas corporis, animique, laborum intolerantia, exiguitas vasorum atque angustia, cutis rara, caro spongiosa, flaccida & mollis, & extremerum partium parvitas: tales longe facilius incurront in morbos, eaque propter salubria vivendi præcepta majori attentione tenentur observare.

§. III. Quisque ex iam dictis clarissime intelliget, vario opus esse regimine; multumque differre diece vivendi que regulas, prout videlicet corpora magis vel minus fuerint robusta. Evenit enim sepiissime, & usus docet, quod

ea, que robusta corpora ferre possunt, non quadrant debilibus, ut potius hæc ledant. Quare sicuti victus sanorum a victu egrotantium; ita victus robustiorum a victu debiliorum corporum multum inter se distat. Sanus homo, recte notante Celsi libr. 1. cap. 1. p. 21. & 22. qui bene valet, & suæ spontis est, nullis se obligare debet legibus, neque medico eget; huic oportet varium habere vitæ genus, modo ruri esse, modo in urbe, sepius in agro, navigare, venari, quiescere, frequenter se exercere. Paucis; sanus homo omnibus rebus debet assuescere, variis cibis, potionibus, aeri, modo non nimium excedat, sed modum teneat in omnibus. Debiliores vero & morbos naturæ homines non tantum modice, sed & medice vivere & ea accurate tenere debent, que corporibus nocitura vel profutura sint. Sepe tales ledit minimum, quod robustiora plane non offendit; lani itaque & robusti paucis egent regulis, quarum he præcipue sunt, ut fugiant ignaviam, & nimiam quietem, corpus vero moveant, neque nimium se latient, & mensuram motus atque alimentorum probe observent: hanc in rem mirifice mihi placet, que Hippocrates libro de Dicta philosophatur, qui ita pronunciat: Si inventa fuerit ciborum mensura, & laborum ad unamquamque naturam numerus, ita ut excessus neque supra, neque infra modum fiat, inventa sane exakte est omnibus sanitas. Nam contrarias inter se vires habent cibi & labores, verum inter se mixti conserunt ad sanitatem. Labores enim ea, quæ infunt, consumere solent; cibi autem & potus, ex quæ evacuata sunt, explent. Ut rem in pauca contrahamus. Vita hominis ut duret, & conservetur sanitas, homo continuo opus habet ingerendis & egendis. Aerem, qui vehiculum mobilis, & tenuioris adhuc substantie est, in singula momenta debemus inspirare. Hic secundum Hippocratem libro de flribus motus, & lensum prestat partibus. Alimenta solida que ac fluida in

insigni quantitate singulis diebus inge-renda sunt ; horum vero paucissima pars in valsis , quæ in robusto homine vix quindecim libras fluidi capiunt , remanet , sed quicquid ex aere , & ali-mentis corpus subiit , continuo rursus debet excerni . Sub perpetuis , & reciprocis itaque ingestionibus , & excretio-nibus vita corporis durat atque fove-tur , neutquam vero solis excretioni-bus continetur . Quamdiu itaque debi-to numero , mensura , proportione hæc invicem sunt , sibique respondent , be-ne valet corpus ejusque actiones secun-dum naturam sive sapientissimum ordinē sunt . Quicunque itaque multum ingerit , multum debet emittere , & iterum , qui multum excernit , multum debet as-sumere : quoniam vero motus , labor , atque exercitatio corporis ad motum so-lidorum & fluidorum , & consequenter ad quantitatem excernendam multum conserit ; hinc sequitur , ut , qui mul-tum laborat , multum quoque debeat alimenti capere . Quare , ut recte mo-net Hippocrates libro de diæta : operet disponere mensuram ac proportionem la-borum ad multitudinem ciborum & ho-minis naturam , & corporum staturas ac etates , & ad anni tempora , & ad mutationes ventorum , & ad regionum , in quibus degunt , situm , annique con-stitutions ac status . Quisque ita mor-talium si diu vitam ac sanitatem tueri desiderat , sedulo debet observare , an excretiones cum ingestis habeant pro-portionem : quæ si lreditur , via para-tissima est ad multorum morborum ge-nesin . Inde enim humorum præterna-turalium abundantia , & pravitas , a quibus humorum stases ac stagnationes viscerumque obstrunctiones & corruptio-nes pendent , propullulant . Tuttissima itaque præservatrix morborum , & cu-stodia sanitatis est abstinentia , & temperantia in victu , laborque impi-ger .

§. IV. Denique si diu sanus homo velit permanere , utile æque ac necessa-rium est , ut fluida in perpetuo ac li-

bero progressu per minima vascula , ex quibus omnia viscera , & universi cor-poris compages constructa est , conser-ventur ; utpote formalis vitæ ratio cir-citus fluidorum est , qui quamdiu vi-get , homo dicitur vivere ; si plane abo-letur , mors præsto est . Deinceps flu-i-dorum progressio illud est medium , quo corporis ejusque partium mixtura ad corruptionem paratissima , salva & illibata permanet , sanitas servatur , mor-bi arcentur , eorumque sanatio perfici-tur . Nam quicquid veteres de natura pronunciarunt , quod sit actionum cor-poris præses , vita conservatrix , mor-borumque medicatrix , hoc optima ra-tione per fluidorum non interruptum circulum beneficio reciprocae systoles ac diastroles , tonique ac elateris fibrarum & solidorum explicandum est . Excretionum enim ratio , sine quibus vita non statim cessat , sed sanitas periclitatur , a circuli sanguinis moderatione maxi-mam partem dependet . Quoniam vero autopsia & analysi teste , humidum san-guinis & seri plus quatuor vicibus sic-cum & solidum exsuperat , ideo facile est judicandum , hominem majori hu-midi & potus , quam solidi & ciborum quantitate egere . Videmus hinc calida infusa herbarum cum aqua dulci para-ta , potum convenientem largiorem , necnon thermarum atque acidularum us-um , naturæ non modo , sed & saniti-tatis tutelæ , admodum esse accommo-datam . Deinceps per quam notabile est , sanguinem atque humores intemperie etiam laborantes , quæ ex diversorum ali-mentorum assumptione judicatur , non a-deo nocere , si interrupto motu circum-volvantur , simul ac vero subsistunt & sta-gnant , mox morborum segetem præ-rito esse .

§. V. Prima itaque & præcipua , & medi-ci & ejusque , qui vitam sanam & longam amat , cura atq; intentio esse debet , ut libe-rum & illibatum sanguinis conserve cir-culum , neque illum ad modum turber atq; pervertat ; quem in finem quisque no-con-tissimos animi affectus , omniq; tempeste

excedentia; ut nimium frigus, diuturnam humiditatem, omneque nimium, quod naturæ secundum Hippocratem admodum est inimicum, studiose ac sedulo evitare debet. Tandem quisque sibi caveat a subitis mutationibus, quæ ex nimii caloris transitu in excessivum frigus, & contra sunt; Nimia repletio post famem, vel ubi corpus a morbo fuerit debilitatum, subita quoque mutatio eorum, quæ diu consuevimus, ingens solent afferre corporibus damnum. Hæ sunt generales regulæ, quales omnes, sive robustioris, sive imbecillioris naturæ fuerint, debent observare.

§. VI. Non vero est nostri instituti de victus ac diætæ præceptis primario hoc loco agere, sed morborum primos fontes atque origines aperiendo perspicue volumus ostendere, quænam facienda vel omittenda sint, ut quispiam a morborum injuriis immunis, diu salvus, & incolumis maneat. Hoc vero quod fieri possit, tam a priori, rationis lumine, quam a posteriori sensu, experientia ipsoque effectu clarissime potest demonstrari. Morbos esse turbationes motuum, variasque esse causas, quæ motus naturales immutant, nemo facile in dubium revocabit. Si quis itaque morborum causas singulas habeat perspectas ac cognitas, easque sedulo a corpore arcere sciat, tunc certe præservationis via erit inventa; hoc autem jam fusius deducere, & exemplis rem confirmare, scopi nostri ratio erit.

§. VII. Initium vero deductionis nostræ faciemus a febribus, quæ morbi sunt humano generi valde intensi; inter hos vero periculo ac vehementia omnes superat pestis, & ipsi affines malignæ exanthematicæ febres. Causam agnoscunt duplēcēm, altera extra corpus, altera intra corpus quæri debet: priorem constituit tenuissima a corpore infecto proveniens exhalatio, quæ miasmatis, & contagii nomine venit; hæc beneficio aeris intra corpus subiens paucō tempore solidorum ac fluidorum

vim indolemque subtilissima corruptiva fermentatione turbat ac destruit, altera causa consistit in corpore, quando hoc succis impuris, & qui facile miasmatis virtuti obsecundant, repletum est. Vis quoque motrix solidorum quando simul labefactata, & corpus debilitatum est, natura oppressa ægre putredinem arcere, & corpus defendere potest. Ut evitemus itaque hujus luis truculentiam, nihil præstantius est, quam omni modo fugere suspecta, & infecta loca, omniaque, quæ recipiendo & retinendo contagio sunt idonea, evitare. [I.] quando in infectis locis versamur, ne miasmata in aere undulantia nobis noceant, consultum est, fauces & os cum aceto bezoardico mixto cum aqua vel vino probe eluere, idque in naribus attrahere; interne vero frequentius succo citri, quod Turcis familiare est remedium, aut vino rheno uti, utpote acida tenuissimum talem putridum vaporem egregie figunt ac corrugant. [III.] Grassantibus ejusmodi malignis contagiosis morbis nihil tutius est, quam corporis sui ejusque virium probe habere rationem, eumque in finem cavenda intemperantia, quæ cruditatum genitrix: omnis impetuosus animi affectus, animi terror, quæcumque corpus debilitant, ut sunt nimii labores, fames, excessivæ evacuationes tam sanguinis, quam aliorum humorum, vigilia, excedens venus, crapula. Si vero corpus cacoecymia infectum fuerit, præter hæc jam dicta convenit balsamicis impuritatem humorum corrigere, superfluum cum moderamine foras prescribendo. Cui intentioni cum effectu atisfaciunt quæ ex Myrrha, Aloë, Succino, Croco, Extractis Amaris, Mastice, Opobalsamo, resina ligni Aloës constant, sive in solidam, sive in liquidi formam fuerint redacta, modo crebrius, & parciori dosi in usum vocentur. In summa: omnia temperata balsamica cum vel sine acidorum accessu acuata in arcedis contagiosis morbis magnum punctum absolvunt.

§. VIII. Quod jam dictum est de Peste & malignis febribus, id quoque valet de aliis, qui contagio serpunt atque infestisunt, quibus Variolas, Morbillos merito debemus annumerare, quorum miasma contagiosum, si corpora cacochymica offendit, diram & lethalem ludere sollet catastrophen. Grassantur potissimum autumno & vere, ubi subita tempestatum mutationes humores ad stagnationem & putridas corruptiones disponere solent; cumque in finem acida temperatoria ut Phlegma Vitrioli, Spiritus Vitrioli phlegmaticus, Tincture Rosarum, Violarum, contagii tempore usurpata non fructu carent, & parciorem quoque variolarum copiam efficiunt. Deinceps optime nondum hoc morbo correpti sibi prospiciunt, si fugiant infecta loca, & firment & roborent vitales humores, ne vehementia contagii facile succumbant. Convenit itaque omnia excessiva fugere, & maxime a subitis aeris mutationibus se cavere. Sique nimium tempetas pluviosa & humida regnat, parum oportet comedere, omneque crudum, crassum, impurum & quod difficillime solvit, evitare. Maxime omnium vero abstinentia est a dulcibus, fermentescibilibus, farinaceis, omnibusque, quæ corpora debilitant, ut sunt purgantia, crapula, venus, eo quod vappelcentem lentorem succis afferant. Cum vero hi morbi infantilem ætatem ordinario adgreditur, videndum num verminosa putredo in canali intestinorum subsistat, quæ vim morbi ac symptomatum vehementer adauget. Utile est, ab hac corpus Mercurialibus cum Balsamicis amaris purgantibus remixtis liberare. Praesiat quoque grassantibus variolis infantibus Ablorbentes Pulveres ex lapidibus cancrorum, matre perlarum admixto pauxillo cinnabaris & nitri crebrioribus vicibus, necnon Infusa ex semine foeniculi, radice scorzonerae, liquiritiae, herbae veronicae offerre. Sique purgare expedit primas vias, Pulvere rhabarbari & mercurio dulci id perficere debemus. Hac ratione si procedimus, id nobis polliceri possimus, ut mitius hic morbus sua tempora absque metu graviorum symptomata-

tum vel confluentium, faciem mire defendantium, & graviorum inflammatum, percurrat. Ne vero benignæ variolæ in malignas convertantur, quod ab imperitis medicis frequentius fit, cavidum ante omnia est ab omnibus expellentibus caldioribus & regimine calido præsertim primis diebus, nam siullo in morbo, certe in hoc natura vult duci, non vero pelli. Frustraneum est expulsionem moliri, ubi materia nondum cocta a sanguine separata & ad exitum fuerit disponita.

§. IX. Quoniam vero impuri gravidarum & nutricum succi, in liberos transfusi, materialem exanthematicæ luis, tam variolarum quam morbillorum causam constituant: hinc prudentis medici est, quovis modo humorum pravitatem & corruptelam in gravidis & que ac nutritiibus praecavere. Et quia humorum ac sanguinis depurationi promptior hujus circulatio & que ac excretionum naturalium vigor mirifice favet: hinc convenienti tempore administratæ sanguinis missiones, nec non leniores alvi evacuaciones, infusaque herbarum calida eo splendent effectu, ut infantes raro vel mitissime procedente variolarum & morbillorum affectu affligantur. Notavimus cerebra vice gravidas, quæ, natura sic moderante, mensum fluxum aliquoties expertæ sunt, liberos, qui per omnem ætatem a variolis immunes permanserunt, progenerasse.

§. X. Succedit jam febris purpurata nostro climati ac sexui sequiori familiarissima, ipsisque puerperis maxime infensa: in nonnullis subjectis quandoque variolis, morbillis, aliisque continuis, vel etiam malignis febribus in fine non sine metu periculi sele associat. Soboles est impure vappelcentis & corruptæ lymphæ, quæ dum ob obstructas glandulas stagnat & motucaret, hoc vitium contrahit & sepe chronicam purpuram inducit. Meo quidem judicio nostris regionibus gravidis perquam familiaris est, ob paulo liberaliore uolum placentarum ex triticea farina, butyro & ovis paratarum, nec non ob abusum dulcium, que fermentatione pri-

marum viarum facile acescant & insignem lentorem humoribus ingenerant. Si vita fædentaria, neglectus venæ sectionis & evacuationis alvina in gravidis accedit, atque diuturnæ humidæ tempestates regnant, in pueris hic morbus sæpiissime visitur. Non semel notavimus a suppresso fluore albo periodico & critico, loco hujus purpuram successisse, quæ restituto fluxu corpus deseruit. Quod vero aliis malignis & continuis febribus in fine quandoque supervenire soleat, medici ut plurimum in culpa sunt, qui collectas alvi plus justo diurna retentione impuras sordes, per calidum regimen & sudorifica, in lympham transferunt. Quapropter præservationis fine gravidis, ne pueræ satæ in molestias hujus morbi incident, suademus parciorum dulcium, & farinaceorum usum, & ut motu, venæ sectione debito tempore admissa, usque infusorum calidorum & polychresti evançantis humores ab omni impuritate præseruent, ipsis injungimus. Convenit quoque in ipso puerperio lochiorum fluxum in ordine servare, primamque regionem, qua ut plurimum colluvie sordium scatet, in pueris mature expurgare, minime vero, quando hoc nondum factum fuit, in sudore perpetuo eas servare vel sudoriferis uti. Ne vero alii acutis morbis demum superveniat, cautio adhibenda est, ne nimis diu alvus maneat adstricta, sed potius ea mature, aut emolliente clysterre, aut suppositorio, aut polychresto evacuante vel salino nitroso remedio, pro circumstantiarum ratione, est aprienda.

§. XI. Sequuntur jam Catharrales febres, quæ ob aeris inæqualitatem subitamque ejus mutationem vere & autumno epidemicæ sunt, & variis larvis incidunt, corporaque, maxime frigidæ & humidæ temperaturæ, corripiunt. Interdum ferina tussis, pectoris oppressio, coryza, quandoque faucium squalor, & inflammatio jungitur, etiam dolor gravis artus occupans sive rheumatismus circa noctem exasperatur. Quapropter tempore, quo solent grassari, mirifice prodest parum cibi assumere, inque perpetuo,

sed moderato transpiratu cutis emanctorum conservare, quod fit vitando aerem frigidorem & valde humidum. Maxime omnium vero cautio eo est dirigenda, ne imminentे veris serenitate subito mutemus vestimenta, leviora induendo, quod plores suo damno experiuntur: deinde celo diu existente frigido, & humido, nullo modo vires corporis subtrahere, vel transpirationis negotium intercipere licet, quem in finem oportet evitare sanguinis missiones, nimias purgationes, intemperativam venerem, & victimum durum, salsum, crassum. Crebrius a nobis observatum plures a venæ sectione liberalius instituta corpora frigido & humido aeri objectasse, & inde catarrhales febres reportasse.

§. XII. Catarrhalibus affines & congeneres sunt eæ, quæ cum artuum doloribus corpora invadunt, & quamvis hi ipsi morbi suam sedem altius in visceribus habent, illorum tamen impetus certo tempore solet ingravescere, & eo maxime, ubi inæquales & subitas aeris permutationes argenti vivi in barometro motus varians indicat. Quod fit præcipue vere & autumno, & circa æquinoctia. Multum vero ad arthritidis fixæ, præsertim podagræ, generationem facit nativa debilitas ligamentorum nervo tendinosorum glandulis interspersis gaudentium. Si itaque hæreditaria quædam adfuerit dispositio, ad mitigationem mali hæc sunt tenenda; Omnia videlicet, quæ pedum vigorem & totam naturam debilitant, & transpirationem, optimam sanguinis depuraticem, ledunt, cane pejus, & angue fugere oportet; contra vero quæ roborant vires, quæ necessarias, & naturæ convenientes excretiones adjuvant, utilitatem adferunt maximam. Rejicimus itaque merito largiorem vinorum, cujuscunque fere generis sint, ingurgitationem, venerem vagam & fervidam, & vehementiorem animi impetum, necnon invictu intemperantiam. Laudamus vero ac vehementer commendamus provocationem fluxus hemorrhoidalis, si natura huic consueverit, vel loco hujus venæ sectionem aut scarificationem in partibus

affectis, corporis motum, lac caprinum cum fontibus mineralibus sale alcalico turgidis potum: insignem quoque usum præstat alvum in officio suo continere, quem in finem pillulis Cratonis, Becherianis genuinis vel correatis singulis septimanis utendum est. Valde vero proficuum observamus bal-sami nostri liquidi externum ulum, cuius inunctione extra paroxysmum præservationis gratia singulare articulis accedit robur. Deinceps pedes pellibus animantium probe muniuntur, neque refrigerentur, nec humectentur, aut valde sudent, sed siccii serventur. Si vero ob debilitatem stomachi vinum potui est dandum, omnium nobilissimum Hungaricum offerendum est. Memini aliquoties maximum allevamentum paroxysmo podagrico accedere, si ante accessionem pulveres præcipitantes cinnabarini propincentur, iisque mox subjungantur doses aliquot evacuantis lenioris. Dici enim vix potest, quam utile sit mature, non modo in aliis morbis, sed & in arthriticis, primam regionem expurgare, & ex flexura duodeni, quæ faber morbosarum minerarum plerumque est, morbi ac paroxysmi materiam eliminare: hac enim ratione symptomatum vehementia non solum minuitur, sed citius morbus extinguitur. Neque sine ratione, saniores veterum in prima podagra accessione emetica vehementer laudarunt. Ita Martianus in Commentario ad Hippocratem p. 382. scribit: *Ego observavi quam plurimos podagricos ab hoc affectu liberatos aut mitigatos fuisse, ubi acetosa evomuerint.* Et Alpinus de medicina Ægyptiorum pag. 110. refert: *multos novi a podagra renunque calculo vexatos vomituum crebro usu magnopere adjutos.* Et Hildanus centuria 6. observ. 83. mirifice in podagræ accessu deprædicat vomitorium, quoniam post ejus usum nullus sere sequitur dolor, & scribit id cum magno successu expertum esse in non nullis ægrotis. Quæque jam dicta sunt de podagra, hæc omnia circa alias ar-

thritidis & rheumatismi species sunt observanda. Inter has ischiatis solet esse molestissima, cui, ut præveniamus, opportuno præsidio esse solent venæ seccio in talo, equi vectio, mutatio aeris, thermarum vel acidularum potus, purgatio singulis mensibus bis facta, aeris mutatio, quæ in universum ad præservationem omnium arthriticorum affectuum Theodorus Priscianus p. 308. etiam atque etiam commendat.

S. XIII. Descendimus jam ad inquirendam methodum ab hecticis, & lentis febribus corpus nostrum defendendi. Putridæ excrementitia fordes, vitalibus succis intime mixtæ, harum febrium sunt genitrices; hæ vero producuntur, quando criticæ evacuationes per sudorem, per alvum, vel alia emunctoria, aut fonticulos, & ulceræ antiqua supprimuntur. Hoc etiam evenit, si consuetæ sanguinis excretiones, sive per hæmorrhoides, sive per uterus cohibentur, vel quando febres intermittentium motus, qui sæpe magno præsidio sunt visceribus obstructis, aut relaxatis, primis celeriter opiatorum, adstringentium, quorum etiam referridebet China Chinæ, abusu fistuntur. Oriuntur quoque lenta febris, quando corpori a morbo, vel nimia evacuatione, debilitato alimenta plus justo ingeruntur, quo fit, ut promptissime pessima cruditates in corpore, & primis viis colligantur. Si viscerum adfuerit corruptela insanabilis fit febris, quæ hectica appellatur. Quemadmodum autem variae esse solent harum febrium causæ: ita præservandi modus diversus est. Si corpus valde fuerit enervatum, ventriculi primo omnium ratio est habenda, præsertim ne nimio alimento eum oneremus, sed parum femel, at crebrioribus vicibus, est assumendum, moderatus quoque sit corporis, & tranquillus animalis motus necesse est. Caælio quoque adhibenda, ne nimis cito intermittentium impetum cohibeamus, præsertim si humorum copiam atque stagnationem, nec non viscerum obstructionem pro rati diec

dice habeant. In consuetis sanguinis evacuationibus suppressis, justo tempore venæ aperiantur. Quoniam vero prima, quæ in ventriculo & duodeno est, regio, colluvie sordium repleta, mater est harum febrium: hinc mature leni emetico vel sale aperitivo aut evacuantे polychresto ea deplenda est; id enim si non accidit, calor nimius & vires & solidarum partium succos laudabiles despiciuntur.

§. XIV. Sequitur jam, ut a febribus illis, quarum paroxysmus certo temporum intervallo intermitit, corporis præservandi modum meditemur. Hæ, cuiuscunque generis fuerint, singulis anni temporibus, sola hyeme excepta, grassari solent, certis vero etiam locis sunt endemizæ. Vero simillimum est aerem subtilioris causticæ febrilis materiæ, ex confermentatione variarum particularum producere vehiculum esse; hæc condensata, præsertim occiduo sole, intus subit vitalia, & ad ventriculum & duodenum descendens, cum stagnante ibi bile, & pituita, mineram febris fabricat. Ita epidemice grassantes generantur. Alioquin a transpiratione prohibita, & cruditatibus ventriculi, alienam indolem mora nanciscentibus, solennis fit febrium genesis. Quod si vero intermittens offendit labem in visceribus, diuturnior ac contumacior fit. Intensior vero earum fit æstus in cholericis, dixitæ vinoq; adsuetis, & iis qui ad iram proclives sunt. Qua propter ad febres dispositi, quo grassantur tempore, hæc debent servare: (I) aeri vespertino vel nocturno, neque cœlo nubilo ac pluvioso, corpus diu objiciendum: (II.) quisque tunc sese abstineat a crudis, & duris cibis, cuius generis sunt omnia marina, carnes infumatae & induratae, lacticinia parcius sumantur, ante omnia vero id omne evitandum est, quod cum nausea assumitur, utpote in ventriculi sinu moratur & facile corrumpitur. Quandounque vero vitiosa cruditas, solennis febrium procreatrix, cum febrium prodromis

præsens est, nil securius abstinentia, & bono emetico, quod vel solitarium, vel cum infuso mannae sociatum, primas vias ob omni putridarum sordium colluvie liberat, una saepius vice febrem præscindens.

§. XV. Febribus admodum affines sunt inflammations. Nam continua raro sine inflammatione interiori sunt, neq; inflammatio sine febre facile existit. Omnium vero intensissima est, quæ consistit in ventriculi membranis, & per frequenter fit, neque sine periculo. Quum enim sensibilissimæ parti accidat, spasmos & convulsiones in universo nervorum ac membranarum systemate celeriter suscitat. Exemplo sunt venena caustica, quæ inflammando ventriculum & intestina subito interficiunt. Plura vero sunt, quæ id malum inferunt, inter quæ eminenter frigidus corpori extreme calefacto potus copiose superingestus, id quod per sepe funesto eventu accidit. Vehementior quoque ira, drasticum purgans vel emeticum, præsertim si quis frigidum superbibat potum, grave hoc vitium ingenerat. Vidi plures necatos fuisse, quando a gravi ira forte emeticum sumserunt; cujus effectus fuit inflammatio ventriculi, & mors. In peste ejus inflammatio frequentissime fit, qua imminente vel praesente mortem inferunt emetica, quorum tamen usus matutinus, & cautus non potest contemni. Incurrunt plurimi hoc malum si exanthemata in febribus, variolis, morbillis, purpura, petechiis, peste retrocedunt, vel critice evacuationes in his dictis affectibus supprimuntur. Idem evenit in podagra, arthritide vaga, erysipelate, si ab emeticis, venæ sectione, frigore, terrore, & inflammationi inimicissimis opiatibus, materia retro cedit. Probe itaque hæc omnia observare debet medicus, ne ex imperitia tantum malum accersat. Neque periculo carent intestinalrum inflammations, in dyfenteria, colica convulsiva spasmatica, aut herniarum comite iliaca passiones. Pessima sunt hos passu

passu in alvi fluxionibus opia vel adstringentia: in colica convulsiva purgantia anteriora, eaque aliquoties repetita: in herniosis intensum frigus aut iracundia. Quare hæc omnia sedula cura sunt evitanda.

S. XVI. Succedit jam Peripneumonia, quæ profundior pulmonum inflammatio est, cum levior sit pleuritis. Fit quando sanguis glutinosus & crassus, quem semper fere peripneumoniaci e vena emittunt, motu corporis vehementiori, aut balneis, sudorifero calido, iracundia, in angustissima vasa impulsus, ibique subito refrigeratus, incarceratur. Hujus mali generatio- ni sæpe polyporam in pulmonum vasis concretionem velificari lectiones docent. Convenit itaque, ut plethorici, vel crasso sanguine abundantes, fugiant, quicquid corpus & nimium calidum & nimium frigidum reddit, maximeque eorum subitam invicem permutationem: servent vero sanguinem fluxilem calido potu, quem juvat nitroso, vel lixivioso sale acuere. Hæc etiam impediunt, quo minus polypus in vasorum anfractibus succretat.

S. XVII. Graviter sæpenumero inflammari uterus, funesta puerarum symptomata docent: huic malo lochiorum suppressio, per refrigerationem, animi affectus aut diætæ vitia facta, causam subministrat. Si impura fuerint corpora, si spasmodicis abdominis cruciatibus pateant, malum hoc frequentia non minus quam periculo terrible est. Igitur ad præservationem nihil est convenientius, quam hæc omnia aversari, idque curare, ut spasmi abdominis mature sistantur, ne ab iis lochiorum fluxio cohibeatur; quibus indicationibus Oleum Amygdalarum dulcium, Sperma Ceti, Antimonium Diaphoreticum, Lapedes Cæncrorum, Nitrum, Crocus, necnon Flores Chamomillæ Vulgaris & Romanæ, summitates Millefolii cum cerevisia cocti, & interius dati egregie serviunt, quia sanguinem ibi sanguinem dissolvunt, eumque ad exclusionem præparant. Neque intutum tali in casu venæ lectionis præsidium est, utpote, quo ad omnem inflam-

mationem avertendam nihil est præsentius.

S. XVIII. Periculo vero omnes antecedit phrenitis, quæ acutis passionibus in fine sæpenumero jungitur. Causam dare solet partim retrocessio omnis generis exanthematum, partim fortior translatio sive metastasis sanguinis facta ad caput, quam facie ac oculorum rubor, tumor, fortis arteriarum capitum pulsatio, diuturna vigilia, stillicidium sanguinis ex naribus, alvus adstricta, extremonum frigus comitantur: quo casu venæ sub lingua opportune secantur, vel Ægyptiorum more nares scarificantur. Neque minus utile est blanda & continua diaphoresi sanguinis circulum æquabilem servare, per mixturas temperatas, acidulas, alexipharmacas: & alvum clystere aperire: hoc modo fit, ut infensa sanguinis & humorum metastases æque ac retrocessiones sordium excernendarum impediantur.

S. XIX. Ab inflammationibus deveniendum jam erit ad enormes sanguinis varia per loca excretiones, quibus non modo corpora valde debilitantur, sed & alii graviores morbi inde capiunt initium. Accedit, quod si natura ipsis consueverit, & sanguis ad partes congestus exitum non invenerit, ilias malorum inde oriatur. Hac enim ratione in capite cephalgiae, hemicraniae, ophtalmiae, vertigo, auditus difficilis, aurium tinnitus, imo paralysis, apoplexia suboriuntur: in pulmonibus inflammatio, obstrusio, corruptio, asthma, tussis chronicæ, phlegmæ hecticeæ sunt: si per vasa hemorrhoidalia non rite fertur sanguis, non modo in intestinorum canale, sed & visceribus abdominis stagnationes facit, & ita vomi- tus cruentus, morbus niger Hippocratis, cachexia, hydrops, colicæ convulsivæ, hemorrhoides cæcæ, ani inflammatio, nec non fistulae, ulcera in hoc loco, tubercula, mielitus cruentus, nephritis, inde subnascuntur. Prudentis itaque nedici est, omnem curam adhibere, omnemque operam dare, ne natura assuecat sanguinis excretionibus, solo mensum fluxu excepto: quod vero præstare res utique ardua & difficilis est, neque vero

minus omnis spes abiscienda venit. Cum vero ii, qui habitu corporis laxo, spongioso & vasculo lo prædicti sunt, ad copiosi sanguinis generationem, æque ac ad spasmos, qui omne ferunt in pressura sanguinis ad talia loca punctum, valde proclives sint: propterea ne nimium sanguis in eorum corporibus succrescat, & ut spastica quoque stricturæ partium impedianter, omni modo entendum est. Huic scopo admodum conductit abstinentia & temperantia ab iis, quæ copiam sanguinisingerant: ut sunt carnes juniorum animantium, laetitia, dulcia, ova, gelatina, farinacea, vina dulcia, cerevisias dulces ac spirituosa, otium, somnus largior; præstat potius victus tenuis, ex vegetabilibus, herbis, fructibus, desultus, potuere dare convenient cerevisias tenues, vel loco harum vinum tenue cum aqua bona dilutum. Convenit quoque motu & exercitatione, usuque infusorum calidorum sanguinis circulum, & proficiam transpirationem promovere. Deinceps vent seculo tali in calu præsidium est omni laude majus. Hæc eo maxime tempore, quo sanguis quasi ebullire & exitum affectare solet, ut sit vere & autumno, circa æquinoctiorum tempora, administranda est, inque nonnullis subjectis, quæ ingenem sanguinis copiam proferunt, bis imo quatuor vicibus debet repeti. Neque prætereundum est, omnes intempestivos animi motus, ubi metus est hæmorrhagiarum, magna cura operare esse fugiendos, utpote qui ejus sunt naturæ, ut solidorum tonum ac robur, quæ motum fluidorum dirigunt, aut nimia relaxatione aut vehementiori constrictione pervertant: quare videmus in praxi quotidie, iram & terrorum gravissimarum hæmorrhagiarum esse auctores. Cum vero bilis acris in duodeno subsistens spasmus abdominis conciteret, & hæmorrhagicarum translationum causa existat: ideo mature hæc ut temperetur & expurgetur, nec non ut alvus quotidie respondeat, operam dare oportet; quem in finem rhabarbarina cum nitrofis & absorbentibus mixta etiam atque etiam commendamus. Hæc, quæ jam monuimus,

servanda quoque sunt foeminis, quod nimias uteri hæmorrhagias, quæ in gravidis pariunt abortus, corpore arcent, avertuntque.

§. XX. Sequuntur jam dolores, quorum acerbitas sepe tanta est, ut corpus & animum hominis mire exerceant. Eminet vero ex hisce ventriculi, & intestinorum dolor acerbis, quorum prior cardialgicus, insequens colicus appellatur, ut ut tenuia exquisita sensibilitatis plus quam crassa intelligina occupet, transit sè penumero in pares, quandoque etiam in iterum, tympanitidem. Si quando autem is continuo spasmis, & flatulentis exercet hominem, affectus dicitur hypochondriacus in viris, in foeminis passio hysterica. Communis est sententia hepar & lienem in culpa esse. Alii accusant progressum sanguinis difficiliorem per venam portæ & consequenter per hepar. Alii, hunc morbum esse inane ac iners naturæ molimen, sanguinem per venas sedis evacuare volentes contendunt. Pace vero horum omnium regero, quod Cachectici, Scorbutici, Hydropici, Iterici, Quartanarii, Lienosi, qui viscera abdominalis, hepar & lienem, pancreas infarcta, obstructa, indurata furent, & ubi sanguinis per venæ portæ innunes rami ciones motus valde segnis, & difficilis est, hypochondriacorum pathematis ordinario non affligantur. Multo minus vero fluxus hæmorrhoidalis parum feliciter succedens hujus passionis causa esse potest, quoniam juvenilis aetas huic malo plus est obnoxia quam senilis, quæ tamen ordinarie hunc fluxum solet experiri, minus vero familiaris est juvenibus. Neque fluxio sanguinis restituta hoc malum tollit, quamvis interdum levationem adferat. Sed potius statuendum nobis videtur, fluxum hæmorrhoidalem & viscerum obstructions magis hypochondriacorum symptoma atque effectum hujus morbi, quam caussam esse. Vidi mus sepiissime homines hilaris & lacris ingenii perfecte sanos malo regimine affectuum, vel diæta perversa, vel a male tractatis morbis, aut evacuationibus criticis cohibitis, subito factos hypochon-

chondriacos, melancholicos & per plures annos variis phantasmatis miferime pressos. Causam vero atque occasionem huic malo, omnia ea, quæ universum genus nervosum debilitant, quæ tonum sive motum peristalticum ventriculi & intestinorum lœdunt atque pervertunt, subministrant; ut sunt purgantia acriora valida frequentius usurpata, præsertim cum malo regimine, desuper corpus refrigerando, aut potum frigide assumendo, vel animæ passionibus indulgendo. Omnia enim frigida, tam interne, quam externe admitta, omnes animi immoderati impetus, omnia fermentescentia, omnianque acida in excessiva quantitate sumpta, opiata, item adstringentia, vitaque sedentaria, mire tonum intestinorum destruant, eoque magis lœdunt, & affectum diurnum reddunt, quo plus in corpora, sive a morbo præsertim intestinorum, sive ab evacuatione nimia aut perverso affectuum & diæta uso debilitata incident. Tenendum hoc loco est, quod si malum inveteraverit, fieri habituale, adeo ut levi occasione data gravia pathemata excitentur. Quum vero dolor ille intestinorum, sive transiens, sive permanens, cum flatulentiis, tum spasmus ac tractionibus nervorum absolvatur; hinc etiam complicata symptomata ex hisce ceu fontibus quasi possunt duci ac derivari. Si quis itaque ab hoc molestissimo affectu se præservare velit, vitet omnem usum purgantium acriorum ac drasticorum: caveat sibi ab omni animi gravi affectu, præsertim tristitia; caveat a remediis, quæ celeriter & febres & evacuationes sanguinis supprimunt; ut sunt adstringentia, opiata; caveat ab intemperantia edendi & crapula, vitaque sedentaria, quæ pessimum cruditatum sunt genitrices; sique sanguis abundet, sectione venarum superfluus evacuandus est; si alvus adstrictior sit, pilulis polychrestis sollicitanda est, si ventriculus acido nimio infestatur, illud destruentia proslt; sique torpida natura, & obstructionis viscerum metus fuerit, thermis, acidulis, balneis, morru, & medicamentis balsamicis atque sto-

machicis, tonus intestinorum roborandus est. Maxime omnium vero abdomen & pedes probe a frigore defendendi sunt. In paroxysmo ad dolores, & flatulentias tollendas nihil præsentios est clysteribus emollientibus ac carminativis. Et quoniam alvus ad stricta prodromus esse solet toni intestinorum læsi; hinc laborandum est, ut ipsa suum semper faciat officium, nec nimis stræta, nec nimis etiam laxa sit; utpote alvus naturaliter recte respondens, signum toni salvi ac illibati intestinorum est.

§. XXI. Intestinorum tormentis sæpumero sese associant nimia & quandoque cruentæ alvi excretiones. Ne quis itaque in has incidat, ea servet necesse est, quæ superiori paragrapho monuimus. Quum vero epidemicæ affectus, ex certa & præternaturali anni & temporum constitutione emergant, præsertim quando pruinæ autumnales corrosivo sale fructus inficiunt: ideo hoc tempore convenit abstinere a fructuum horæorum, & in fermentationem proniorum abusu. Neque unquam illi nisi prius bene loti, & cum calidis cibis debent assumi. Nocet quoque quicquid ventriculum & intestina ledit, præsertim aer humido-frigidus, borealis, iracundia, moestitia, purgans. Convenit interius tonum fibrarum robrire, quod commode fit balsamicis elixi riis & stomachicis, quorum guttulae aliquot singulis diebus semel vel bis cum calido vehiculo sunt assumendæ, & spiritu. Mentæ frequentius totum abdomen innungendum est. Neque ea, quæ humorum acrimoniam in primis viis temperant, qualia sunt Cornu Cervi ustum, aut Philosophice præparatum, Lapidæ Cancerorum, Antimonium Diaphoreticum, Nitrum, hoc tempore debent negligi. Quoniam vero colluvies biliosa prima in regione collecta, dysenterico miasmati plerumque somitem præbet: tunc tali in casu suademus, ut radicis Ipecacuanhae, quæ inter emetica omnium tutissima est, dosi mature hæc ipsa expurgetur.

§. XXII. Est quoque dolorum facile gravissimus, qui a grandiori & asperiori calculo vias urinarias permeante va-

scitur

scitur universum sœpe nervorum genus in anomalias spasticas tractiones rapiens. Neque minoris momenti est ille, qui in vesica stabulatur, & continuas molestias & dolores creat. Non rarum quoque est, in cystide sellea varix figura magnitudinis & coloris concrescere calculos, qui, quod sapius vidimus, per ductum cholodochum viam affectantes, immanes, & fixos cruciatus in dextro latere cum magno periculo inferunt. Ut itaque a tam dira dolorum acerbitate homo maneat immunis, opera danda est. Quum vero calculorum generatio stagnationem humoris glutinosi tartarei supponat: ideo omnia, quæ lentoſ & glutinosoſ reddunt humores, quæ acidum, quod concretionis est principium, vel ſal tartareum gignunt, & renum aliarumque partium tonum deſtruunt, vitanda ſunt. Ex quo cenuſ inter aliamenta caseoſa, laſticiaria, leguminosa, farinacea, præſertim cum acidis, cum vino, ſpiritu vini, aut diureticis calidioribus, juniperinis, ſuccinatis, terebinthinatis in uſum vocata, primas teñent partes. Denique quoniam Plerorici communiter calculosi fiunt, quod nimia ſanguinis & humorum exundantia renū tonum non ſolum diſſolvat, ſed & coagulo humorum anſam præbeat; hinc ea, quæ abundantem ſanguinem gignunt, fugere oportet. Porro vita fedentaria, diurna triftitia, experientia teſte, calculorum productio ni multum favet, quare motus, exercitatio, & tranquillus animus præſidio ſunt. Ubi cunque vero diſpoſitio quædam ad hæc mala animadvertitur, omnia quæ fluidos ſervant humores, quæ transpirationem aliasque excretiones promovent, nec non quæ tonum ac robur ventriculi & renū conservant, in frequentem uſum admittantur. Quo nomine laudamus iuſuſa calida ex Urtica mortua, Veronica, Hedera terreſtri, Equiseto, radice Eringii, Altheæ confecta, cum quibus ſingulis diebus portio quædam mellis Prussici potest assumi. Laudamus quoque diuretica

blandiora, quæ non coagulant humores, ſed acidum ſimil absorbent, ac ſimil fluiditatem glutinoſæ materiæ præſtant, talia ſunt Nitrum, Arcanum duſſicatum, Tinctura Tartari, Autimoniū acris, Conchæ uſtæ, lapides Cancerorum, Magnesia, Arcanum Tartari, Laudamus quoque præſervationis cauſa venæ ſectionem circa æquinoctia adminiſtrandam, nec non Acidularum, & Thermarum uſum. Quæ ſicuti in omnibus affectionibus chronicis: ita etiam ad impediendam calculorum generationem universalia & magnæ energiæ ſunt præſervantia.

§. XXIII. De doloribus articulo rum ſopra facta eſt mentio, reliquum jam eſt, ut etiam quædam addamus de cephalalgiaſ vehementer adfligentibus. Sœpe ſunt ſymptomata aliorum morborum, quandoque morbus principalis. Has qui evitare volit, rationem habeat ventriculi, & aſſumtorum, utpote omnia, quæ cruditates & flatulentias efficiunt, & quæ caput petunt ac feriunt, ut lont ſulphurata fumofa, crapula, vitare oportet. Enitendum ante omnia eſt, ut alvus bene repondeat, & tranſpiratio ſit laudabilis, nec non pedes a frigore defendantur. Si plethora in cauſa, vena ſectio eſt utilis. Si capitis venæ ſanguine ſunt infarcta, pedilu via proſunt, & vena ſectio in pede inſtituenda; exterius vero loco epithematis acetum Rosaceum cum Oleo Ligni Rhodii, Nitro, & Camphora applicatum ſolamen ad fert prætentissimum. Caterum in ſerofioribus mitifice roborat caput, & a doloribus præſervat moderatus Balsami liquidi nostri uſus, ſi vertici, temporibus, naribusque admoveatur. Quod ſi membranas, quæ dentes obvolvunt, gravis occupaverit dolor, & ab eo nos præſervare velimus, plethora ac cacochyrmia habenda eſt ratio. Cariosus ſi fuerit dens, tutiſſimum remedium exuſtio eſt. Atque ut univerſa capitis regio a defluxiōnibus acribus moleſtis maneat immuniſ, roborandi fine non poſsumus. ſatis

tis laudare Balsami liquidi nostri extēnum usum , sive naribus , sive vertici , sive temporibus applicemus , sive mi-scendo illud cum aqua vel vino os , fau-cesque eluamus , ac totam faciem nucham-que lavemus .

§. XXIV. Convertimus jam nos ad gravissimos convulsivos , paralyticos & soporosos affectus , qui vite & sanitati sunt infensissimi . Inter hos vero caput extollit ipsa epilepsia , infantili etati ma-zime funesta , præsertim quando gravide & nutrices hystericis passionibus premun-tur , vel terrore aut alio animi impetu fuerunt correpti . Solo enim vehementi terrore , etiam in adultis , produci epile-psiā in dies docemur . In causa se-penu-mero quoque est vermium præsenta , qui rodendo tunicas intestinorum nerveas , horribiles sepe in adultis convulsiones ex-citant . Se-pissime debilitas cerebri & ner-vorum a parentibus hereditario quasi ju-re contracta meretur accusari . Prima ita-que & præcipua in præservando hoc loco debet esse intentio , ut omne illud , quod nervosum genus debilitat , quod membranarum robur ac tonum lredit , & quod impuris & acribus humoribus capitīs vasa replet , evitetur . Quare cane pejus , & angue ad epilepsiam dispositi fugiant vi-nūm , liquores qui caput petunt , omnia vaporosa , Anodyna , Cepas , Crapulam , deinceps fugiant omnes animi commo-tiones , profundas meditationes , lu-cubrations , curas . Abstineant a fructibus horæsis , sacharatis , lacticiniis , flatu-lentis , acidis , acidularum & thermarum potu , nec noq ab ipsis balneis ; caput ve-ro nunquam humectent vel inungant . Præ-servant vero optime a gravioribus capitīs passionibus fonticuli , setacea nucha applicata , cœli mutatio , alvique apertio . Si fordes verminosa in primis viis causam hujus mali constituant , has ipsis pilulis ex mercurio dulci , myrrha , aloe , aſa ſectida & camphora confectis oportet ex-purgare . Nihil vero familiarius est , quam quod retropulsiſ eis , quæ excerni debe-bant e. g. variolis , morbillis , scabie , crux lactea , tinea capitis , purpura , malum epilepticum maxime in infantili

ætate superveniat , quare tali casu om-nis navanda est opera , ut naturam pru-denter in excernendo adjuvemus , neque eam turbemus .

§. XXV. Convulsionis quoque spe-cies est cordis palpitation , quæ si perti-nax & chronica fuerit , plerumque a cor-dis & pulmonalium vasorum polypo fo-vetur , simulque ab animi affectu , præ-sertim terrore gravi subito producitur : neque minus spasmodicis abdominis pa-thematibus in hypochondriacis & hystericis plerumque complicatur . Venæ ſectio hic magno ſolet eſſe ſolatio . Atque omnia , quæ alvum aperiunt , & quæ flatus diſcutiunt , in uſu ſint frequentiori . Præ-terea ad affectus spasmodicos convulsivos referendum quoque eſt asthma , quod a ſpazio nervorum pneumaticorum & a ſtrictura fortiori vesicularum pulmonalium provenit . Oritur non infrequenter in hypochondriacis & hystericis , vel qui intenso frigore , iracundia , crapula ner-vos thoracis laſerunt . Si diuturnum eſt , polypus plerumque in culpa eſſe ſolet , & tunc facile definit periculoſe in hydropem thoracis ipsamque mortem . Subito vero dignitur a retropulſa ſcabie , arthritide , podagra , erysipelate , vel alia excretione ſubcutanea & critica , quod identidem accidit , ulceribus antiquis incaute consolidatis . Qui fumos saturninos hauriunt metallicolæ , ſpasmodicum asthma ſepiſiſime percipiunt : pro varietate vero cauſarum variat quoque præſervandi metho-dus . In metallis qui operantur , ne eorum fumi noceant , frequens ſit butyri & oleum uſu . In retrocedentibus vero iis , quæ foras debebant proſcribi , veficatoria & fonticuli applicentur . Et ne polypus concreſeat , venæ ſectio , motus fortior , nitroſa ſalia lixiviosa , iuſſa calida , thermæque proſunt . Harum vero & acidularum uſu in hoc affectu , præſertim ubi polypi eſt indicium , debet eſſe cautiſi-mus , utpote plus vice ſimplici lethalem inde eventum obſervavimus ; qua de re legi potest *Difſertatio de asthmate convulſivo* . In genere ab hoc gravi & periculoſo affectu præſervat defenſio pectoris ab omni frigore , abſinentia a crapula , &

con-

continens animus in sevis passionibus, si quidem tria hæc, crapula, ira, frigus, si sèpius concurrunt, non modo hoc grave malum, sed & alias spasticas & inflammatorias passiones excitant.

S. XXVI. Ordo jam ad soporosos morbos nos dedit, inter hos periculo omnes exsuperat apoplexia, quæ senili ætati est infensissima. Pro causa plerumque agnoscit plethoram, capitis debilitatem & spasticas constrictiones sive externarum sive internarum partium: sæpe frigore, ira, terrore, cum impetu sanguis congestus in caput ibi stagnat, vasa distendit eaque rumpit, sicque lethalis hæmorrhagia cerebri, quæ proxima causa apoplexiæ est, inducitur. Ea propter senes & quiunque ad hoc malum prædispositi sunt, plethora gignenda resistant. Quare ante æquinoctia, in quibus solennes solent esse sanguinis congestiones & apoplecticorum insultus, venam secare utique necessarium est. Deinceps omnibus iis abstinentendum est, quæ nervorum & cerebri tonum destruunt, quorum jam mentionem fecimus; nam quæ in ætate infantili epilepsiam producunt, ea in senili disponunt facile ad apoplexiæ, neque minus ad affectus soporosos, paralyses, hemiplegias, coma, lethargum, carum, vertiginem, sensuum abolitiones, guttam serenam, furditatem, viam sternunt paratissimam. Tuta præservatio in eo consistit, ut probe corpus, caput & pectus muniatur a frigore, quod senibus & nervoso generi admodum inimicum est, deinde alvus & transpiratio liberior conservetur. Tum temperatis, balsamicis, succinatis, ambratis & balsami vitæ tam interno, quam externo moderato usu cerebri, & nervorum tonus corroboretur.

S. XXVII. Considerandi jam veniunt illi morbi, qui chronicj dicuntur, & vehementia non minus quam contumacia terrent. Hi ut plurimum in visceribus sedem fixam habent, si ipsa obstructa, infarcta, constricta, indurata, exulcerata, vel alio modo corrupta fuerint. Pro differentia vero viscerum differentes etiam nascuntur morbi. Itaque, si vitium in pulmonibus latet, sit phthisis vel orthopneæ,

item heptica; si in hepate, cachexia, scorbutus, icterus, hydrops; si in liene, cachexia & atrophia: si in pancreare, contumax intestinorum dolor atque inflatio; si glandulæ hinc inde obstructe fuerint, seabies, lepra propullulant. Quemadmodum vero omnia, quæ lentorem fluidis ingenerant, eorumque segniorem progressum faciunt, nec non minimos canaliculos partium occludunt, horum morborum genesi multum velificantur: ita quæ fluiditatem humoribus foenerantur, quæ obstructa referant, & sanguinem depurant, præservandis his morbis commodissime inserviant. Id genus vero sunt labor, motus, exercitatio corporis, serenus & siccus aer, abstinentia a dulcibus, acidis, salmis, duris, potu spirituoso & a nimia mœstitia, Thermæ quoque acidulæ & aquæ dulces & minerales, nec non infusa calida præsertim ex herbis Trifolio, fibrino, floribus Nasturtii Indici, Baccis Juniperi tostis composita usus sunt præsentissimi: si plethora urget, sanguis mittendus est; si ordinariæ & criticæ evacuationes mensum vel hæmorrhoidum fuerint oppressæ, cito has restituere necessarium est. Cavendum quoque est, ne refrigerantibus, adstringentibus & opiatis intempestive immodicas omnis generis evacuationes, præsertim sanguinis, febres quoque intermittentes cohibeamus; sed potius in moderatum usum balsamica, amara, & per epicrisin evacuantia nec non salia volatilia oleosa admittenda sunt.

S. XXVIII. In specie vero ex corrupto pulmone oritur phthisis cum febre & colliquativis excretionibus: infensa est maxime juvenili ætati, & fovetur ut plurimum ab hæreditaria pulmonum debilitate: unde malum indicium est depressior vel angustior thorax, scapularum eminentia, pulsus ordinario citior. Fit plerumque in hoc affectu decubitus p. n. in pulmone sanguinis & seri, quare tussis, respiratio difficultis, hæmoptysis malum futurum significant. Ad impedendum itaque stagnatorium in pulmone decubitum, opus est venæ sectione, qua mature administrata, multos novimus a

periculophtiseos liberatos & macilentes pingues redditos. Juvat quoque ordinarias sanguinis evacuationes, & consuetas in ordinem redigere & cautissime adstringentia, acida, spirituosa, opata, copiosa dulcia, & expectorantia usurpare; utpote quæ bronchia stimulando humores ad pulmones debiles & laxos nimium alliciunt, eosque ad statim valde disponunt. Robur vero pulmonum servant illibatum, & heterogeneum ibi subsistens egregie difuentiūt sulphur purum & myrrha electa, quibus interne, externe etiam in forma emplastri, utendum est. Laudamus quoque Selteranum fontem mitissimum: qui præter Sal Alcalinum fixum sulphur quoque tenet. Hic cum lacte Caprino mixtus & convenienti regimine ad mensum sumptus, insignem utilitatem ad labem pulmonum tollendam afferit. Si hæmoptysis phthisi jungitur, Nitrum cum absorbentibus & leniora laxantia desideratam opem promittunt. Quod si vero ab immaturo infarctu pulmonum asthema chronicum & humidum generetur, quod a secco multum distat, tunc acidularum & thermarum potum aliaque resolventia, Balsamica, Gummata, Gummi Ammoniacum, Myrrham electam, Benzoen, pulverem Millepedum, Mercurium dulcem, Nitrum in forma pilularum invicem mixta, valde proficia semper deprehendimus.

§. XXIX. In Cachexia, ne in Hydropem degeneret, fugienda sunt adstringentia, quamobrem cautus esse debet usus Martialium. Neque quartana in hunc affectum abeat, quod non raro fieri solet, China Chinæ, cortex Fraxini, Viscus querceanus, quibus impetum febris coercemus, magna cum circumspectione debent adhiberi. Ex diurno quoque asthemate sèpius fit Hydrops, ubi dulcia, ingrassantia & pectoralia, propter infarctum, quem augent, suspecta sunt.

§. XXX. De fœminarum morbis quædam etiam dicenda restant. Constat, harum sanitatem multum pendere ab ordinata mensum fluxione: jam igitur, ut hic fluxus justo tempore, modo & mensura procedat, fœmina conveniens vitæ

regimen observare tenentur. Maxime omnium vero ad hanc solenne m evacuationem sanguinis conservandam omnia excessiva in vietu, diæta & animo & aere aspernentur. Etenim nimium comesta acida, dulcia, farinacea, laeticinia, indurata, salsa, ingens frigus, diurnum otium, & omnes vehementes animi passiones protinus ordinem hujus fluxus perturbant. Potius hæc omnia fugere, & iis uti oportet, quæ humores servant fluxiles, partiumque tonum roborant: cuius generis sunt infusa calida ex herba Melissæ, Pulegii, floribus Chamomillæ, Millefolii, Anthos cum aqua concinna ta, quæ in omnibus fœminarum morbis præcavendis, in primis vero circa eva cuationis menstruæ tempora opem ferunt præstantissimam. Cæterum cum morbi, quibus fœminæ adfliguntur, maxima ex parte a colluvie impurorum succorum, partim in sanguine, partim in prima regione collecta, ob alvum segniorem, diætae errata & vitam sedentariam nascantur: ideo ut causas morbiferas pre scindamus, suademos majorem corporis exercitationem, laborem, motum; suademos quoque ut præter jam dicta infusa calida, per singulas septimanas Balsamicis pilulis fortes priuarum viarum evacuent, quæ secundum exemplar Becheri, ex herbarum extractis, gummatis resinosis & refracta Aloes lotæ dosi possunt concinnari, utpote tale remedium non tantum plethoræ & cacochymia gi gnendæ resistit, sed & tonum partium roborando, excretiones necessarias promovet, & nervorum ac fibrarum systema a spasmodicis constrictiōibus defendit. Neque ioutile est interdum uti in laudatis infusis Sale Volatili oleoso vel Balsamo nostro liquido. Hæc omnia jam monita majori cura debent observare gravidæ, quæ, quo magis sibi in diæta & regimine affectuum temperant, eo saniores liberos generant, & minus periculi in puerperio lustrinent. Nihil vero ipsis est insenitus, quam omnis vehemens animi affectus, præterim terror, qui in dispositis subito abortum excitat. Quoniam vero plethora & hanc presso pede insequens Caco chy-

chymia gravidis & foetus corpori maxime est inimica: hinc ut justa venæ sectionis administratione, & secura evacuatione mature auxilium feramus, summe necessarium est. Accidit vero sæpiissime, ut puerperæ in graves incident morbos, si corpora nempe fuerint impura, si lochia non rite succedant, si prima regio folidibus scatens non expurgetur. Nihil itaque in casu ipsarum sanitati est convenientius, quam exakte diæteticas servare leges, corpus & animum in quiete tenere, ac dia-phoresin lenioribus promovere, neque minus alvinam regionem securò & balsamico evacuante & roborante decenter a folidibus expurgare; ita non possunt non omnia feliciter, bene dicente DEO, succedere. Ad febres & inflammations præcavendas, nil securius est pulvere Dia-phoretico & Nitroso: ad spasmaticas vero & dolorificas intestinorum & urei crisi-spaturas avertendas, nil tutius ipso oleo Amygdalarum dulci, Spermate Ceti, Es-sentiâ saturata Millefolii, Chamomillæ vulgaris, corticum Aurantiorum, Croci, Castorei deprehendimus. Evenit sa-penumero, ut, quæ semel abortum pas-sæ sunt, frequentius hunc experiantur; cuius rei causam esse suspicor, quod sub-stantia uteri, tam quoad tonum ejus, quam quo ad vasa, violenta vasorum apertione & foetus expulsione, lœsa fuerit: hanc lœsiōnem itaque restituere & sanare, balneis infusis herbarum vulnerariis, & balsamicis temperatis statim oportet, quod si negligitur, spes perfectæ sobolis fere exspirat.

S. XXXI. Ultimo de infantum morbis quædam etiam merentur adduci. Et si-cuti proiectores ætate viætus & diæta vi-tio, ac malo affectuum regimine multa mala patiuntur; ita etiam recens nati ex iisdem causis ægrotant. Si enim plus la-tis quam ferre potest tener ventriculus afflamferit; si que hoc crassum, impurum & ad coagulationem promptum fuerit,

neque per alvum rite secesserit: statim a-cescit, corruptitur & bile admixta cor-rosivum evadit: unde tormentum, spas-morum, convulsionum, asthmatis, dolorū & febris fit origo. Nihil vero citius eorum sanitatem destruit, quam si nutri-ces animi affectibus indulgeant, vel gravi terrore corripiantur, deinde si tenerima hæc corpora frequenter acribus resinosis evauantibus exerceantur, præfertim que firmius intestinorum tunicis ob gravita-tem vel difficiliorem solutionem impinguntur: hac enim ratione fit, ut tonus, & motus peristalticus ventriculi & intesti-norum ledatur: quo deperdito nunquam recte procedit alvina folidum excretio, quæ tamen sanitatis infantum certissimus index & parens esse solet. Hujusmodi pur-gantia ad dolores, tormenta, spasmos, con-vulsiones, asthmata, necnon Oesophagi & Diaphragmatis stricturas singultuosas corpora præparant, quare talia cane peius & angue evitentur, prudentia, ratio, & conscientia suadet, dictitat, injungit. Pejoris adhuc indolis sunt, quæ ex metallorum regno petuntur remedia infantibus tenellis plane non convenientia, ut Au-rum fulminans, Mercurius dulcis, utpo-te quæ, præfertim pulvere assumpta, ab humorum in prima regione collectorum commixtione suam plerumque accipiunt operationem, quatenus nempe plus vel minus solvuntur: hinc tali passu infida & inscura merito habentur. Præstat potius acrimoniam, & visciditatem humorum absorbentibus, nitratis & cinnabarinis tollere, & mitiore laxante rhabarbarino aut mannatō aut clystere emolliente mor-bosas lactis corrupti fordes expellere. In genere vero hæc regula tenenda est: par-cissime infantibus tenellis offerenda sunt remedia, sed consultius semper est nutri-cibus ea, quæ necessaria sunt ad lactis vi-tia corrigenda, exhibere. Verum pagel-larum angustia nostri argumenti disquisi-tionem fusiorem excludit.

DE PEREGRINATIONIBUS INSTITUENDIS SANITATIS CAUSA.

PRO O E M I U M .

Perstantissimum illum mortalium thesaurum, puta sanitatem, a causis externis, quae non semper sunt in potestate nostra, maximam partem pendere, innumeraque esse, quae ipsam vitiare ac labefactore possunt, nemo, nisi qui plane ignarus est rerum physicarum, in dubium vocabit. Ipse animus hominis, tametsi omnis materiae expers sit, attamen tanta vi pollet, ut celerrime economiam corporis pervertat & sanguinis circulum, a quo vita dicitur, male conturbet, sicut id ipsum luculenter testantur graviora animi pathemata. Non sufficit autem, in homine intus malorum & agititudinum ipsius fontem querere, sed extra ipsum ex rerum corporearum ordine tam numerosa reperiuntur, quae periculum vitae intendunt, ut cognoscere & rite a sufficienter ea ipsa discernere, certe per difficile artis scientiae opus sit. Ex omnibus tamen nihil presentius vitam ac valetudinem tuetur, & hanc quoque vivare ac destruere idoneum est, quam catholicum illud æthereo-aereum fluidum, sine cuius usura nullum ex animantibus vita perfriu potest, aer nempe. Nemo autem rectius hac intelligit, quam qui physice nobilissimum studium cum medicina conjunxerit. Hic indies animadvertisit, ad repentinae aeris pro diversa ventorum ac tempore statim natura mutationes, corpora presentissime affici, illorumque necnon animi functiones immutari, adeo, ut sevissimi & epidemici morbi ab insueto & vivito aere originem suam certissime petant. Sicut id laudatissimo labore in nuperrime editis observationibus meteorologicas deducere annis sum. At vero non morborum tantum aer existit causa, si a naturali & sibi debita temperatura deflebit: sed medicinam & remedium etiam præbet adversus graves morbos, & ad tuendam

valetudinem efficacissimum est, si purus, temperatus ac benignus fuerit. Et hæc jam fuit causa, cur veterum sapientissimi medici tantopere in gravissimis affectibus ubi via locum invenerit alia medicina, & ad valetudinis integritatem conservandam, mutationem aeris & peregrinationes ex una terra in aliam commendaverint. Dolendum certe hodierno tempore est, quod sere plane in desuetudinem ille laudabilis sanitatem servandi ac recuperandi abierit mos, cum ex pharmacopolii tatum remedia adversus morbos frustranco certe sapissime successu petere solenne sit. Cum autem hanc rem paulo acrius & penitus sub rationis examen vocaverim, rem certe fore utilissimam judicavi, aeris mutationem & peregrinationem ceu magnum remedium non modo commendare, sed & clarissima veterum autoritate, experientia & rationum solidarum pondere illud firmare atque corroborare. Ut pote sic futurum arbitror, ut longe commodius quis ex magno morbo convalescere possit, ac si pretiosa variorum remediorum genera summo sapienti cum fastidio atque molestia in usum adhibeat.

C A P . I.

De Peregrinationibus veterum sanitatis causa susceptis.

Antiquissimum consilium est, ad sanitatem firmandam & morbos avertendos, ipsa aeris mutatio, inque alia loca migratio. Ita magnus noster Hippocrates lib. 4. epidem. sect. 5. t. 19. in morbis longis solum mutare suadet. Quem locum intendit Erotianus, dum ait: γῆ μεταποιεῖσθαι ἡγεμονεῖσθαι, ἀπειβει γὰρ τὸ ἀλατόσειν καὶ ὁρῶσθαι. Migratio interdum medicina & in morbis mutatio loci sèpe salutifera. Ita etiam Galenus libro de uteri cura, corpore languentibus peregrinationem & qui-

quitationem commendat. Et Avicenna libr. 1. tit. 4. p. 72. Ex generibus meditationum esse, scribit mutationem de terra ad terram & de aere ad aerem. Seneca de tranquill. animi cap. 15. p. 541. prodidit: Aliquando vectatio, iterque & mutata regio vigorem dabunt. Eleganter Strabo lib. 5. p. 238. scribit; Quos senectus affligit, vel adversa valetudo, Roma Neapolim secessum faciunt. At vero, ut magis nostram firmemus sententiam, e re nostra fore ducimus, ut specialiora quædam exempla ex veterum clarissimis monumentis adferamus, quibus liquido intelligi possit, ad corporis robur, & valetudinem adversam abigendam, multum valere peregrinationes aerisque commutationes. Primum autem in medium proferam Ciceronis exemplum, qui libr. de claris orat. c. 16. de se ipso ita scribit: Erat eo tempore in nobis summa gracilitas & infirmitas corporis, procerum & tenui collum: qui habitus & qua figura non procul abesse putatur a vita peritulo, si accedit labor, & laterum magna contentio. Eoque magis hoc eos, quibus eram charus, commovebat, quod omnia sine remissione, sine varietate, vi summa vocis & totius corporis contentione dicebam. Itaque cum me & amici & medici hortarentur, ut causas agere desisterem, quodvis potius periculum mihi adeundum, quam a sponte dicendi gloria discedendum putavi. Sed quum censerem remissione & moderatione vocis & commutato genere dicendi me & periculum vitare posse, & temperatus dicere, ut consuetudinem discendi mutarem, ea causa in Asiam mihi proficisciendum fuit. Paucis interjectis dicit, se venisse Athenas, & per sex menses ibi mansisse; postmodum totam Asiam peragrasse, denique Rhodum venisse &c. Quod vero hac ipsa migratione sanitati pristina fuerit restitutus, innuit his verbis: Ita recepi me biennio post non modo exercitationem, sed prope mutatus. Nam & contentio nimia vocis reciderat, & quasi reserverat oratio, lateribusque vires & corporis mediocris habitus accesserat. Idem ad Gallum lib. 7. epist. 26. scribit; Cum decimum jam diem graviter ex intelli-

nis laborarem, fugi in Tusculanum; sed visa est mihi vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipsa fortasse jam senescientis morbi remissio profuisset.

II. Ad hæmoptysin, & quæ ex ipsa nascitur, phthisin sanandam veteres navigationem Roma in Ægyptum majorem in modum commendabant. Spestat hic egregius Plinii locus l. 5. epist. 19. qui de Zosimo liberto suo ad Paulinum ita scribit: Ante aliquot annos, dum intente instanterque pronunciat, sanguinem rejectat, atque ob hoc in Ægyptum missus a me post longam peregrinationem confirmatus rediit nuper: deinde dum per continuos dies nimis imperat voci, veteris infirmitatis tussicula admonitus rursus sanguinem reddidit, qua ex causa destinavi cum mittere in prædia tua, quæ Foro Julii possides. Audiri enim te saepè referentem, esse ibi & aerem salubrem & lac bujusmodi curationibus accommodatissimum. Qua de re plura elegantia congesit clarissimus Cellarius in antiquit. med. pag. 38. Neque omnitudinis est pulcher hanc in rem locus, qui exstat apud Hieronymum Magium miscell. 18. 38. & Rhodiginum l. 18. c. 38. ex Galeni Therapeutices quarto adversus Thessalum & affectatores: Si, inquit, medicaminum series numeroſa cum diaetatione nil prorsum agritudinem allevavit, οὐστέ μῆνες εἰ Διεῖλω τὸν ἀνθερπόν. i. e. in Lybiam hominem remittent. Ex classicis enim authoribus exploratius est, homines in Africa salubri esse corpore, ac pleiosque dissolvi magis senectute, quam morbo superari.

III. De cætero non modo ad ægritudines propugnandas, sed & ad valetudinem confirmandas & præservationem a multis incommodis mutationem cœli laudabant veteres. Sic Treunerus ad Cluverum p. 172. meminit, Reges Persarum pro quatuor anni partibus sedes imperiales mutasse, idque ulterius demonstrat Neander in pref. ad Erotem. græc. ling. p. 44 quando scribit; Susa est civitas, ubi Reges Persarum hyeme ob mitiorem cœli pluviam degebant, quod is regionum tractus tun saluaris & temperatus, tum etiam

inter paucos amoenissimus esset. In aestatis autem caloribus maximis Ecbatana petebant montosis sita locis ac algidis, ac flatibus exposita frigidis. Autumnum vero omnem Persepoli transmittebant; reliquum anni spatium Babylone morabantur. Idem testatur Athenaeus l. 12. 2. additque, Parthorum Reges ver traduxisse Rhagis, hyemem Babylone, in Hecatompylo, quod ex anno superest, transegisse. De Parthis Curtius dicit l. 5. c. 8. §. 1. quod Ecbatana æfliva agentibus sedes sit, & Freinshemius in notis addit rationem: quia Ecbatana aquiloni obversa per aestatem friget, cum in Asia vapor solis passim omnia accendat.

C A P. II.

Causas peregrinationis exponit.

I. **A**N: equam in ulteriorem elegantissimæ hujus materie tractationem descendamus, & loca salubria ab insalubribus probe distinguamus, & quibus ægreditur in itinera convenientiæ, exponamus, opera erit pretium, ut causas peregrinationis, & quare ipsæ valde proficiæ sint, afferamus. Conducunt autem peregrinationes maxime, quoniam animum diuturnis curis ac negotiis fessum ingenti voluptate demulcent, adeo, ut pacatus & tranquillus ipsi status reddatur. Quantam autem potentiam animus habeat in corpus, & quantum faciat ad conservationem vitæ & sanitatis, autoritate & experientia medicorum clarissima abunde exploratum est. Pulchre Plato, optimus sapientia magister, in principio *Charmidis* gravissime scribit: Fieri non potest, ut animo male affecto, non corpus etiam una laboret, & rursus animus bene affectus vi sua, quoad fieri potest, optimum reddit corpus. Nam qualis animus est, talis spirituum motus, qua is spirituum motus, talis motus cordis & arteriarum, tonusque partium, & qualis parvum tonus motusque cordis, & arteriarum, talis circulatio, & qualis circulatio, talis est sanitas. At vero tranquillus animus non modo sanum servat corpus,

verum & sanationem morborum efficaciter promovet. Pulchre scribit Bardus in medico polit. p. 310. Cor latum benefacit medicinæ, tunc enim medicamentum proficit & juvat, dum alaci animo est, qui illud accipit. Item Kuhnus ad Laertium p. 517. Cor sanans est cor latum & hilare.

II. Comparatur autem tranquillitas animi in itineribus, dum animus plane ab ordinariis occupationibus & objectis, quæ curas, quæ sollicitudines injungunt, avertitur, & versatur & delectatur novis rebus, quas in itinere cum cupiditate perspicit. Cupidissimi enim omnes sumus novarum rerum, quas in peregrinis locis deprehendere licet. Huc accedit, quod conversatio cum hominibus doctis & peregrinis non parum momenti ad animi relaxationem afferat, quorsum etiam referri potest visitatio amicorum in conviviis. Menedemus philosophus apud Laertium lib. 2. segm. 133. dicitur Φλωβέρος ex eo, quod ad loci insalubritatem vel evitandam vel minuendam frequentius inter amicos hospitesque in conviviis exhibitaraverit animum, cuius cultura corpus quoque sustinetur. Ex hoc factum est, ut veteres Romani, item Byzantini inter summa deliciarum genera peregrinationes retulerint. Quid enim suavius atque jucundius vitæ mortalium contingere potest, quam si animus colloquiis conversatione & convictu amicorum jucundissimo in dies pascitur, & sensus suavissimis multis novisque rebus occupati sunt. Hoc pacto enim animus roboratur, erigitur, excitatur, & hinc sanguinem, & humores temperate movendo & spiritus exsuscitando nec morbi injurias admittit, vel si admiserit, citius ac celerius dispellit.

III. Secunda causa, cur peregrinationes a medicis etiam atque etiam suadende ac commendande sint, salubrior aeris est constitutio. Optima ratione veteres aerem occultum vitæ pabulum dixerunt. Et Varro animam definivit per aerem conceptum, tepefactum in pulmone, fervefactum in corde, diffusum in corpus, utpote revera aer anima

animantium est, maxime, quoad principium materiae. Hinc etiam Hippocr. de morbo sacro scribit: *Aer sensum & motum membris praestat*. Etenim spiritus sanguinis & tenuissimum illud nervorum fluidum, quod motum membris praestat, & fluores vitales in nativa sua mixtura, fluiditate, spiritualscientiam servat, & incongruum ab ipsis secernit, maximam partem dependet ab aere, qui subiens vaporum pneumonicorum poros elasticis aethereis partibus suis in sanguinem admis- sis, rarefactivam spiritus ascentiam, vitali- lem orgasmum ac spirituum materiam in- generat. Inde perspicua est ratio, cur ad aerem minus serenum, impurum, turbidum, corporis & animi vires mox co- cident, & non parvae molestiae in languidis membris exoriantur; cum ex adverso aere liquido sereno, sincero, ac puro ex- istente, corpus mox inde percipiat non leve robur & malorum allevamentum. Ab aere ventorum flatu varie modificato morborum epidemicorum originem duci ac derivari debere, id fuisse nuper deduxi in observationibus barometricis. Respexerunt huc omnes veteres & pruden- tiores medicorum, qui consilium loca mutandi dederunt, ut ex aere minus salubri concederent ægri in salubriorem, ad spirituum refectionem, quibus refectis & amissa sanitas facilius reddit, & morbo- rum promptior sit sanatio. Quocirca mag- na certe in morbis omnibus vis est loci, &, quo circumfundimur, aeris. Quem admodum enim ex transmigratione unius regionis in aliam propter insolentiam cœli morbi per facile suscitantur, maxime si ab aere impuro in uliginosum fiat transi- tus: ita etiam ex adverso sanitas reddit, si ex insalubri regione transeamus in sa- lubriorem.

IV. Suadenda quoque itinera sunt ob aquarum puriorum & salubriorum usum. Aqua enim catholicus quidam, summe necessarius ad nutritionem & animantium vitam ac sanitatem conservandam liquor est, quo intime invicem uniuntur ac mi- scentur diversa sanguinem & nutritionem constituentia corpuscula, ita ut mediante simplicissimo hoc humido, omnis nutri-

tionis, augmentationis, omnisque excre- tionis per necessarium negotium, imo ip- se humorum vitalis motus perficiatur. Quapropter multum interest, cujus na- turæ ac indolis sit ipsa, qua indies frui- mur, aqua, cum experientia addoceat, maximam esse aquarum diversitatem, præsertim ratione ingredientium ac ele- mentorum, quæ ex terra ejusque conter- tis hauriunt. Nonnullæ salis muriatici, aluminosi vel vitriolici quantitatem re- condunt, si in clauso vase per alembicum fiat evaporatio. Aliæ multum terræ cu- stodiunt, unde sæpius vidimus ex aquis frequentissima cohobatione destillatis remansisse instar lapidis duram, & solidam substantiam. Quædam calcario lapide re- fertæ sunt, cujus indicium apparet, quan- do oleum tartari per deliquium infunditur, tunc in momento albescunt, decidentibus ex poris aquæ lapidis calcarii particulis, cujus generis etiam observatæ fuerunt in uperrime exortæ aquæ istæ salubres pro- pe Staffurtum, quæ simul salis commu- nis insignem aliæ quantitatem, unde & alvum & urinam sat is valide sollicitant, neque illis, qui salia copiosa, morbosæ in succis fovent, proficuae obseruantur. Nonnulla loca valde dulces, ubi pinguis argillacea terra fundum, ex quo oriuntur, occupat, aquas fovent, quæ utili- tate ac usu egregio se commendant. In universum autem hic tenendum, aquas illas ad sanandum esse optimæ indolis, quæ levitate atque subtilitate præ aliis e- minent, inodoræ, omnisque saporis ex- pertes, & quæ ad nullius salini liquoris affusionem turbantur, vel pellucidum suum colorem amittunt; quo spectant etiam qua extremo frigore circa scaturi- ginem non conglaçiantur. Tales certe sunt valetudini tuendæ, imo morbis sa- nandis accommodatissimæ, si ad situm se- dandam non modo usurpentur, sed & pau- lo largiori copia, præsertim æstatis tem- pore, potentur. Valet illud maxime, ubi salia excrementitia lympham, & sanguinem deformant & dolores, exulcerationes fluxionesq; variæ generis excitant; utpote non datur certior medicina morborum sa- linorum, quam aquæ puræ sufficiens potus.

V. Ex omniaibus autem, quæ fama & viribus celebres sunt, maxime eminet Nilotica, quoniam longissimus calidarium, quas percurrit Nilus, terrarum traetus est. Nilus quippe ortus ultra æquatoriem non procul a tropico capricorni, zonam torridam præterfluens per utramque Aethiopiam ac utrumque Ægyptum citra tropicum cancri mare mediterraneum subit. Igitur in tam longo & præcipiti cursu aqua Nili multipliciter frangitur ac comminuitur, eaque catatupis devoluta variis per plana fluit, nullis nubibus obducta, adeo ut a solis calore continuo percoquatur, quæ præcipue ejus bonitatis causa arbitratur. Auget Niloticæ aquæ excellentiam ros e cœlo defluens, quoiescunque Nilus exundat, qui cum purificet aerem, ita ut universales morbi desinant, aquam etiam præstantiorem reddit, unde ejus dulcedo, salubritas, seccunditasque. Nam quod mulieres & cætera animalia in Ægypto plures uno nisu fœtus pariant, in Niloticam aquam refunditur. Nec alias antiquis regibus potius. Quin imo Philadelphus cum Berenicen filiam Antiochio Syriae Regi deo diu uxorem dedit, identidem Nili aquam ad eam jussit deferri, ne aliam biberet. Fuisus hac de re agitur in *Misc. N. C. D. 2. A. 6. App. p. 84. seq.*

VI. Deinceps laudem, & commendationem etiam merentur migrations propter corporis exercitationem ac motum, qui per le ad valetudinem tuendam remedium est efficacissimum, sicuti nuper in dissertatione quadam luculenter id ipsum a me fuit demonstratum. Et quoniam intermissio motuum ac exercitationum causa adversæ valetudinis ut plurimum est; ita illam removere nihil magis aptum, quam æquabilis corporis motus, qualis est vectio in curru, in navi & equo. Dum enim totum corpus æquabiliter sic concutitur, ipsaque viscera simul tremulo motu agitantur, accidit, ut sanguis & humores hac ratione ad promptiore motum & circulum excidentur. Inde sanguis non solum subtilior fluidiorque redditur, sed & viscidus ac crassi humores ex glandulis partium tubulis exticiuntur, & in

cavitates excrementis colligendis dicatis deponuntur. Meretur maxime legi *Sydehamius de podagra*, qui mirifice p. 35. magnificat illud incredibile emolumentum, quod illi, qui morbis chronicis plerisque, præcipue vero phthisi laborant, ab equitatione percipiunt, quod genus exercitii digestiones singulas excitat firmatque, dum a continua corporis succusione calor naturalis accenditur, & organa secretioni destinata in munere depurandi sanguinis rite fungendo promoven-
tur: unde necesse est, ut sequatur digestionum deperditarum quasi renovatio quædam. Huc etiam referendum, quod *Orthasius ex Antyllo lib. 6. coll. med. cap. 24. notavit: Equitatio(nempe vehemens) magis, quam omnes aliae exercitationes, corpus & præsertim stomachum firmat, & sensuum instrumenta purgat, eaque reddit acutiora, sed thoraci exercitatio hæc est infenissima.*

C A P. III.

De Locorum in quæ peregrinationes suscipiende salubritate.

I. **E**xpositis jam abunde causis, quæ medicos movere debent, ut peregrinations in alia loca suadeant ægrotantibus, res jam & ordo poscere videntur, ut commemoremus & recenseamus ea loca, quæ & veteribus, & nostri temporis medicis ob salubritatem placuerunt, ut eo mitterent homines. Antiqui *infulas Canarienses fortunatas vocarunt* ob aeris miram temperiem cælique clementiam. Vid. *Columbum in Navig. Roterodam. Anno 1616. p. 2.* Præterea Hispania ob salubritatem mirum in modum celebratur. Sic *Nonius de Hispania p. 16.* ita scribit: *An cœli temperiem queris? tota ea vitalis ac perennis salubritatis est, adeo ut beatorum hic felices sedes & campos Elysios Homerus statuerit, teste Strabone, quippe nec violento astu excoquitur, aut nimio frigore tellus aduritur, non ventorum procellis aut gravi paludum nebulae obnoxia, sed aura est suda serenaque. In specie vero p. 83. de Granata Hispaniæ urbe haec scri-*

scribis: *Urbs Granata Hispanie gaudet aeris temperie saluberrima, nec nimis astrinjis obnoxia astibus, aut arctis frigoribus objecta, sed media axis uriusque vernanteque gaudet temperie.* Madritum omnium Hispanorum confessione saluberrimo aere atque excellentissimis aquis persruitur, ut propterea Hispaniarum Reges, posthabita Toleti urbe, quæ veterum Regum antiquissima sedes fuit, sicutque gaudet omni ex parte peropportuno, ibi sedem sibi collocarent. Olim etiam Athenarum salubritas maximi æstimata fuit; sic Joh. Meursius de *Fortuna Athen.* cap. 3. p. 32. p. 22. inquit. *Supra urbem aer purus tenuisque & salubris, unde ingenia ibi etiam acutiora existimata.* Plura circa hanc rem videre licet apud Cic. lib. de *fato.* Salubritas aeris Bohemici maxime commendatur a Bouslao *Balbino*, in dec. I. cap. 5. misc. hist. R. B. egredia observatione, ubi commemorat, Reges Bohemos quotiescumque ægroti vel in Austriam vel in Hungariam aliove se deportari curaverint, brevi obiisse, contra, qui infirma valetudine in Bohemiam advenient, plerosque sanitatem recuperasse, idque constare exemplis Sigismundi, Maximiliani II. Matthiae, & Ferdinandi III. Caesarum, ac Annae conjugis Matthiae. *Hannibal Gasvinensis in histor. natur.* quam Persica dialecto concinnavit, maxime salubrem prædicat terram Ispahanæ, quando juxta interpretationem *Velschii de vena medinensi* p. 204. dicit: *Si uno in loco jungerentur terra Ispahana & borealis ventus Herata & aque Chovarezma, non contingeret homines unquam mori.* De salubritate Brasiliæ vid. *Guilielm. Piso histor. natur.* & med. annexa *Casp. Barlae rebus gestis* p. 603. Perquam mature, scribit, pubescunt incolæ, senescunt tarde, idque sine omni canitie, aut calvitie, quo sit, ut longe ultra centesimum etatis annum viridi senecta non Americani tantum, sed & ipsi Europei fruantur, totumque adeo territorium Macrobius dici mereatur, non aliter, ac si servor juvenilis frigore senectutis repressus temperaturem illam in calidis hisce plagiis efficeret. Neque enim solis calore torretur

hac terra, neque squalore vel aquarum penuria ressecatur, neque frigore extinguitur, sed rore perpetuo imbrisque multis ac fontibus irrigatur. Abundat balsamis nativis, oleis, mellibus non unius generis, herbarumque ac radicum medicarum & ad tuendam valetudinem potentium fax est.

II. Italia quoque regio maximam partem est salubris. Ita Croton fuit civitas saluberrima Italæ, inde ortum adagium: *Crotone salubrius*, quoniam nunquam ibi pestis fuit orta. Vid. Hoffm. Lex. p. 503. Infra Neapolim & juxta Vesuvium montem sit sunt Tabiae. Illas salubres comprobant Authorum testimonia ob situm loci optimum, qui, ut Strabo testis est, inter occidentem æstivum & meridiem iuvavissimam siccumque africi auram excipit. Cui Aristoteles ratio adstipulatur in primo problem. Nam mare ob placidas adspirationes salubritatem facit insignem, unde navigantes semper colorationes existunt, quam in palustribus degentes. Siccitas vero nomine magnam Tabiis ipsis laudem attribuit Galenus ad phthisin ac haemopricos sanandos lib. meth. med. 5. hunc in modum: *Est*, inquit, *locus nempe Tabiae*, *satis editus ac siccus aeris, nam in insinu, qui est inter Neapolim ac Surrenum, a Surrenti maxime latere porrigitur collis ad Tyrrhenum mare, qui leviter deflexus ad occasum, nec in meridiem totum percurrentis sinum ipsum a ventis iis, qui ab ortu efflant, euro, subsolano atque boreatum reddunt. Coniungitur autem illi in insinu aliter Vesuvii collis non parvus, qui propter ignem, qui in eo subjet, non parum mibi ad ambientis ejus aeris siccitudinem conducere videatur, atque præter ipsum ignem, nec stagnum propinquum, nec palus, neo fluvius alicujus momenti usquam in sinu habetur. Omnibus vero ventis, qui ab arcto ad æstivum occasum perflant, Vesuvius ipse obicitur, multisque cinis ab eo ad mare usque pervenit, reliquia videlicet materie, tum quæ in combusto est, tum quæ nunc etiam exuritur. Omnia hæc aerem efficiunt siccum: ac omnes id genus herbas alit siccæ ac adstringentis qualitatis, quæ & pascua pecori-*

bus efficiunt salubria, lacque eis inter cetera generant, siccæ item ac salubris qualitatibus ad ea, quæ diximus; vid. Galen. l.c. & ex eo Baccum de thermis. Neque hic locus erit reticendus, quem suppeditat Grillus in orat. de stud. med. p. 5. Jucundum mihi fuit Puteolis locum Tabarum contemplari, ad quem Galenus solebat mittere eos, qui Roma vitio pulmonis contabescabant.

III. Neapolitani aeris salubritatem preclare deprædicat Bartholin. de peregr. med. p. 28. quando dicit: Neapoli aer est saluberrimus, ventilatur mari vicino, & ab oriente quoque mons Apenninus pervius patet, solum quoque calidissimum & sulphureum, quod aerem mundat, corrigique. De estate dicunt: quanto piu caldo, tanto piu sano: quia semper aura ventilaritur gratissima; & si cum Romano aere Neapolitanus commutetur, exitium inferri putatur ob vapores ibi elevatos, nisi boreas spiret, vel pluvia largior superveniat. Experientie consenit Quercetan. in dietetico: quia aer Neapolii subtilis, Romæ crassior, & mutatio periculosa ad contrarium, Romæ quippe aer per apertos ante poros penetrat. Alexandria quoque a veteribus semper salubris estimata fuit, hinc teste Celsi Phthifaci in Ægyptum, & speciam in Alexandriam mittebantur. Curtius refert: Nullo fere die Alexandria solem serenum non videri propter aerem perpetuo ibi tranquillum.

IV. Maxime omnium autem ubique terrarum loca illa sanitati & vita prolongandæ conducunt omnium confessione, quæ sunt editiora, montosa, & aere puro, sereno atque siccо fruuntur: item illa, quæ venti boreales & occidentales purgare & vi sua expansiva effluviorum noxiorum copiam disjungere & dissipare apti sunt. Deinde ratio ipsa & medicorum ac physi-
corum consensus docet: quæcunque loca tenui puroque aere gaudent, siccоque potius quam humido, quæ neque nimio aestu torrentur, nec nimio frigore congelantur, quæque patulo liberoque cælo fruuntur, & cum solis radiis, tum mediocribus ventis exposita sunt, salubria vitaque hominum idonea esse. Contra morbos atque insa-

lubria, quæ pigro crassoque ac supra modum humenti aere gravantur; item valde æstuosa aut perfrigida; tum humiliæ aut concava, quo nec solis radii, nec ventorum agitatio facile pervenit; vel quæ nimium violentis flatibus infestantur, aut denique contrariis qualitatibus non paulatim sed subito afficiuntur. Præcipue vero morbosa censemur nebulosa, uliginosa, palustria, salsuginosa, ac ventis simul humentibus ac servidis obnoxia, quæque aura qualibet foetida, cœnosa, sulphurea, bituminosa afflantur, ac demum halitus quovis insueto ac gravi. Confer. Donum de rest. salubr. agri Rom. p. 78. seq.

V. Tandem montosæ regiones omnium sunt saluberrimæ, nisi nimium fuerint gelidæ alisque de causis ut aquarum vitio aut ventorum nimia vehementia noxiæ. Quapropter in Apennini quibusdam locis lögissimæ ac præviridis se noctutis homines reperiuntur, quemadmodum in Tmoli, qui mons Lydiæ est, cacumine, quod Tempſin vocant, centum quinquaginta annos incolas vivere, Micianus gravis apud Plinium Author diserte testatur. Vid. Plinium lib. 7 c. 48. Sic quoque Athos montium celeberrimus intra Macedoniam atque Thraciam incolis suis ad longævitatem acquirendam maxime accommodatus est, teste Erasmo Francisci in austriadiſchen Kunſt- und Sitten Spiegel l. 1. c. 28. Plato dicit se in altissimis, & temperatis regionibus invenisse valde longævos. Vid. Baquiere sen. med. p. 22. Exstat etiam hanc in rem perelegans locus apud Joan. Baptista Donum in libro de restit. salubr. agri Rom. dum ait; Illud perquam dignum notatu est, ea maxime loca temperatissima aere frui, ac longævos homines progignere, que elata quidem ac sublinia, sed non præaltis ac perfrigidis montibus edita, verum quæ longiori terrarum fastigio latenter asurgunt, ut in multarum regionum mediis & a mari procul recedentibus spatiosis, quorum altitudinem, fluminæ illinc in diversum dilabentia ostendunt, ut in Umbrie tractu circa Spoletum, ubi Apennini juga modice attolluntur. Ibi enim se uspiam in Italia, vivacissimi homines reperiuntur. Spectat huc elegans locus apud Dietericum

et in Jatreo p. 1412. Urbes in montibus a-
pertioribus , quas aer serit vehementior ,
salubiores merito habentur ; sed si montes
montibus , collesque collibus jungantur per
flexuosa intervalla obscurarum vallium ,
sæpe mephitis exhalationum urbes incom-
modat . ut in salubriores sint civitatibus , qua
in declivibus vallibus ipso in luto jacent .
Apposite hoc contentione urbium Hassia-
carum Marpurgensis & Giessensis ex D.
Dan. Horstii manuductione potest mon-
strarri , testisque esse possim ipse ego utra-
rumque urbium incola , pluries infestatam
suisse montanam Marpurgum morbis pesti-
lentibus , quam de pressam situ Giessam . Sæ-
pius febricitat septicollis Roma , quam içem
Heidelberga .

VI. De cætero aer ruralis & loca rusti-
cana semper præferenda esse oppidanis ,
non immerito creduntur . Quapropter ve-
teres Romanorum ob urbem minus salu-
brem semper habitam , agrorum secessus
ac ruris otium maximopere expetebant
ab æstivo solstitio ad æquinoctium usque
septembris & nonnunquam longius . Hinc
exstrebant amoenissimas ac saluberrimas
villas , quales fuerunt Albanæ , Tuscu-
lanæ Ciceronis , Nomentanæ Senecæ , in
quibus non modo pernoctabant , sed &
vitam sine sanitatis dispendio agebant .
Circa Tibur magnates Romani salubrita-
tis causa prædia habebant , quo æstate
secedebant ; hinc Farnabius in not. ad
Mart. Ep. 60. scribit . Ditiore prædia &
villas circa Tibur aut in ipsa urbe aedes ha-
bebant , quo æstate secedebant . Prædia il-
la Tiburtina appellabant , quemadmo-
dum Tusculana , quæ prope Tusculum ,
unde Tusculanum villa Ciceronis . Mar-
tialis prædia illa gelidas Tiburis arces no-
minat , quia cælum æstate non adeo æstu-
torridum ibi refrigeria dabit principibus
Romanorum , qui æstate summa Tibur
commeabant ; le quoque Tiburtinum ha-
buisse l. 4. ep. 8. sive joco sive serio ait .
Villam ipsam vel diversorum æstu vitan-
do Tibur appellari docet nos Papius lib.
1. Sylv. it. Barthius Adversar. lib. 24. cap.
12. Magnus Lucullus , cuius meminit Plu-
tarachus , dicere solitus est , se duas colere
consueisse villas , alteram Tusculanam &

state , alteram hyeme in Bajanis , (nam
Bajæ semper æstuofæ ad montis Campaniæ
radicem sitæ sunt ; vid. Farnab. in notis ad
Martial. lib. 4. ep. 47.) Hinc Horatius :

Nullus in orbe locus Bajis prælucet
amœnis .

Imo summus est apud omnes scriptores de
Bajarum celebritate consensus , qui eas
modo felices , modo beatas , modo prin-
cipes , aut alio ejusmodi præclaro epitheto
nominant , ut luculenter inter alios pe-
culiari Epigrammate modulatus est Mar-
tialis :

Litus beata Veneris aureum Bajas ,
Bajas superba blanda dona naturæ ,
Ut mille laude Flacce , versibus Bajas ,
Laudabo digne non satis tamè Bajas .

C A P U T IV.

*De morbis in quibus peregrinationes
conducunt .*

§. I.

Cum abunde partim rationum pon-
deribus , partim veterum testimo-
nio a nobis probatum fuerit , secessus in
peregrina loca inque alium aerem ac so-
lum servandæ valetudini multum conser-
re posse ; operæ jam erit pretium , ut solli-
cita & acri cura scrutemur , annon etiam
ad ægritudines corporis propulsandas vi-
tiaque viscerum emendanda conferat , mu-
tare loca . Ut autem hæc nostra assertio
liquidissime pateat , ex veterum proba-
tissimis non modo authoribus testimonia
hanc ad rem pertinentia adducemus , ve-
rum etiam præclaris rationibus atque ex-
perientia id confirmare laborabimus . Pri-
mum autem in corporis languore , virium
que defectu peregrinationes multum face-
re dilucide testantur veteres . Ita Galenus
lib. de uteri cura corpore languentibus pe-
regrinationem commendabat . Et Senec.
l. 3. c. 3. Quæst. Nat. scribit : Multum virium
sibi accessisse postquam vineas attigerit . I-
dem gravis author epist. 85. ita dicit : iti-
nera ista , quæ segnitiem mihi excutient &
valetudini prodeſſe judico , & studiis , qua-
re valetudinem adjuvent vides , cū pigrum
me

me & negligentem corporis literarum a-
mor faciat, aliena opera exerceor. Iustus
Lipsius Epist. prætermissa Offenbaci cum
notis in Sveton. ep. 12. p. 40. Magnum so-
let ad confirmationem valetudinis momen-
tum afferre peregrinatio, calique, & loci
mutatio.

II. Deinceps quantum faciat benignior
aer ad pulmonum morbos & vitia dici vix
potest. Phthisicos & Hæmopticos medici
olim in Ægyptum & Alexandriam mitte-
bant, uti jam primo hujus dissertationis
capite memoratum legimus. Idem testa-
tur Celsus lib. 3. cap. 22. p. 158. Si mali plus
est, & vera phthisis est, inter initia proti-
nus occurrere necessarium est, neque enim
facilius morbus, cum inveteraverit, evin-
citur. Opus est si vires patiuntur naviga-
tione, cœli mutatione, sic, ut densius
quam id est, ex quo discesserit ager, pe-
ratur. Iacque apissime Alexandriam ex
Italia itur. Si id imbecillitas non finit, na-
ve tamen non longe gestari commodissimum
est. Si navigationem aliqua res prohibet,
ledicta, vel alio modo corpus dimovendum
est. Medici Neapolitani pro ultimo re-
fugio, phthisicos & qui sanguinem ex-
spuunt, vel ejusmodi thoracis ulcera ac
alia vitia patiuntur, ad Tabias mittunt,
nam aerem ipsum ut etiam lactis potum
inveniunt adeo salubrem, ut sint, qui
totam in eis degant vitam. Ex recentio-
ribus clarissimus Anglus Morton in tr. de
phthisi & maxime illa, quæ ex sanguinis
benigni & spirituum defectu oritur, com-
mendat migrationes in aerem apicum &
salubrem, quem plusquam medicamenta
catera nervorum & spirituum conforta-
tione, appetitus & hilaris animi recupe-
ratione, & experientia multa edocet ut
plurimum conducere observavit. Vid.
cap. 3. lib. 1. Et certe nulli parti corporis
nostri magis favet loci aerisque mutatio,
quam pulmonibus, quoniā immediate
ad hos pertinet. Hinc videmus, quod
etiam in tussi egregium afferat solamen,
testante Celsi lib. 4. cap. 4. p. 189. Utilis om-
ni tussi est peregrinatio, navigatio longa,
loca maritima, natationes.

III. Mirabile illud est, quod aeris con-
ditio ac indoles ad ulceræ & fistulas sanan-

das tam varios edat effectus pro indeole lo-
corum, adeo ut in certo aere curam reci-
piant, in alio rerudescant. Non ine-
legant hanc in rem est observatio Ridlini,
quando scribit: Juvenis quidam a pueri-
tia ulceribus manus dextræ spinaque ven-
tosa laborans, omnibus chirurgorum re-
mediis incassum adhibitis, denique mu-
tarvit locum atque aerem, & vix per se-
mestre Vienæ degenti ulcera fuerunt per-
sanata. Vid. ejusd. Lin. med. Ann. 95. p.
256. In fistulis sanandis peregrinationis
vix egregia observatione testatur Turque-
tus de Mayerne consil. de phthisi, dum ait:
Vidi nobilem, qui accepto profundo in tho-
race vulnere, bis sanatus est fistula succe-
dente apertioni in opposita parte factio. In
Hispaniam is migravit, ubi post quinque
annorum moram occlesia fuit fistula, pa-
tria redditus climati frigido, & humido
haec sponte reclusa est, sanationemque ite-
rum recepit in Hispania per totidem anno-
rum spatium. Memorabilis quoque hanc
in rem est historia notata a Borrichio in A-
Etis Hafn. quando ita scribit: Vir genero-
sus ante hos viginti septem annos infeli-
lapsus erus persredit; chirurgi advocati, li-
cet diutricantes, nequiere ita solidare vul-
nus, ut non perpetuo fisticidio ichor inde
emanaret, desidente in fistulam plaga.
Post annos aliquot Madritum legatur, ne-
glecta propterea propter longi subsellii ne-
gotia cura illa intentiori corporis, advertit
tamen elapsis aliquot mensibus sponte flare
serum invisum, nec amplius profluere quic-
quam triennio integro & quod excurrat. Ut
redit Hafniam, paulatim aperitur fistula,
& more veteri sero quotidie madet
ad annos aliquot. Iterum in Hispaniam
negotiorum causa mittitur, iterum coit vul-
nus, nec toto sexennio, quamdiu Madriti
substittit, scaturit quicquam. Tandem
redditus patriæ in paucis mensibus aper-
tum rursus foramen videt, quod hodieque
non dum coit, aere arcto humidiore rese-
rante, quod Hispanus siccior occluserat.
Vid. Act. Hafn. vol. 3. obs. 43. p. 76. Quod
de ulceribus ac fistulis jam diximus, idem
quoque valet de vulneribus. Ita Pareus
lib. 10. cap. 8. notavit: Vulnera capitis dif-
ficilius curari Lutetia, quam Avinionis, ad-
dit.

ditque rationem, quia Lutetiae aer frigidior & siccior vulneribus capitis infensus est, aer vero Arvionis calidus humorum fluiditatis & subtilitatis causa, quare humores faciliter ad pedes devolvuntur, ubi vulnerum sanationem difficultorem redunt. Vid. plura l. c. Ita alii scribunt, Florentiae etiam vulnera capitis periculosa & curata difficilia esse.

IV. In capitis & nervorum morbis mutatio loci & aeris haud minimum ad sanitatem fert punctum. Et hoc jam dum dilucide testatur Hippocr. lib.2. aph. 47. Finem epilepsie juvenibus afferunt aetatis, loci & virtus mutatio. Nam cum epilepsia malum sit habituale, & secundum nostram sententiam spasmodus meningi cerebri, qui a stagnatione humorum circa has membranas magis vel minus acrimum provenit, hinc cum aer peregrinus sanguinis diathesis ac crasis mutet, & spiritibus, cum in illorum pabulum maxime cedat, novam quoque indolem ac motum procuret, hinc iis firmatis obstructions iis in locis faciliter cedunt, & a motu talis modi inordinato, spasmodico deflectunt, aliquae sibi formant, unde horrendi talismodi paroxysmi cessant. Neque dubium est, in vertigine, melancholia, mania, omnibusque morbis habitualibus, & qui a spirituum perverso motu sunt, eisdem effectus habere commeatum in alienum aerem. In insania regiones mutare debere agros, & si mens reddit, annua peregrinatione esse jacundos, dudum prodidit Celsus l.3.c.18. Dolorem capitatis singulis plenilunis repululantem mutatione loci tandem curatum fuisse testatur Losius lib.1.obs.13.

V. In affectibus quoque chronicis egregium allevamentum adferunt peregrinationes. Ordinem inter hos dicit malum hypochondriacum, cuius pathemata mirum in modum mitigari solent ab alieno puriori aere, & per motum, quo peregrinantes fruuntur. Illud mirandum est, quod etiam hydrops, qui ex contumacissimis hepaticarum glandularum obstructionibus nasci solet, solatium, & decrementum ab aere mutato experiatur. Memorabilia sunt, quæ scribit Epiphanius

Ferdinandus in suis consult. p.33. Neapolit hydropicos ad agrum Puteolanum, tabidos ad Tabias elegant, & ego Messapiæ nonnullos agros five tabidos, five hydropicos, maxime, quando divites sunt, ad aerem S. Angeli vulgo Tostini dimitto, & non sine maxima agrotantium utilitate, & memini, inter alios me misse annis elapsis quandam meum vicinum empyematicum, phthisicum atque consumptum ab hectica febre per sex menses, cui sola cutis & ossa apparebant &c. In febribus intermittentibus nonnunquam opem laudatissimam fert aeris mutatio. Seneca, febre laborans, recepit se in Nomentanum, & ibi fuit sanatus, quam in rem consentit Bongarsius epist. 7. ad Joh. Camerar. Ego febricula tentatus, & vexatus tussi gravissima liberavi me provectione marchica. Ita etiam Casp. Peucerus ad depellendam febrem mutabat aerem, ut scribit ejus Sober Philip. Melanchton in epist. p.110. Idem clarissimus Melanchton l.5.epist.p.668. ad Meienburgium scribit: Comperi in febribus initio mutationem aeris utilem esse, vidique multos hoc consilio curari.

VI. In universum illud servandum est, peregrinationes & aeris mutationes in morbis, quia spirituum defectu & sanguinis ac humorum dyscrasia originem suum docunt, ubi sanguinis spiritualcentia blande promovenda, transpiratio juvanda, & vires reficiendæ sunt, adjumentum præstare maximum. Etenim aer purior & defecatus non modo spiritus immediate reficit, & solatur, ipsique aptissimam materiam præbet, sicut vires, quæ ex spirituum copia nascuntur, efficaciter erigit; verum etiam aer hanc possidet naturam, ut ipsum sanguinis mixturam ejusque intestinum motum varie alteret ac demutet. Quantam potentiam aer habeat in fermentis, pervulgata res est: ita cerevisiorum sapor peculiaris certis locis non tam ab ingredientibus & tractationis modo, quam ab aere singulis locis proprio dependet, qui cum varius sit, variam quoque texturæ ac craseos mutationem, aqua odor, sapor, virtus maximam partem pendent, inducit sub ipso

ipso fermentationis actu. Curiosum est, quod aer effluvijs sulphureis refertus, quod accidit in tonitru & fulmine, cerevisiam in fermentatione existentem mox corrumpat, & acescentem efficiat. Ex quibus vel inde elicere licet, quanta vi polleat aer in crasi ac textura sanguinis humani mutanda, ut adeo non possint non consequi effectus mirabiles in morbis depulsandis, quales similes ab alia medicina vix quidem possunt exspectari.

VII. Nos igitur in genere iis in morbis, qui sunt diuturni, qui habituales, qui medicamentorum vires elidunt, ubi tamen viscera penitus non sunt corrupta, sed virium adhuc quoddam robur percipitur, maximopere suademos, & commendamus medicinam ex aere propter dictas in superiori capite causas; utpote experientia certa didicimus, quos medicamina morbos non curant, aerem saepius lanare. Ex nostra autem sententia coeli locique mutatio convenientissima erit hypochondriaca & scorbutica affectione laborantibus. Etenim si quid hypochondriacis confert, certe est motus, qui sanguinis motum in hoc morbo impeditum fuscitat, excretiones & transpirationem adjuvat, & crudum viscidumque humorem in membris hinc inde residentem discutit. Si quid porro hypochondriacis prodest, certe est aer purus, benignus, serenus, qui spirituascentiam sanguinis blande promovet, & spiritibus materiali præbet laudatissimam. Omitimus liberiorem ac tranquillum animi statum, qui in hypochondriacis ad anxias & tristes curas animique angores perpetuo fere dispositis valde desideratur, & per itinera in loca amœna, jucunda, novarum rerum plena acquiritur. De cetero commendamus febre lenta & hectico morbo viriumque languore affectis non sine ratione locorum mutations. Laudandus hoc in genere nobis merito est peritissimus *Sydenhamius*, qui experientia laudatissima in scriptis affirmat, non dari expeditiorem languidorum heterorum medicinam, quam si æquabilis exercitationis motu corpus agitant. Et

cum a depressa laudabili sanguinis & humorum spirituascentia, nec non accumulatione multarum sordium viscidarum in sanguine & primis viis, & emunctiorum opere neglecto lensus talis modi morbus fuscitur, liquido appareat aereum temperate benignum particulis elasticis expansivis instructum, & sulphure balsamico præditum spiritus recreando, sanguinis motum & transpirationem sordium exhalandarum procurando non posse non egregium solamen atque levamen afferre.

VIII. Denique in quaunque cutis impuritate ulcerosa & pustulosa, scabie cuiuscunque generis, lepra, defluxionibus salsis cutim defœdantibus, si aliis ordinariis remedii cedere nolint, utilissimam fore judicamus locorum aerisque mutationem. Ut pote quis est, qui non perspiciat molesta hæc & foeda cutis incommoda a peregrinis salibus in lympha accumulatis, nec per poros & glandulas subcutaneas debite secretis originem suam petere? si autem quis degit in aere pigro, præhumido, vappido, falsuginoso, non potest, quin caulam præbeat hisce malis apertissimam. Quapropter opus certe est tali in caso, ut quis aerem mutet &cedat in meliorem, qui salibus non impregnatus, qui transpirationem & sordium salinoarum secretionem per cutis spiracula promovet. Hoc pacto effici potest, ut salubrioris aeris usu mox recipiat perfectam valetudinem. Præterea in spirituum & nervorum morbis præsertim truculentissimis spasmodicis, qui ex atonia partium spirituumque anomalo & per habitum acquisito irregulari motu proficiuntur, nullo in sanguine & visceribus manifesto apparente vitio, si quid juvat vel malum levat, certe aeris est commutatio. Cum enim aer, ut dictum est, spiritus quoad materiam maxime constitutus, accedit, ut novo & insuetu aere accidente, ad cerebrum & nervosum systema, mutatio magna in crasi, motuque contingat, ut hac ratione tales effectus in medendo subsequantur, quales a nulla alia medicina cæteroquin celebratissima expectari possunt. Appa-

ret jam liquido ratio, quare in epilepsia habituali & idiopatica laudaverit magnus noster *Hippocrates* vietus locique mutationem.

C A P U T V.

De cautelis in itineribus observandis.

S. I.

Quemadmodum ex aere multi ac gravissimi oriuntur morbi, ita ut non non tantum epidemii, sed etiam chronicci inde & certis locis endemii originem nanciscantur, sic etiam in aere incomparabilis medicina est quaerenda. Etenim temperies sicuti semper ad vitam est pernecessaria, ita maxime illud valet circa aerem. Locorum enim mutationes mutant corpora modo in meliorem, modo in flatum pejorem. Si remotas terras peregrinatione adiunxi, tunc demum experimur, quid possit alijs sol, aliud clima, quid possit aeris & vietus mutatio. Cum autem rarissime perfecte temperatus aer reperiatur, sed excessivis qualitatibus secundum loci situm, secundum anni tempora, secundum tempestates potissimum praeditus sit: inde si quis recte aere velit uti pro medicina, necesse est, ut aerem cuiuscumque loci cognitum habeat, ad quos morbos disponat, qua intemperie gaudeat, ut postea medicus prudens consilium dare queat, qualis aer & locus sit eligendus. Siquidem non promiscue omnis aeris & loci mutatio juvat, sed tantum talis, qui contrarius est aeris isti, qui morbum peperit. Nam non omne corpus ferre potest omnia; hinc utique peregrinations, nisi prudenter instituantur, periculose sunt, quod confirmari posset multis exemplis. Pulchre scribit Celsus lib. I. cap. 1: *Pessimum cælum est, quod ægrum fecit, adeo ut in id quoque genus, quod natura pejus est, in hoc statu salubris mutatio sit.* Exemplo sit aer serenus, purus, siccus, qui alijs saluberrimus, & tamen phthisici tali aere non commode perfruuntur. *Conf. obs. barometr. mea:* sed magis gaudent aere temperate humi-

do; hinc etiam patet ratio, cur tantope re fuerit commendata veteribus navigatio in Egyptum.

II. Secundo quicunque perfruuntur aere gravi, umido, turbido, quali gaudent, qui in insulis, quæ hac de causa in universum sunt insalubriores, vivunt, cedendum est in puriore, unde recte faciunt Angli, ubi rara est serenitas, & semper fere similis autumno tempestas cum aere gravi, cælo denso, nubibus obsito, quando in Galliam, ubi aer purior, serenior, tenuior, migrant. Curiosum est, quod scribit Claramontius hac de re de aere, aquis & locis terra Engl. p. De aeris Anglicani tenaciter melius judicare mea quidem sententia nemo potest, quam qui illuc ex Hispania, aut Italia, aut editissimis Galliae partibus commigant. Experiuntur enim in seipsis aliquam intra paucos annos commutationem. Præsertim vero quibus splendida & secca bilis est. Nam illi omnium optime in hac Insula degunt. Secundum eos valde sanguinei, deinde melanocholi. Pituitosi & catarrhis obnoxii deterrime. Contra qui ex Anglia phthisi & scorbuto laborantes in Galliam proficiuntur, si ferme hausto illinc aere puriore convalescent. Porro in Anglia lues Gallica difficultime sanabilis est, cum hic morbus a lymphæ contumaci coagulo & stagnatione oriatur, & spirituolum ac mobilem requirat sanguinem, qualis sub tali aere non generatur; hinc optimo successu lue venera laborantes in Galliam trahicere solent.

III. Tertio in salubritate nonnunquam primas tenet aer nativus. Quodam enim quasi foederis jure inito, ægris symbola sua erogat viresque salutariter prodit, ut extra patriam, profecti reduces larium totela a morbis sapienti gravibus vindicentur. Vid. *Muraldum in ephem. N.C. Dec. 2. A. 4 p. 246.* Ita competum est experientia, nonnullos extra patriam longe dislati agentes in nostris terris non bene sele habere, sed perpetuo esse valetudinarios, neque perfectam consequi sanitatem, nisi cursus in patriam suam proficiantur. Ita Sueci, Norvegi, qui aera rigidiori ac frigidiori assueti sunt, raro perfecte sani sunt in nostris terris.

Deo-

Deinceps, qui marino aere subinde frumentur, non leviter alterantur, si terrarum incolæ sunt, sicuti id compertum ac per vulgatum est in Batavis.

IV. Quarto loco ratione habitus corporis, & temperamentorum variare quoque debet ipsa cœli mutatio. Quapropter qui graciles sunt, & nimia corporis laborant flicitate, ad phthisin inclinant, nec non calore præternaturali capitilque dolore frequentius corripiuntur, omnibus modis abstineant ab aere nimis sicco, fervido, sed potius in loca temperata ipsis migrandum erit. Quicunque autem sunt obesi, sanguine pleni, ætate senes & nervos imbecilles habent, item qui ad paralysin, rheumatismos, apoplexiā, spasmatica patemata dispositi sunt, omni studio evitent loca valde frigida, montana septentrionali obversa, quod etiam valet de iis, qui in pectore quandam sentiunt asperitatem, vel tussi vexantur, aut quorum pulmo & pectus debile est. Tales enim ipso etiam Rhase testebit. cap. 4. si aerem attraxerint frigidum, ad tussim vel ad sanguinem spuendum velociter pervenient. Tandem opus est, ut caueant ii, qui teneræ sunt constitutionis, tenui & spongioso corporis habitu prædicti sunt, vietque usi sunt tenui, & delicato, ne commigrent in eas terras, ubi aer densior, gravis & impurus est & vietus durior crassior. Experientia enim didicimus tales rediisse ut plurimum valitudinarios, qui postea phthisi, hec tica demortui fuerunt, vel lentos hypochondriacos sibi contraxisse affectus, utpote a tali aere & vietu in tenerioribus corporibus perfacile contumaces & scirrose indurationes viscerum, & obstructiones glandulosorum emunctiorum gravissimorum morborum genitrices progigni possunt. Sanguinei, & cholericī calidam incolentes regionem, ne proficiantur in loca calidiora & sicciora & ubi vina generosiora sunt in deliciis & usu, operam dare debent eximiam. Ita Gallis Italia, præsertim Sicilia solet esse fœsta.

V. Quinto quod attinet ad ipsum iter

faciendum, & hoc quoque ad hominum habitudinem attemperandum esse, disserit Hipp. de salut. viii. dum inquit. Corpulentos celerius, graciles vero lenius iter facere convenient. Et Galenus in comment. addit rationem: Nam celer motus augendo calorem corpus colliquat, in motibus vero remissoribus calor medicis sanguificationi, & nutritioni prodet.

VI. Sexto in itinere ipso faciendo quædam sunt notandæ cautelæ, videlicet plethoricus, si iter præsertim longum vult peragere, priusquam illud ingrediatur sanguinem emittat, & alvum solvat necessum est, maxime si longum fuerit tempus, ex quo neutrum fecerit. Si quis enim secedit in alienum aerem sanguine venis repletis & habitu corporis humoribus stipato, vix febres evadere poterit, sique eas aliquando evaserit & cutis rara est, neutiquam tamen evadet catarrhos, scabiem, pustulas. Cum autem homini non semper liceat longius peregrinari, nihilominus cuivis, qui integrum valetudinem & a morbis immunem vult tueri, suadenda interdam est aeris & loci mutatione, nimirum ex aere urbano secedat in ruralem magis purum, magisque liberum, & certe mox sentiet quamdam alterationem circa sensuum exercitium, appetitus & digestionis negotium, somnum & vigilias. Qui enim diu assuetus est domi sedere, & aere domestico tectis concluso, urbano perpetuo frui, si in liberum rusticum aerem secedit, accidit quandoque, ut gravitatem quandam in capite, in membris persentiat ab aere eo, qui spirituum & sanguinis crasis quodammodo immutat. Maxime omnium autem literatis, & qui profundis speculationibus animi & corporis vires frangunt, secessus in prædia, in villas, quo aere puriori & liberiori utantur, & rursus spiritus reficiant, & animum a laborem sensum relaxent. Merito enim in eo imitari literati nostri temporis antiquos philosophos & eruditos debent, qui in prædiis suis amoenissime exstructis frequentius ad sanitatem firmandam animumque roburandum vitam degabant.

VII. Ultimo loco, ne quis in ipso itinere noxam patiatur, opus est, ut si quis velit peregrinari longius, id nomine faciat in nimio frigore, neque in nimio calore, neque si fieri potest nocte, sed omnes excessivas qualitates injuriasque aeris evitare debet. Deinde patiatur corpus interdum quiescere, & tunc paulo largius quam in itinere cibum & somnum capere potest. Præstat enim in itinere a ventre pleno & largiori coena abstinere, maxime si per noctem incedendum est. Ne autem lñdatur a varii

generis potu & victu, quem effugere non potest ipso in itinere, opus est, ut omni cura ac diligentia ventriculi ac digestionis opus conservet, idque opportune fieri potest medicamentis stomachicis ventriculi tonum & calorem respicientibus, nec minus amicam quandam tenuitatem scenerantibus. Ex horum generi iudem merentur salia volatilia oleosa temperata, elixiria balsamica, essentiae amaræ aromaticæ, aquæ vitae stomachales temperatae, & quæ sunt hujus generis alia.

DE INEDIA MAGNORUM MORBORUM REMEDIO.

PRO O E M I U M .

Morborum, quibus infestari genus sollet humanum, originem paulo accuratus quando expendimus, triplex potissimum ipsa sepe ostendit. Vel enim ab animi perverso motu, vel ab aeris vitiis, vel denique a copioso ac pravo victu rotundatum morborum dependet classis. Quantam perturbationem atque anomaliam in succis vitalibus fluidoque nerveo, cuius ministerio anima utitur, excitet præposterus affectuum usus, res inter medicos compertissima est. Aeris mutationibus præcipios in hominibus morbos deberi, jamdudum Hippocrates, vir in ejusmodi rebus diligenterissimus, olim notavit. Etenim aer magnum jus habet in spiritus, qui regunt & movent corpus nostrum. Contagiosi & qui latius graffari solent morbi, certis tempestatibus, aerisque vitiis, maxima ex parte suis debent natales. Preterea diurniores, & que lento gradu procedere solent, agritudines, intemperantie viciisque pravi ac plenioris potissimum joboles existunt. Verissime scripsit Hippocrat. lib. de natura hominis: inobliguntur tum a virtus ratione, tum a spiritu, cuius inspiratione vivimus. Ref-

simus autem omnium vicius est, qui contumacissimos fovet morbos, immoderatus nempe, immodeaque ciborum ingestio. Perniciofa admodum sentina est abdomen insaturabile, omnium tum corporis tum animi vitiorum fons atque origo. Non minus acute, quam facete veteres intemperantiam medicorum nutricem appellarent. Bene dicit Hippocrat, ubi cibus præter naturam copiosior ingestus est, hic morbum facit, utpote non tantum vas a implet, vires premit, sed & nativum calorem ac motum exinxuit, omnisque generis cruditates congerit. Hinc intemperies, hinc obstrunctiones, hinc inordinati humorum motus, que vitia gravissimorum morborum causa antecedentes continentesque sunt. Quo circa veteres medicorum prudentissimi, inter quos eminent methodici, in plurimis morbis abstinentia, inedia, & convenienti dieta plus prestiterant, quam alii generosissimis pharmacis. Solennis haec methodus fuit antiquis & sapientissimis sanandi morbos, maxime eos, qui ex replectione oriebantur. Hodie tempore ferme hic mos, ut alia laudabilia ac speciosa exolevit, sed medici agricantum luxui adulantes, spreta fere omni dieta, speciosas medicinas ac pharmacis malunt cura-

curationem expedire, hisce insigne lucrum ac famam auncipantes. Cum autem mihi valde arrideat ratiocinio, atque experientia firmata veterum consuetudo, dum sola quandoque inedia rebelles expugnabant morbos, apud animum constitui, accuratius paulo hoc utilissimum thema evolvere, menteque mea pro viribus paulo altius agit, ire simulque ostendere luculentissime, quibus in morbis abstinentie possit esse locus, & qua ratione prudenter inedia, tanquam remedio, uti debeamus.

S. I.

Antiquissimus & sapientissimus medicus parens, Hippocrates libr. de affectionibus docet, cibos ad sanitatem optimos, qui parva quantitate ingesti, latiti sunt, ut fami & siti medelam afferant. Idem l. de morb. talia effatur: *Si quis pauca edat & pauca bibat, nullum inde morbum experietur;* & alibi: *Nihil magis ad sanitatem facit, quam non satiariri cibis,* & integrum esse ad laborem. Natum hinc elegans adagium medicum: *Modicus cibi, medicus sibi.* Fuerunt sane patres nostri, priscique feculi homines temperatissimi, ut qui plane lacte, melle, fructibus, herbis contenti, luxum & delicias hodiernas respuebant, hinc salubrios vixerunt & diutius. Eremitæ, item philosophi, ut Plato, Zeno, Socrates simplici vieti tenuique diæta consernescabant. Porphyrius libr. 4. de abstinentia testatur, quod carnibus abstinerint, sponte ex terra nascentibus contenti, atque ita summa illorum vita fuerit, cum otio, sanitate, pace, amicitia, & necessiorum in futuros usus negligentia. De Eßenis scribit Josephus lib. 2. de bello iudaic. cap. 7. eos ob simplicem viætus rationem, vitamque bene ordinatam longissimam vixisse vietam. Recte Apulejus sobrietatem dicit esse sapientiæ omnis primarium fundamentum, quod in se virtutum omnium semina continet. Nam sobrietas, temperantia species, prudentia comes est in perspicientia veri falsique, in delectu habendo rerum bonarum ac malarum. Ea fortis est, quippe quæ voluptatum illecebribus non capit, & justitiam colit,

quam in se primum servat; alis etiam tribuit. A sobrietate itaque suam philosophandi rationem ortus est Pythagoras, qui etiam certis de causis elum carnum prohibebat. Plato in Charmide temperantiam vitæ custodem appellat. In Gorgia præcipit, ut qui sanus ac beatus esse velit, hanc virtutem exerceat. Itaque quotquot sapientes olim habitii sunt, temperantissimi prædicantur, ut adeo ex hisce adductis pateat, sobrietatem vitæ ac temperantiam & corporis & mentis functiones egregie promovere ac sustentare.

II. Ut ad nostra devolva mur tempora, multa prostant & salubris & longæ vitae exempla, quæ temperantia, seu fundamento, debentur. Sic Thonnerus medicus Ulmenensis lib. 6. epist. 4. rationes reddit, quare per octuaginta duos annos salvus atque incolumis, absque morborum molestia, & ullo catarrho, perseveravit. Nimurum, quoniam a pueritia cibi & potus appetitus moderatus ipsi fuerit, & accommodata diæta, quæ optima senectutis est nutricula. Hac enim sanitatem sartam testam conservari scribit, nec ipse in opiparis conviviis obrui se passus est ferculorum copia; sique pro votiva aliorum salute pocula irent in orbem, teterimo ac pestifero Germanorum more, pitissabat ea, transflusis alio vase reliquiis, siue intercapidine octuaginta duorum annorum nullum sensit sanitatis dispendium. Leonhardus Lessius mentionem facit Ludovici Cornarii, Patricii Veneti, qui a juventute ad virilem usque ætatem erat valetudinarius, ita ut complurium medicorum consiliis & medicamentis in cassum adhibitis, exigua ipsi spes diutioris vitæ residua esset. Tandem re desperata, omissis omnibus pharmacis, observare coepit strictam diætam, neque copia nec quantitate nocentem, cuius etiam munere præter omnem medicorum opinionem, viam ad annum nonagesimum quintum protraxit. Ratio in procinctu est, & solidam afferit Fernelius lib. 1. de morb. causis p. 139. hisce verbis: *omnis cibus potusque moderatus & ad naturam accommodatus spiritus, nativum ca-*

calorem corporisque substantiam tuerit & reficit, facultates omnes earumque functiones corroborat, concoctionem alimenti, distributionem humorum, aequabilitatem & excrementorum propulsionem, motus denique, sensus, mentisque vires integras incolumentque conservat.

III. Deploranda autem ferina & nocentissima illa ingluvies est, quæ hodiernum invaluit, & tam altas inter mortales egit radices, ut fœundissima mater morborum vitaque brioris existat. Familiatissimæ sunt, & jam virtuti habentur, quæ olim vitio, prodigiosa ac vastæ commissationes, non probro tot luxuriæ instrumenta, tot in convivij apparent ferula, quòd ferme nocentis appetitus simul. Cibus per artem voluptatemque corrumpitur, inventæ sunt mille conditæ, quibus aviditas excitatur, tanta ciborum ac potus ingurgitatio, ut barrathrum, sentinam, atque cloacam faciant ex stomacho, qui debebat esse culina, unde etiam tanta morborum innumeralium propullat turba. Optime Seneca libr. 1. ep. 95. de seculi sui luxuria non dissimili illi, qua hoc tempore velut tabes in corpora invasit: Vis numerare morbos, coquos numera; & paucis interjectis: que desiderantibus alimenta erant, onera sunt plenis, inde pallor & nervorum vino madentium tremor, & miserabilior ex cruditatibus quam ex fame maces. Inde incerti labantum pedes, & semper, qualis in ipsa ebrietate titubatio, inde in totam cutem humor admissus, difflentusque venter, dum male adfuerit plus capere, quam poterat; inde suffusio lurdæbilis, & decolor vultus, tabesque inseputescientium, & retorti digiti articulis obrigescentibus, nervorum sine sensu jaacentium torpor ac palpitatio sine intermissione vibrantium. Quid capitilis vertigines dicam? quid oculorum auriumque tormenta? innumerabilia febrium genera? &c. Immunes, pergit, erant ab istis malis, qui nondum se deliciis solverant, qui sibi imperabant. Corpora opere ac vero labore durabant, aut cursu defatigati, aut venatu aut tellure versata: excipiebat illos cibus, qui nisi esurientibus placere non pote-

rat. Optandum, ut tanta luxuria saltim inter priscos Romanos regnasset, verum & ad nostra tempora manavit. Germanis, Anglis & Belgis voracitas quasi connatur, eam implantant nutrices infantibus, infarciunt enim eos lacte ab incunabulis ad vomitum usque, laxa & lata hinc ventriculi latera nolunt esse vacua. Quam pessimus nutritum mos sit, nimio replere lacte debiles parvulorum ventriculos, ut flatibus ob id, vermbus, febris, obnoxii evadant, jamdudum notatum a sacratissimis medicis. Iple Hippocrates in ore habuit: dum lactant, maclant. In pueris & adolescentibus enormis ille ciborum appetitus putridas febres, & mali moris variolas, morbillos, ulcera, cutis fædas exulcerationes, narium hæmorrhagias producit frequentissime. Juvenibus ob immoderatam vietut rationem inflammatoria febres & tertianæ, hæmoptyses, abscessus, scabies, catarrhi, tufses, hypochondriorum vitia, solent esse familiaria. In vergenti ætate qui constituti sunt, propter idem vitium, patientur sæpius obstructions, cachexiam, pravam ventriculi digestionem, hydropem, hæmorrhoidum fluxum & spasmodicas passiones in partibus abdominis, item febrem quartanam, iterum, calculum, podagram, similiaque, ut hinc verissimum sit illud sapientis, plures occidi gula, quam gladiis, & Syracidis illud locum habeat, capite 38.v. 33. Viel freszen machet Krank, und ein unersättlicher Fratz Krieget viel Grimmien. Viele haben sich zu töde gefreszen, Wer aber massig ist, lebet desto langer. Quamvis autem hæc omnia negari nequeant, utpote in ratione & experientia firmissime fundata, dolendum tamen est, & turpe dictu, saluberrimas modice vivendi regulas hodierno tempore ita medicis ferme expellas atque explosas esse. Plurimi practicorum gulæ mancipia sunt, ægrotum luxui adulantur, ipsisque ægrotantibus persuadent, ipsos neglecta diæta sanitatem recuperare posse solis pharmacis, atque medicinis, quas speciosis titulis ornate, & ad cœlum, usque ipsarum virtutes lau-

dibus extollere solent. Qua indulgentia & fraude, non tantum benevolentiae atque favoris auram ab ipsis ægrotantibus captant, verum etiam morbo sic prolongato, crumenas suas implere student. At vero nec nostra hic mens est, ut tam rigidi & morosi esse velimus in concedendo quodam cibo, qui etsi paulo videatur deterior, fame tamen & consuetudine eum imperante, & pauca quantitate admissus nocere nequit, sed culpamus maxime illud, quod non respiciant vulgariter quantitatem eiborum, & nullam attendant differentiam pro diversitate morborum, & individuorum aliarumque circumstantiarum inter viatum plenum, tenuem, mediumque. Prudentiores olim erant veteres, qui in sanandis morbis, convenientis diæta regimine plus certe efficiebant, quam ex fonte pharmaceutico desuntis remediis. Morbi enim originem atque indolem exacte perserutabantur, & accurate respiciebant in morbo, an ex repletione, vel inanitione ortum suum nancisceretur. Ad illam expugnandam venæ sectionibus, motu, purgantibus, frictionibus, balneis non tantum pugnabant strenue, verum ante omnia inedia, abstinentia, motuque imperato cruditatibus copiosas, ceu morbi fontem extinguebant felicissime, ita, ut non raro sola abstinentia atque inedia gravissimos personarent morbos.

IV. Ex omnibus autem, qui hanc mendendi viam amplexi sunt, maxime eminuerunt, hac curandi arte clari ipsi methodicæ lectæ addicti, qui laxum & stratum, sive repletionem, & inanitionem vel abundantiam & defecum in morbis attendebant. Primus methodicorum *Asclepiades*, qui 120. annos ante Christum vixit, ejusque discipulus *Themis* *Laodiceus*, frequentissime morbos abundantia sola curabant abstinentia. Hujus curæ C. *Celsus* meminit in operibus suis p.126. *Asclepiades* ubi ægrum triduo per omnia defatigaverat, quartum diem cibo destinat. Sed *Themis* nuper non, quando cepisset febris, sed quando defisisset aut levata esset, cibum dabant; *Thesalus* eadem arte utebatur sanandi, ut et-

iam male audiret, quod tridua inedia & gros materavererit omnes. Plerique ex antiquis inquit *Celsus* p.126. tarde dabant cibum, saepè quinto vel sexto die, & id forsitan in Asia vel Ægypto cœliratio patitur. Et alibi idem: Optimum autem medicamentum est opportune datus cibus. Laudatus *Seneca* l. 1. ep. 95. Antiqui medici ne sciebant cibum dare saepius, & vino sulcire venas cadentes; & paucis interiectis: itaque nihil erat opus tam magna medicorum supellectile, nec tot ferramentis atque pyxidibus. Ipse Hippocr. in libr. de vet. med. ajebat: fames plurimum potest in hominum natura ad sanitatem, & hic ipse erat accuratissimus in imperanda suis ægris diæta. Abstinentia autem duo ipsis erant genera, alterum ubi nihil plane assiduebat æger, alterum ubi non nisi quod oportebat. Vid. C. *Cels.* l. 2.c. 16. Placet autem nunc in sequentibus fusius recensere atque definire non tantum quibus in morbis veteres usi fuerunt abstinentia atque inedia, verum etiam quo patet & qua ex ratione ad sanandos quosdam morbos sit certissima & saluberrima medicina prudenter imperata abstinentia.

V. Primum itaque inedia, aut tenuior parciorque victus indicatissimus est plethoricis robustis ad præservationem multorum morborum. Ingens fuit hoc usque contentio inter medicos, an detur plethora, sive an sanguis bonus sive succus nutritius quantitate exsuperante gravis naturæ intensusque esse queat? In animo jam non est exquisitius hanc sententiam vel refellere vel affirmare, utrum sanguis ille, qui cum magna naturæ euphoria in foemini singulis mensibus, vel in aliis excretionibus criticis excernitur, sit perfecte bonus, nulloque vitio nec crassitie quidem laboret? sufficit, quod adstruere & defendere velimus, quod sanguis & serum possit esse superfluum, id est, majori quantitate peccare, quam receptacula & venæ capere, subigere, digerere, & superfluum secernere queunt. Quod evenit in illis, qui copiam alimentorum succo bono turgentium subinde ingerunt, otio indulgent, nec motu ac-

tran-

transpiratione superfluum dissipant. Tali modi subjecta, quæ ob vasa, quibus prædicti sunt, sanguine turgentia dicuntur plethorica, facillime incurunt in morbos, dum facile a causa quadam externa, vel ab affectu animi, vel a præpostero uso medicamenti, aut vitio aeris in impetuosum motum sanguis exsuperans citatur, unde vasorum disruptiones, humorum stagnationes, inflammations, multaque alia vitia gravissima oriuntur. Doctissime scribit Fernelius l. i. d. morb. causis pag. 139. Quin etiam ea cibi exsuperantia, quæ vasa implet, nondum tamen vires premit, licet tota in optimum succum & in sanguinem faceat, tutu tam non est, sed maxime lubrica & periculosa. Notabile est, quod scribit illustris Dominus de Tschirnhausen in medicina corporis, dum inquit: Observavi eos, quorum facies indies solito magis erubuit, continuante coloris bujus augmentatione, ex improviso omnium cum admiratione (quia florida ejusmodi facies vulgo signum perfectæ valetudinis judicatur) in febrem illapsos, ubi postea multis, in quibus tale quid adverte ad malum, ni a consueta viclus ratione abstinerent, certo ipsis eventurum auguratus sum, qui experientia postmodum ejus, quod antea credere noluerant, convicti obstupuerunt, quod nullo modo comprehendebant, unde ejusmodi de ipsis, satis & athletice valentibus, præ sagire potuerim. Et bene monet C. Cels. l. i c. 2. quod si plenior aliquis, si coloratior, si speciosior fatus est, suspecta habere bona sua debeat. Facilis enim & expeditus ex plerora, si ve superfluo languine, transitus fit ad gravissimos morbos. Multitudine enim languinis vasa si premuntur, insignis flatuum atque cruditatum fit proventus, obstructions accersuntur, viæ contrahuntur, sive infarcium ac turgidum corpus minimeque pervium est, nec perflari nec ventilari potest. Hinc perinde, atque a multo oleo lucernæ flamma, nativus calor opprimitur, & quasi strangulatur, morbique frigidi, uti cachexia, maces, paralysis, hydrops succrescunt, & quo diutius insedit abundantia, eo

majorem corruptelam atque labem contrahit, & ubi in summum excrevit, vasorum disruptiones, tam fanguineorum, quam lymphaticorum, fieri possunt, cum repentina ac inopinata morte. Quapropter rectissime Hippocrates talern habitum periculosem & sine mora solvendum pronunciat. Plura autem sunt, quæ superfluum sanguinem congestosque superfluos humores demunt atque immuniunt, & hujus census sunt sanguinis missiones, evacuationes per alvum, & transpiratio liberior reddita sive per motum, sive per diaphoretica, frictiones, aut balnea. Quamvis autem hæc ipsa singularem præstare opem in minuenda sanguinis quantitate, non eamus inficias, præstat tamen, ipsum respicere fontem, unde hæc noxia redundantia ortum suum habeat, & cum deprehendimus ex immoderato appetitu, ciboque copiosius, quam par est, ingestu, causam petendam esse, melius & longe tutius præ omnibus aliis remediis, nisi periculum in mora sit, & in instanti aliquid efficiendum, commendamus abstinentiam, & parcum actuenem victimum. Hic enim corpus pervium patensque reddit, obstrunctiones expedit, secretiones excrementorum promovet, cruditates discutit, concoquit, atque emendat, crassosque humores subtiliores reddit. Subtractione enim alimenti motus sanguinis atque spirituum in corpore plethorico vegetior & alacrior fit, quodeinde ulterius crudi & rudes humores attenuantur, expelluntur, & foras eliminantur. Motus enim est, qui emendat, corrigit, expellit, atque curat tam superfluos, quam qualitate nocentes morbosos humores. Scite itaque veteres inedia dixerunt universalem evacuationem per accidens. Fernelius l. c. parsimoniam ac moderationem cibi ac potus mirifice commendat hisce verbis: Longior inedia aut tenuior parciorque vietus, non id apte resarrit. & instaurat, quod tum nativi caloris, tum circumfusæ aeris vi necessario dissipatur e corpore, proinde ex accidenti siccatur, quod in pabulâ penuria nativus calor propriam corporis substantiam exsorbeat: at profecto cor-

pus pervium patensque reddit, obstruções expedit, flatus, alvi fæces, urinas cerebri, omniumque partium excrementa movet & excludit. Atque si impurum corpus virioso humore perfunditur, cruditates concoquit & emendat, tenues humores & inutiles exhaustit, aut halitus dissipat, crassos vero cuique parti tenacius inherentes proritat atque movet. Paucisque lineis interjectis hæc legitimus verba: Hujus ope aliquando morbi periculosi, & ancipites felicem eumque admirabilem exitum in venerunt, ad quem ars nulla dirigebat: idque multo mitius ac levius, quam dum corpus medicamentorum aliena qualitate lacescit. Eiusmodi itaque robustis & plethoricis personis peropportune in jungere possumus, ut vel per unum totum diem, vel etiam duos per septimam abstinēant ab omni viciu, cibumque crassum evitent, vel semel tantum de die sumant cibum. Hippocrate dicta lib. 2. Semel in die sumtus cibis extenuat & seccat, alvumque fistit, quoniam animi calore (id est spiritus calore & agitatione a cibi abstinentia procurata) ventris & carnis humidum assūmitur; quin imo optime tales plethorici possunt abstinentiam, & subtractionem ejusmodi sustinere.

VI. Præterea in viis stomachi, anorexia, quando ventriculus mole & colluvie serorum humorum repletus est, deficiente calore ac tono, cibus opportune sublatuſ optima est medicina, utponde ventriculus humoribus pravis obfessus quodlibet ingestum in morbificæ causa fomentum solet corrumpere. *Celsus* in stomachi omnibus morbis interpolandam abstinentiam esse pronunciat, vide l.4. c. 8. p.217. *Sennertus* libr. 3. pr. sect. 1. c. 5. docet, in quaunque ventriculi intemperie cibi, & potus nimiam copiam vitandam esse, quæ ventrem gravat. Abstinentendum etiam esse ab iis, quæ ingrata sunt, & adversa, item quæ tonum ventriculi laxant, quandoquidem onere atque faburra liberato ventriculo medicamentorum stomachalium atque balsamicorum vires in spirituascentia chyli promovenda & tono roborando mirifice ad-

juvantur. In cachexia seu malo corporis habitu, qui facile fit, quando longo morbo vitiata corpora inutiles ac copiosos cibos assumunt, abstinere æger ad minimum debet uno die, deinde ab exiguo cibo incipere, quotidie adjicere, donec ad justum modum perveniat. Præter hæc convenit ambulare locis quam maxime frigidis, sole vitato, per manus quoque exerceri, si infirmior est, gestari, ungi, perfriari, si potest, maxime per se ipsum sèpius eodem die, & ante cibum, sic, ut interdum oleo adjiciantur quædam calefacientia, donec insuder. Videatur *Celsus* l.3. c.22. p.178. Quod hydropem attinet, eleganter *Celsus* p.170. scribit: facilius in servis, quam in liberis tollitur, quia cum desideret famem, suum, & mille alia tædia longamque patientiam, promptius iis succurritur, qui facile coguntur, quam quibus inutilis libertas est. Sed ne hi quidem, qui sub alio sunt, si ex toto sibi temperare non possunt, ad salutem perduntur. Ideoque non ignobilis medicus, Chrysippi discipulus, apud Antigonum regem, amicum quendam ejus, note in temperantia, mediocriter eo morbo implcitum negavit posse sanari. Optima methodus est sanandi cacheoticos & hydropticos, si spirituascentia humorum ac sanguinis promovetur, & crudi superflui humoris digeruntur atque evacuantur. Quoniam commendatissima est fames atque abstinentia a cibis, item assumptio remediorum martialium, amarorum, aperientium & spirituorum, quæ juncta cum inedia efficacissimam vim possident. Veteres medici docebant, pituitam caloris opera in venis perfici, per moram concoqui & in laudatum sanguinem transire. Est enim phlegma sanguis deminutus coctus ut loquuntur, qui post accuratam elaborationem partibus nutrientis interficit. Sinendum itaque, ut calor in tam laudato opere se exerceat, id quod cibus continuo ingestus interturbat, ad quod maxime conferunt inedia iis valde salutares, qui dulcis vel astringens humoris pituita copiam habent in toto corpore collectam. Ob id recte *Hippocrates* fameum precipit carnes humidas habentibus, quam-

niam humoribus etiam crudis jucundius fruitur calor, quam recenter ingestio cibo. Icterus, qui commode ad cachexiam referri potest, & ex crassitie sanguinis, atque glandularum hepaticarum & vasculorum biliariorum obstructione nascitur, peropportune sanatur quoque abstinentia, quoniam dum alimenta ad tempus subtrahuntur, sanguis majorem gradum subtilitatis ac motus acquirit, viscidæque cruditates collectæ attenuantur ac solvuntur, præprimis si medicamentis aperientibus amaris, sale volatili oleoso turgidis spirituascentia humorum procuratur. *Celsus* in cachexia iætericia primo die abstinentiam ægro commendat, secundo alvi ductionem. *Quidam medici*, inquit, purgationibus omisis, per eos cibos, qui extenuant, hoc etiam consequi dicunt.

VII. Ad viscerum obstrunctiones scirrhosque, gravissimorum morborum causas, modicus cibus, isque facilis, una cum aperientibus temperate spirituosis medicamentis accommodatissimus est. *Mercurialis lib. 3. c. 24. de scirbo lienis* scribit: *de cibis in universum dicendum*, quod commendatum invenitur ab Avicenna, optimum esse perferre jejunium; & *Theod. Priscianus l. 1. c. 15.* inchoādam hujus malicioram a jejunio & patientia esse afferit. In colica contumaci & crebrius redeunte, maxime si a pituita secundum veteres vitrea & infarctu viscosorum humorum est, parcus cibus, cum clysteribus detersivis, intermixtis carminativis sale volatili oleoso & sulphure anodyno plenis, omne sanationis punctum ferme absolvit. In passione iliaca tamen a stagnatione excrementorum, quam ab ilei inflammatione nata quietem cum inedia commendaram sibi habeant ægri; quies enim spiritus alias dicto in morbo pervagantes ac spasmodicas contractiones excitantes in pacato servat motu. Inedia majorem alvi fecum viam non liberam invenientium quantitatem præcavet. *Cælius Aurelianu*s continendum esse jubet ægrum in loco modice calido & lucido in quiete ac inedia; *cujus consilium*, inquit *Mercurialis l. 3. c. 27. de ileo*, *O* ego ma-

xime amplector, præsertim ut æger abstineat a cibo & potu, nam quia tum non licet emittere excrements, id saltim curandum est, ut non fiant, vel paucissima fiant. Porro in læsionibus & vulneribus ventriculi autores paucim parcum præscribunt victum. Hinc *Sennertus Pr. l. 3. p. 1. f. 1. c. 16.* vietus sit tenuis, *O* parcissime æger edat, ne ventriculus cibi copia distendatur, sed corrugatus maneat *O* sic facilis conglutinetur; cibi vero ipsi in parva quantitate magnam alendi vim habeant, sint boni succi, *O* cœdu faciles.

VIII. Præterea si unquam, iis sane in morbis locum habet inedia, qui proveniunt a perspiratione corporis impedita. Eorum autem plures, iisque magni sunt, siquidem ad vitam tuendam & ad æqualem humorum circulum temperiemque servandam, tenuissimorum vaporum exhalatio summe necessaria est, qua penitus cessante turbatur imo sufflaminatur respiratio, motioque sanguinis intestina ac circularis. Quanta autem comoda ex æquabili & proportionata ad habitum corporis, & alimentorum assumptionem evacuatione vaporum per poros corporis succrescant, quantave incommoda ex ea sublata orientur, optime deduxit *Sanctorius in med. stat. Sapienter Hippocrates de morb.* inquit, quibus corpus probe transpirat, *ii imbecilliores sed salubriores existunt*, prompteque ad sanitatem restituuntur; quibus corpus male transpirat, *ii prius quam agrotant robustiores*, cum vero in morbos inciderint, difficultus restituuntur. Notandum enim, maximam morborum classem originem sumere ab impedita transpiratione, & per eandem quoque terminari. Impeditur autem a variis causis externis atque internis; externe aer frigidus densus & compressus, (qualis tempore pluvioso est & ubi luna plena fuerit) ventilationem humorum prohibet, partim constringendo cutis poros, partim evaporationi resistendo. Ad internas causas prater sanguinis crassitatem, ob quam ad glandulas cutis non pertingit, ideoque a fero falso liberari nequit, pertinet quoque ejus quantitas, unde plethorici

ut plurimum eagent transpiratione liberori, nec non hypochondriaci ac melanocholic. Ceterum acrimonia feri stimulans delata ad cutis sensibiles fibras spasmatica harum constrictione exhalationem impedit; hinc quo sensibilia sunt corpora ac deliciora, eo facilius horrore, rigore & transpiratione impedita, motioneque febrili corripiuntur. Hinc nascitur vulgarissimus ille ac universalis morbus febris siccet, cujus causam omnes fere veterum perspirationem corporis impeditam dixerunt. Vid. Mercurial. in comment. ad libr. Hippoc. de arte p. 17. Iste Hippocrates lib. 1. sect. 4. de locis in homine pag. 88. eleganter id exprimit, dum scribit: *At vero febres hanc ob causam oriuntur, cum corpore tumidiore redditio, carnes intumuerint, pituita bilisque conclusa conqueverint, nihilque refrigeretur, neque exeat, neque moveatur, neque aliud quid subeat. Meatum obstrukiones febrium causas passim pronunciat Galenus lib. 9. de meth. med. quare & omnia frigida, quia crassos faciunt humores, in cura damnat, laudat vero illa, quae meatus obstructos reserant, absque multo tamen calore. Etenim ex præpedita per corporis poros secessione seri falso, hujus fortes variae, maxime in externis partibus inde concitant spasmos, unde familiaria febrium symptoma omnia dependent. Igitur omnia, quæ vitiosorum & stagnantium humorum quantitatem, ceu potissimum febrium causam demere, humores subtiliores reddere possunt, restituunt transpirationem suppressam, sanantque febrem. E contra quæ augent humorum quantitatem, graviores febrem efficiunt. Patet jam ratio, cur veteres medicorum tam severe ante paroxysmum febrium, vel etiam intermissionis tempore interdicant viatum copiosum. Vid. Hipp. aphor. 2. lib. 1 quoniam tunc semper exacerbatur febris, prolongatur, & symptomata ingravescunt. Patet quoque causa, cur passim inediā tanquam expertum febrium remedium commendent; quia breviores, & faciliores reddit paroxysmos demendo quantitatem vitiosam, qua opprimi solet sanguis. Verissime Celsus: *Initia febrium famem si-**

*timque desiderant. Idem alibi: Nihil aliud fieri potest in febribus intermittentibus, quam ut primis diebus bene abstineat æger, dein sub decesum febris ejus, que gravissima est, cibos sumat. Si quotidiana est, in versa pergit pagina, triduo primo magnopere abstinere oportet, tum cibis altero quoque die uti. Qua ratione febris quartana, quæ contumacissima est, & sèpius in ludibrium medentium transire solet, abstinentia sanari debeat, & quo modo illa ordinanda sit, fusius tradit laudatus jam Celsus l. 3. c. 15. Illud experientia constat, quod quo major appetitus in febribus intermittentibus est, & quo plus justo ipso indulgemus, eo diurniores, magisque rebelles fieri febres. Quo minor autem appetitus, parciorque alimentorum assumptio, citius ex terminantur. Et Dominus Tschirnhausen l. c. febres, multoque morbos a transpiratione impedita factos sola inedia felicissime sanari posse prohibet, omnesque ferme auctores practici viatum tenuem & carnium expertem, sive ut Græci dicunt, *aria, uitio, et mirifice* passim commendant. Willius in tract. de febr. cap. 4. scribit, se febres tertianas saltim purgatione ex insufo senna, & rhabar. vielu tenui & topico febrifugo pectori aut carpis apposito sine pharmaci cuiuscumque alterius deleterii usu, brevi tempore sapissime curatas nosse, quin imo, inquit, gravidas, senes item valde imbecilles, quorum vires purgationi non sufficiebant, solum tenuis diæta cum periaptis tempestive adhibitis per quam feliciter sanavi. In febribus malignis & acutis tenuissimus viatus locum habet, unde Dominus Doncker in tr. de morb. punt. membr. 4. c. 12. julecula confortantia, nutritia, & grise ab adstantibus ministrari solita, rejicit, cum observatum sit, ea in necem vel summum vitæ periculum ægros conjectisse. In primis autem crisis impeditur cibi accessione, quod bene notavit Hippocr. l. aph. 19. natura inquit, cibis oppressa morbo succumbit, nec potest evacuationem criticam instituere. Idem libr. 1. aph. 8. Cum efforescit morbi status, cumque ille viget maxime, tum pertenuissima dieta uti perutilissimum est.*

IX. Scabies, elephantiasis & ulceræ ut plurimum oriuntur a transpiratione impedita seri excrementiis, accumulati plerumque a voracitate maxime salsorum viscosorumque & a ventilatione sanguinis ob defectum motus atque exercitii deficiente, unde in primis vitam sedentariam otiosam insequuntur. Tali in casu, quando a cruditatibus oriuntur, abstinentia convenientissima est, adhibenda autem ex consilio Celsi l.3.c.25. per triduum vel quanta sustineri potest inedia, paululum dein vires reficiendæ, & ducenda alvus, niendumque exercitatione, cursu, frictione, cibus autem sit sine pinguibus, sine glutinosis, sine inflantibus. Et bene monet Hippocrates: *Paucus cibus & aquæ potus omnibus ulceribus maxime confort*, magis tamen recentibus quam vetustis, nec non ubi inflammatio adeat, aut impendet. Quo magis enim vasa dilenta sunt humoræ, eo copiosior fit suppuration, quæ tamen ulceris curationi quasi ex diametro opposita esse videtur. Eadem ratione in catarrhalibus defluxionibus, coryza, tussi humida, quæ ut plurimum ex suppressa ab aeris frigore vel inæqualitate transpiratione originem trahunt, abstinentia ab omni vel copioso victu utilissima est, quæ dictos morbos cum blanda diaphoresi, & potu parco, additis edulcorantibus ac lenientibus sanat. Mirandum enim, rheumaticos, & arthriticos insultus utplurimum præcedere appetitum nimium.

X. In affectibus cerebri, ab humorum copia vel crassitie oriundis, uti paralysi, affectibus soporosis, cephalalgia, melancholia, incubo, epilepsia Celsus jubet vehementer exerceri, neque pinguis carnes, neque vinum assumere, sed cibis uti post purgationem ex media materia quam lenissimis. In comitiali morbo, qui ex humiditate & nimia laxitate tubularum cerebri provenit, jubet idem Celsus pag. 183. cibum post diem tertium, simul ac transit hora, qua concurrit, dare. Neque sorbitones his aut aliquo molles & faciles cibi, neque caro, minimeque suilla convenit, sed mediae materiæ; nam & viribus opus est, & cruditates cavende sunt. &c. & ubi tertio die cibus datus est,

intermittere quartum, & invicem alterum quemque, eadem hora cibi servata, donec quatuordecim dies transeant.

XI. Contra podagrum, arthritidem, & quoscunque affectus spasmodicos exterritum partium periodicos, qui ut plurimum ex copia vitiosa humorum vel consueta sanguinis evacuatione suppressa oriuntur, multum valere temperantiam, docet experientia. Sydenh. in oper. p.479. item Takius pag. 97. podagrieis prandium saltum concedunt, & a coena abstinere suadent. Vales. de Taranta refert in obs. med. quetdam, quotiescumque imminere paroxysmum sentiret, ab omni cibo & potu abstinuisse, morbumque ita præcavisse. Schenk apud Casp. Rej. camp. elys. de opulento quo dam Germano scribit, quod cum otio deliciis luxuque circumflueret familiarem huic vita podagrum arthritidemque adeo miserabilem contraxerit, ut non nisi duobus suffultus adjutusque famulis promoveri loco posset, verum lapsis sensim rebus ad paupertatem redactus est tantam, ut & opibus destitueretur & famulis, nec nisi frugalis mensa ad vitam superesset. Hac fretus & paulatim ipse solus incedebat, & a podagra prorsus deserebatur.

XII. Tandem moderatus vixus ingenii mentisque actionibus egregie inservit, dependent enim ex spirituum motu, hic autem a sanguine, qui quo copiosior crassiorque, eo crassiores suppeditat spiritus. Verum illud Galeni est, *animum sanguine & adipe suffocatum caeleste aliquid per videre non posse*; & Hieronymus inquit: *Plenus venter non gignit sensum tenuem*. Eodem pertinet, quod scripsit Theophrastus L.V. Philos. multum edere & carnibus vesicationis & consilii usum adimit, animosque efficit tardiores, & eos immanni quadam dementia ac stultitia complet. Eleganter Sanctius: *Sobrius esto, & memineris non temere credere, bac sunt membranis*. A sobrietate veteres sapientes, Pythagoras in primis, philosophiam orsi sunt, etiamque carnium prohibuerunt, quod adeo multis probatum fuit, ut plerique inde facti cultiores melius sapientiae latices imbiberint. Quapropter literarum studiosis maximeque temperamentis pe-

tuitosis commendandus modicus cibus est, vel ceteris partibus omnis coenæ intermissione suadenda. Novi, plures stupidos prænimiria cerebri humiditate, sobrietati ac temperantia deditos factos sagaciores, ingenii vi mirifice adaueta. Postremo omnibus in morbis, & maxime, ubi ipse ventriculus quasi consulto a cibis abhorret, abstinentum est ab alimentis. Debilis enim & ex morbo iners ventriculus conficiendo cibo ineptus est; ubi peccant adstantes, qui ex metu, ne fame pereat æger, hunc ad alimenta sumenda persuadent coguntque, in id solum intenti, nec imbecillitatem ejus, nec morbi vehementiam curantes, unde major virium jactura quam ex morbo. Nunquam igitur invito ventriculo danda sunt alimenta, nec inclinato morbo, redeunte licet appetitu, copiosi vel crassi coctuque difficiles cibi ingerantur. Fiunt hac ratione maxime in febribus facile recidivæ, vel debilis ex diuturno morbo ventriculos novam inde morbi causam concipit, & ingesta in morbificæ causæ fomentum corruptit. In debilitatis atque exhaustis a parco victu ad largiorem procedendum, & ubique ad virium robur in constituenda diæta respicendum.

XIII. Hisce jam deductis circa curationem vel præservationem morborum per inediā tenendæ sunt sequentes regula & cautela. (1) Non convenit juxta inediā protinus ad satietatem esse. Plurimum enim & repente replere ex sententia Hippocratis periculosum est, Prudenter monet Celsus pag.98. Si sanis corporibus ipsa (satietas) est inutilis, ubi aliqua necessitas famem fecit, quanto inuiliior est infirmo, nedum agro. (2) In morbis considerandum, utrum superans an deficiens materia læserit; corruptum corpus sit an integrum? si copia male habet, vel corrupta est materia, tunc nullo modo melius succurritur; si a defectu sanguinis succinit ritii spirituum morbus provenit, & acria salia peccant, inedia & potus denega-

tus pessimus, ubi magis locum habet ceteris paribus & appetitu urgente restaurantia alimenta & juscula, quare si imbecillitas est ab humorum copia iuvat inedia, si a defectu, nocet. (3) Præstat sapientius modice, quam semel de die nimium affumere, quod valet maxime in exhaustis. (4) Vires subjectorum semper sunt respiendiæ. Senes inedia patientissimi sunt, mox homines consistentis atatis, nequaquam adolescentes, minimeque omnium pueri, atque omnino qui in ea aetate fuerint alacriores, teste Hippocrate lib. I. aph. 13. nam puerilis aetas ad incrementum, & quia tenellum facile exhaudatur, multo eget alimento. (5) Non inedia tractandi sunt, qui purgantibus, VSne, sudoriferis utuntur vel usi sunt, qui laborant, & corpus exercent, ubi multum humidi dissipatur, unde Hippocrat. I. aph. 18. aestate inediā ægerrime ferunt, (ubi plus transpirant) hyeme facillime, mox vere, ut adeo ad victus répugnat consti uendam multum valeat temporum distinctio. (6) Otiosi, qui minus perspirant, facilius ferunt abstinentiam, quam qui laborant, hinc foeminae magis quam viri. (7) In cibis eligendis vel instituenda diæta magna distinctione opus est; aliis semel de die præstat edere; aliis bis & parum; aliis, maxime togatis & animo excolendo in quiete deditis, sufficit abstinentia a crassis cibis & flatulentis, a carne porcina, anserina, caseo, lacte, leguminibus: aliis ad diem per septimanam, ad biduum vel triduum conductit abstinere, ad præservationem, liquidis tenuibus saltim concessis. Verbo: prudenter & judicio medici ad rectum nostri remedii usum opus est ubique respiciendo ad individua, cuius ætatis, sexus, vitae, generis, consuetudinis, quarumque sint virium, item morbum attendendo eiusque causam, naturam & conditionem, alias hisce neglectis plus detrimenti, quam emolumenti dabit inedia.

DE VINI RHENANI PRÆSTANTIA.

PRO O E M I U M.

Communis sed pernicialis est opinio non tam vulgi, quam ipsorum quoque medicorum, ad sanitatis tutelam ac restitutionem copia diversissimorum remediorum opus esse. Quamobrem nullus finis est subinde nova, & sexenta inveniendi & componendi pharmaca, quæ revera plus in confusionem medentium, inque damnum ægrotantium potius quam in eorum salutem conquiruntur. Etiam si quis curatus paulo, unde pendeat vita, sanitatis & morborum ratio, scrutetur, certe perpaucæ esse, a quibus sanitas pendet, & quæ eam labefactatam restituunt, clarissime perspiciet. Nosse autem hæc ipsa, & exquisita prudenter iisdem uti, præcipua, quæ medicum ornat ac constituit, sapientie pars est. Ego vero, postquam in ima medicinae penitralia admissus sum, constanter hac fui in sententia, ad sanitatem custodiendam & morbos avertendos non opus esse pretiosis & magno labore & subtili ratione excogitatis remediis, multo minus eorum copia; sed sufficere huic scopo ea, quæ omnibus nota vulgaria & ad cuiusvis manus & potestatem sunt, per quæ ego speciatim intelligo v. g. aerem, aquam, motum, somnum, cibum, animique regimen. Horum tanta vis & potentia est, ut servare corpus, idque destruere & graves quoque morbos tollere recto ac debito usu possint. Optandum igitur vehementer esset, ut quisque medentium ad res sic appellatas a medicis non naturales majori studio ac industria animum ac cogitationes componeat, corumque vires in sanandi negotio penetrando ostenderet, plus hisce ipsis sape profici, quam si ex remotissimis locis & materia humanae naturæ plus inimica quam amica petantur ac desumantur tot remediorum classem. De presenti id laboris suscepimus, ut præstantissimum vini & maxime Rhenani usum in medicina solida experientia

non minus quam exacto ratiocinio sufful i demonstremus: nec non qua ratione omnibus celebratissimis, quæcumque natura vel ars largitur, medicamentorum speciebus vinum longe superius sit, & quemadmodum universalis medicinæ impensis præsorioræ titulum optimo jure mereatur.

C A P. I.

De præstantibus Europeæ vinis eorumque natura ac facultatibus.

§. I.

EQuidem animus est, Germaniæ nostra vina & inter ea princeps Rhenanum ejusque indolem ac vires scrutinio medico hoc loco evolvendi, atque usum in medendo ostendendi, nihil minus neque alienum ab instituto neque injunctum fore judicamus, præcipua, quæ ex Europæ locis ad nostras terras exportantur, vina recensere, & perpaucis de eorum virtutibus quædam edillerere.

II. Ex omnibus autem regionibus delicatissima & valde generosa nobis offert Italia, ex quibus maxime eminet illud vinum, quod ad Vesuvii radices nascitur, & Lachryma Christi nuncupatur. Alii quoque Virgineum illud idem denominant. Ratio denominationis desumta est ex eo, quod ex selectis uvis & antequam calcentur more lachrymarum emanet; est valde potens, rubro colore splendens, odore suavi, sapore subdulci & salubri, urinæ enim vias mox invenit propter suam, qua imbutum est, tenuitatem.

III. In pretio quoque habetur Albanum ad Albam civitatem crescens, quod ægrotis non minus quam sanis commodum ac salutare est, transpirationem, & urinam movens, prostatque album & rubrum.

IV. Ita-

IV. Inter primæ notæ vina etiam numeratur Muscatellinum Faliscorum, *Vin di monte Fiascone*, & notum est de hoc vino epitaphium cujusdam bibuli positum a famulo suo: propter eft eft, dominus meus mortuus eft: gustu eft gratissimum.

V. Merentur etiam hic recenseri Vīnum del Monte Bolzano rubrum, & muscatellinum Perusinum, quæ ambo non sunt incelebra, & e civitatibus ejusdem nominis quotannis in magna copia Rōmam transportantur.

VI. Ordo jam tangit Pucinum, antiquitati etiam notissimum. Largitur illud faxeū collis nomine *Proseck* in finu Adriaticis maris hodie *Capo d'Istria*, situs dicitur etiam *Prosecker Reinfall*; dulce eft, caput non ferit, nec mentem percellit, odore suavi, furvo nitens colore. Huic *Plinius* adscribit, quod Livia Augusta 82. annum attigerit, cum alio vino non fuerit ufa.

VII. Excellens quoque vinum eft, quod non adeo procul a Vicentia progignitur, & Marciminum dicitur, podagrīcīs præ ceteris innoxium eſſe perhibetur.

VIII. In districtu Aquilejensi a Rosacio civitate Fori Julii nomen accepit Rosaeum *Rosazer*, nobile & præstans vīnum.

IX. Nec silentio prætereundum eft Vernacium vīnum generolum, quod nomen obtinuit a monte rubro Vulnetia in Liguria nunc *Vernacia* dicto, non modo in Italia, sed apud Gallos & Britannos nōrum.

X. Spectant hic similiter Rhætica vīna Germanice *Veltliner*, quia in Valle Teline crescent Ober und unter *Veltline Vin aromatique*. His Augustum delectatum fuſſe referunt: eft vīnum iſtar sanguinis rubrum, dulce, & subausterum in lingua relinquens saporem.

XI. Notatu huic venit dignum, plūma Italiæ vīna & generositate & dulcedine superare alia: dependet autem dulcedinis nec non virium eaſta potissimum ex eo, quod in more habeant, vel ex uvis maturis selectis in aere parumper exſiccatis ea præparare, vel ipsa recentia musta igne leni aquositate in auras emissa. inspi-

sare, & tunc fermentationi exponere. Hoc artificio vīna majorem acquirunt dulcedinem, quandoquidem mustum, quo dulcius & ſpiffius eft, eo minus vehementer ſubit ebullitionem, quæ alias plerumque aciditatis nimia genitrix eft.

XII. Causa porro tantæ in vīno nobilitatis eft ipse ſitus Italiæ, ſolique ſulphurei natura, fervens enim ſolis ardor, & iſitus terra calor non potest non ad perfectam maturitatem & dulcedinem uvas perducere. Verum enim vero dantur in Italia etiam auſteriuscula vīna, dicta *Aſciuti*, quæ ex crudo parantur muſlo, & proferuntur iis in locis, quæ ſeptentriōnem ſpectant. Utuntur hiſ magno cum fructu æſtate ferventissima in morbis quoque præcalidis ad immodicum ardorem reſtingendum.

XIII. Ex Græcia Vīnum Creticum & de Cypro magnifica famæ ubivis ſunt. Olim dicta *Ponica*.

XIV. Accedimus jam ad Galliæ vīna, quorum præstantia & nobilitas neminō ſtristemporibus obſcura eſſe potest. Omnia autem nobilissimum habetur *le Vin de Champagne*, quod etiam in pretio magno habent Magnates, ipſeque Rex eo utitur. Laudem meretur, quod gratum ſit ſtomacho, capiti & nervis non inimicum, citoque per urinam tranſeat, colore rubicundum eft, delicatiſ ſaporis propter acidi ſubtilis, & ſpirituosi temperata mixturam. (Optima ſunt Aix, ſeſteri, Roan.)

XV. Huic ſecunda ſunt Burgundiaca, ex quibus optimus *Beaunense* generolum colore oculum perdiſis emulante du *Couleur de Perdrix* ſaporis grati, minus vaporiferum, & melius tolerat aquam *le Vin de Champagne*.

XVI. Non etiam incelebre eft *le Vin de Paris* præfertim ex maturis uvis confeſtum, tenue eft, ſed gustui acceptum, a quoque mixturam non bene ſubit.

XVII. Ex Bordigalensi districtu optimum habetur *Gravianum Vin de Grave*, *Claretvin*. Dicitur *Vin de Grave*, quia ſolum eft valde arenofum, *Grave* enim Gasconibus eft arena; ſaporis eft auſteriusculi, caput & mentem minus percelit,

lit, nec non stomachi & intestinorum tonum egregie roboret. Præstantissimum *Vin de Pontac*, quo Angli multum delistantur.

XVIII. Æstimantur similiter in Gallia Aorelianensis, quorum alba dantur, & rubra; sunt vina generosa, ventriculo proficia, sed caput ferire solent.

XIX. Notissima quoque sunt Pictavensia alba, quæ multum convenient cum Germanicis nostris Rhenanis, tantum in eo inferiora hisce, quod sint crudiora.

XX. Denique etiam excellentissima inter Gallica sunt Frontinianum St. Larentii & vinum *Muscat de Lion*. Illud dicitur ab oppido Frontiniano tribus milliaribus Monspelio distante, in Provincia Languedocensi, delicatissimum est, moschi laporem, & odorem referens. Hoc ita appellatur, quia Lugdunum defertur, est rubrum, generosissimum, saporis austriuscoli suavis moschatellini, aquæ mixtura indiget ob nimiam generositatem.

XXI. Tandem ex Gallicis quoque vinum saluberrimum censetur vinum Eremiticum, *Vin d'Ermitage*; crescit inter Valence & S. Vallier, est rubellum subausterum, & baccarum myrtilli saporem referens.

XXII. Hispania nobiles quoque alit vites, quæ ob maturitatem uvarum vina largiuntur pretiosissima.

XXIII. Canariense, quod hodie ex insulis Canariæ, maxime Canaria magna apportatur, circa Palma generosissimum crescit.

XXIV. Spectat huc quoque Malvasium, quod ex grandibus rotundis uvis magnæ præstantiae exprimitur. Vinum hoc diutius durat, & ubi vis gentium per mare devehî potest, quod non omnia vina perferunt.

XXV. Vinum Malacense, sive vinum Secco Germanice *Sect*, forte quod in faccis vel utribus in Hispania circumferatur, vino Canariensi est pinguis.

XXVI. Petrisimontis illud, quod dicitur, præcipue ad urbem Gualdalcazar nascitur, ex palmitibus Germanicis per Petrum Simonis ante 200, annos in Hispanum solum perductis, ibique transplantata.

tis. Memorabile enim est, vites unius regionis in alias, ob diversi soli naturam, & aeris, solisque statum fructus diversæ naturæ producere. Ita vites Germanicæ in Hispania uvas producunt longe dulciores, fracta nempe & emollita ibi eorum asperitate. Ita etiam vites Malvaticæ ad nos delatae multo delicatiora vina exhibent, quam in Italia.

XXVII. Ager Andalusia prope Xenes admodum vini ferax est; sed hæc vina Xenena sunt austrioscula, minus dulcia, & citius etiam acescent in calidis locis, hujus generis sunt etiam, tum quæ circa Madrid proveniunt.

XXVIII. Alconense sive *Alicante*, in regno Valenciac rubrum est, sed crassum, palato quidem acceptum, at stomacho minus utile. Huic non dissimile est genus illud, quod nostratis dicitur *Vin de tinte*.

C A P U T II.

*Historiam Vinorum Germaniae maxi-
me Rhenani nec non Hun-
garie sisit.*

§. I.

Curiolum & perquam dignum observatione est, dimidiam Germanicæ partem boni vini esse genitricem, eam videlicet, quæ plagæ australi propinquæ est. Quæ vero ad septentrionem spectat, vel plane vinorum expers est, vel ea valde acida & tenuja profert. Sique consulimus Geographicas tabulas, speculari ibi jucundum est, eas omnes ferme regiones ad alendas vites, & bonum vinum producendum inidoneas esse, quæ ultra 51. gradum elevationis poli sitæ sunt; ita nempe, ut quo remotiores sint a polo septentrionali, & meridionali viciniores, generosius & fortius vinum producant, imbecillius autem acidoque magis prægnans, quo plus a meridie sunt aversæ. Ratio observationis hujus merito debet ab eo desumi, quod loca septentrionali vicina non tantum a sole æstum experiantur, neque aer tam tenuis & subtilis,

terra.

terraque minus spongiosa tenera sulphureque vegetabili turgida fit (quæ omnia ad fœcunditatem vegetabilium in genere, & maxime uarum maturitatem requirunt) quam in meridionalibus calidioribus regionibus. In his enim non modo plantæ, sed & ipsa animantia tam coemistica quam sylvestria ob auctiorem nutritionem majori incremento majorique perfectione sapore quoque gratori eminent omnibus iis, quæ tellus septentrioni subjecta profert. Quemadmodum autem Hungaria præ fœcundissimis Germanicæ regionibus primas tenet, & iam vegetabilium quam animantium fertilitate atque nitore celebratissima est, ita etiam vites fructum ferunt, & qui nobilem & generosum largitur potum vinis Italicis & Hispanicis non postponendum. Germanicæ autem vinis merito præferendum est, ejusdem mentionem per paucis facere instituimus, enumerando ea, que celebritate undiquaque feruntur. Est autem primi ordinis Toccaviente, quod in cacumine alti montis, qui in sinu auri mineras fovet, non adeo insigni copia provenit, sed delicatissimum, & hinc tantum ad aulam Augustissimi Imperatoris defertur. Spectat huc quoque Toccavienti Secundarium, quod crescit in districtu Toccavienti. Notabile vero hoc tempore multa adulterata & ex passulis, ac saccharo parata vina vendi pro Toccavientibus. Secundum locum obtinent Tarnaviensia, & circa Gross Wardein provenientia.

II. Huic non secundum est, quod in oppido Sancti Georgii singulare artificio paratur, & vocatur *Sancti Georgii aussbruch*: maturiores ibi & semi-passios a minus maturis separant ex uvis acinos, ex quibus (non fecus ac Italia cum Lachryma Christi) exprimit non magno pondere succum, qui promanans & asservatus gustum summa suavitate afficit, & propter gratam nervis, & spiritibus generositatem, totius œconomiae animalis vires & functiones egregie recreat, ac sustinet.

III. Vilioris autem sunt conditionis imbecilliora nempe, & saporis paululum

acidiusculi, nec non adeo caro pretio venduntur, quæ ex reliquiis uarum in dicto Sancti Georgii oppido conficiuntur.

IV. Deinceps laudem etiam merentur Oedenburgensia, & Presburgensia vina, quorum præcipua sunt circa Rustum, & Neolidensem lacum: *Klein und Gross Gubelein*, *Staner Goldbenger*, hæc in arenosis locis proveniunt. Notandum vero, quod hæc vina magis dici mereantur austriaca.

V. Præterea magna adhuc copia vino rum in Hungaria existit, diversisque in locis vitus colitur, neque incelebre est vicinus illud Hungaricum rubrum, quod circa urbem Budam *Offen* terra largitur.

VI. Quod attinet naturam & virtutem Hungaricorum vinorum, certe ea peregrinia est: nam generositate & salubritate non cedunt Italicis, vel Hispanicis, atque paucam aciditatem tartarei salis quantitatem obtinent, præsertim ea, quæ superius laudavimus, spiritu autem sulphureo grato eoque aromatico abundant.

VII. Evidem non eam, quam merentur, famam hastenus obtinuerunt. Fal-lax enim non modo vulgi, sed & medicorum fuit persuasio, vinum Hungaricum infalubre morbum Hungaricum prognoscere, cum tamen potius dira hæc lues pauperes imo peregrinos exerceat, & ab aquarum impuritate, aeris inæqualitate & intemperantia longe rectius ejus origo derivetur. Nos potius vinum hoc saluberrimum judicamus ipsa teste experientia: neque enim gravat dolore caput etiam liberalius haustum, modo non fuerit adulteratum, neque nervos afficit, ut potius affectibus spalmodicis, podagre, scorbuto, hypochondriaco malo præ Rhenano aliisque, quæ admittunt multum aciditatem in mixtura, longe sit accommodatius.

VIII. Tandem (atque boni vini character est) agilitatem vigorem & levitatem largius potum in toto corpore relinquit, manifesto documento, ex ejus usi spiritus nec non vitalem circulum excitari, & insensibili modo hoc, quod gravat, quod molestum est sanguini, evacuari.

IX. Quoniam vinum Hungaricum præ aliis quam plures peculiares proprietates gerit, de iis etiam paucis mentionem injicere hoc loco allubescit. Singulare vero illud est, quod non bene aeris accessum ferre queat: mox enim si aut vitra, aut dolia ad aliquod spatiū fuerint vacua, colorem, & cum eo saporem mutat atque amittit. Protinus nimurum ejus color albus ipsi quasi proprius, transit in flavum seu fuscum, & clarum, quod erat vinum, turbidum evadit, idque sœpe paucis diebus. Experiuntur talem inversionem maxime vina ignobilia, acidum admixtum foventia, & quæ recentia sunt: immunia autem ab hac labe persistunt generosiora Toccavienia, Sancti Georgii Ausbruch, item Rustianum, præsertim si loboles fuerint boni autumni. Hæc non diminuto sapore, colore & virtute longos annos perdurant, tantum quod dulcedinem, quæ recentibus est propria, cum senio quod ammodo deponant. Quare non opus est hæc vina sulphuris fumo imprægnare, vel dolia repleta servare. Memorabile autem est, quod ab admixtione vini Rhenani, aut alterius acidi, omne Hungaricum illico non tantum alteretur, sed & ab inde sua plane defiecat & corruptatur. Quin imo observavimus, vinum ipsum Hungaricum vetus paululum acidum non esse novo addendum. Unde cum tanta difficultas sit pro implendis dolis vina ex æte similia in promptu semper habendi, nisi periculum præsertim in ignobilioribus Hungariae vinis subire velimus, elegans stratagema inventum fuit, ut silicibus nempe mundis repleantur dolia loco vini, quod exhaustur, ita quilibet Hungarici vini species salva & incorrupta usque ad ultimam guttam diutissime permanere solet. Ratio autem quare hæc vina præsertim acidum in mixtura foventia, ignobiliora puto, ad aeris accessum tam subito mutentur, neque acidi vini, vel alterius heterogenei mixturam tolerare queant, nulla alia est, quam quod acidum in sulphureum vini principium agere soleat, adeoque hoc pacto cratali, texturam (ex qua proxime resultat sapor, color & virtus) penitus invertat, ac destruat;

actio autem & reactio acidi sulphure per liberioris aeris aditum, qui intimius admissus activa sua expansiva virtute diversas partes, quibus fluida constituuntur, varie invicem agitat, multum promovetur. Quamobrem etiam spiritus tartari, mellis, mannae, qui acido & oleoso principio constant; item liquor ex spiritu vitrioli, nitri dulci & spiritu cornu cervi compositus, si per tempus libero aeri exponantur, induunt protinus colorem ex flavo rubicundum. Denique vina Hungarica hoc habent peculiare, quod melius conserventur, & successive generosiora evadant, si tantum a primis facibus crassioribus liberentur, postea vero illis non amplius spolientur, in fundum secedentibus particulis tartareis, *sie sollen über der Mutter liegen bleiben*.

X. Progressum jam etiam facimus ad nobiliora Germaniae vina, inter quæ principem locum tenente ea, quæ ad fluvium Rhenum, Moenam, Mosellam & Nicrum proveniunt in locis præsertim montosis, soli meridiano oppositis. Hæc enim longe salubriora iis sunt, quæ in planicie & a fluminibus dissipatis terris proferuntur. Unde celebria sunt vina Rhenana, Moenana, Neckarina, Mosellana, Quemadmodum autem vini inter se etiam unius ejusdemque districtus differunt, (nam quævis terra distinctas suas mineras, cerevisias, ingenia hominum varia, nec non vina cuivis loco propria progignit) ita Rhenanum per longam & constantem annorum experientiam, & consensum tam physicorum quam medicorum & gratia & salubritate reliqua omnia exsuperat. Unde Germanicorum vinarum princeps non immerito debet censi ri. Intelligimus autem per Rhenanum illud, quod ad Rhenum nascitur.

XI. Ex hisce palmam refert Hochemense, quod a Principibus & magnatibus maximi aestimatur, nomen suum adeptum est a pago Hochem, cuius soli partus existit, qui pagus e regione urbis Moguntiae non ultra dimidium milliare ex altera Rheni parte situs est. Et notabile est, quod vina, quæ non procul ab hac urbe cis Rhenum repe-

riuntur, reliquis Rhenanis sint meliora.
XII. Secundum locum obtinet Cocheimense a pago Cocheim ita appellatum, bonitate non multum inferius Hohenheimensi.

XIII. Ceterum Rhingavia nobilis & delicati vini abundat copia, non tamen ejusdem in quolibet loco virtutis: præstantissimum habetur Rudesheimer a pago Rudesheim, prope Bingam nomen adeptum, quod spirituositate, & ob accidi defectum gratia reliquis Rhingaviæ vinis præcelit: exprimitur enim ex uvis peculiaris speciei dictis Orleans, Draminer, quæ tantum in hujus pagi certo monte, & in nullo alio Rhingaviæ loco perfectam maturitatem & dulcedinem acquirunt; hæc uva Ruslingensibus sunt maiores & dulciores.

XIV. Laude quoque eximia extollitur Johannesbergense, & id quod vineæ Erbacum inter, & Hattenheim prope fontem dictum Markbrunn elargiuntur.

XV. Subsequitur postea Raventhalense & Neuendorffense, hæc magis quam recensita sua aciditate palatum excitant, & jure meritoque inter meliora numerantur.

XVI. Reliqua vina, quæ Geisepheim, Winckel, Oestrig, Elfeld, Ober & Unter-Wallef &c. proferunt, etiam encomio digna sunt, prædictis tamen aliis Rhingaviensibus prærogativam cedunt. Pleraque titulo Moguntiacorum insignita vina, & Rhingaviensia aciditatem præferunt; & memorabile est, quod maxime pars ex vite acinos preferente exigua dimensionis Germanice Rusling dictam originem suam trahant. Hæc intensiori solis agenti fervore, ut uva perfecta donentur maturitate, & vinum palato gratum ac spirituosum porrigant: securus enim ob non depresso sufficienter aciditatem usui, & sanitati minus convenient. Illud autem commodi habent hæc uva, quod vina dent valde durabilia, quæ sub annis semper meliora & generosiora evadunt, & grata aciditate gustum adscendent: id quod huic effectui assueti magniæstiment. Dicta hæc loca quotan-

nis, mille quingenta plus minus delia vulgo Stuckfasz, quorum quodvis capit 16. amphoras (Eymer) elargiuntur: nihil minus bonum Rhenanum caro emittur pretio, neque vix in his terris, præsentim Misnia, Thuringia, Saxonia, Marchia, Silesia venale prostat, Vetus enim Franconicum pro veteri Rhenano venditur, maxima vero pars vini propriæ sic dicti Rhenani jam descripti, Coloniæ, in Belgium, Angliam, Hamburgum, Lubecam navibus excepta Rheno & mari transfertur. Causa etiam cur tam rara avis in his terris sit verum Rhenanum, hæc videtur, quod hujus districtus homines blando & dulci sapore plus quam grato acido delecentur. Hinc etiam ænopolæ egregie fallunt, dum sub nomine Rhenanoru[m] Franconica, quæ gratiora existimantur, non sine culpando lucro imperitis dividunt.

XVII. Post Rhingaviensia descendimus ad Baccharacensia, hæc illis sunt imbecilliora, nectam diu durant, nihil secus gratia, & salubritate fere commendant. Prorescunt ex solo valde nigro, scissili lapide, qui egregie radios solis concentrat, repleto. Invaluit mos hic locorum gratiam quandam hisce conciliare vinis, dum nempe vastis dolis musto repletis subdunt carbones vivos, quorum calor dolium (cujus partes mirum in modum exterius ob siccitatem dehiscent,) penetrat, nulla tamen in terram prolabantem guttula ob humiditatem, a quæ superficies interna concava dolii protegitur, ne asperculi doliarum aridi se deferant. Hoc labore efficitur, ut mustum non tanto impetu effervescat, quo paeto aciditas avertitur, & gratus sapor resultat: Germanice vocant geseuerte Wein. Salubritatem vinorum ita minus consoluntur, & ea, quæ liberæ fermentationi fuerunt commissa, sanitati magis amica censemuntur.

XVIII. Notari meretur, quod vina Rhenana hæc omnium excellentissima in terris ditioni subjectis Serenissimi & virtute incomparabilis Electoris Moguntini: ex Illustrissima Familia Lib. Baronum de Schenborn, Domini nostri clementissimi,

benigna natura ex amplissimo penu suo dispenset.

XIX. Cæterum circa Rhenum & non procul ab eo terra etiam perbelle vi-
neis luxuriat, ex quibus non ignobilis
notæ vinis cellæ ditantur: ut sunt Hem-
bachica, Pfeddershemica, Riderbergica,
Affensteinensia, Oppenheimensia.

XX. Dicendum etiam aliquid est de
Palatinis, crescunt magis in terris pla-
nis ex uvis variarum specierum sapidis
succulentis: ætate fūnt multum spirituo-
sa, sed sulphure vapo-roso caput gravant.
Hujus generis sunt Wormacensia, &
præcipue die Liebenfrauen Milch, For-
fiana, Edinghofensia, Ambacensia,
Roteriana.

XXI. Neque silentio transmittenda
sunt, quæ in amoenissimo distri-etu inter
montes & hortos vulgo Bergstrassen luc-
crescent. Hæc prædictis sunt tenuiora,
olygophora, ob acoris, & spirituositatis
mixturam non ingrata, propter celerio-
rem etiam per renes & alia emunctoria
transitum, caput & nervos minus affi-
xiunt, & salubritate præstantissimi usus
sunt, minus tamen ferunt ætatem. Nam
post lextum annum ad summum spiritua-
scientiae gradum deveniunt. Optima ex
illis sunt Averbacense, Bensheimense.

XXII. Mosellana sunt quoque magna
laude digna. Eminent Dusemundense,
Zeltingense & quod Wela profert. Ex
Neccarinis eminent Heilbronnense &
Eslingense.

XXIII. De Mosellanis & Neccarinis
illud notari velim, quod ob temperatu-
rati acidi & spirituofi principii, copiam-
que aquæ, pura sint, suavia, tenuja ta-
men, & quæ celeriter petant vesicam,
hinc calculosis & podagricis valde ap-
propriata existunt, dum horum effe-
ctuum elementum nempe tartarum e-
gregie ex sanguine eliminant. Facile ta-
men vappescunt, situm contrahunt,
præsertim Neccarina, ætate viribus spo-
liantur, unde ad loca dissipata non multum
transportantur. Pessimus mos quibusdam
est, illa sulphuris fumo imbuere vel spi-
ritum vini illis affundere, quo sæpe con-

tingit, ut a Neccarinis & capitis dolores
& ventriculi tormenta suscitentur.

XXIV. Franconia insignem alit vino-
rum abundantiam, hæc autem Rhenanis
quoad salubritatem multo sunt inferiora,
hinc quoque viliora. Sulphure gaudent
spiritibus corporis nostri minus amico,
ut largius pota capitis gravitatem relin-
quere, & torporem membris imprimerè
soleant. Nihilo minus quædam generosa
sunt & magna vi activa prædita. Ex spi-
rituosis autem eminet illud, quod crescit
in monte dicto der Stein prope Herbipol-
lim, qui aspectum cum vicinis sibi conti-
nuis obtinet tam pulchrum, ut dubitare
fas sit, an ullibi in Germania sit reperire
similem montium tractum, qui in una
recta linea, superficie nullibi magis de-
pressa aut elevata exhibeat vinearum se-
riem adeo amœnam, longam & altam,
& quæ ita oculis simul fœle ostendat,
virelcens eos alliciat, detineat ac recreet.
Vinum quod exhibet Stein-Wein appellatur;
hoc potest esse viliorum acidorum
correctivum, & medicina: unde illi,
qui callent artem miscendi vina, paucæ
quantitate genuini Steinensis, ignobilia
Rhenana vel Palatina egregie non sine
magno fœnore corroborant, & palato
delicatorum sapida reddunt.

XXV. Ex monte, cuius cacumini arx
Herbipolensis superstructa est, qua ille
meridie obvertitur, & vulgo die Leiste
nominatur, colligitur vinum, quod bo-
nitate Steinense adhuc vincit: sed in
sola cella hujus arcis vinis optimis re-
fertissima gustandi illud occasio que-
renda.

XXVI. Magnæ etiam aestimationis
sunt Sommerhausana, RandelsaKeriana,
FriKehausana & plura alia in hoc distri-
etu, quem Mœnus alluit.

XXVII. Vini Iphoffiensis & Redelse-
ensis magna etiam copia in Bohemiam Sa-
xoniamque transfertur.

XXVIII. Præterea juxta Mœnum flu-
vium & suavitatem & salubritate fœle com-
mendant Wertheimense, & Klingenbergense.
Hoc ad saporem Mosellani
multum accedit, capitique minus est of-
fen-

fensum. Pertinent etiam hoc magnam affinitatem cum Klingenbergiæ alentia, quæ habentur ex vineis non procul ab Hanovia cultissimis. Sunt hæc Michelbacenæ, Hirschsteimense, Nierensteinense, Hochstattense, quæ vina sunt usu quotidiano inter cibos sanissima propter tenitatem & faciliorem per sanguinem transitum & gratum acorem: tertio decimum vel quarto anno evadunt optima, atate autem illorum spirituositas magis decrescit quam increscit.

XXIX. Aliam vero obtinet naturam illud vini genus, quod prope Francofurtum vulgo Sachsenhausen habetur, constat hoc sulphure quodammodo vaporoso, caput afficiente. Terra enim Francofurtensis admodum sulphurea est, & scaturiunt ibi fontes, qui purum sulphur ollent.

C A P U T III.

De natura atque elementis vini & maxime Rhenani aliorumque Germanie.

S. I.

ANequam de salubritate, & virtute medica haec tenus recensitorum Germanie vinorum, & præcipue Rhenani verba faciamus, ratio ipsius ordinis postulat, ut prætermittamus ea, quæ adeognitionem exquisitiorem virtutum leitu prius necessaria sunt. Inde prius elementa sive principia & ingredientia vini, ex quibus naturam ac indolē ejus pernoscemus, paulo accuratius exponere allubescit. Quod si vero ullo in mixto famosa illa quinque Chymicorum principia offenduntur, certe ea clarissime conspicua fiunt ipso in vino: inest enim ipsi sulphur, sal, & volatile, quod spiritus vel mercurii nomine insigniunt. Prostat quoque in ipso aqua & terra, & ab horum principiorum indole proportione & mixtione tanta vinorum diversitas ratione consistentia, ponderis, saporis, odoris, coloris & virutis dependet. Per sulphur intelligimus illud, quod concipit flammam, & cum fluoribus corporis no-

stri nuptum calorem excitat; est autem unum altero tenerius, subtilius, alterum contra crassius, viscosius, terrestrius. Alterum effluvia odore gratissima emitit, alterum gravi & ingrato vapore caput replet. Alterum per fermentationem magis attenuatum clarumque, & subtile redditum flavo & aureo colore mixturam tingit, aliud densius est minus fermentativo motu evolutum; unde & consistiam crassorem, colorem nigrum, pondus quoque gravius vinis largitur.

II. Differunt quoque quæ vinum ingrediuntur salia, & quemadmodum omnium vegetabilium, ita & uivarum saltareæ prosapiaæ est. Tartarus constat ex terra oleo & acido, hæc enim juncta tartari-forme sal producunt. Inesse autem viniis talis generis sal, vel ex eo clarum fit, quod omnia vina, si pura sint neque adulterata & fermentationem susseuerint, si destillentur, in vase relinquunt magma quoddam acidi tartarei saporis. Demonstrat hoc quoque aceti genesis: nullum enim datur vinum etiam generosissimum, quod non longiori & moderata digestione transeat in acetum. Conspicitur autem ipse tartarus ad oculum in lateribus dolii, quem non modo recentia, sed & vetera successive dimitunt; ipse autem sapor acutus, & austerus, qui ferme cuivis non adulterato puro, minusque arte præparato proprius, luculentus teſis est. Evidem dantur pure dulcia vina, quæ etiam post destillationem nonnisi dulcissimum magma dimitunt, uti Hispanicum, quod hic locorum divenditur, sed artificialia hæc esse vina ex melle, rob passularum & Sp. Vin. parata, plura sunt, quæ nos ad credendum inducunt; vel si genuina fuerint vina, non sufficienter passa sunt fermentationem, quæ dum mustum nimis arte concentratur, impeditur, & ita tartarus facile, qui pro matre dulcedinem habet, & formam ex fermentatione nascitur, parcus generatur.

III. Sicut autem tartarus non unius est, sed demque indolis est, dum vel acidum exsuperat, idque vel magis fixum vel volatile, vel etiam terra in eo abundat, quæ pari-

pariter vel ad lapidis, lutii, aut calcis naturam accedit; ita etiam in nonnullis vinis tartarus est valde subtilis volatilis, in aliis crassus, fixus, terreus, calcarius; in quibusdam tartarus copiosus, in nonnullis rarus & parcus.

IV. Restat adhuc tertium principium spirituosum seu mercuriale. Per hoc non aliud intellectum volumus, quam aereo-æthereum: subtile enim illud aereo-æthereum principium, sicuti omnia corpora pertransit, eorumque poros & interstitia occupat, ita & illud idem apparet in viinis, in quibusdam in majori, in aliis in minori copia. Patet illud ad oculum, quando vinum ex uno vase in alterum transfundimus: globulos enim aereos copiosos ex fundo in forma bullularum in altum ascendentis ipsumque aerem pertentes non sine injucunditate, & oculis & naribus senties, Germani vocant *luffige Weine*. Gaudent hoc elemento tenui & revera salubri vina, quæ liberam fermentationem subierunt: tunc enim rarioribus sunt texturæ, & copia aeris & ætheris intermixti ipsa levia, subtilia & rara redundunt; unde salubritate antecellunt ea, quorum fermentatio fuit de industria cohibita. Quod fit, si dolia semiplena firmissime obturantur, ubi fortiora quidem hoc pacto evadunt vina, sed ob defectum subtilitatis, & spiritus aerei minus sana. Efficit etiam hic internus vini motus, ut vinum celerius venas corporis nostri & emundatoria pertranseat; unde recentia vina, utut majorem præ veteribus copiam terræ & sulphur minus subtile contineant, nihilominus ob copiam incolentis ætheris salubritate antiquis sæpenumero sunt præfenda.

V. De principio aqueo ut longius edisferamus, non res erit magna opera. Est enim illud necessarium cuiusvis vini ingrediens & vehiculum substantię activę in vino, quam pro diversa proportione quantitatis in activitate, & vehementia sua vel mitigat vel auget. Vina enim quo tenuiora sunt, id est, quo majorem aqua copiam admittunt, imbecilliora & minus calida existunt, quo autem minor

humiditatis ingreditur quantitas, eo fortiora sunt, unde etiam magis inebriant; consistenter enim imo pondus vini debetur unice aquo elemento & terreo.

VI. Terræ elementum num ad vini constitutionem etiam concurrat, merito queritur. Equidem non facilis erit laboris res, chymica aut quacunque alia analysi ex ipso vino sistere solidum terreum principium; nihil feciis quondamque lentorem & viscositatem, quam vina præsertim recentia sæpenumero induunt, necnon illum mucum tenacem, qui circa orificia vasorum ex vino ministerio aeris generatur, consideramus, fateamur necesse est, hæc ipsa effecta nonnisi solidi terreo principio, quod fluiditati contrarium est, deberi. Deinceps nulla aqua est, quæ non sit particeps terræ: unde omnis aqua etiam fluidissima sub quavis distillatione repetita in fluido relinquit terræ portionem; neque ullum in rerum natura datur oleum, vel sulphur, vel sal, quod non in mixtionem suam recipiat terram: sicuti encheiristi chymica ex oleo etiam calidissimo caryophylorum insignis copia fixæ terræ educitur, quod fit, si cum spiritu flammifero nostro ad solam mixtionem accenditur. Ut itaque unum saltareum vel oleum & sulphur præ altero magis vel minus terresbre est, ita etiam non tantum aquæ, sed & sali tartareo & sulphuri vinorum terreum quoddam adjunctum esse principium, nemo penitus revocabit in dubium.

VII. Hisce suppositis, facillimum erit concludere, unde pendeat tanta differentia & varietas vinorum, non tantum ratione saporis, odoris, coloris, consistentiæ, sed maxime etiam ratione virtutis. Nolumus hic in diversas vinorum species inquirere, & horum elementorum naturam vel proportionem scrutari. Quod nimis longum sit pertractare: nobis saltem hoc loco sufficerit meminisse, Rhenana, & de quibus nobis sermocinatio, fabubria temperataque Germaniae vina quævis in finu suo fovere non multum crassi terrestris minus resoluti vel intestina aggratione subacti sulphuris; sed potius ipsæ inesse sulphur valde subtile, gratum,

delicatum, fermentationis actu solutum & attenuatum, unde colore & odore suave le fitit; valet hoc maxime de vinis veteribus. Notabile est, recentia colore esse ut plurimum diluto, minus flavo, consistet in turbidioris, quæ tamen temporis, & annorum successu claritate, suavitate, & saporis gratia, nec non colore aurum æmulante cuiusvis palato se commendant. Præterea Rhenana vina magnam copiam acidi non tamen fixi terrestris, sed teneri & subtilis admittunt. Patet hoc clarissime, quando hoc vinum destillationi commititur, tunc acidi penetrantissimi insignem quantitatem in vase relinquit. Principium spirituosum æthereum ingreditur quoque nostra vina magna in copia; visitur hoc maxime in vinis recentibus ex numerosis bullulis, ex vino in altum sese elevatis, bus post factam agitationem, vel ex uno vase in alterum transfusionem. Præfens quoque est aqua ceu. vehiculum substantię activę in vinis Rhenanis satis copiosa, que partim per destillationem factam oculis fitit, partim etiam ex tenuitate vini colligitur. Paucis elementa, quæ quida & quæ subtilia levis tenuis & rara sunt substantię, constituant nostra vina, illud autem, quod grave, densum, terrestre, & viscosum tenax est, ab eorum mixtura est remotum.

VIII. Cum autem & Germaniae salubria vina ipsaque Rhenana non quoad omnia unius ejusdemque indolis, vel virtutis sint, sed quævis ferme loca, imo in certo loco certus quidam districtus vina peculiaria inter se differentia producat, merito hujus causa venit inquirenda. Dicimus autem, specialem cuiusvis vini naturam, facultatem & vim unice dependere a sole, ceu patre, & solo, ceu matre, necnon specie vitis diversa. Sol, sicut in universo caloris, spirituascentia, & sulphurei volatilis elementi in mixtis causa & author est: ita etiam activi calidi spirituosi sulphuris in vinis genitor & parent existit.

IX. Patet hinc vera ratio, quare ex regiones, quæ magnum & diuturnum soles astum experiuntur, vina valde gene-

rosa exhibeant, necnon ea loca, quæ a vento septemtrionali, & maxime aquilonari ceu frigidissimo defensa sunt, solumque meridiano liberius patent, uti sunt montes, qui spectant austrum, grata & fortia vina largiantur, opposita autem ceteris plagiis loca vinum longe ignobilius progignant. Dilucescit & porro ratio, quare astas & sublequens autumnus serenus & fervidus dulces uvas & generosa vina, nebulosus vero nimbus & frigidus & contra immaturas uvas, cruda vero & acida vina proferat.

X. Verum enim vero ad differentiam vinorum non sufficit sol; habemus enim compertum per experientiam, in locis eodem sole respectu situs gaudentibus, diversa tamen indolis ratione spirituascentia imo salubritatis vina provenire. Exemplo nobis sit tractus eis Rhenum Moguntinæ urbi obversus, ubi pagus Hochein, Cocheim, & Cassel situs similitudine & propinquitate gaudent, nihilominus Hocheinense multis parasangis vincit Cocheimense, & hoc Cassellatum, quod vilioris conditionis est. Causa itaque hujus differentia merito transfundī debet in ipsum solum. Observavit jam suo tempore id antiquissimus naturæ scrutator Hippocrat. qui lib. 4. de morb. p. 58. ait: Considerandum, quantum locus loco etiam valde vicino ad vini suavitatem prestat, quamvis sol equaliter sufficiat, cum in hoc terræ humor sit, qui vinum suave exhibeat, in illo vero minime. Sunt quoque non agrestia pauca in loco nascientia, quæ ad ulna spatiū translata non amplius produci comperias. Nèque enim terra ejusmodi humorum translato accommodatum habet, qualē illa agrestibus plantis suppeditabat. In his enim sunt quedam magis virulenta, quedam magis humida, quedam dulciora, sicciora quedam, aperiora etiam quedam, allaque sexcenta aliter se habent. Hæc summa ratione producta sunt a divino sene. Terra enim mater istius humoris est, qui ad nutritionem vegetabilium pertinet; & quamvis omnes plantæ aqua fluviali, ceu universalis & accommodatissimo nutritio succo alantur,

nihilominus diversæ naturæ terra, per quam transit ad radices, naturam & genium singularem cum ipsa communicat. Neque dubium est, ipsa effluvia earum rerum, que sub certa terra latent, eam mirifice disponere & alterare, & hac ratione etiam vegetabilia ipsumque vinum certa qualitate imbuere. Curiosum inde est, Hocheimenses vineas maxima ex parte intus alere fossiles carbones, qui a liquid contribuere possunt, quod vinum succino fere similem odorem & saporem praeseferat.

XI. Tandem distincta natura vinorum ex differenti specie vitis non sine ratione dicitur ac derivatur: multum enim differunt inter se vites & uvæ. Ita quædam vites uvas copiosas, quædam paucas, quædam succulentas majores, aliae parvas suggerunt. Nonnullæ uvæ citius ad dulcedinem & maturitatem, aliae tardius ad eandem perducuntur. Ex parvarum uvarum numero, qua exilia grana fovent, sed tardius pervenient ad dulcedinem, sunt illæ, quæ dicuntur *Russling*. Überiores & suci plenæ sunt die *Heinisch*, quæ copiosum mostum, sed minus forte vinum efficiunt. Istæ autem species, quæ vocantur *Gut-edel*, *Elbing*, facilius pervenient ad maturitatem, dulcedine quoque se commendant &c. Notatu quoque hic dignum venit, quamvis speciem vitis suam peculiarem culturam nec non refectionem convenientem requirere. Hæc qui non probe callet & intelligit, fecunditate privare vitem facilime potest.

C A P U T IV.

*De modo conservandi vinum Rhenanum
aliamque Germania.*

S. I.

Quemadmodum vini omnis qualitas videlicet sapor, odor, color, virtus & consistentia, unice a crasis mixtione, & proportione elementorum certum vini genus componentium dependet; ita etiam ejus conservatio, quæ non

nisi duratio quoad easdem facultates, & qualitates est, ex conservatione ejusdem craseos ac mixtionis proficiscitur. Salva enim mixtione & unione elementorum certum corpus constituentium, mixtum conservatur in sua natura; illa destrueta perit & destruitur color, saporque non minus quam virtus. Exploratum autem per attenam observationem est, nihil magis fluidorum texturam accrasin custodire, eamque tartam, tectam immunemque ab omni corruptione & immutatione servare, quam spiritus, qui nil aliud sunt, quam sulphur mixti intestino motu resolutum & subtile redditum. Sulphur enim per unanimem philosophorum sententiam balsamum est corporum, ea defendens ab omni corruptione: sulphur custos, & conservator est propriæ cuvis corpori craseos, neque in regno animalium datur aliud in sanguine, quod eum, totumque corpus præservat a putredine, quam spiritus, qui est sulphuris in sanguine motu intestino resoluti soboles, qui, quamdiu præfens est, vitæ particeps corpus efficit. Ex eo jam clarum fit, quod omnia spirituosa, & generosa vina, nec non antiqua haud facile suscipiant mucositatem, situm, vel colorem aut saporem mutant; ex adverso cuncta recentia, tenuiora, imbecilliora multum aquæ & aciditæ tartarei, sed parum sulphuris complectentia, uti *Necariana*, *Mosellana*, facillime alterentur, & in vappam *Kaan* abeant.

II. Ex jam dicto fundamento intelligi quoque ratio poterit, cur sulphuris vulgaris fumus vel solus, vel cum aromaticis mixtus Germanice der *Einschlag*, a multis seculis per constantissimam experientiam tanquam præsentissimum remedium ad conservanda vina adhibetur. Quare hodienum in usu habent, dolia, antequam ipsis immittant vinum, sulphuris vapore imbuere. Quonimo ipse fumus adhibitus vacuis dolis, ex quibus vinum emissum fuit ne vappelcentiam vel situm noxiū contrahant, ea per longum tempus præservat. Quoniam vero promptissime vinum vappam induit, quando ad aliquod spatiū evacuatū

fuerit, quod nempe liber patet aeri ingressus, hinc, ut hanc impedian, sulphoris fumo vacuum spatiom implent. Præterea sulphur & hanc virtutem medicam custodit, ut vina turbida clare reddit, heterogena dejiciens in fundum, ne non acidum saporem temperet; hinc evenit experimento quotidiano, ut vina, quo crebrius illorum receptacula mutantur, quo crebriore sulphuris fumo adflantur, eo evadant mitiora. Ex quo intelligitur, sulphur esse veram vini animam ejusque vitam, non aliam ob rationem, quam quod spiritu suo penetrantissimo minima interstitia fluidi vinosi occupante intestinum partium fluidarum motum, qui genuina & nativa craseos conservator est, tueatur. Veroni enim vero vehementer dolendum est, non adeo illum sulphuris vaporem, amicum nervis & capiti deprehendi: unde plures capite imbecilles, a vinis sulphuratis pessime ferebantur. Quam ob rem nonnulli vel plane ab omni sulphuris fumo absinent, & loco hujus accenso thure vel succino, aut spiritu vini aromatibus imbuto accenso que dolia implent; qua res non est de nihilo, sed maximopere commendanda. Nihilominus monendum est, si vina fuerint vetusta & generosa, illud procedere, non autem, quando imbecilliora & recentia fuerint. In his enim sulphuris fumus, qui tamen aromaticis effluviis condiri potest, longe multumque alii præferendus. Ulterius commendamus hanc encheiresin, ut vas imprægnetur vel accenso floris macis, aut fructuli nucis in spiritum vini aromatisatum intincti fumo, quando ipsum vinum de promere sollemus, wan es zum Zapsen gehet; hoc enim modo appetititia avertitur, & salvis ac integer manet sapor. Porro quoniam spirituositas vini est præservatrix corruptionis, nonnulli spiritu vini ex ipso vino parato, sufficienti quantitate in vase infuso ipsa elidunt, & postea vino replet, neque felicius, si in superficie proclive vinum est ad vappam; ipsa tollitur, ac si aliquot cochlearia spirit. vini vinosi infunduntur.

III. Posteaquam consideravimus cau-

sam, quæ vinis integratem & durabilitatem præstat, perutile quoque fore arbitramur, si inquiramus ortum & causam corruptionis. Sicuti autem illud, quod conservat motum intestinum partium certum mixtum constituentium, spirituosa natura est, vicissim & illud principium, quod motum mixtura huic contrarium internum introducit, sive labis & immutationis causa est, agilissima & tenuissimæ mobilissimæ indolis est; est que illud, ut pressius mentem nostram exprimamus, aeris nostri atmospharici fluidum. Dici vix potest, quanta potentia aer alterare, ac mixtorum crales defluere soleat. Quantum noceat vulneribus & ulceribus, item abscessibus admissus aer, notissima res inter chirurgos est. Ipse acidula & salubres omnis generis aquæ, quæ nostra sententia ex principio spirituoso minerali operantur, protinus amittunt eum sapore omnem virtutem, si liber aeris accessus concedatur. Olea & spiritus chymici, ad aeris communicationem successive in colore, & consistentia mutationem subeunt. Pluribus hoc ipsum experimentis, quæ etiam in prompta essent, corroborare possemus, si instituti posceret ratio. Illud autem dicimus, nil fere esse tam inimicum & contrarium vinis ipso aere, unde omni studio omnique modo defendere id debemus a liberiori eius aditu. Quia causa intellecta, non difficilis est ratio, cur repleta semper debeant esse dolia, quod solent communiter efficiere afflumine ejusdem generis vini. At vero cum sapientius detrimentum capiat & non levem immutationem, si vinum non sit ejusdem ætatis vel loci, quod frequenter obtineri nequit, excogitarunt curiosiores alium modum: nempe silicibus mundis implent dolia, eosque loco vini assumti sive per aerem, sive emissionem, substituunt, quod non tantum ad Hungarica, sed commode etiam ad omnis generis vina non sine magno commode & lucro potest applicari. Alii, ne aer operetur in vinum, dolis quantitatem olei olivarii iofundunt, ut superficiem ejus obtregat, id quod revera nos vi slipendendum. Apprime enim vap-

pam

pam impedit, quæ mox ad aeris liberi sufficientem attactum, ingrato odore non modo vasa, sed & contentum replet. Et quoniam aer tanta infensus mixturæ vini est, hinc spirit. vini vel sulphura viva in dolis vacuis accendent, & hoc pacto (quæ secunda sulphuris virtus est) perflammam expellunt omnem ex vale acrem. Curiosum autem est, quando aer vapidus, vel mucidus, qualis fit a vino vappido, stagnat in vase, nec sulphur nec spiritum vini in dolio flammarum concipere, sed statim extingui. Cujus rei ratio est aeris crassi resistentia, opus tunc est, ut orificiis aperitis, beneficio follium aerem cum impetu impellamus, impurum ejiciamus, vel apertum salsa calida item frigida aqua eluamus, & purifimus vini receptaculum.

IV. At vero non omnis aer æquali virtute & potentia corruptionem in vino sufficit, sed, sicuti calidus & humidus, ad efficiendam putredinem in animantibus efficacissimus est: ita & hic ipse maxime est infestus vini textura. Testatur id experientia: non enim lubentius ad noxiam patent vina, quam tempore autumnali veletiam æstivo, si tempestas diu fuerit pluvialis. Contra frigidus siccus & serenus aer, non ita noxius vinis deprehenditur, quapropter in cellis, quæ non satis profundæ sunt, humiditate scatent, & diurni caloris participes sunt, vina non diu subsistunt integra, præsertim recentia, & quæ supra facies Mutter jacent. Optima autem ea sunt loca subterranea ad conservationem vini, quæ septentrionem spectant, profunda, siccæ sunt, æstate frigida, hyeme autem temperata. Quapropter ob cellarum bonarum defectum, non omnes urbes sunt aptæ bona possidendi vina; deinde experientia a longo tempore confirmavit, ad ventorum flatum, & tempestatum statum, varie sese habere vina. Ex omnibus autem venti calidi & humidi, & tempestas quoque humida & calida vinis minus faciat, uti austri & africus, quia atmosphæræ copiosis similibus corpusculis implet: septentrionalis vero & orientalis ipsiis magis est amicus. Notavit au-

stri noxam suo jam tempore magnus medicinæ parens Hippoc. qui lib. de morbo sacro p. 91. scribit: cuncta corpora ventum austrum sentiunt, & ex splendidis tenebrosa fiant, & ex frigidis calida, & ex siccis humida, & quæcumque in domibus vasa sunt juxta terram cum vino ac alia copia liquorum, ea omnia austrum sentiunt, & formam in aliam speciem transmutant. Optimum itaque consilium est, cellas ab æstivo calore, a flatu austri præservare, firmiter obturatis cellarum spiraculis. Ne autem aer stagnans putrefaciat, circa tempus nocturnum vel matutinum die existente sereno, veotolante vel orientali vel aquilonari eadem aperire convenit, ut pertransiendo ventilent, & purificant inclusum aerem.

V. Silentio hoc loco non est transeunda observatio tripla, & vulgata, de mutatione vini in vasis circa tempus, quando vitis floret. Autotarunt nempe curiosiores, tunc temporis recentia & dulcia quoque vina experiri quandam fermentationem, transmutationem quoque, imo eadem ex dolis effluere, vel si eorum orificia nimis arcte clausa sint, ipsa vase magno cum damno disrumpere. Hujus effectus ratio certe non rejicienda est in florem, sed potius in talem aeris statum, qui tunc temporis (nempe circa solstitium) quando vitis floret, penetrantissimo, & mobilissimo calore agitatur, unde non mirum, subsequi tales effectus. Et certissimum est, quod tunc probe debeant custodi vasa, & eorum circuli, ne disrumpantur. Si enim a subtili aeris calidi rarefactione (uti videmus in thermometris vel aliis validis spirituoso liquore repletis) aliquid rarefit, & major affectat spatiū ipsique hoc non conceditur, non potest non vim suam exercere in ipsa recepta cula.

VI. Experimur clarissime talem disruptionem in lagenis vitreis densissimis, si enim illæ spiritu vini aut vino generoso Italico vel Gallico fuerint totæ repletæ, & obturaculo firmatae, tempore æstivo vel sub calore externo facilissime dissipantur, unde necessaria cautela hæc est, ne unquam spirituosis liquoribus in totum vase repleamus.

VII. Videtur, si rem paulo exquisitus trutinemus, ipsum aeris fluidum, sicuti cum totius universi fluoribus & animantium sanguine, ita & cum vino quandam communicationem habere; quod veleinde evincimus, quoniam ad impetuosos ventos, ad aquilonares etiam fatus, præfertim si luna simul existit plena, ex orificiis ipsa vina exsurgunt, & effunduntur; unde tunc temporis semper madida eo in loco advertuntur. Humidus quoque & calidus aer, ut non immediate attingit vina, efficit tamen in ipsis quandam alterationem, turbulenta enim ipsa facit & gravia pendula. Quamvis enim aer externus non immediate vinis permisceatur, nihilominus æthereum illud principium, quod ab ipsis excludi nequit, intrinsecam alterationem sentit; non secus ac id contingit in homine, cuius spiritus in sanguine & nervis secundum aeris externi conditionem, varie fese habent. Perquam dignum autem observatione est, ab aere vino introduci crasis ac texturam ab intestino vini motu alienam, ac situm, dispositionem partium vinum constituentium plane transmutari. Videmus id ex vappa, ex muco, qui glutinis sape naturam acquirit, quique apparet in embolis, si per ea vinum transludat, necnon ex viscositate pendula idem conspicitur. Aer enim suo motu e sede sua disiicit ætherem vini, qui in fluiditate & tenuitate illum conservat, & gravitate sua particulas inter se compingit, conjungit: quapropter pendulum vinum mox fluiditatem iterum recipit vehementi facta agitatione, & conquassatione cum ferulis.

VIII. Tandem non solus aer, sed imbutus certi generis corpusculis activis naturæ penetrantis inducere noxiā vinis mutationem idoneus est, quare a fulgūre & tonitu insignem experiuntur ea, præfertim recentia, non secus ac cerevisiae noxam. Facile enim degenerant in acrem. Postea aer flacidus, vappidus vel morbosus effluviis contaminatus, ea statu, crasis & sapore lexuit. Ideo non sine ratione solent fœminæ, quibus menstrua feruntur a tractandis vinis arceri eadem-

que de causa nulli odores fortes ex allio, cepis, cadaveribus admitti. Præstat quoque eum in finem singulis septimanis probe ab omni situ dolia, embola, & orificio purgare & polire, cavere insuper, nemoribus vel foetidus halitus per siphonem cum vino communicetur.

IX. De Rhenano vino illud adhuc monendum esse duximus, hoc omnium optime conservari, nec facile desciscere a statu suo. Durare enim non tantum ad 100. annos potest, sed & non facile ab admixtione alterius generis vini, modo non sit dulce & ad fermentationem proclive, alteratur: cum econtra vina Italica, Gallica pleraque, Hungarica, Neccarina, Mosellana, facile de crasi ac indole sua abscondant, nec omnem vinorum admixtionem ferant: dulcia enim ad acidi mituram mox aceſcunt.

X. Postremo gelu penetrantissimum brumali tempore, non minus crasis quam mixtionem vinorum laedit, præfertim si ea fuerint recentia, imbecillia, tenuja, minusque generosa. Tota enim massa tunc congelascit, quo fit, ut sapor & penetrantia multum minuatur. Gelu enim unionem partium mixtum constituentium plane disturbat ac deſtruit: semel autem immutato ſitu partium, pristina mixtura agerrime reſtituitur. Videmus id manifesto, quando vinum leni tantum calore deſtillatur in spiritum, qui iterum affulus substantiæ illi, quæ remanet in deſtillatorio vase, nunquam producet eisdem saporis & qualitatis vinum. Minus autem nocet frigus generosis spirituofisis & inveteratis, quia potius hæc ipsa reddit fortiora, quandoquidem phlegma tantum vertitur in glaciem, quo remoto ætivum & spirituofisum concentratur. Et habemus a fide dignissimis ceu rem exploratam & certissimam in multis locis Galliæ, etiam prope Genevam, vina dicta Franginer saluberrimæ indolis per totum annum hyememque aperto aeri in vasis expoñi, dum exiliant, frigoris vehementiaasperitatem attenuari, & spirituofitatem vinis conciliari.

C A P. V.

De salubritate vini rhenani.

§. I.

Medicus, qui imperator vita & sanitatis est, & curam corporis humani gerit, eo maxime respiciat, ut vinum felicit, & commendet tam sanis, quam ægrotis, quod sit præstantissimum & saluberrimæ virtutis. Quodnam autem hunc mereatur laudis titulum, perspicendum est. Salubre dicimus illud vinum, quod non laedit, sed potius juvat sanitatem, quod non crasin & circulum sanguinis vitalem violat, vel labefactat, nec viscerum & membrorum munus ac officium invertit, sed potius confirmat, ac roborat, adeoque digestionem juvat, vires reparat, capiti neque nervis nocet, artibusque præsertim pedibus nullum torporem vel lassitudinem inducit.

II. Ex horum censu sunt, (1) ratione natalis foli, ea, quæ in locis præaltis & sublimibus, montosis nempe, in solo fabuloso, omnis sulphurei & salsi contagii experti, probe tamen culto & fecundato, circa fluvios currentes nascentur, & meridiani solis actionem libere & diu experiuntur. Talis modi vina in genere sunt seniora iis, quæ in planis locis & a fluminibus distitis subnascentur. Ratio horum consistit in eo, quod solum, si firmum porosumque est, solis radios diutius detineat, cuius vivifico calore succus vitis mirifice attenuatur. Deinde per solum arenosum pluvialis nutritia aqua egregie quasi percolatur, ipsaque percolatione subtilior & purior redditur. Montosa loca autem præ humilioribus aptiora sunt bono vino generando, quoniam a tergo avertunt frigidos & septentrionales ventos, qui incrementum uvarum, & vegetabilium multum morantur. Insuper purior ibi & magis elasticus aer est, & sol quoque liberius terram radiis suis sovet. Accedit & hoc, quod superflua pluvialis aqua, cum non omnis impenditur nutritioni, gravitate sua iterum dilabatur,

nec circa radices vitium stagnet, quod fit in humilibus profundis locis non sine magno detimento.

III. Exoptatissimus quoque vinearum situs est circa aquas fluentes, propter atmospharam prope illas tenuibus effluviis aqueis refertam, unde circa fluvios agri etiam solent esse fecundiores, quia humidiiores nempe. Ros enim desideratissimus ex vaporibus collectus, de nocte dilabens, subtili suo succo, laudatissimum vegetabilibus præbet nutrimentum.

IV. Secundo loco salubritatem vini acerissimus ex temperatura eorum, adeo, ut temperata vina omnium sint optima. Ipsa sanitas nil nisi harmonia & temperies diversæ naturæ partium, nec non sanguinis temperatus, & æqualis humorum motus est. Tuentur itaque maxime sanitatem tam ex alimentorum quam medicamentorum classe, quæ temperie gaudent, quæ omnis excessivæ qualitatis expertia sunt. Temperata autem ea dicimus vina, in quibus conveniens proportio elementorum, nempe sulphuris, spiritus tartari, terræ, nec non phlegmatis cernitur, sive ut rem clarius exprimamus, quæ non nimis sunt spirituosa, neque nimis crassa, nec porro nimis cruda tartarea, acidi saporis, non nimis saturati, nec nimis diluti coloris, sed mediæ naturæ. Ex temperata autem elementorum commixtione & legitima proportione nascitur etiam temperatus & naturæ amicus in corpore nostro effectus. Si vero ullum vinum commendandum est propter temperatram, & ex ea proficisciens salutares qualitates, certe vinum Rhenanum hac gaudet prærogativa. Primo enim est illud spirituofum, nam sub destillatione, una mensura spiritus inflammabilis dephlegmati saltem uncias duas largitur. Testatur id quoque inebrians & analeptica virtus, necnon productio aceti fortissimi ex ipso hoc vino. Nam loco regulæ hoc tenendum: quo generosius vinum, eo fortius acetum, econtra penetrantia aceti testatur de spirituositate vini. Nam tenuia, & quæ carent spiritu debito, uti sunt verb. graphic locorum crescentia, in debilia mutantur aceta: neque enim putandum est,

acetum esse tantum acidam vini portionem destitutam spiritu, cum potius hic ipse involutus tantum, & depresso ab acido eminentiori, & extricatione reddito mixtura ejus adhuc incolat; quod vel spiritus acetii, distillatio ex saccharo saturni, & ex crystallis viridis æris abunde testantur. Tacemus, quandoque saccharum saturni sub distillatione nimis calide tractatum, aere accedente in flammarum verti. Jam vero celebratissimum est, quod Francofurti parant ex vinis Rhenanis acetum, propter suum acorem fortis, & penetrantem nobilem in primis, cum una uncia plus præstet virium tam in medicina, quam in œconomia, quam unciae quantu[m] hujus loci.

V. Præterea in est Rhenanis vinis sulphur probe excoctum, non crassum, crudum, rude, sed subtile, præser-tim in antiquis. Crassa & cruda sulphura ingratit fuit odoris, vaporosa sunt, gravant caput, minime autem id dicendum est de Rhenano. Hoc gratissimi & penetrantissimi est odoris, unde exterius admotum saltem naribus, si ullum, certe hoc analepticum est, iucundissime spiritus immediate afficiens, quod morbo languidi, & convalescentes summo cum fructu experiuntur. Tenerum etiam hoc sulphur est, quoniam a nimia etiæ hujus vini ingurgitatione, non facile vino assuefatis dolet, vel male fœse habet caput, seu gravitas, vel lassitudo quedam in membris relinquitur, ut potius agilitas & alacritas tam animo, quam toti corpori cum transpirationis laudabili promotione concilietur, id quod maxime præstant generosa & spirituosa, non nimis recentia.

VI. Tertio acidum tartareum subtile vinum Rhenanum constituit, quod ex sapore non minus, quam ex eo, quod a distillatione remanet, cognoscitur. Verum enim vero ob acidi valde copioso ingressum medici non minus, quam imperiti vina hæc improbare & rejicere communiter solent, dum existimant, acidum non modo sanguini ob merum coagulationis, sed & ipsi nervis esse hostile. Quod verum est de acido sibi relieto, præsertim crasso, fixo, at longe alia virtus & efficacia resulat ex-

mixitura hujus acidi cum sulphure spirituoso delicatissimo. Nihil enim est, quod tam egregie contemperet ac demulcentia-acidi stimulantis & vellicantis naturam, & quod tam gratum saporem & odorem ipsi feneret, quam spiritus. Habemus clarissima hujus rei testimonia in distillatione spiritus nitri, salis, vel etiam vitrioli dulcis. Quanta corrosivitas, quam fœdus & ingratus odor reperitur in aqua forti? si vero una ejus pars cum part. 3. spiritus vini rectificati simi miscetur, & per distillationem vel calorem ambo intime junguntur, perit sapor iste corrosivus, perit odor teter, & inde suavissimi saporis & odoris resurgit spiritus, in medicina ob egregias vires non satis prædicandus. Dicimus potius, Rhenana eam ob rationem esse fæn[us], quoniam subtile acidum hæc ipsa ingreditur, nam hac ratione sulphurorum, quod valde calidum, & igneum existit, egregie temperatur, ut minus ferire caput vel præternaturali æstu sanguinem afficere possit, quale quid expectandum a vinis fortibus, quæ acidi parum in mixtione agnoscunt.

VII. Temperies, & inde salubritas vini nostri, in eo quoque versatur, quod non multum crassæ terræ vel viscositatis, sed copiam tenuis aquosæ substantiæ possideat. Crassa vina, item dulcia, hoc habent incommodi, quod liberalius & frequentius hausta, crassum & copiosum sanguinem corpori ingenerent, uno verbo, pleniora accersant. Nam illud, quod crassioris molis est, non pertransit emunctiorum tubulos, sed in vasis remanet, ibique humores auget, quot autem malorum genitrix sit plethora, periores medenium optime callent. Damnat dulcia vina Hippocr. de ratione viet. in morb. acut. p. 62. eam ob rationem, quod tumores hepatis & lienis augent, quod sit, dum sanguine crasso & copioso has partes infarciunt. Potro crassa, dulcia & pingua vina insignem copiam biliosi in sanguine, & humoribus producunt principij, unde etiam ad acutas & biliosas, neconon lentas hecicas febres immoderato usu disponunt. Ea autem vina, quæ tenua sunt, per angustissimos emunctiorum

rum canaliculos sine ullo impedimento fruntur, hinc rursus e corpore eliminantur, nihilque heterogenei, quod vel copia vel perversa qualitate nocet, in sanguine relinquent, ut & ob hanc rationem Rhenana aliis salubriora esse, facile judicandum sit.

VIII. Ut autem eo melius, quænam ex Rhenanis, & aliis quoque corpori humano proficia & salutaria sint, quisque cognoscere possit, certas quasdam notas & characteres boni vini ut constituamus, res erit magnæ utilitatis. Primo itaque salubre vinum est, quod grato, & reficiente odore præditum. (2) Quod receputum & detentum in ore relinquit in lingua blandam adstrictionem, & ob penetrantiam nares & caput pervadit. (3) Si pellucidum, & clarum est, & aureo præditum colore. (4) quod citius pertransit renes, & altero die madorem vel sudorem quendam in corpore excitat, vel alvum quoque lubricam reddit. (5) quando nullum dolorem, vel lassitudinem in capite, vel membro quodam relinquit. (6) quod appetitum excitat, & concoctionem adjuvat. (7) liberalius, & frequentius haustum, non ad calculum vel podagram disponit. Secundum hos characteres, ceu ad lydium lapidem, si vina examinemus, deprehendimus ex Rhenanis saluberrima esse vinum Hocheimense, Cochemense, Rudesheimense, Joannesbergense, Rauenthalense, Neudorffense, & Rhingavica pleraque, dummodo non sint nimis recentia, sed ad minimum olio vel decem annorum, quæ etiam ad vietus sanorum & ægrotantium accommodatissima laudat *Diſcorid.* l. 5 cap. 5. Baccharense, atatem medium dum attingit, convenientissimum est.

IX. Inter vina Mœnana corpori apprime convenient Klingenbergenſe, Hirneinense, Michelbacense, Nierensteense, quod maxime ii, qui illis vinis per frequenter utuntur, testari possunt, si quidem ea sanitati utilissima deprehendunt. Nec Mosellana virtute medica & salubri deſtituuntur.

X. Cætera, quæ hic non recensemus, neiquam corpori inimica proclama-

mus, abstrahimus potius ab iis, & ea quæ nobis nota sunt, ac salubritatis fama eminent, ob egregium commodum, quod corpori conferunt, commemorare hic voluimus; sicuti neq; exotica vina contemnimus, quæ non unius cum laudatis indolis sunt, potius afferimus, ex Italicis, Gallicis &c. vina deprehendi, quæ præstantissima & salutari etiam excellant virtute. Intendimus ideo Rhenanis attribuere prærogativam, præ aliis, quod horum usus sit universalior, & ob egregium elementorum æquilibrium omnibus æstatibus, temperamentis, morbis etiam cuiuscunque generis rectius hacce respondant, cum aliorum vinorum usus sit limitator, eaque non promiscue, & sine cautione adhiberi possint.

XI. Ex vinis Franconiæ vero illa ad usum quotidianum judicamus convenientiora, quæ nimiam ætatem nondum redolent, cum qua deponunt tartarum, seclusum Rhenana, quæ eundem conservant, & propterea (quod contra vulgarem opinionem statuimus) corpori nostro etiam plus solatii afferunt. Tartarus quippe blando suo stimulo omnia emulctoria animat, & sui admonet officii, alvum puta, ac partes urinæ secretioni destinatas &c. cum alias reliqua vini substantia destituta hoc stimulo diutius in sanguine subsistant, hic etiam blandam, subadstringentem virtutem vinis fenerat, quæ tonum non modo ventriculi, sed aliorum pariter viscerum valde roboret, quo rite se habente, circulus humorum & totum excretionis negotium felicius & promptius peragitur.

XII. Ultimo non possumus non elegantissimi loci Hippoer. in quo boni vini noscas & differentias exprimit, mentionem facere, qui extat lib. 2. de ratione vici. morb. acut. pag. 62. Vinum dulce venoso minus caput gravat, & minus caput serice, magisque sane, quam alterum intestinorum dejectiones moveat, viscerata tamen tumores, hepatis neque, & hæris auget. Neque igitur his, qui anaxaram colligunt bilenz, convenit, nampe quod hic simum facit. Quin etiana in superiori intestino flatum excitat, neque tantum na-

teriori intestino pro flatus ratione est adversus, & si non valde penetrat a dulci vino, flatus circa praecordia immoratur. Et certe hoc minus urinas prouersus mouet quam vinousum album, sputum tamen potentius educit alterum, quod dulce est. Vinum autem vinousum album ad vesicam altero magis penetrat, & cum urinam provocet, & semper per rumpat, multum in his morbis contulerit. Quamvis enim ad alia altero sit minus idoneum, quæ tamen ab ipso fit per vesicam purgatio, liberat, si uti debet impellatur; bona haec sunt note de vini utilitate & noxa, quæ sanioribus incognite fuerunt. Fulvo vino vero & nigro austero in his morbis ad hæc uti possit, ubique capitis gravitas non insit, neque mentis percussio, neque sputum sursum ferri prohibeat, neque etiam urina inhibetur, sed alvi egestiones humentiores & rammentosiores fuerint. In his sane vel maxime ex albo mutationem facere convenit, & quæcumque iis similia existunt. Istud autem insuper nosse oportet, si dilutius fuerit vinum, superiores omnes partes & quæ circa vesicam sunt, minus lacerare: merarius vero iis, quæ circa intestina, magis prodeesse.

C A P U T VI.

De virtute vini medicinali preservatoria maxime, & curativa.

S. I.

PUlchre Cardanus de rerum varietate lib.8. cap.23. ait: in uno hoc liquore tot salutaria recondita remedia sunt, ut quicquid saluberrimarum virium natura ceteris plantis indidit, illud omne facilissima participatione vino & in vino homini ad diversissima valetudinum genera communicaverit. Et veteres haud injuria propter summam & incomparabilem, qua imbutum est vinum, virtutem, nomen vini derivarunt, exinde quasi dicitur divinum. Alii ex vi originem ejus duxerunt, quoniam vim seu virtutem animo & corpori inducere aptum est. Et revera si rem ex a quo perpendimus, non in tota rerum

natura, tam ad tuendam sanitatem, quam ad valetudinem infirmam domandam, datur & invenitur præstantior, & accommodatior medicina, quæ tot, & tantis fulgeat virtutibus, quam quæ resistet in vino, quo olim veteres pro summo medicamento usi fuerunt.

II. Mortales a multo tempore anxie laborarunt, & quasiverunt securum remedium ad longam & sanam vitam, quo omnis generis afflictiones arceti a corpore, & sanum ac robustum illud in multis annos conservari posset: sed an melius & accommodatius quoddam ipso vino excoigitari possit, equidem non video; constat & aliis remedii sua laus & gloria, cum vino tamen nunquam sunt comparanda; quando quidem vinum non tantum in corpus agit, sed & in ipsam animam, quam resicit, sanat, ejusque functiones mirifice promovet.

III. Antequam autem ulterius progrediamur, breviter saltem strictimque, quomodo vinum in animum exserat operationem, explicabimus. Nullum dubium est, homines ingeniosos imo sapientes & acutos evadere a vini potu. Ita Italos, Gallos, Germanos, & ubi bona vina crescunt, ceteris septentrionalibus maxime populis vino destituti & cerevisiam bibentibus longe esse ingeniosiores, ipsa veritatis magistra experientia patefacit. Gryllus de sap. dulc. lib. 1. existimat, Græcos ob præstantiam vini olim fuisse sapientiæ parentes, qui nunc cum vitibus a Turcis exsirpati ingenii & doctrinæ gloriam simul amiserunt. Gentiles Palladem & Bacchum in uno simul templo collocarunt, in non obscurum signum, vino prudentiam augeri. Factum a priscis est, Deos sapientiores esse hominibus, quia fruuntur & ambrosia, & nectare. Ingenium, quod excitet vinum, ex eo clarissime intelligitur, quod ad poesin, quæ res ingenii est, mirifice disponat. Perpetuo ab antiquitate creditum fuit, & ipsa res ita docet, vini calore poetarum furorem & impetum excitari, & Bacchi & Apollinis furorem unum esse eundemque. Quamobrem Ovidius, vino carens in exilio, de se conqueritur;

*Impetus ille sacer, qui vatum pecto-
ra nutrit,
Qui prius in nobis esse solebat, ab-
eſt.*

Et ut Nicayatus scribit, vinum magnus est poetarum equus, aqua namque haud bonum facere versum perhibetur, nec durabilia illa dicunt esse carmina, quæ ab aquæ potatoribus conduntur. Homerus, Ennius, Horatius, præstantissimi poetae, vinosi celebrantur.

IV. Deinceps vinum hanc mirabilem possidet virtutem, quod omnem metum & tristitiam ex animo expellat, hominesque animosos, cordatos, audaces, alacres, hilaresque reddat. Antiqui Bacchum cordis præsidem eam ob rem pronuntiabant. Horum effectuum testimonium perhibet non modo ipsa experientia, sed & plurima in sacro textu satis nota loca id testantur, & ex eo saltem colligi potest, dum Syracides scribit: *was ist des Menschen Leben ohne Wein.* Universale autem esse vinum præservativum a morbis ferme cuiuscunque generis, non sine ratione affirmare sustinemus: quan- docunque enim morborum, qui humano corpori infesti sunt, speculamur originem, eam ex imbecilliori sanguinis circulo petendam esse, nullus rerum medicarum peritus in dubium vertere poterit. Quemadmodum enim æquabilis liber & expeditus sanguinis per sua vasa progressivus motus unice conservat, & tuetur corpus ab omni labore, corruptione, & morbo, & vita non modo, sed & sanitatis faber, & auctor est: ita ex imminuta, inæquali, tarda sanguinis progressione ad morbos fieri dispositionem, ex facili iudicandum. Sanguis sufficienter motu circulatorio per omnis generis tubulos corporis circumclusus fluidus fit, subtilisatur, & a sordibus diversæ naturæ, & indolis per congrua sua emunctoria depuratur, & ita aptus ad functiones omnes redditur. Ex motione vero seignori & debiliori, densus, crassus, immobilis fit, & ea, quæ debebant excerni, remanent; unde non modo copia sed & qualitate peregrina imbutus, plethora, impuritas, obstructionum, stagnationis, infar-

ctus viscerum, & exinde pro ductorum spasmorum fœcunda sit mater. Jam autem si consideremus eas causas, quæ immuunt ipsum sanguinis circulum, sunt ea potissimum querenda in ipso principio motus, quod subtile mobilissimæ sive spirituosæ, impetum facientes, corporis partes constituant. Hæ si deficiunt, vires ad motum debitum non adfunt sufficientes, vel tardioris circuli culpa est ipsa sanguinis, & humorum moles, ex intemperantia vel aliis causis nimis adauata, & respectu virium motricium corporis nostri, sive spirituum improposita redita.

V. Ex jam dictis liquido constabit, illud, quod ad morbos tam brevioris, quam longioris nature, variique generis avertendos, & corpus ab iis defendendum adhibetur, sanguinis circulum excitare, intendere & promovere idoneum esse debere, quo fit, ut sanguis ab omni crassitie, impuritate, stagnatione, infarctu liberetur. Qualis enim sanguinis est circulus, talis ejus est fluiditas, talis excretio impuraram, & superfluarum sordium, ex quarum retenzione prima morborum ponuntur fundamenta. Jam vero cogitet quisque prudens & cordatus, num in tota rerum natura detur convenientius remedium, ad excitandum, augendum, & promovendum circulum sanguinis ipso vino, praesertim tali, quale nos laudavimus nempe temperato. Hoc amico suo naturæ gratissimo spirituoso sulphure efficacissime vires motrices, videlicet, in corpore nostro resuscitat, & impetum facientes partes adauget, omniaque membra ad vigorem & motum disponit. Postea illud tenui acidum tartareum, spiritu vino dulcificatum elementum, summa aperiendi, nec non roborandi, incidendi, stimulandi, & obstructiones reserandi facultate præditum est, ut hac ratione longe felicius motus progressivus procedere possit. Accedit & illa tenuis aquæ vini pars, quæ diluendo, attenuando humorum crassitatem, non levem ad promptiorenam motum operam confert. Id omne ostendit ipse affectus, a vino enim bona naturæ epoto mox intendantur calor, pulsus

citation, & validior fit, sanguis a centro ad circumferentiam moveretur, facies fit rubicunda, vasa turgida, augetur transpiratio, urina pellitur, & totum corpus cum ipso animo reficitur, & excitatur.

VI. Quis itaque non perspicit, non dari aptius præsidium ad vitam longam, & sanam tuendam ipso vino nobili albo?

VII. Veteres igitur, cum inteligerent, a vini potu tanta commoda redundare in corpus, commendarunt eum in finem ebrietatem, non quidem frequentem & intensam, sed levem & raram. Arabes medici, & inter hos *Avicenna in magn. sui op. libr. scit. 3. capit. 8.* quovis mense temel aut bis ebrietatem mirifice laudat, ad prolixiendum sudorem, ad relolvenda ea, quæ superflua sunt. Ipse *Dioscor. ait: Vinolentia non omnis noxia sed saepe necessaria est ad sanitatem conservandam.* Seneca stoico supercilio gravis vir inquit: *Convictus & liberalior potius vigorem dabit, & nonnunquam usque ad ebrietatem veniendum, non, ut mergat nos, sed ut deprimat curas.* Ejicit enim tædia, & ab imo animo curas, atque ut morbis quibusdam, ita & tristitia medetur. Homerus auctor est, Nestorem, qui tamdiu vixit, magnas pateras vini exsiccaste. At vero hæc omnia intelligenda sunt cum grano salis, minime enim nostra mens est, ut ebrietatem, quæ potius imminuit vitam, nec non ingenii & corporis destruit vires, collaudare velim: sed econtrario eam valde dissuademus. Hoc tamen non negandum, non nunquam liberaliorem potum vini, & ordinario majorem concedendum esse, non vero talem, ut inde male, sed potius bene se habeat corpus. Dicimus, vinum esse præstantissimum medicamentum, & omnibus, ob mirificum, quem cum corpore habet concentum atque convenientiam & cum corporis nostri spiritibus affinitatem anterendum: sed uti generofa & optima remedia abusu, & non debita dosi ac tempore adhibita, non centifissa sunt: ita etiam vinum summam perniciem corpori inducere aptum

est; ideoque non secus quam aliud medicamen cautione, & medici consilio egat.

VIII. Ut autem mentem nostram clarius quadammodo aperiamus, certo convicti & persuasi lumen, vinum ex medici consilio usurpatum, plus præservare a morbis posse, quam faciunt omnis generis acidulæ, thermæ, aliæque salubres aquæ. Non inficiandum est thermas, & acidulas a morbis præterim chronicis egregie corpus custodire, verum non alio agunt modo, quam circulum sanguinis & humorum augendo, nec non pondere atque elemento spiritoſo minerali evacuationes per alvum, per urinam, quan- coque etiam per vomitum excitando, & obſtructions ubique conſiſtunt, aperiendo. At vero cum principium agendi habeant minerale, quod non adeo homogeneum naturæ nostræ est, neque reparare vires, neque spiritus ingenerare aptum existit. Deinde cum magis quantitate & copia aquæ operentur, non quis autem ventriculus, seu viscerum ac intestinorum tonustantam quantitatem ferre queat, & frigidus acidularum potus, serosis, phlegmaticis, & qui imbecillos & ad spastmos proclives nervos alunt, utilis esse nequeat, ideo nos sumus in hac sententia, vini salubris potum, debito regimine a medico præscriptum ad certa tempora, plus efficacie & virium ad præservandum ac medendum custodire, quam exspectari possit a dictis illis aquis. Vinum enim, ut antea diximus, est universale evacuans, nam per alvum, urinam, & sudorem pellit, vinum est analepticum, nil enim vino citius vires reparat, est etiam optimum stomachicum. Sacra etiam scriptura teste, ad calorem & tonum ventriculi concurrit: *Paulus enim Apostolus Timotheum suum, qui ex infirmitate ventriculi languebat, diserte monet, ut ad propulsandum hoc malum vini mediocrem usum sibi haberet commendatum.* Est vinum optimum aperitivum sanguinem depurans, quoniam per intensiorem sanguinis motum, emunctoria recludendo, separat scorias cuiuscunque naturæ & ge-

peris excrementitias: unde nullum du-
biū, quin in malo hypochondriaco, in
debilitate ventriculi, cachexia, hæmor-
rhoidum suppressione, tumore & obstru-
ctione hepatis & lienis, in calculo renarum
& vesicæ, in arthritide frigida, catar-
rosis variisque defluxionibus, rheumatism-
o, lassitudine & gravitate corporis e-
gregiæ sit efficacia. Idem in perditō in-
genio & memoria debilitata, auditus gra-
vitate, visus hebetudine, lensus ac mo-
rus ex defectu spirituum & nervorum im-
becillitate, in venere virorum depresso
ac sterilitate foeminarum, & quacunque
frigida morbosa corporis intemperie,
senes, pituitos, & serosos exercente,
si circumspctus ejus fuerit usus, omni-
bus thermis, acidulis, aliisque reme-
diis & curis, longe multumque est præfe-
rendus. Certe si mortales scirent, quantæ
virtutes salubres a benedicto naturæ pa-
rente inditæ essent huic liquori, non in-
ciderent ita in morbos, neque tanta phar-
macorum ingratorum vel etiam medicorum
copia egerent.

X. Memorabilia sunt, quæ scribit
WhitaKerus insignis medicus tract. de
sanguine uva p. 53. *Vinum medicamentum*
est ac si mea experientia effet tanti, variis
& mirandas operationes usu hujus medica-
menti in me ipsum, & in alios compluri-
mores, silentio non possum preterire (scilicet)
corpora extenuata ad sarcostatem reducta,
& exsicata ad humiditatem oleaginosam,
quando cerevisia deabilis, vel aquarum
potatores complexiones simiarum potius
quam hominum obtinerent.

X. Possemus & ipsi allegare exempla,
ubi post bonum Rhenani usum, per ali-
quot septimanæ, abstinentio ab omni a-
lio potu, plures mutato quasi toto tem-
peramento, insigne robur & virium aug-
mentum quoad omnes actiones experti
fuerunt.

XI. Ut autem nonnulla perquam utilia
monita circa talem vini curam adjicia-
mus, dicimus. *Primo*, præparata prius
corpora esse debere. Nempe si plethora
adest, ea, vix sectione tollenda est,
si alvus est obstipata, & multæ viscosæ
cruditates ac fôrdes primam regionem!

occuparunt, ex per salina absleriva, &
laxantia debita sunt auferendæ. *Secundo*,
vina optima, temperata tamen Rhenana,
& ex Mœnianis imbecilliora, olygophora,
Klingenbergense, Michelbacenæ, Hir-
steinense in usum hunc trahenda sunt.
Tertio: Abstinendum est ab omni aliò
potu cerevisiæ, spiritu vini, cibi autem
liquidi & boni succi, non crudi, non sal-
si, nec acidi, non calidi aromatici tunc
tempotis usurpandi, sed juscula ex ve-
getabilibus alimètos parata optime tunc
conveniunt, & augebunt vini ener-
giæ. *Quarto*: Potio hoc modo insti-
tuenda: si ferre possunt ægri matutino
tempore vinum cum aqua Schwälbacensi
aut Dinsteinensi, vel Wildungeni ad
dimidium mixtum ad mensuram bibant,
in prandio autem & cœna purum vi-
num pro siti non modo extinguenda, sed
& paulo ultra, nunquam tamen cum
nausea & fastidio, & ad minimum in
principio de die duæ mensuræ vel tres
sunt impendendæ, ita tamen, ut ab i-
nitio dosis minor postea successive au-
geatur. *Quinto*: Si corpus a vino ni-
tidum calet, vel somnus impeditur,
acidulæ dictæ vino miscendæ, in cœna
& prandio. *Sexto*: Alvus si exsiccetur,
pruorum, pomorum borsdorffianorum,
passularum, siccum decocto, adjecta
portione salis nitroſi, vel arcani dupli-
cati est solvenda. *Septimo*: Tempore ver-
nali, seu autumnali cura hæc debet insti-
tuvi, & per sex septimanas continuari. *O-
ctavo*: Caveant autem ab ea omnes, qui
copiosas & impuras, salas, sulphureas
scorias in sanguine habent, nempe scot-
butici calidi biliosi, arthritide vaga la-
borantes, ad phthisin, hecticam, hæ-
moptysin, soporosos affectus & epile-
psiam dispositi.

XII. Postquam haec tenus præservato-
riæ vini præstantissimum effectum per-
lustravimus, sequitur jam, ut disquiramus,
in quibusnam morbis eorumque
paroxysmis proficuum illud sit. Faten-
dum est, in præservando ejus vires esse
universaliores, in medendo e contra ma-
gis limitatas & circumscriptas; certissi-
mum tamen est, etiam in ipsis morbis
fanan-

sanandis, divinam medico porrigitur magnum.

XIII. Et quidem in febribus malignis vi-
no nil datur excellentius; malignitas di-
gnoscitur ex motuum & virium defectu,
nec non valde depressa sanguinis spiritua-
scentia, ex tardo circulo ejusdem, quæ
cuncta dispositionem quandam crux ad
putredinem designant. Igitur in iis
morbis restaurare vires, spiritus erigere,
circulum sanguinis liberum reddere, trans-
pirationem movere expedit, & in eo
versatur omnis alexipharmacorum vir-
tus: quod autem vinum hæc omnia præ-
stet, nolumus pluribus authoritatibus,
quibus practicorum libri pleni sunt, con-
firmare, sed confugimus ad solam expe-
rientialiam, qua nobis constat, plures ex
malignis evasisse solius vini moderato
usu.

XIV. Præterea in illis morbis, ubi ad
peripheriam corporis virulentum quid ex-
pellendum est, videlicet in petechialibus,
variolis, morbillis, si nempe natura est
imbecillis, motus cordis ad expelleendum
insufficiens, vel etiam retrocessio exan-
thematum ob debilitatem virium conti-
gerit, vinum convenit; cæteroquin si
magnus æstus & humorum ebullitio, pul-
sus citior hosce morbos comitantur, ab-
stinemus merito.

XV. Febribus continuis laborantibus
non modo ipse Hippocr. lib. 2. de morb. ac-
cut. §. 61. vinum album, & aqua
rum commendat, sed & innumeri practi-
ci, inter quos Forestus lib. observat. 1. obs. 1.
Rhenanum aquosum album subtile lau-
dat. Helmont. de feb. c. 12. pag. 772. scribit:
*quotquot modice vino in febribus utuntur,
facilius convalescunt, vires conservant, &
in pristinum ocyus restituuntur.*

XVI. Multo magis autem hoc ipsum
procedit in febribus intermittentibus, quæ
ex cruditatebus, & evacuationibus impe-
ditis, præsertim transpiratione suppressa,
maxima ex parte oriuntur. Ea tamen
cautione opus est, ut die intermissionis
liberalius, parcus autem vel plane non
in paroxysmo porrigitur nisi in declina-
tione, & corpore ad sudorem disposito.

XVII. Ratio vero, quare in omnibus

ferme febribus non sit prohibendum, hæc
datur; febris intensior sanguinis commo-
tio est, eum in finem excitata, ut motu
hoc fortiori removeat & expellat illud
quod corpori minatur interitum. Facile ja-
pater, quod, ubi motus ille valde est inten-
sus, & nimis austus, vinum parcus admit-
tendum sit. Quod si autem debilis & languidus
existit, natura deficere vel succumbe-
re videtur, excitari debet, & promptissime
vinum album & olygophorum, ut
sunt a nobis commendata, offerenda, ut
imbecillior facta natura restauretur.

XVIII. In syncope viriumque pro-
stratione nil vino præstantius est. Galen.
lib. 3. de medic. facult. omnibus syncope af-
flictis vinum suadet, substantia tenuis,
colore fulvum, ac vetus potius, quam no-
vellum vel mediæ ætatis, quod vires re-
creet, quia spiritus mire refocillat, cum
exterius odore tenus exhibitum, vel cordi,
pulsibusque applicatum, omnibus aliis
confortantibus & analepticis longe supe-
rius sit.

XIX. Dum exercet ventriculum nau-
sea, imbecillitas, & digestionis adest
defectus, inflatio, vino nil utilius repe-
ritur. Hinc D. Paulus Timotheo dyspe-
psia laboranti vinum suavit 1. Timoth. cap.
5. vers. 23. Galenus lib. 4. de sanit. tuenda c.
6. perhibet colore fulva aut alba, odora,
substantia autem tenuia, nobilissima esse
stomachica, præsertim si leniter subad-
stringant, & talia sunt Rhenana, quæ in
appetitu excitando, in roborando stoma-
cho, & resolutione ciborum promoven-
da, ob subtile acidum spirituosum ade-
stringens eximia.

XX. In fame canina Hippocr. sect. 6.
aphor. 21. vini potum commendat, ne-
que res deslituitur suo fundamento. In-
telligendus autem hic aphorismus non est
de quovis vino, sed generoso mero anti-
quo; causa enim hujus effectus acidus
corrosivus humor est, in ventriculi finu
hærens, qui ab hujuscemodi vino egregie
temperatur, non aliter ac spiritus nitri
vel vitrioli corrosivitas ab admixto spiri-
tu vini, vel tartari aciditas, quamdiu cum
vino juncta est, ita contemperatur, ut
palato jucundum exhibeat saporem.

XXI.

XXI. Ad sitim sedandam , vino aqua diluto nil est præstantius , hoc pacto enim longe promptius sitim extinguit , quam si sola aqua fuerit exhibita , quando quidem sitis ex obstructis & constrictis glandulis , quæ salivalem laticem fundunt in faucibus , easque ac cœlophagum humerant , exoritur , has autem vinum dilutum melius referat quam aqua pura ; ea propter ipse Hippocr. non veretur in febris quoque acutis talem vini , & aquæ mixturam præscribere .

XXII. In vomitu idiopathicō , vel quando febribus jungitur , præstat vino tenui uti , quam alio humido .

XXIII. In colico affectu , præsertim sex cruditatibus viscidis , vel flatibus proficiscitur , veteri Rhenano nil est utilius . Ipse Hippocr. lib. 2. epidem. 6. vinum meracum commendat , quia cruda reddit apta ad concoctionem , attenuat crassam , flatum discutit . Laudat quoque dicto in affectu Rhenana Crato conf. 169. dissuadet Moravica , & Austriaca , improbat malvatica dulcia , crassa , turbida .

XXIV. In diarrhoea & dysenteria , quæ acutis etiam morbis jungitur , vinum Rhenanum tenui vel cum prisana mixtum aut solum præstantissimum est , virtute enim pollet subadstringente , qua tonum intestinorum & laxatam glandulosam intestinorum tunicam roborat . Et cum hisce in morbis sanguinem a centro ad peripheriam mouere , transpirationem augere , & urinam ciere utilissima res sit , ea propter vinum , quia tales præstat effectus , opratissimum . Laudant vulgariter melioris adstrictionis causa vina rubella , quæ , si bonæ notæ sint , utique possunt admitti .

XXV. In obstructione hepatis , & lienis , in ictero quoque , in cachexia vino optimos exhibet effectus . Solenander celebris practicus sedl. 1. conf. 12. vino album , maturum , purum , non potens aut vehemens , pellucidum , aqua martiali dilutum , ut sunt Rhenana , & Mosellana ceu admodum grata hepati , & quæ sua adstrictione viscera roborant , magnam attribuit laudem , dulcia autem quæ sanguinis copiam adaugent , non

modo Hippocr. l. 2. de morbis , sed & Guarinonius cons. 117. maximopere dissuader .

XXVI. In Hydrope Hippocr. lib. de internis affect. Lind. edit. p. 230. vinum austерum magnificat . Item aquosum lib. 5. epidem. §. 37. Notavit Epiphan Ferdinand. hist. med. 38. asciticos solo malvatici vini ulu curatos .

XXVII. Affectus hypochondriacus an vinum admittat , in controversiam merito vocatur . Observavimus non unica vice in praxi , ab acidis maxime Rhenanis vini symptomata exacerbata fuisse ; ratio , quod minus ferre possint vina ad aciditatem inclinantia , hæc mihi videtur & attendenda venit .

XXVIII. Ob segniorem peristalticum motum , qui in hypochondriacorum intestinis contingit , contenta non promoventur (familiaris enim ipsis est alvi adstricatio) sed stagnant , ipsa mora acorem contrahunt , unde vinum in talis modi subjectis ipsa stagnatione in acetum forte , nervosas partes ad consuetos spasmos suscitans convertitur . At vero cum hypochondriaci egeant viribus , ventriculus quoque robur & calorem exposcat , venum non penitus ipsis est prohibendum . Quapropter vetus Rhenanum vel bonum Hungaricum inter ipsis cibos modice assumptum , reliquis omnibus præfert in dictis affectibus Brunnerus conf. 9. Abstineant autem a rubris , austesis , dulcibus , & ab omni usu immodico .

XXIX. In scorbuto salium tartareorum fixorum ferace Rhenanum egregium est , quia valde diureticum , unde scribit Sachsius de vite venifera p. 314. vina Rhenana in scorbuto utilissima sunt ob vim diureticam , quia tartaream expurgant scaburam , quod ex Hollandia Rheni ripam legens & Francofurtum tendens observavit , in talibus scorbuticis vini Rhenani usi crassissimas urinas tartaro copiosissimo scarentes cum fructu r edditas fuisse . Reisner. lib. de scor. p. 533. venum potens generolum idque meracum scorbuticis commendat , sed paucum ; quod si calor intendatur , aqua passulis mixta diluendum esse .

XXX. In caleulo renali vina dulcia & generosa oleosa *Crato in cons. 53.* recte improbat ; genesis enim calculi plerumque fit ex copia sanguinis viscera abdominalis ipsosque renes infarciente , primo inflammationem , postea læsionem substantiae renalis calculumque producente ; plethoram autem a vino dulci augeri superius dictum est. Ingenerat porro renibus calculum turbida , austera , & quæ facile fiunt pendula , uti sunt hujus terræ Numburgensia. Laude autem digna sunt Rhenana , quia valde diuretica. Neccarina laudat *Scholz. consil. 111.* & olygophora evacuato prius corpore moderate bibita *Unzerus de nephrit. cap. 23.* *Montanus cons. 229.* vinum olygophoron purissimum maturum , colore album dicto in affectu magniæstimat. Urinæ stillicidium authore *Hipp. sett. 7. aphorism. 28.* vini potus solvit. Intelligi debet hic aphorismus maxime de vino generoso , utpote stranguria ex prohibita transpiratione plerumque nascitur , hanc autem restituit ejusmodi vini potus .

XXXI. In affectu arthriticō , & podagrico num vinum sit concedendum quæstio majoris momenti existit? Communis est persuasio , hos affectus Bacchi esse solem , & solo aquæ potu & abstinentia a vino curari. Evidenter indubitate veritatis est , hos affectus pro causa tartarum subtilem membranas laciniantem agnoscere , unde vina , quæ copiam hujus principii obtinent , valde nocere videntur. Verum enim vero tartarei hi morbi ex obstructione emundiorum progignuntur , & viscositatem ac densitatem humorum pro fundamento agnoscunt , viuum autem per renes , qui congruum tartari evacuatorum constituant , morbificam materialē egregie educit ; hinc non appetet ratio , quare eorum usus non debeat admitti , præsertim cum plerumque etiam a ventriculi debilitate , spiritus alentia sanguinis defectu , circulo seniori , natales suos arthritis agnoscat. Quapropter vinum cum debito regime & ex medici consilio præservare potest a truculentis hisce malis , si nempe extra paroxysmum suscipitur. At vero cum magna sit inter

vina necnon inter naturas differentia , hinc prudens medicus hæc probe inter se distinguere deber. Nonnullis individuis magis quadrant acido destituta vina , & generola , nempe Hungarica. *Crato in consilio 253.* podagrīs parum vini Hungarici vel Malvatici inter cibos commendat. Et *Solenander in consil. ob imbecillitatem ventriculi parcum vini usum collaudat.* Egregius locus apud *Solenand. sett. 4. consil. 24.* meretur hoc adduci. Vindendum , inquit , quid ferre ventriculi dispositio , quid reliqui corporis possit , non cuilibet temperamento , constitutioni , attati , consuetudini omnimoda abstinentia injungenda est ; magna corporum varietas : si modice vino utamur , mediocri potissimum leviter adstringente suoque id tempore debito , non obsuturus sed profuturus ejus usus : O' videmus , pergit ille , ab exiguo sumto vino declinante jam paroxysmo podagrīorum dolores , discussō ab excitato calore & spiritibus qualicunque humore leniores fieri , modo ut ante dictum in principio abstineatur .

XXXII. Ceterum mentio facienda hic loci est singularis methodi , qua Hippocr. in ischiatrico malo & arthriticō fixo & vago curando & in principio penitus profligando utitur , & memorabilia fūnt , quæ scribit de intern. affect. *sett. 5. pag. 120.* Ex renū morbo invadit magnus venarum cavarum morbus , venæ autem cum sanguine resertæ sunt , si quid alieni ad eas pervenerit , male afficiuntur. Sic igitur afficitur , si dextra parte morbus est , per exordia ad coxendicis acetabulū dolorem exhibere incipit. Quo autem longius tempus processerit , O' productum fuerit , eo gravior dolor ad inferiora descendit , cumque ad malleolum pedis externum , O' pollicis intermedium pervenerit rursus ad caput fertur , ubique in eo ulcus constituit vehementer urget , fibique caput disrupti videtur , oculi pituita totumque corpus implentur. Et paulo post : Si morbi initio accesseris vinum Mendacum album dilutius quamplurimum per diem potui exhibere aportet. Et inebristar quoad sanguis e naribus plurimus erumpat : cum autem fluere coepit , minimum tredecima die.

diebus fluit: ubi vero hi præterierunt, non amplius inebrietur, neque ubi semel fluere cœperit. In cibo tamen paucis plus vini bibat, ut sanguis fluat. Deducit gravissimus author hos affectus ex plethora, & optime, cum experientia consentaneum sit, hanc nititur tollere narium hæmorrhagia, quam vini largo potu provocat. At vero an non consultius sit, vel veniam, vel hæmorrhoides aperire, & superfluo sanguini exitum dare, peritiorum judicio relinquor.

XXXIII. Explorato sic ad sanandos internos morbos vini usu, pauca quædam jam ut annexamus circa ejus noxam, quam ejus abusus in quibusdam ostendit, res postulat. Experiencia autem, & ratio docet, quod in omnibus affectibus, ubi sanguis magna copia congestus hæret, sicuti in inflammationibus, & in plerisque morbis capitis nominatim in ejus dolore a causa sic dicta calida orto, phrenide, insania, vertigine, epilepsia, lethargo, & cunctis soporosis affectibus, vinum quodvis valde nocet. Cum enim dictis in morbis sanguis cum copia, & impetu vasis partis affectæ infusus ibique congestus impeditus circuletur, non potest non a vino, quod spiritu suo petit superiora nempe caput, & sanguinem expansiva virtute ulterius rarefacit, nec non majori cum vehementia illum in partem obstructam largius e corde eo pellit, diætorum mörborum exasperatio subsiqui. Habemus in eo consentientem

maximum nostrum Hippocrat. qui lib. 2. de morbis in cerebri repletione dolorifica, vini abstinentiam commendat, & ibidem ait: sideratus a vino penitus abstineat, & libr. 4. de morb. in cerebri sphacelismo penitus a vino est abstinentum, item in lethargo & vino abstinentum; phreneticum calefacere oportet calefactoriis humidis & potionibus excepto vino. Et libr. de insomniis, qui insania laborant, vinum non bibant.

XXXIV. Deinceps vinum nocet in tussi, in phthisi: aspera enim arteria minus ferre potest acres stimulos, nihil minus vinum dulce cum ad expectorationem juver, modice haustum non est nocivum, neque vetus Rhenanum, si tussis ad declinationem vergat prohibendum, sed potius commendandum est.

XXXV. Tandem coronidis loco sint illa, que habet *Tirellus in historia vini pag. 60.* Vina sustentant firmos, erigunt lapsos, cohibent cadentes, vina edunt miracula, non extracta, non lapides, non quintæ essentiae nomina fabulosa, non boli, non pilulae argenteæ, aureæ, aut gemmæ plebis deceptio[n]es, incantamenta marsupii, vituperia sapientiæ, medicinæ opprobria. Vina autem calidi innati vera pubula sunt, certissimaque alimenta, hæc ideo celebranda elogis vestris encomiastico cantu, hæc severiori disciplina in usum vitæ percolenda, in ægrotantium commodum danda.

DE PRÆSTANTIA REMEDIORUM DOMESTICORUM.

§. I.

UTCONQUE id temporis ars, quæ ægris sanitatem, & sanis vitam longam promittit, longe subtilius quam superioribus temporibus exculta sit, cum ex nobilissimis pariter, & utilissimis anatomicis, physicis, mechanicis & chymicis inventis magna cœperit incrementa, nihilo fecios, quo minus hujus artis opera, & exercitia feliciter, & ex voto adhuc succedant, complures remoræ atque difficultates observantur, ex quibus immensa illa medicamentorum farrago ac silva, quibus medicorum libri & pharmacopœia repleta sunt, præcipuum locum sibi vindicat. Antiquissimi medicorum perquam paucis uteruntur remedijs, sed vietu potius curabant, & curvis morbo, & corpori accommodatam vivendi rationem præscribant, atque de origine ac causis morborum avertendis plus erant solliciti, quam de iis curandis. Et quia animadvertebant præposteros animi motus pernicioles maxime affectiones suscitare, salutari bus potius morum præceptis animum magnis desideriis intentum componere, & sanare omni studio laborabant, paucis herbarum infusis vel decoctis contenti. At vero postquam Galenus, & ejus secta addicti, atque Arabes doctrinam hanc salutarem majori labore excutere, & agitare cœperunt, tanta compositionum, medicamentorum, & materiarum medicarum copia ac cumulus ortus est, ut si medicinae initiandus libros, qui hisce repleti sunt, introspiciat, ingens artis addiscendæ fastidium eum teneat necesse sit. Et postquam superiori seculo chymie caput in medicina attollere cœperunt, rursus magna, & pene mirabilis ab eorum manibus atque experimentis

per ignem factis remediorum maxima ex parte vehementium copia in praxin medicam redundavit. Quapropter nostro tempore omnes fere sic dicti practicorum libri arcans chymicis, & immensis compositionibus fere luxuriant, quibus incomparabiles, & pene divinas in morbis, cujuscunque etiam generis fuerint, sanandis laudes adscribere non erubescunt. Si quis vero sine ullo præjudicio adeoque libero animo solidaque attentione eorum vires ac virtutes in tot differentibus morborum, & corporum aliarumque circumstantiarum statibus pensiculatus explorare studeat, ea omnino spem suam penitus fallere, neque expectationi ullo modo respondere, eorumque vires maxima ex parte non modo inertes ac steriles, sed etiam naturæ morborum infestas esse certissime apprehendet. Quare, ut libere sententiam nostram profiteamur, tanta medicamentorum farrago meret ignorantiae filia est. Qui enim vitæ ac sanitatis rationem, & genuinas morborum origines, & causas & principia, quibus agunt omnia remediorum genera, cognita perspectaque habet, is facile dijudicabit, tanto remediorum apparatu in præservando & sanando non opus esse, sed pauca selecta, usu frequenti probata, & simplicita magis, quam composta sufficere. Plures certe compositiones ineptissime ex variis ingredientibus, saepè sibi invicem contraria, consarcinatae sunt, ut ex centum vix una laudem, & usum in praxi mereatur. Eodem modo comparata sunt chymica, quibus identidem optime, paucis tantum exceptis salibus, oleis destillatis, & ex metallicis dextre præparatis quibusdam, carere possumus. Nam remedia hæc longe activiora naturæ animantium, quæ temperata

ma-

maxime desiderat, minus sunt amica, & vel vehementes motus tantum suffitando, vel eos validissime deprimendo agunt, aut infesta corroxitate vel adstrictione solidorum texturam ledunt. Deinceps ignis, cuius beneficio chymica eliciuntur, destruendis potius simplicium texturis, a quibus eorum facultates, & virtutes unice dependent, indoneus est, quam ut earum virtutem acuat, vel meliores insitis vires inducat. Denique tantæ compositionum veterum, & arcanorum chymicorum multitudinis e medicina removendæ causa potissimum hæc est, quod veteres, & veras morborum causas, & remediorum genuina principia, quæ causis profligandis opponi debebant, plane ignorabant, quare vix quicquam solidi aut boni de eorum compositionibus sperandum esse, quisque medentum prudenter perquam facile dijudicabit. Atque etiam experientia per plures annos certa, & attenta suffulti confidenter affirmamus, vernacula, paribiliora, & domestica omnibus nota, viribus, usu atque utilitate, varia composita pretiosa, & magno labore conquisita arcana chymica longissime antecellere, in quo sañando longe certiorem, & tutiorem efficaciam illis promittere. Quare permodi præsenti hoc specimine domesticorum, & parabiliorum remediorum præ illis præstantiam bono cum Deo adstracere annitemur. Adsit vero sumnum Numen hisce laboribus, ut publico humani generis bono, quo unice collineant, interfervire possint.

S. II. Ante vero, quam ad specialem hujus thematis tractationem, & ad explicationem eorum, quæ in auxilium morborum prompta ac parata sunt, descendamus, non incommodum fore judico, si premittamus, quænam eorum nomine intelligamus. Jam vero mihi facile persuadeo, unumquemque levi labore adsecuturum, ea me vocare remedia domestica, quæ & plebi nota, & in quavis re familiari facile præstant, in culinis ad manus sunt, quæ in

hortis, sylvis, pratis crescunt, aut quæ natura omnibus non denegavit. Nolumus itaque peregrina accertere, sed ea, saltem quæ nostra patria profert, quæ omnibus, & singulis usui esse possunt, enarrare nobis constitutum est. Superse-debimus autem tædiosas, & difficiles ex iis præparations indicare, omnesque vires, & facultates simplicium, & domesticorum a medicis annotatas late ad diffuse commemorare, quia harum paginarum angustia tantum laborem capere non possunt, sed sufficerit ex domesticis selectiora, & quæ nobis usu spectata, viribusque in morbis cognita atque probata sunt, delibasse, iisque in medium prolatis nostram subiecisse sententiam.

§. III. Prius vero, quam hæc enarremos, quædam argumenta pro evincenda simplicium, & domesticorum præstantia in medium adducere nobis consoltum videtur. Et ut ab auctoritate remordiamur, summus, & antiquissimus medicinæ auctor *Hippocrates vulgaria*, & plebeja remedia non spernebat, sed potius maximo habebat in pretio, quare *Lib. de preceptionib.* scribit: ne pigeat ex plebejis sciscitari, si quid ad curationem utile sit. Et apud eundem multa recensentur remedia vulgaria per experientiam nota, quæ procul dubio a mulierculis partu defunctis aut hystericis affectibus detentis didicerat, & annotaverat: mulieribus enim, inquit *Lib. de Septimestri partu*, fides habenda est, uti de iis, quæ circa partum accidunt loquuntur. Ejusdem quoque sententiae soisse Galenum ex libro de simplicium facultatibus patet. Nam ipse plebejos, & imperitos plicatores aliosque infirmæ fortis homines consulere non erubuit. Hic gravissimus post Hippocratem auctor cum Alexandria in patriam rediret, in illo itinere incidit in quendam villicum, gravi tonsillarum, uvulae, & colli dolore ac inflammatione laborantem, qui suffocationis metum incutiebat. Is destitutus aliorum remediorum apparatu viridia juglandium tegmina circum spiciebat, av-

deoque jubet ex illis succum exprimere, & cum melle miscere, eoque percolato ægrum fauces crebro perlucere, quod remedium cum animadverteret celerrimæ operationis fuisse, sæpius il lud in tali malo adhibuit.

§. IV. Neque dubium est, quin medicina augmentum suum maxima ex parte debeat experimentis a plebe sæpius factis: nam rustici & plebeii homines opibus destituti sine medicamentis singulari artificio paratis, & etiam sine medicis diutius vivunt, & felicius ex gravibus morbis evadunt, quam divites, nec vero aliis, quam simplicibus, parabiliорibus, domi natis utuntur, & Deo, naturæ, ac tempori reliqua committunt. Et quemadmodum illi sine ejusmodi arcans, & magno labore conquitis in morbis convalescunt, & antiquissimi quoque hominum hinc inventionibus, & artificiis destituti e morbis, qui nunquam non genus humanum adfixerunt, eluctati sunt, ita & sine his nostris temporibus cur non sanitatem integrum conservare, & reparare possimus, equidem non video. Sicut enim divina sapientia omnia in tota rerum natura & quæ maximæ admirationis sunt, facilima, & simplicissima via peragit, & paucissimis alimentis animantia conservantur, causæque morborum sua natura pauca, & simplices sunt; ita recte concluditur, pauca facilia & simplicia quoque remedia ad causas has morborum removendas sufficere. *Helmontius*, gravis alias Galenorum censor, in *Dispensatorio moderno* ingeniose prodidit: Deum jam perfecte & sufficienter ex simplicibus remedia compoſuisse, ut in iis perfecta cura, & sanatio omnium morborum sit; atque existimat, Deum ex sapientia & providentia sua æterna simplicibus vires ad destinatos usus sufficienes jam indidisse, & per consequens scribit eos, qui dispensatoria volunt componere & nectere plurima, occulta quasi blasphemia insufficientiam divinæ sapientiæ accusare & supplere velle. Neque hac solida ratione est destituta sententia.

Nam Deus sapientissimum chymicum suum & compositionis artificium non potuit perfectius exprimere, quam per tot infinitas texturas ac crases triplicis regni corporum, quorum quævis peculiaribus proprietatibus, dotibus, ac viribus donata sunt. Ulterius maximum divinæ sapientiæ argumentum inde eluet, & quod nos satis ad estimationem vulgarium remediiorum perducere debeat, quod iis plantis, quæ ubique & in semitis ac campis crescunt, majorem juvandi efficaciam indiderit, quam rarioribus, pretiosis, & quæ magno labore ac studio ex regno minerali vel marino comparantur, in quibus sæpius exigua vel plane nulla medendi virtus animadvertisit. Quo magis eorum stultitia manifestatur, qui magnæ virtutis auxilia in pretiosis illis, auro, argento, perlis, gemmis, coralliis & exoticis rarioribus querunt, quasi Deus, qui summa est erga genus humanum misericordia, pro divitibus & magnatibus hujus mundi tantum præstantissima remedia in ejusmodi rebus constituerit. Ego sancte affirmare possum, me superioribus temporibus mirifice inhibuisse & delectatum fuisse chymicis & activioribus ex mineralium regno petitis remediis, & ubivis fere arcana conquisiuisse. Postea vero longe aliud ipsa in veritate & per attentam experientiam expertus sum, pauciora, nempe selectiora & viliora longe promptiora in auxilium esse, & majorem in medendo efficaciam custodire ipsis jam dictis magno pretio & labore præparatis chymicis arcanis.

§. V. Jam vero, ut ad ipsam rem progrediamur, singulatim quædam ex ferme vulgaribus, & quæ ad usum medicum valde apta sunt, excutiemus, initium facturi ab aqua, vino & pane. Hæc tria sola scotiæ hominis vitæ ac sanitati diu conservandæ idonea sunt, siquidem panis solidam sanguinis substantiam, aqua liquidam. & vinum illam fluidissimam, quæ corpori vires & robur addit, materiam ministrat: ita certe non sine magna ratione factum est, quare sapientissimum Numen hæc tria cœa elementa sacramentorum etiam ad vitam spirituale

conservandam, & corroborandam accommodaverit. Neque etiam mediocria sunt commoda, quæ ab iis ad præservationem, & medelam multorum affectionum suggareruntur. Simplex aquæ pure potus cum debito regimine tante est in tollendis, & præservandis morbis efficacæ, ut cetera medicamenta multum supereret. Quia vero de hac nobili materia, videlicet, aquæ medicina universali jam peculiarem tractationem adornavit, nolumus esse prolixiores in iis repetendis, quæ ibi satis enucleate, & copiose proposita fuerunt. Vinum generosum, & optimæ notæ principem locum inter omnia confortantia ventriculi, & omnium corporis partium obtinere, etiam in peculiari Dissertatione adstruximus, quo lectorem brevitatis studio remittimus. De pane itaque quotidiano fecalino, qui omnibus in promptu est, restat ut agamus. Illud quidem in antecessum hic in genere monendum duximus, quod in hac tractatione non omnia, quæ usui inservire possunt ex domesticis, & simplioribus, sed pauca saltem, & quæ multoties experta sunt, & aliorum medicorum fide corroborata, depromere nostri instituti sit.

¶. VI. Itaque tractationis initium a pane fecalino faciemus. Ab hoc jam *Hippocrates Libr. de Salubr. diæta §. XI.* medicinam desumit squalisque hominibus laborioso vitæ genere utentibus, si alvi profluvio corripiantur, ac recreamenta cruda ciborum speciem referentia fecendant, ut loco securioris medelæ astutum panem vino intritum adsumerent. Neque ignotum est, quantum tum ad vires reficiendas præsidii insit pani similagineo tollo, & vino generoso imbuo, cui quidquam cinnamomi vel sacchari additum fuerit. Hoc sane analeptico præstantissimo illi ut maximo cum fructu possunt, qui ab ingenti defatigacione aut sanguinis enormi a vulnere profusione celeri virium refectione opus habent. Quare huic simplicissimo refectorio Prophetæ regius vim cordialem divino plane encornio tribuit, quippe *Ps. 104. vers. 5.* scribit, quod *vinum lati-*

sicut cor hominis, & panis illud fulciat. Utroque horum analepticorum *Henricus ab Heer*, uti in *Obs. Med. 18.* prodidit, maritum, a veneris immodico usu pene examinem, viribus, & vita redditum, quem aliis medicus, qui venæ sectionem suaferat, procul dubio morti dedidisset. Clarissimus medicorum Battavorum, *Boerhaven in Materia Medica*, non ita pridem edita, decoctum panis præstantissimi analeptici usus in febris, & aliis affectibus commendat, quod hunc in modum paratur: recipe panis triticei cum furfuribus fermentati biscocti uncias octo, aquæ putealis purissimæ libras tres, eoque in vase figulino recenti clauso, per spatum unius horæ, deinde cola per setaceum, adde decocti præscripti libram, succi citri semiunciam, aquæ stillatitiae cinnamomifatæ drachmas duas, vini Rhenani uncias quatuor, sacchari sufficientem quantitatem ad gratum saporem conciliandum. Memorabilis est *Observatio Reusneri 109.* ubi meminit foeminae aliquoties abortu pericitatæ, quæ sub medium gestationis tempus cœpit quotidie panis frustulum vino malvatico imbutum jejuno ventriculo adsumere, sive malum casum feliciter evitavit. Huic auctori accedit etiam *Velschius*, qui septimum in una foemina abortum, reliquis medicis frustra laboribus, hoc potissimum euporisto avertit. Panis butyro illitus mane jejuno ventriculo sumtus excessivum in præputia regione stabulans acidum contempando præcordiorum anxietatem, vertiginem, capitis dolorem & virium exsolutionem feliciter sustulisse, non semel a nobis observatus fuit. Idem jentaculum in constitutione epidemica morbo, ubi aer effluviis, & vaporibus naturæ infestis resertus est, non sine ratione & experientia commendari metetur.

¶. VII. Quemadmodum vero panis interne sumtus insigni gaudet virtute analeptica, & confortante: ita eandem etiæ externe mirifico plane modo exerit. Probe hoc cognovit sumitus ille Philosophus,

*Democritus, Hippocrati æqualis, qui referente Diogene Laertio in Libr. de vit. Philosoph. IX. instantem extremo senio vitæ finem sentiens, in gratiam sororis suæ odore panis recenter cocti ad triduum mortem remoratus est, quod etiam Laurentius Joubertus experientia confirmat, qui panem naribus admotum a lypothymia liberare auctor est. Neque omittendum est, quod panis cum carvi semine coctus & ex forno recenter extractus atque dissectus, & auri calide fomenti loco applicatus maximū etiam nostro experimento sit remedium euporiston aduersus surditatem, quod etiam Riverius in *Praxi Med. lib. III. Cap. II.* insigniter commendat. Similiter id suo calculo confirmavit Hieron, Reusnerus *Observ. Med. 35.* qui Henricum Comitem a Stolberg, cui ex fratre, & sonitu tormentorum bellicorum surditas obtigit, pane recenti cum baccis juniperi cocto, & auri mane applicato magno cum emolumento se levasse scribit. Superior panis domestici crusta in orbem discissa, & mediocriter excavata, & aceto probo vini tepidiuse scule calente conspersa, additis aromatibus caryophyllis, nucista, ventri applicata in tormentoso ejus profluvio vel etiam vomito præsentissimum fructum ad fert. Pane quoque tosto & vino bona note imbuto additis aromaticis, si umbilico imponatur, ad abortum præcavendum non facile felicius datur remedium.*

§. VIII. Dimiso pane farina nobis cum furfuribus consideranda est, secalina nempe; hæc probe exsiccata, & cum sale communi remixa erysipelati calide i[n]posita cum floribus sambuci insignem discutientem efficaciam exerit; si vero eadem farina cum melle misceatur, maturandis apostematibus multum conducit, nec absque singulari fructu quotidie adhibetur. De furfuribus id maxime laudandum est, quod ab eterliva vi polleant & removendis ardibus capitis egregie profint. Balneum vero ex furfuribus, & aqua dulci paratum ex quaunque causa debilitatos corporis artus

egregie reficit, siue flores chamom. adcantur, seu euporiston, ubi balneis opus est, adhiberi potest. Vidimus, quibus frictio capitis cum furfuribus triticeis calefactis gravitatem capitis tensivam, & aurum tinnitum abstulerit. Hordeum quoque familiarissime in usum cedit medicum, dum cum aqua ad crepaturam usque decoquitur, quod decoctum additis radicibus scorzonerae, & pulpa citri ad xistum refrænandum & simili levandam in febribus præsertim biliosis longe expertissimum est: quin in omo in omni fere morbo acuto juvat, & in pectoris affectibus, ubi humorum acrimonia peccat & expectoratione opus est, ejusmodi hordei decoctum, si carica addantur, singularis est efficacia. Præterea ex hoc hordei decocto cum amygdalis nonnulli egregiam faciunt emulsionem, quæ in variolarum etiam confluentium genere magno solamini est & proxime ad hydrogalam accedit, cuius largiorem potum Sydenhamius in opusculis pag. 257. in confluentibus variolis, ubi salivæ larior fluxus ab initio jungitur, optimum deprehendit. Longe vero efficacius evadit decoctum hordei in variolis aliquique acutis, si cornu cervi ustum, & syrpus de succo aurantiorum adjiciantur. Quanti olim prisana ab Hippocrate in acutis sanandis estimata fuerit, ex ejus monumentis, & quidem ex Lib. de victu auctorum satis abundeque patet, ubi hunc in modum scribit: *ptifana recte omnibus frumentaceis edulis prælata esse videtur in morbis acutis.* Et laudo sane eos, qui ipsam prætulerunt. Nam viscositas ipsius levis est & continua & jucunda & lubrica & moderate humida & simili eximit & facile eluitur, si forte & hoc opus sit & neque adstrictionem habet neque malam turbationem, neque in ventre intumescit. Apparet hinc satis, quantum a ptifana fructum veteres in morbis acutis sibi promiserint. Adhibebant autem illam non uno modo, nec eadem ratione præparatam: interdum enim hordeum decocatum sufficien[ti] tempore decoctum exhibebant, quod totam ptisanam vocabant; alio tempore colaturam, sive, ut

ut Celsus loquitur, tremorem ptisanæ forbabant, imo etiam alvum infuso hoc tremore ducebant. In præparatione ejus ita se, auctore Galeno, gerebant, ut decem aquæ portiones ad unam ptisanæ partem adlumenseret, peractaque coctione aceti momentum oleigae exiguum admiserent cum paucillo salis. Verum tamen hic veterum ptisana uendit modus fere inter res omittas & obliuioni traditas referendus est. Vid. *Langius in Epist. Med. Lib. I. Epist. 57.* Quod attinet ad avenam, ejus decoctum cum aqua, adjectis radicibus cichorii cum nitro & floribus papaveris, itemque melle tantæ est efficacia pro potu in omnibus acutis, in doloribus præcipue podagrīs, atque ad sanguinem purificandum in scorbuto, ut viribus suis magnæ famæ remedia longissime exuperet. Extat de hoc Disputatio sub præsidio nostro habita, ad quam lectorem remittimus. De cetero decoctum ex avena exhortata paratum, volgo *Habergrutze*, si ullum, certe hoc præstanter inter domestica remedia in multis morbis usurpandum præsidium, siquidem in omnibus iis morbis, ubi humorum in primis viis vel etiam in sanguine peccat acri monia, ut in tussi, catarrho, coryza, febre purpuracea, variolis, morbillis, febribus biliosis cholericis, in alvi quoque a bilis acris redundantia dejecti onibus, inque intestinorum erosione comodissimum pro potu locum invenit. Nos sèpius huic decocto incoximus aliquot pogillos florum chamomillæ vulgaris adjectis saccharo, & oleo amygdalarum dulcium, & cum summo fructu in prædictis morbis usi fuimus, quod etiam decoctum in iisdem morbis anno ini ciendum non sine summo emolumen to fuasimus, optime enim sua viscositate acri moniam humorum obtundit.

§. IX. A frumentaceis transitum ad legumina facimus. Inter legumina illa, quorum apud nos frequentior in te familiari esse solet usus, maxime pisa & lentes eminent. Brodium pilorum non solum alvo referandæ egregie inservit, sed etiam, ut lochia liberius in foeminis pro-

fluant, efficit. Idem decoctum nephriticis prodesse adversus eos, qui negare ausi sunt, defendit medicorum nobilissimus, *Simon Pauli in Quadripartito Botanico*. Nonnulli etiam pilorum decocto ad abstergenda cutis vitia & eminenias persanandas cum fructu utuntur. Lentium vero decoctum cum caricis & semine foeniculi plebejū utuntur maximo cum fructu in variolis, morbillis ad exanthematum eruptionem; materiae enim morbidæ acri moniam mitigando spalmos, & dolores fistit, & hac ratione eruptionem promovet. A medicorum Arabum principe *Avicenna* in praxi medica hujus decocti usus primum fuit receptus. Cicerum decocto plures novimus in calculo comminuendo non sine fructu usos fuisse, & est sane una cum millepeditibus præparatum inter medicamina calculum depellentia præcipuum, cuius diutino, & patienti uso *Horatius Eugenius vesicæ calculos* comminuit, & *Guil. Laurembergius* jam ultra sexaginta, tres annos natus in se ipso impetravit, ut dirum vesicæ malum per frustula sensim discederet, ut ipse de se peculiari differentiatione epistolari commemorat.

§. X. A leguminibus ulterius progredimur ad alia, quibus res familiaris instrui solet. Hic maxime locum inveniunt rapæ præsertim exsiccatæ Germ. *Welcke Ruben*, quæ utilitate plane singulare se commendant, quippe quarum decoctio nihil est laudabilius in pectoris affectibus ac tussi pertinacissima, si præsertim illud ad magni *Cratonis* consilium 8r. adoretur. De eodem Cratone auctor nobis est *Casp. Hoffmannus in Inst. Med. Lib. V. Cap. XI.* eundem in curatione: quartanæ contumacioris, nec non a liorum affectuum, ubi multa, & longa humectatione opus est, tantum non pro secreto habuisse raparum exsiccatarum brodium semine foeniculi alteratum. Et de Scherbio idem nobis auctor est, quod præceptorum *Cratoni*, *O. Erasti* exemplo rapas exsiccatas in usu frequentissimo habuerit, puerorumque tabem, quam die *Miles*.

ser vocant, sèpe cum multo successu hac medicina sustulerit. Idem quoque raparum decoctum in tenesmo, in diarrhoea infantum contumaciore, quæ plerumque ab acri humore intekinis crassis inhærente fogetur, remixtum cum butyro insulso, vel oleo amygdalarum dulcium clystere per diem aliquoties injetum præsentissimam opem attulisse non semel vidimus. Neque externo usu rapsa desitui ad sanandas partes frigore tætas, in vulgus fere cognitum experimentum est.

§. XI. Inter radices edules utilitate quoque commendanda sunt pastinaca sativa, radix asparagi, petroselini, graminis, foeniculi, cichorii. Quod si illæ probe decoquuntur in brodio caponis vel gallinæ veteris, & hoc decoctum singulis diebus manè bibatur, hypochondriaci, & qui scorbuto, phthisi, tabe, hepatitis ac lienis vitio laborant, insigne solamen inde sentiunt, quemadmodum etiam infantibus tabe confectis ejusmodi decoctum frequentius usurpatum sumopere prodest: alvum enim moderate fundit, urinam potenter educit. Optime ab infuso loco theefolia ejus recentia manè sumuntur, quod & sapore, colore, odore ac virtute se commendat, si quidem in iis affectionibus, ubi serì abundantia est, in cachexia, inque mensibus etiam suppressis, & ubi metus calculi vesicæ in renibus vel vesica est, non sine insigni fructu usurpatur. Atque etiam notabile est experimentum Rive-rit, quod ipsi communicavit quidam chirurgus veteranus, ubi foemina quædam, nescio cuius vetula suau, ad propellendum hydropem quotidie petroselini foliorum quantum manu capere poterat, hincad madido involutorum sub cineribus calidis assabat, expressumque succum vi no albo exceptum bibebat, simulque ossum quorumlibet ad liberum aerem siccatorum, & communitorum drachmam in eodem adfumebat vehiculo, quo per integrum mensum factò feliciter sane convaluit. Herba petroselini cum lupulo ex cerevisia cocta, & exterius regioni pubis calide admota, in urinæ sup-

pressione præclarum exerit effectum; Raphanorum magna apud veteres existimatio fuit, quibus succo radicis sumto vomere quotidianum erat: etiam nostri vidi raphanis in taleolos dissectis saccharum adspargentes, & hoc liquamen pueris præbentes, ubi vomitu opus erat. Ad calculosam concretionem in vesica prohibendam raphanum in taleolos discissum, & cum sale conditum novimus non sine fructu adhibitum fuisse. In febri maligna putrida Crato adapplicationem raphani in pedibus mirum quantum estimat, & ita inquit: *misso sanguine pedibus adplicetur raphanus continuatus, & sèpe ir mutetur.* Plurimum ex adapplicatione raphani adjumenti esse in pluribus adverti, ubi materia omnibus modis a corpore ad superficiem est trahenda.

§. XII. Accedimus jam ad allii, & ceperum genera, visuri, quænam parabiliora & in auxilium prompta possint inde depromi remedia. Rusticorum theriacam allium vocat Galenus, cuius usus inter multas nationes adeo invaluit, ut nobiles pariter ac plebeii, nihil morati ejus graveolentiam, eo delectentur, rati vires illo excitari. Infantibus verminosa colluvie infestatis nihil æque prodest ac allium, quod vermium mors est laeti incoctum & adfumatum, hoc enim modo infesta illa progenies ex ventre feliciter projicitur. Observavimus etiam solo fotu lactis cum allio cocti ad anum admisso vermes ad exitum prolectos fuisse. Paracelsus in mortu carnis rabidi, & contra omne venenum tam interne, quam externe, contra pestem bubones, carbunculos allium cum sternore humano mixtum egregie commendat. Bulbuli allii tres aut quatuor feliciter abiis, qui calculo laborant, cum hausto spiritu vini sumuntur semel singulis septimanis eo die, qai proxime quadras lunæ præcedit. Novitus hoc remedii genus a multis in usum vocatum felicissime. Ad febres intermitentes contumaciores, imo ad ipsam quartanam feliciter profligandam, omnibus aliis irritis, allium con-

tulsum

tussum & ad carpum manus vel etiam ad articulos digiti applicatum cum dolore magnam facit vesicam, qua aperta se-rofa materia effluit: liberantur quidem hac ratione a febribus, sed quia graviter allium inflamat has partes, prudenti cautela graviora symptomata præcavenda sunt. Conf. Misc. Nat. curios. Dec. II. Ann. IX. obs. 127. quo loco etiam in scholiis mentio fit a medico viduæ, quæ dolores dentium alligato allio ad cubitum & inde excitata vesica sopiebat. In doloribus pedum scorbuticis frictio cum raphano rustico vel etiam allio inciso & aceto immerso eorum remissionem, in cassum aliis adhibitis, procuravit. Meminit etiam *Platerus* in dolore dentium allii contusi carpo dextro, si dolor in dextro latere, vef sinistro, si dolor in sinistro latere urget, adponendi. Vid. ejusd. Lib. II. obs. pag. 371. & 375. Cepis siogularem quoque medendi efficaciam inesse, multiplici experimento didicimus, præsertim quoad externum usum: cepis enim assis ad tumores duros emolliendos, & bubones venereoſ maturandos, præsertim si cum sicibus applicentur, nihil est efficacius; eadem assisæ pubi applicatae in infantibus, si nihil quicquam urinæ emitunt, præsentem opem ferunt. Inest etiam omni alliorum, & ceparum genere ſal quoddam cauſticum tenuę, veſicatorię indolis penetrantissimam, quod nervolis partibus immediate applicatum graves dolores, imo inflammationem parit. Ceparum ſuccus monente *Caspero Hoffmanno Institut. Med. Libr. V. pag. 677.* si in vulnera influat, illa consolidari non permittit, ipſoſque cultris, & ferramenta tanquam leni veneno inficit, quod notari meretur, ut civeamus: at vero intra corpus sine noxa quotidie adſumuntur.

§. XIII. Hisce discussis descendimus ad gratissima nemini non nota ſemina, qualia ſunt ſem. ſceniculi, anisi, cymiani, anethi, quibus identidem magnas vires inesse ad concinnanda hinc remedia parabiliora domesticā, plurimis ex-

perientiis habemus compertum. Nolumus de singulis peculiarem sermonem inſituere, ſed in genere notare, quod ea quinque ſemina, ſive in formam pulveris redacta, ſeu cum cerevilia decocta, aut cum aqua calida iuſula, ob sulphur, & oleum blandum naturæ amicum ac vaporofum inſignem qualitatem poſſideant humorum acrimoniam & viscoſitatem temperandi, & reſolven- di, parteq[ue] universi corporis quo- cunque modo laeſitas, & commotas placandi, & ſedandi, unde egregie omnibus affectibus ſpasmoidicis, & con- vulviſ ſuſcurrunt. Spasmos enim optime ſedant, flatus diſcutiunt, & ſimul edulcorationi humorum patrocinantur. Commendamus igitur hæc remedia in colica, in tuſſi, in diarrhoeis, & tor- minosis intestinorum cruciatibus, qui- bus infantes præſertim lactantes ſunt obnoxii ob acrimoniam cauſticam la- tis, quam excreminta viridia alvo e- missa produnt. Hippocrati ſemen ani- ſi fuit uſus non infrequentis, & profe- ſto ob amicas ventriculo, & intesti- nis dotes inſignem meretur commen- dationem, unde non inconciue illud. *Helmontius* intestinorum ſolamen ad- pellavit. Decoctum horum quinque ſe- minum cum floribus chamomille, & oleo amygdalarum dulcium, & pauxillo ſaponis Venetiani infantum in eo- rum atrociſſimis affectibus iuſulum, & flatuum torminibus eisdem egregie liberat. Hæc quoque quinque ſemina ſeu in forma ſicca ſeu humida ſunt a menses cent, ſudorem movent, ſingultui medentur, abortum præcavent, in vomitu, & ſingultu ventriculum roborant, flatus diſcutiunt, urinam & calculum pellunt, fauiciumque rauedi- ni ſuſcurrunt, neque minus partium facilitant, præſertim, ſi vapor eorum admittatur ad uterum, ſpecifice ve- ro vapor decoctionis ſceniculi amare o- culos mundificat, & viſum confortat; in ſurditate quoque conſert, de quo in- ter alios teſtatur *Gabelchoverus Centur. I. Curat. 60.* in annotatis. Decoctum

item sœniculi mirifice lactis defectui conducit, de quo Centur. VI. Curat. 86. potissimum *Amatus Lusitanus* vendens est. Cumino nihil præstantius dici potest ad tonum intestinorum nimis relaxatum restituendum flatusque discutiendos. Est etiam mirabile, inquit *Reinerus Solenander* Consil. lib. 35. pag. 329. ex *Serapione*, in confortando matricem, & auferendo ejus ventositatem, ac constringendo menstrua alba, & rubra.

§. XIV. Ipsa brassica rusticorum rubra, vulgo *Braunkohl*, tota medicamentosa est, & succo scatet nitroso, dulci, emolliente, laxante, ac insimul blanda vi aperitiva, fundente ac stimulante instructa excretiones saluberrimas adjuvat, & hac ratione non modo a morbis præsertim chronicis egregie præservat, sed etiam eorum sanationi multum patrocinatur. Eximiæ sunt laudes, quas recenset de hac *Bartholinus* in Libr. de medicina Danorum domest. Dissert. I. pag. 24. ipsa brassica rusticorum ceteris oleribus antistat, tam cruda, quam cocta omnibus pharmacopoliis palam dubiam reddit, ut non sine causa, illa in hortis omnium rusticorum visa, sterilem sibi messem in Dania præagiverit olim medicus peregrinus: facit alvum bonum ac obsequentem, quam si dejicere voles, superioris cymæ decoctæ succus tantum bilis pituitæque ejiciet, ut miratur sis, nullam rem tam bene purgare, neque helleborum neque scammonium & sine periculo & cito salubrem esse corpori. Est enim in brassicæ rubræ nostratiscaulibus, si autumno præsertim adulteriori eos secundum longitudinem feces, succus quidam instar mellis vel manœ, qui excludat, si aliquandiu in loco non calido relinquas, cui experientia suffulti vim illam alvum laxandi confidenter adscribimus. Nostris in regionibus male sibi, & suis matres familias consulunt, quando cum aqua prius hocce saluberrimum olus decoquunt, deinde expriment brodiumque effundunt, & postea nova aquæ simplicis adfusione iterum in-

coquunt & ad cibum præparant: Hac enim methodo succus ille medicamento-sos nobilis maxima ex parte perditur. Laudandus hanc ob causam jure meritoque est mos eorum, qui in Westphalia, & Ducatu Brunsvicensi degunt: hi enim brassicæ brodium extracto nobilioris virtutis probe imbutum non afferunt, sed addito sale & pinguedine, ita præparant, ut non modo gustui fiat acceptior esca, sed etiam in alimentum corpori nostro longe saluberrimum cedat. Excomis brassicæ rubræ, quando nasturtium aquaticum, hedera terrestris, spinachia, asparagus, radix eichorii, urtica mortua adjiciuntur, & in brodio carnis bubulae vel caponis excoquuntur, & in cibum paratur, in dispositione phthisica atque scorbutica omnibus alis medicaminibus vel pretiosissimis multum fane præferendus. Betæ rubræ radices quod attinet; earum recentium succus rubicundus subtili quoque, nitroso & colliquativo sale imbuitur est, qui naribus ulcere vel lenta materia obsessis egregie confert tam humectando, quam aperiendo. Hojus radicis siccæ pulvis naribus attractus pituitam e finibus capitum evocando cephalalgiam, qua ab impacta ibi vitrea materia oritur, tollit.

§. XV. Deveniendum est jam ad herbas in re familiari satis cognitas, quarum insignis ad medicinam parabi-liorem poterit esse usus. Primas vertente ruta, cuius magna olim fuit existimatio; exemplo esse potest rex Mithridates, cuius antidoti præcipua basis est. Scatet hæc herba oleo admodum acri & penetrante, quo fibras a motu dejectas stimulat & novo vigore acuit. Ejus folia cum recenti butyro mixta, & cum pane fecalino mane sumta iis, qui pituita abundant, & aeri vappido ac humido corpus objicere necesse habent, neque minus ad avertenda a corpore infensa in grassantibus morbis miasmatæ, eximie conferunt. Ejus folia cum pipere, sale communi, & acero penetrantiori contusa, atque carpi arte-riis,

ris imposta ad febrilem impetum , si modo materiæ morbidæ alijs prius prospicuum fuerit , egregie sufflaminant , & plus siccus minorique periculo , quam interna constringentia , & fatigantissimus chinæ cortex in contumaciori etiam quartana fistula præstat . Nos præterea acetum vini forte ruta succo bene imprægnatum non modo in contagio infestis grassantibus morbis , si nari adplicetur , & ori admoveatur , valde adprobamus , sed & ad lipothymias avertendas ejus odorem longe efficaciorum omnibus spiritibus cephalicis , & pretiosis balsamis apoplecticas deprehendimus .

§. XVI. Ex herbis polychrestis , & cephalicis nunc prodeat salvia , que in omnibus fere hortis præstat , & ab orientalibus populis nunquam non maximæ aestimata fuit , cujus exsiccata folia etiamnum plus æstimant , quam herbam theæ . Propter oleum subtile , & vaporosum sedativum ejus decoctum vel potius infusum in affectibus spasmodicis , in contracturis , in epilepsia etiam chronicæ loco herbae theæ non mediocrem efficaciam exerit , quæ , si usus ejus externus per balnea accedit , additis aliis nervinis , ut siderite , origano , serpillo in membris paralyticis vel tono uteri restituendo , ad feliciorum conceptum , valde augeri potest . Chirurgi ejus decoctum cum passulis & nitro ad faucium inflammationem deliniendam , ad dentium quoque , & alios oris affectus facta collutione mitigandos , magno habent in pretio . Ex herbis porro cephalicis & euporistis mentha tum crista , quam saraconica , melissa quoque tam nostras , quam Turcica egregiam laudem , & commendationem merentur . Mentha subtili , confortante & nervis amico ac sedativo oleo abundat , quo tamen non solo , sed subadstringente terreo principio vires suas in confirmando tono ventriculi præsertim & intestinorum exerit , quare hæc herba in substantia aut infusa cum aqua , aut vi- no vel spiritu vini in compescendo , sin-

gultu , vomitu nimioque alvi fluxu aut colicis tormentis sedandis vix par sibi habet remedium , usque tam interno , quam externo se se mirifice commendat . Aquam ejus sive cum vino aut aqua simplici paratam ad usum domesticum omnibus singulisque commendatam habere volumus . Vidimus sola aqua mentha spirituosa , decenti usu & purgantibus præmissis , inveteratas gonorreas fluoremque album feliciter sublata . Eadem fere cum mentha virtutem suavissima illa herba , que melisse nomine venit , custodit . Oleum gratissimum naturæ valde amicum continet , cuius aqua cum vino , additis corticibus citri , destillata , & edulcorata facile omnes aquas vitæ , balsama embryonum , aquas apoplecticas , analæpticas , & odore & viribus exsuperat . Melissa floribus Turcicis in conservam cum saccharo redactis si spiritus ejusdem herbae adfunditur , essentia prodit , quæ & odore , sapore ac virtute magnatibus ac divitibus ad ventriculum maxime , & genus nervosum roborandum commendatissima esse debet . Paracelsus arcanum ad vitam longum in hac herba reconditum esse adserebat . Multa adhuc , scribit Baglivus libri de fibra motrice pag . 214 . latent in herbis ad citri naturam accendentibus , ut melissa , sed sapienti sat . Hujus herbae infusum cum aqua egregie iis uteri vitiis succurrit , quæ ex ejus tono ac robore dejecto proveniunt , ut sunt difficilis tentatio scetus , & facilior ad abortum dispositio , perpetuum seri putridi sine sanguine vel etiam cum ipso mixta ex utero stillicidium , & inde profecta sterilitas . Idem decoctum eo tempore quo menses fluunt , usurpatum , feliciorum horum fluxum promovet . Melissa in substantia pulverem ad drachm . 1 . singulis diebus per mensē usurpatum in melancholia hypochondriaca ad maniacum fere affectum inclinante valde proficuum annotavi .

§. XVII. In herbis cephalicis , & quæ in hortis coluntur , atque omnibus fere

fere obviæ ac notæ sunt, non infirmum sibi locum spica vindicat, quæ si ulla, certe hæc oleo scatet subtili, balsamico, & aromatico, quod in majori copia, si destilletur, quam vix alia herba, præbet. Ab ejus floribus, si spiritus saltim frumenti aliquoties abstrahatur, spiritus cephalicus, a quam reginæ Hungariæ si non superans, tamen ipsi aequalis producitur, qui in affectibus capitinis a causa sic diæta frigida, & a nervorum debilitate subnatis, in apoplexia, paralysi, auditus gravitate, cephalalgia, vertigine, usu interno, & externo spiritibus, & balsamis apoplectis jure meritoque anterri debet. Exterius in doloribus, rheumatismis ad eorum discussionem, ad roborandos quoque artus, podagra vel chiragra declinante egregium affordit solamen. Præterea omnibus ulceribus, præsertim antiquis fistulosis, & quæ partes tendinosas tangunt, lassitudibus ejusmodi spiritus balsamicus decenter applicatus ad eorum consolida-tionem, mundificationem plus certe opis præstat, quam ingens emplastrorum & unguentorum farrago. Rosmarinus, quia valde ratione virium spicæ & lavendulæ affinis est, & oleo quoque penetranti balsamico abundant, in isdem capitinis affectibus ejus spiritus non fecus ac spiritus lavendulæ cum fructu adhibetur. Ejus infusum cum aqua vel etiam cum vino in fluxu mulierum albo, & exinde proficisci- te sterilitate, in molesta raucedine, asthmate, oris foetore egregie se gerit. Cancros, gangrenas, & fistulas, ex spiritu vini infusione rosmarini sepius collatas fuisse exsiccatas, & quæ alias omne medicamentorum subsidium eluerint, ad perfectam sanitatem pervenisse, se ipsius semel vidisse ac expertum perhibet Arnoldus de Villanova. Vinum rosmarini membra corporis principaliora roboret, & ab omni putredine præservet, ita, ut nullum venenum ipsis nocere possit. Est viaarium theriacæ, inquit Arnoldus de

Villanova. Quibus vero pauperioribus non plantæ hæc hortenses ad manus sunt, hi ex serpillo, origano ubivis obviis, eadem remedia petere, & concinnare possunt. Balnea quoque ex his præparata in omni externarum partium debilitate atque languore subi-gendo, præsertim si quis ex diurniori morbo, vel foemina ex puerperio convaluerit, præsentissimum solamen adferunt.

§. XVIII. Devenimus jam ad herbarum virtutem pene singularem commendandam, quæ ubique haberi possunt, & quarum targissimum proveni-tum benigna natura non sine singulari ratione ac consilio nobis concessit. Pri-mum itaque in considerationem nostram veniat millefolium; quo omnia prata, omnes ferme vici luxuriant, cuius flores destillati oleum saphirini coloris, insigni sedativa, blanda, & antispasmodica virtute donatum, largiuntur. Horum florum cum aqua infusio in omnibus doloribus, affectibus spasmodicis egregiam exerit efficaciam, siquidem non sine magno fructu atque utilitate in hemorrhoidum cæcarum dolore, in colica, doloribus post partum a lochiis suppressis, & quæ ex hemorrhoidum suppressione nascuntur, acerbioribus tormentis, in cardialgicis quoque anxietatibus, affectu spasmodico ventriculi, & diaphragma-tis aqua cum millefolio destillata vel ejus infusio cum aqua, aut essentia cum spiritu vini saltim vulgari facta usur-pantur. Quum vero enormiores san-guinis sive per uterum sive per sedis venas aut fistulam bronchiale profu-siones acerbioribus spasmodis viscerum, vel aliarum partium contractionibus suam originem suaque incunabula de-beant: euporista illa ex millefolio pa-rata in iis compescendis vix ulli alii re-medio efficacia cedunt. Et quia flores chamomillæ vulgaris etiam propter oleum, quod per destillationem iden-tidem saphirinum, temperatum, & sedativum prædit, millefolio penitus.

ferme similes, & ipsi affines vires a-
lunt, eorum quoque virtus non dispar,
sed una eademque in commemoratis
jam affectibus observatur. Qua de cau-
sa opportune admodum in horum mor-
borum curatione hi duo flores conjun-
gi, & in unum medicamentum, ut in
infusum, vel decoctum aut in clyste-
rem vel cataplisma recipi possunt: si-
quidem hic flos in omnis generis do-
loribus, spasmis quoque, & hæmorragi-
is sistendis fere incomparabilis est.
Id vero habent maxime peculiare præ-
millesolio, quod flores illi, qui flavi
sunt, ad drachmam unam aliquoties
die vacuo sumti pertinaces febris inter-
mittentis insultus ac impetus potenter
sistant atque compescant longe tutius,
quam ipsa tantopere commendata chi-
na, qua ex remoto Peruviano regno
ab aliquo inde jam annis tanto pre-
tio redempta fuit. Nullum vero sim-
plex in rerum natura reperitur,
quod tam amicum sit intellinis, quam
flos chamomillæ. Qua de causa et-
iam non sine consilio, & singulari fru-
ctu huc usque solos flores chamomil-
lae ad clysteres, in omnibus fere affe-
ctibus loco aliarum ingredientium re-
cipiendos, curavimus, & sualimus,
addito, si opus fuit, oleo amygdala-
rum dulcium, & in pauperibus oleo
lini raparum, vel ad feces rejiciendas
sufficienti salis communis copia, quod
in stimulando meliorem usum habet,
quam varia extracta vel electuaria le-
nitiva aut purgantia, quibus omnibus
inter clysteres carere possumus. Inter
externa, quæ discutiunt, emollient,
vel maturant abscessus, cataplasmata
primas etiam hi flores tenent, & vel
foli vel cum floribus sambuci, mal-
vae, millefolii, croci mixti, & cum
laete decocti inque vesicam inditi, &
partibus affectis adpositi in sedandis
doloribus atque emolliendis tumoribus
omne punctum ferunt. Spiritum vini
abstractum a summitatibus millefolii,
floribus chamomillæ, semine anisi,
cymino & hiopico, vulgo Kran-Kum-

mel, in discutientibus flatibus plus
certe valere, quam alia tantopere lau-
data carminativa, & antispasmodica
longiori usu atque experientia didici-
mus.

S. XIX. In absinthio, quod om-
nis facile terra gignit, eximia effica-
cia atque virtus recondita est, ut vix
medicina domestica eo carere possit.
Certe multarum chronicarum passio-
num præservatrix non modo, sed &
curatrix est: at quia est vulgaris,
non magni æstimator, ut verum sit
Plinii edictum: *nos plerasque herbas*
pedibus conculcare, quarum si nobis
virtus spectata esset, eas in cœlum laudibus
efferremus. Gaudet absinthium
principio amaricante balsamico & oleo
vaporoso, sedativo, ac fixiori sulphu-
reо sale alcalino. Ob oleum vaporoso
ac sedativum dolores, & spasmos
compescit, ob amaricans vero princi-
pium, & sal alcalino sulphureum bi-
lis naturam æmulatur, & id fere om-
ne præstat ac supplet, quod alias bi-
lis balsamo in corpore humano effice-
re competit. Quamobrem etiam in
omnibus morbis frigidis, quæ ex defec-
to bilis, ex nimio acido, & viscido,
obstructione, & infarto viscerum sunt,
vel ex putredine nascuntur, tam cura-
tive, quam præservative opem fert ac-
cepitissimam. Propter amaricitem aluum
quoque stimulat, febres intermittentes
aufert, vermes enecat, atque in ca-
chexia, tumore cedematoso, obstruc-
tione viscerum convenit, neque mi-
nus juvat concoctionem, & in obstruc-
tione hepatis, inque ictero cum fru-
cta sumitur. Optime decoquitur cum
aqua, & redigitur in extractum,
quod solutum in spiritu vini ad dra-
chmam unam vel ultra propinari pot-
est: istius modi enim decoctione ab-
sinthium privatur oleo suo vaporoso,
capiti, & nervis non semper amico.
Experimento vulgari tota herba plan-
ta pedum imponitur ad tumorem ibi
decubentem dispellendum. Fumaria
uti notissima est herba, ita eadem sa-
lu-

luberrima jure optimo celebratur, scat enim succo non tantum amarantem, sed etiam sale copioso, tartareo, nitroso. Si in decocto cum cerevisia vel etiam sero lactis bibatur, aut si in forma pilulari adsumatur, omnibus morbis chronicis, praesertim iis, qui ex lympha, & sero corrupta oriuntur, quales sunt cutis variae defecationes, lepra, scabies, scorbutus, lues venerea, & plurimi alii, egregie subvenit, & circulum sanguinis promovendo infarctum viscerum amovet, obstructions referat, excretiones salutares aque per alvum, ac urinam & transpirationem secundat, atque lympham cum sanguine hoc modo optime depurat. Et sane vix praestantior datur herba ad sanguinis, & humorum massam depurandam, viscerumque tonum roborandum, ut quidem nostra fert sententia, quam jam laudata hac divinæ virtutis fumaria. Eosdem effectus cum fumaria in circulo sanguinis promovendo, in obstructionibus, & infarctibus viscerum auferendis atque excretionibus adjuvandis exerit nasturium aquaticum, quod omni tempore viret, & juxta rivulos, & in locis paludosis natale solum habet. Specificum maxime audit hac herbula in scorbuto; praeterea etiam ventriculum, omniaque visera, & totam naturam corroborans virtus ipsi encomio non falso adscribitur. Hæc planta adhuc recens summa potest cum butyro, vel etiam cum acetato, & oleo olivarum loco acerari, aut cum brodio caponis coqui, aut vino vel spiritui vini infundi, & ita frequentius in usum vocari potest.

§. XX. De chærefolio illud tenendum est, quod ad sanguinem coagulatum resolvendum, & in asthmate ad expectorationem in jusculis egregie conferat. Gaudet quoque hæc herba virtute traumatica, resolvente, diuretica, & emmenagogica. Sequiturjam veronica herba valde temperata aperiente, & roborante virtute instructa,

cujus infusum cum aqua illud, quod ex herba thee paratur, longis intervallis post se relinquit, unde optimo jure dici potest *der teutshe Thee*; si quidem non tam præservando in omnibus generis morbis, qui ab impuritate humorum ac viscerum infarctu oriuntur, sed & in iis sanandis, in phisica maxime, & nephritica affectione vires exerit longe altumatisimas. Conf. hac de re nostra *Dissertatio de infuso Veronica praferendo herba thee*. Quoniam mentio facta est calculi, in memoriam nobis incident aliarum herbarum etiam notissimarum virtutes, quæ cum aqua calida infuse loco herbæ thee calculosis exoptatissimam opem attulerunt. Sunt vero hæ herba equiseti, hedera terrestris, baccæ alkekengi, juniperi tostæ, fermen dauci. Novi plures, qui multis abhinc annis misere ex calculo laborantes non præsentius solamen, quam in horum decoctis, quotidie ea bibendo, invenerunt.

§. XXI. Ex floribus in usum quoque domesticum quosdam decerpere licet. Atque in his primum locum inveniunt rosa, quarum aqua propter oleum fragrantissimum, naturæ amicum, & dotes plane singulares in erigendis viribus, in doloribus, & inflammationibus levandis, inque omnibus sic dictis calidis morbis tam externo, quam interno usu longe utilissima est. Rosarum conserva ob vim confortantem, & leniter constringentem peculiariter phthisicis, & hecticis dicta est. Acetum rosaceum cum spiritu & aqua rosarum commixtum, adjecto nitro, & pauxillo camphoræ epithema constituit, quod capiti admotum in fistulis doloribus, avertendis deliriis, & compescendis immodicis narium hemorrhagiis multiplici nostro experimento virtutis, est incomparabilis. Florum acaciae plenior, & saturata infusio cum sero lactis vel etiam cum vino diluto, verno tempore leniter alvum subducit, & in scabie aliisque ex-

impuritate humorum proficiscentibus morbis, in subjectis maxime tenerioribus, magna virtutis laude insignis est. Floribus cheiri eorumque expresso succo nihil ad menses pellendos vel scutum mortuum aut secundinas propulsandas, item ad obstrunctiones hepatis in inveterato etiam ictero recludendas, vix quicquam dari potest præstantius, si cum cerevisia calida bis de die medicamentum porrigitur. Hyperici flores, nusquam non satis obvii, etiam peculiares ad domesticum usum commendandas custodiunt vires, in dispositione videlicet phthisica, in encan- dis vermis, inque affectibus spasmodicis, & melancholia hypochondriaca allevandis. Usus poterit institui in infuso cum aqua, vel cum aqua leniori insipillatione in extractum redigi possunt, quod cum aliis pilulis sumi potest. Neque vero violarum flores prætermittendi sunt, quorum infusio ex aqua, addita sufficiente sacchari quantitate, lenissima coctione in syrupum transit gratissimi tærulei coloris, quo ad expectorationem in omnibus morbis pectoris, & ad expurgandas in infantibus fordes alvinas, sive ore adsumatur, sive ano infundatur, vix ullum datur excellentius ex domesticis remedium. Flores bellidis silvestris, vulgo *Käse-Blümlein*, quorum passim magnus in pratis, & pascuis proventus est, mirabilem vulnerarium & specificam, quæ cruentem resolvit, & per insensibilem transpirationem evocat, virtutem exerit, unde omnibus lesionibus, quæ ab externa causa fiunt, horum decoctum in aqua, vel melius cerevisia quam maxime accommodatum est. *Minderus* ejus efficaciam in hydrope, & aliis morbis, qui ex potu frigido corpori calefacto immisso suam originem trahunt, non satis prædicare potest. Cyani florum decocto in urinæ suppressione, ad ejus fluxum promovendum, nihil datur potentius, præsertim si semen urticae commixtum fuerit.

§. XLI. Ordo nos jam ad arbores deducit, quarum copia nullibi non suppetit omnibus, & ex his quoque parabiliora auxiliorum in morborum curatione genera petere volumus. Prodeat vero primum omnibus fere notissima abies sive *Tanne*, qua ob balamicum resinosum suum succum perpetuo viret, & singulares in omnibus excretionibus promoyendis sanguineque depurando possidet facultates. Hujus sommitatum vel turionum sumantur manipuli tres, & aquæ fontanæ ac vini ana mensuram upam, coque in diplomate per horæ quadrantem, postea exprime; hujus dosis sunt unciae duæ vel tres, quod certe omnibus decoctis ex lignis exoticis paratis ratione virtutis præferendum est. Si quidem in scorbuto, hujusque contractura, vaga quoque arthritide efficacissime sece exerit, si ejus usus ad roensis spatium protrahatur. Bâneum vel in sessus ex fructibus abietis ad paralysin, & contracturam scorbuticam a pluribus peritissimis medicorum cum fructu usurpatum novimus.

§. XLII. Arbor juniperi tota medicamentosa est, quia tota balsamica. Lignum ejus efficacia non cedit lignis exoticis guajaci, vel sassafras, ut commodissime eorum in locum substitui possit, imo iis præferendum existimamus in omnibus morbis ex impuritate humorum ortis. Baccæ propter oleum, quo secent, copiosum, balsamicum, sive in substantia somantur, sive in rob redactæ, vel si toste cum aqua loco coffee infundantur, medentur omnibus iis morbis, qui ex obstruktione viscerum, & a sanguine lento, & crasso proveniunt. Quare in asthmate, in cachexia, ictero, mensium suppressione, colica, calculo vesicæ, renum, in ventriculi quoque cruditatibus magno sunt præsidio. Lixivio ex cineribus hujus arboris cum vino sumto multos hydropicos sanatos esse, non infirmæ conditionis medici memorie prodiderunt. Junipero non inferior est

est sambucus, in qua, judice Bartholino de Medic. Dan. Dissert. I. plus medicina latet, & tutior omni tempore salubritas, quam in pomposis antidotis, que patrem theriacam, & matrem mithridatum habent. Flores, & rob sunt vulgatissima illa eupatoria, quibus non facile plebejus vel rusticus caret. Ipsi flores externe in omni tumore erysipelaceo, odontalgia, podagra impositi, ad emolliendos quoque abscessus, & duros a lacte coagulato tumores cum fructu adhibentur. Eorum aqua ob vim anodynæ fere polychresta est, inque omnibus morbis, sive acuti sive chronicæ sint, non sine fructu usurpatur. Convenit maxime in iis morbis, ubi expulsione opus est, ubi dolores urgent, ubi inflammatio internarum partium adest. Rob ex baccis paratum rusticorum panacea, & theriaca est, quod vel in cerevisia calida, vel aqua florum sambuci datum universale fere præservatorium, & tutum remedium in omnibus ingruentibus morbis constituit; siquidem excretiones per alvum, & per cutim promovet, & anodynæ simul virtute fulget. Quidam ad diaphoresin movendam addunt cornu cervi ustum ad drachmam unam. Cum facchari candi anatica portione rob si misceatur, & superfundatur spiritus vini, ilque accendatur, facta probe agitatio ne, in diuturna tussi, & ante paroxysmum intermittentium ad cochlearre unam datum insigniter prodest. Rob frequentiori usu impetum harum febrium egregie mitigare, imo sillere solet, modo cruditatibus primarum viarum laxantibus, & corrigitibus probe antea prospectum fuerit. Medius fruticis cortex, si coquatur in cerevisia vel aqua aut vino, & urinam, & sudorem, menses quoque fortissime pellit, unde cachecticorum optima est medicina. Externe si tumoribus œdematosis, item erysipelaceis imponatur, & dolorem, & tumorem abigit.

§. XXIV. Acacia quoque nobis suggerit probata remedia; florum jam supra facta fuit mentio. Aqua ex iis destillata fere polychresta est, & omnibus commendanda, suavissimi est saporis, roborat, & vim quoque anodinam habet. De cortice radicis illud tenendum est, quod is infusus cum simplici vini spiritu mirabilem virtutem fo veat, & calculosis, qui hoc malo inverterato procul dubio ex substantia renum prorsus laesa laborant, opituletur, si bis de die pro una dosi cochleare unum exhibeat.

§. XXV. Ex arbore tiliæ nonnulla etiam in nostrum usum vocanda sunt, & quidem flores, quorum infuso in aqua theiformi novi olim chronicam epilepsiam diuturniori usu persanamat. Aqua florum in omnibus affectibus, ubi spastici vel dolores regnant, specifica est, hinc ceu polychrestum remedium utique commendari meretur. Medius hujus arboris cortex cum aqua in mucilaginem redactus incomparabili virtute gaudet dolorem, inflammationem, & ardorem mitigandi, unde cum præsentissimo fructu in ambulationibus, in podagrīcīs, arthriticis doloribus adhibetur.

§. XXVI. Neque aromatum usus prætermitti debet ad elicienda in scopum nostrum quādam parabiliora. Pipere non facile carere possumus in re domestica. Hoc sale scatet alcalino fixo, valde acri, siquidem, quod notabile est, piper in pulverem redactum cum acido affusio effervescit. Ratione hujus salis fixi alcalini aperit, incidit, viscidos humores resolvit, cruditates ventriculi corrigit, & ad concoctionem promovendam nihil datur facile efficacius, cum primis si ventriculus ob cruditates collectas nihil appetit, & gravatūm dolorem circa præcordia causatur. Optime sumitur in granis integris ad decem vel duodecim, præsertim si ante cibum, vel etiam circa tempus somni deglulantur. Extra pa-

toxysmum in quartana piperis integra grana plures per dies deglutita cubantes hac febre liberasse , plerique autores adfirmant . Ejusdem cum pipe- re virtutis est zingiber , quippe & hoc non volatili per destillationem eliciendo oleo , sed tantum sale acer- rimo fixo imbutum est , ratione cu- jus pulvis ejus ad drachmam unam sumitus digestionem ventriculi ex crudi- date viscidorum humorum depravata- tam penitus restituit , sique cum melle misceatur ac in electuarium redi- gatur , in asthmate , tussi , in calcu- lo quoque , item ad excitandam vene- rem , menses movendos , & visum aboli- tum restituendum utilissime singu- lis diebus adsumitur , cui specificum infusum superbibi potest . Nathanael Hodges in *Loimologia Sect. VII.* com- mendat eximie zingiberis pulverem in morbis putridis , & ipsa peste , quam diaphoresi sua , qua operationem perficit , & præservat , & optime quo- que sanat . De nuce moschata etiam medico domestico usui apta in me- dium proferenda sunt . Propter oleum , quo gaudet aromaticum , & sim- mul anodynū in spasmis , & dolori- bus , vomitu , colica , diarrhoea , dy- fenteria , ejus pulvis ad drachmam se- mis sumitus non sua caret laude ; ma- xime omnium vero hoc remedium gravidis earumque affectibus quadrare multiplici experimento cognovimus . Eas subinde primis mensibus pertina- ci nausea , vomitione , quin etiam tussi coripi constat , quibus incommodis sublevandis nuce moschata cum fac- charo mixta in pulvere non certius auxilium invenimus . In alvi nimio fluxu compescendo , in soda sive ardo- re ventriculi leniendo , una pars nu- cis moschatæ cum tribus partibus la- pidum cancerorum non sine fructu ex- hibetur . Eadem nux æquali portione cum alumine crudo remixta febrium intermittentium paroxysmos potenter fistit , hac tamen cautione adhibita , ut non nisi prius præmissis evacuant-

bus , & cum regimine diaphoretico , cum infuso nempe calido vel sub mo- tu corporis laborioso propinetur .

§. XXVII. Neque vero crocus in præteritis relinquendus est , qui propter insignes in medendo vires non nullis Philosophorum aroma , aliis rex vegetabilium , quibusdam etiam ani- ma pulmonum appellatur ; siquidem ob sulphur blandum anodynū ac va- porosum , doloribus , & spasmis miti- gandis , propter sal acre autem , & va- latile incidentis humoribus , & ob- structionibus reserandis egregie inser- vit . In contumaciōi tussi , & in re- spirationis difficultate infusum croci in aqua veronicæ , adiecta sufficienti sac- chari candi quantitate insignis effica- cie deprehenditur . Eodem infuso cum aqua cinnamomi parato ad menses promovendos , laboriosum partum fa- cilitandum , ad secundinas expellendas , ad lochia movenda nihil est præstan- tius , præsertim quando olei amygdal- larum dulcium usus interpoletur . Ex- terius crocus cum floribus sambuci , chamomillæ , lacte & mica panis simi- laginei coctus , & instar cataplasmatis partibus arthriticis impositus mirifice dolores lenit . Idem remedium etiam cum effectu novimus adhibitum in do- lore haemorrhoidum cœcarum . Cro- cus cum aqua rosarum addito pauxillo camphoræ oculorum inflammationi in morbillis , & variolis medetur . Cu- bebae ore masticatae peculiariter caput confortant , & mirum in modum verti- ginem avertunt , teste *Cratone in Conf. Med. p:182.*

§. XXVIII. Spectant hue quoque mala citria , quorum usus in re dome- stica , & in medica quoque satis notus est . Horum acetositas cum faccharo in syrupum redacta , & ptisanis addita fitum , & æstum immodicum egregie sedat . Cortices cum faccharo contusi , & spiritui vini infusi liquorem , & sto- machicum , & qui flatus egregie di- scutit , præbent , quod etiam de cor- ticibus aurantiorum tenendum . Ta- leoli

leoli mali citrii pulsibus manuum vel plantis pedum applicati in omni febre ad aëstum deprimendum non inutiliter adhibentur.

§. XXIX. Antequam a vegetabilibus discedamus, paucis verbis dicendum est de amygdalarum dulcium oleo, remedio certe ad plurima utilissimo. Non enim tantum clysteribus ad alvum ducendam sive solum, quod *Simon Pauli* in *Quadruplicato Botanico* suadet, sive decoctis emollientibus mixtum convenit: sed etiam interno uso varias præstat easque insignes utilitates. Nam venenum, si quis incautus adsumferit, a noxa inferenda lubricitate sua, qua ventriculum oblitus, prohibet. Egregium insuper est antispasmodicum atque sedativum, si iiii, qui torminosis alvi fluxibus vexantur, propinatur. In faueum raucedine, in tussi, asthmate, & pectoris quibusvis affectibus, in phthisi etiam admodum prodest, præsertim si cum spermate ceti, & saccharo cando misceatur. In colica spasmodica, in dolore ex renum calculo subinde atrocissimo, atque in torminibus, quæ lochiorum fluxum, præsertim suppressum, comitantur, magno, & præsentissimo auxilio hoc oleum est, si aliquot cochlearia cum brodio carnis sumatur. At vero in universum hoc tenendum est, quod recens, & ex recentibus amygdalis, non rancidis expressum, & quod clarum ac pellucidum, non turbidum est, hac virtute gaudeat.

§. XXX. Devolvimus denique ad regnum animale, ex amplissimo ejus finu quædam in usum nostrum delibatur. Et hic primum se nobis offerunt cancri, quorum succus cum succo semper vivi mixtus, & capiti applicatus in gravioribus doloribus capitum, qui delirium minantur, mitigandis aptus. Eorum quoque succus jusculis restaurantibus, & nutritivis in tabe, in phthisi utilissime adjungitur. Majori vero utilitate ac laude splen-

dent horum lapides, quorum pulvis solus, vel cum testis ovorum aut conchis præparatis mixtus, & quarta parte nitri adjecta tantarum est virium, ut in omnibus fere morbis chronicis, & acutis, præsertim, quibus immodicus calor junctus est, ad drachmam unam cum maximo fructu adhibetur, & est fere pulvis amplissimi usus, qui ad acidum primarum viarum absorbendum, in hypochondriacis, & scorbuticis, in aëstu temperando in omnis generis febribus, item ubi diaphoresi opus est, egregium facit officium. Iidem lapides, si cum aceto destillato offerantur, longe magis eximia virtute pollent, dum potenter coagulatos humores resolvunt, urinam & diaphoresin movent, inque omnibus febribus, etiam ipsa in peste, & malignis aliis morbis, in pleurite, peripneumonia, in omnibus inflammationibus insigni cum fructu usurpantur. Lumbri ci terrestres exsiccati, & in pulverem redacti, convenienti dosi aliquoties repetita exhibiti, in epilepsia chronica, & omni dolore arthritico laudatissime sunt virtutis, item lumbri vivi partibus dolentibus applicati egregio solamini sunt. Cochleæ dant pulverem, quo ad præservationem calculi renalis, si aliquoties in septimana adhibetur, nihil secundum nostram observationem, deprehendimus efficacius.

§. XXXI. Plura dicenda etiam es sent de laetis usu, quod omnibus febre remediorum generibus in medendo palmam dubiam reddit. Optimum judicamus asinum, postea caprinum, cum quibus cura si instituatur per mensem, & ultra, abstinendo ab omni ciborum, & potus genere, arthritis, podagra, phthisis sub debitis cautionibus, & convenienti regimine felicissime sanari possunt. Illud præterea etiam tenendum est, quod contra venena adsumta validissima corrosiva, ut sunt mercurius sublimatus, cobaltum, arsenicum, antimonia, emet-

tica fortiora , quo etiam spectant acriora , & draistica purgantia , non detur præsentius auxilium mortem & funesta symptomata avertendi ipso lacte copiosius hausto .

§. XXXII. De nitro , quod vili constat pretio , & ubique haberi potest , illud ultimo loco inserendum arbitror , quod id ipsum depuratum vel cum absorbentibus exhibitum sit fere universale remedium , quia omnibus morbis , quibus interna vehementior

commotio vel æstus junctus est , quadrat , quam ob causam in omni febrium , inflammationum , dolorum , hæmorrhagiarum genere interne utilissime adhibetur , alvum quoque laxat , urinam ac diaphoresin movet , sitem sedat , dolores lenit , cuius incomparabilem , & divinam virtutem si plebeii nosset , multis sumtibus atque expensis , quas pharmacopoliis insumerent debent , parcere possent .

F I N I S :

R. V. 1. 3

o

co

ci

cci

ccci

cccc

ccccci

ccccci

ccccccc

Rumeros

I.	Uno
V.	Zinco
X.	Diez
L.	Zing. ^{ta} diez
C.	Cienro
CI.	mille
CI.	Quinientos
CCI.	Cincos mille
CCCI.	Diez mille
CCCI.	Zing. ^{ta} mille
CCCC.	Tres mille
CCCCI.	Quinientos mille
CCCCCI.	Diez veces tres mil

W.M.C. 65 C


—




ESTANTE 8.^o

Tabla 8.^a

N.^o 3





HOFFMANN
D F
AQUIS
MINERALEB.
FIREDVITA.

12.864